Estante 39
Andº 1º
Vol. 13

DECISIONVM VNIVERSARVM.

ET TOTIVS CHRISTIANI ORBIS RERVM OMNIVM IVDICATARVM.

SVMMÆ,

AC OPERIS VALDE ELABORATI VTILIS, ET VNIVERSIS Magiſtratibus Chriſtianæ Reipublicæ Aduocatis, cauſarum patronis, cæteriſque in Iudiciali foro, tàm eccleſiaſtico, quàm ſeculari Verſari cupientibus, admodum neceſſarij:

Tomus Tertius.

CAMILLO BORRELLO
Iuriſc. Equite Aurato, & Palatino Comite Authore,

PHILIPPI AVSTRII REGIS CATHOLICI
In Magna Curia Vicariæ cauſarum ciuilium Regni Neapolitani Iudice Doctiſſimo, & integerrimo.

NOVISSIME IN LVCEM EDITVS, ET OMNI DILIGENTIA inter imprimendum reuiſus, & debito ſtudio correctus

ADIVNCTIS SINGVLORVM TITVLORVM ARGVMENTIS SVMMARIIS, nec non Indicibus authorum in toto Opere allegatorum, Titulorum materiarum Iuris, & rerum omnium memorabilium, locupletiſſimis.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

VENETIIS, Apud Iuntas, M DC XXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

DECISIONVM
VNIVERSARVM
ET TOTIVS CHRISTIANI ORBIS
SVMMA,

D. O. M.

MO MO

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS.

DOMINO

DON ANTONIO ALVAREZ TOLETO

DVCI ALVÆ, ET HVESCHÆ

MARCHIONI CHORIAE

Comiti Saluaterræ, & Petrafittæ, Villæ Oropesæ, & Vallis Corneyæ,

ORDINIS AVREI VELLERIS

EQVITI

POTENTISSIMI

PHILIPPI QVARTI REGIS CATHOLICI

IN REGNO NEAPOLITANO PROREGI

Camillus Borrellus I. C. Domino suo clementissimo S.

IN secretis Imperatorum, Regum, & Magnorum Principum libris (Dux Excell.) facta simùl, ac dicta memoratu digna, scribebantur, notando illos, qui in eosdem supremos Principes, aliquod memorabile egissent, vel in damnum, aut ruinam, vel commoda, atque vtilia, facto, aut opere, perfecissent; Ex quibus pœna in malos, aut præmium in bonos emergerent. Hinc Aman Artaxersis Persarum Regis (quem Sacræ literæ Assuerum nominant) Princeps post Regem Primus, qui tantæ authoritatis apud Regem fuit, vt omnia, quæ sibi videbantur, faceret, in nullo sibi Rege contradicente. Hic inter alia cum deliberasset, omnes Hebræos, qui in Regnis Artaxersis tunc reperiebantur, tollere, vt vnica statuta die, illos extingui faceret, particulari suo iniquissimo desiderio, idque omnium Prouintiarum Satrapis significasset, ac vt exequerentur, ordinasset. Mardocheus, Hester Reginę Patruus, hoc periculum sibi, & alijs Hebræis imminere prospiciens, illud secretò Reginę significauit, indutus tamen ille Sacco, lachrimis, ac lamentationibus, vias implebat, nesciens Rex, illum esse Reginæ Patruum, nec ob quam causam lamentarentur, (sacco enim induto, ad Regem ingredi, fas non erat) facta tamen Regi relatione, quòd in libris Regijs scriptum erat, qualiter, cum Eunuchi Regem occidere statuissent, verum quia Mardochæus id reuelauerat, ac vitam Regis saluam remansisse, alias de ipso actum fuisset, & de Eunuchis sumptum fuisse supplicium. Hoc Rex audiens vocauit Amonem, cui dixit, vt consuleret, quo præmio dignus esset is, qui Regem summo amore diligeret, ipsumque tanto discrimini positum in vita præseruasset. Amon credens Regem sibi velle hoc præmium tribuere, ob primatum dignitatis, qua apud illum fruebatur, ampliauit Decreti Consilij formulam, dicens Regem debere illum Regia veste ornari facere, coronam auream in capite portare, equo Regio vehi, vociferante, conclamari, & acclamantem dicere debere. Hic est secundus à Rege, cum cuncti venerentur, & transeuntem adorent. Tunc Rex inquit, hoc fac Mardocheo. Quo dicto Amon obtemperare necesse fuit, illumque Regio ornamento sic acclamatum, & adoratum grauiter sentit. Cumque in extinctione Hebræorum Amon facienda trabem quinquaginta cubitorum altam morituro Mardocheo præparatam erexisset.

rexiſſet. Audita tamen à Rege Amonis decretatione in trabe, quàm Mardocheo erexerat, illum, ſuſpendi iuſſit, vxorem, filios, & familiam totam occidi. Pulcherrima hæc Sacræ Scripturæ exempla. Vnum Iuſtiſſimi Regis, ac Principis Iuditium Seueriſſimę punitionis Viri Regnorum Gubernationem peſſimè adminiſtrantis, ac nimium ſibi aſſumentis. Alterum verò, quod idem Rex virum, qui pro ſalute ſua inuigilauerat, violentam mortem vitauerat, vitæ præſeruauerat, cuſtodiuit, & innocentem ſeruando in ſublimem, ac altam gloriam, & Principatum erexit. Reges noſtri memoriam bonorum Principum ſeruant, & ſi quid aliquando erraſſent, Iuſtitiæ excandeſcentia minimè vtuntur, ſed tantum à famulatu ſuo prohibent. Verum firmiter obſeruarunt, vt magnorum, & grauiſſimorum virorum Principum conſuetudine, & ſeruitio vtantur, quos Rerum geſtarum obſeruatio, & in maximis ſupremis, omniſque preiuditij rebus, experientia, illorumq; cognitio demonſtrauerit, & in ſelectis rerum ſucceſſibus, illorum Conſtantiam, ex præteritis experimentis didiciſſent. Prout videre dignum eſt in præclariſſima, & Illuſtriſſima Toletorum familia, in qua paſſim in omnium Supremarum virtutum gradibus ſucceſſores impoſterum vnus, alterum vincere, & ſuperare, poſt modum omnes Anhelarunt. Hinc inſpeximus, quòd dum Alphonſus Hiſpaniarum Rex ſextus, Toletum Vrbem Hiſpaniarum maximam, præmeret, & ab illa Mauros eijcere conaretur, & illi fortiſſimè ſe tuerentur, vt difficillimè illam capere conſideraſſet. Tamèn maximo illi auxilio fuit, Don Petrus Cognomento Toletus Paleologus Michaelis, Paleologi Imperatoris Conſtantinopolitani loco filij ab illo habitus, ob immenſas ſuffragij vices in tuēdo illo imperio, exhibitas, ob id Paleologi nomen ſortitus; cuius in aduentu contra Mauros atrociſſimè pugnatum fuit, Ita vt ex huius Principis, & ſuorum acceſſione animi, & corporis fortitudines, eximias virtutes, idcircò Mauri partim occiſi, partim fugati, vrbe obtenta, ac liberata memorabilis Victoria conſequuta. Cui Rex ob huius ſingularis beneficij memoriam, & victoriam obtentam, partem illius Vrbis Don Petro conceſſit, quæ verſus diuam Magdalenam (Barrij Regis locum appellant) in fortiſſimæ Bellicæ Rei geſtæ memoriam, tradidit. Ab iſto ſingulari Principe gradatim Natos referunt Don Illanum Perez, & ab eo Don Petrum Illan, & ex iſto Don Stephanum Illan, cuius ſtatua, Equo armata, inſedens, In Eccleſia conſpicitur. Ab ijs ortos fuiſſe Duces, Marchiones, & Comites, de quibus in diſcurſu, quantum poterimus, breuiſſimè dicemus. Creuit tamen in actionum magnanimitate, in grauitate, in potentia Virorum, huius Excell. familiæ celebritas. Hinc inſpicimus Don Garziam Aluarez Toletum, qui fuit ſupremus, & celeberrimus Magiſter, Grauiſſimorum, & Illuſtriſſimorum Equitum, Ordinis Sancti Iacobi, quæ dignitas, non ſolum in Hiſpania, ſed apud totum Chriſtianum Orbem eſt Commendabilis, & magnæ, ac ſupremæ authoritatis, qua ex cauſa non eſt dedignatus Supremus Hiſpaniarum Rex, in Anno 1366. Sed magni muneris habitum loco, Magiſterium illud, cum fuerit ab illo eidem Regi donatum, ex qua Conceſſione Rex illi donauit, & conceſſit, ac gratitudinis cauſa, tamquam feudo, villam de Oropeſa inueſtiſſe, ac Valle Corneyæ pro vtriuſque partis munificentia, memorabilis. Maxima etiam Commendatione, ſe dignus offert Don Ferdinandus Aluarez Toletus vir fortiſſimus, magniſque valoris Eques, qui quaſi Bellicæ Diſciplinæ magiſter, Artifex, & Rector, eſt publicè ab omnibus habitus, & ob has militares, & Bellicas Inſtructiones, in actibus omnibus, qui illi ſe obtulerunt, patefecit. Præclaram enim, & magnam, & Animi, & corporis vim exhibuit, pro Ioanne ſecundo Rege, dùm cum Alfonſo de Aragon Bello colluctaret, cum vicerit Valentinianos, & contra Mauros, fortiter dimicando, plurimas Victorias reportauerit, atque illorum Arma, & Inſignia præferens, primus ſuorum vir Clariſſimus Armorum Trofeum, eorum, quos vicit hoſtium Inſignijs (quas Banderias vocant) & Stigmatibus adornauit, & tandem vti bellator Egregius, & Inclita Geſtorum fama Comitatus, Henrici Quarti Regis tempore Spiritum Deo reddidit; Sed & eidem, Henrico Quarto Regnante, Don Garzias Aluarez Toletus in Regnis Caſtellæ, & Leonis locum, & perſonam Regis repræſentando, tamquam Illius Prorex, quæ Sapientiſſimo, atque admirabili ordine Rexit, & Gubernauit, vt ſua præſentia ſiſtens, in multis Bellorum Turbinibus oſtendit, præſertim contra Mauros in Regno Granatæ, quibus in locis diuerſis, ac varijs Bellorum Turbinibus oſtendit, præſertim, in eodem Regno Granatæ. Quibus in locis diuerſis, ac varijs Bellorum ſucceſſibus, ſtrenuiſſimè geſſit. Ob quæ magna, & ſublimia operarum, & ſeruitiorum impendia à Rege, ſui natura liberaliſſimo, acta ſimilia honorare ſolito, eumdem glorioſis muneribus, atq; ornamentis cumulauit. Hic ſimiliter tamquam vnus, ex generoſa familia & magnatibus Equitibus Hiſpanis, magna Sociatus Comitiua, ſummaque, & generoſa prudentia aſtitit glorioſiſſimæ Sereniſſimorum Ferdinandi, & Iſabellæ Coniugū Regum Catholicorum, Coronationi. Sed Don Federicus eiuſdē Don Garziæ Filius, æques generoſiſſimus animi ſui magnitudine eiſdē Regibus obſequentiſſimus, in acquiſitione Bellicoſiſſimi Granatæ Regni Cumulum mirabilium operum exhibuit, & demum vti eorumdem Regum Capitaneus generalis in recuperatione Statuum Roſſilionis, & Ceredaniæ, contra Gallos fortiter dimicauit, & vicit. Mortua demum Iſabella Regina, Catholicum Regem non deſeruit, præſertim cum eo tempore, mortuus eſſet Don Philippus Auſtrius eiuſdem Reginæ gener. Ob quod idem Federicus, Don Ioannem Allebretum Nauarræ Regem, Sciſmaticum, Catholici Regis nomine, Regno fugauit, cui Rex Catholicus in eodem Regno Hueſquæ Ducatum vti Rei geſtæ optimo Iure Simbolum contulit. Poſtmodum Carolo Quinto in ſtatibus Flandriæ, & Italiæ fideliſſima ſeruitia prēſtitit, à quo, vti Burgundię Duce, æquitatus Ordinis Aurei Velleris fuit dignitate inſignitus. Sed quos actus magnanimos in ſuæ Iuuentutis Flore nō exhibuit Don Garzias, huius filius primogenitus, nam in Anno 1510. In Africa Capitaneus generalis in Inſula Gelbæ Inuictus animo

Bellum ſe-

Bellum ſequitur Armā nunquam abijciens, cum Chriſtianæ fidei Hoſtes perſequendo, gereret Bellum, ac pro eadem fide Chriſtiana ſuum ſanguinem effundens, fortiſſimè dimicando glorioſiſſimam mortem obiens memorabili actu, Spiritum Deo reddidit. Non ſolum Magno Federici Patris, tunc viuentis in Flandria pro Imperatore, vt eius loco tunc exiſtentis, ſed cunctorum Chriſtianorum Principum, tunc viuentium, dolore. Don Federico eidem Auo ſucceſſit, Don Ferdinandus Dux, Marchio, & Comes, Dominatuum, ſtatuum, & dignitatum omnium, dominus. Hic autem ſuorum omnium prædeceſſorum geſta, ac acta magnanima emulando, conſiderans in Algeziræ bello, & Dieta eumdem ſupremum Carolum Imperatorem ſequutus, tamquam Illius Belli, & Exercitus Capitaneus generalis aſtitit & in nonnullis alijs eadem onera, & præheminentias ſubſtinuit. Ex quibus publica omnium voce Gloriæ, & ſplendoris totius Hiſpanicæ nationis, nomen ſibi traditum, & acclamatum fuit. Quorum geſtorum Encomium, & fama vlteriori ſonitu, vires queſiuit, dum eumdem Imperatorem in Germaniam ſequutus, contra Luteranos, & Fidei Chriſtianæ Hoſtes Bellum gerentes, & contra Illos, qui verum Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum derelinquentes, peſſimum hoc genus hominum tuerentur, donec propè Flumen Albim Captum Saxonię Ducem, eidem Imperatori conſignarunt Victoriam exportando. Poſtmodum eiuſdem Imperatoris Prorex, & Locumtenens Neapolitani Regni factus. Illudque à Gallico Exercitu infeſtaretur, non modò Tutatus eſt, ſed Pallianum, aliaque loca Romanæ Eccleſiæ, ac Summi Pontificis penes ſe recepit. Non vt illa Summo Pontifici, & Eccleſiæ præriperet (à quo ſemper abſtinuerunt Reges noſtri) ſed Illa præoccuparunt, vt commoditatem antecuerterent Gallis, qui illa occupare procurabant, vt in Italiam haberent loca, in quibus pedes figerent. Vndè hoc Principe, & Protege Procurante Galli fugati ſunt, & loca ſtatim Summo Pontifici reſtituta. Iſtius Principis geſta, & acta, tàm magna extitere, vt omnium Virorum grauiſſimorum Bello, paciq; Clariſſimorum Iuditio, totius Orbis eo tempore Capitaneus maior fuerit appellatus, habitus, & Iudicatus. Demum ſub Philippo Secundo Rege Catholico. Capitaneus generalis exiſtens autor fuerit, vt Regnum Luſitanicum eidem Regi debitum, Coronæ Regni Caſtellæ Iungeretur. Vltimo loco in admodum ſolita Virili prudentia, & Clariſſima Senecta Conſtitutus, non parum multos Conſilijs grauibus in militari diſciplina Inſtruxiſſet, ſuorum geſtorum, & magnanimorum actuum ſumma onuſtus gloria, Cęlum petijt. Hos admodum paucos, ex multis huius generoſæ Proſapiæ mihi Viro Italo Principes, enarraſſe ſufficit, ne ſi omnes nominare inſtituiſſem, vbi Hiſtoria opus fuiſſet, epiſtola deficeret. Tu autem Don Antoni Illuſtr. & Excell. Princeps, qui Auo, Patruoq; ſuccedens bonorū, & ſanguinis, magnarumq; Illarū virtutū, non modò hęres, ſed repręſentator, & Cumulator exiſtens, hoc tempore oſtendiſti, quo Regnum Iſtud Neapolitanū varijs ſit vexatum, & Turbulentiſſimis procellis in ſiniſtris ſucceſſibus præmeretur, eſſetq; maximo alicui Principi Commendandū, & Illius Adminiſtratio cōmittenda. Potentiſſimus Philippus Auſtrius Rex noſter. Catholicus, cuius florentis ætatis ſtudijs, & admodū Illuſtribus actibus, ætatem præuenit, & prudentia ſumma ornauit. Vndè tuorum Prædeceſſorū acta intuitus, ac illorum famam, & gloriā conſpiciens, Te elegit, cui ſoli, illud confideret, quia rationes, & exempla Prędeceſſorū tuorum experimenta habebat impromptu, acta contra Mauros, & Barbaros, cōtra Infames Hæreticos, & Fidei Chriſtianæ Hoſtes. Contra Emulos, & Inuidos Principes, qui eius magnitudini obſiſtere conabantur. Anhelantes in Italia Statum Regni Neapolitani; Mediolani, aliorumque, quos Crediderant, in Ictu oculi, opprimere, & Victorias reportare. Sed ſicut Tui Prædeceſſores relati Trophæa, & victorias, & triūphos, Victoriarū obtinuerunt, eodem modo digniſſimo Iudicio motus, tuæ Excellentiſs. Perſonæ electionem fecit, qui cum haberes exempla tuorum præcedentia, vt ab illis non degenerares, vidimus tanta diligentia, & vigilantia hoc Regnum Gubernare, quod in actu bellico, miraculo tenus viſum ſit, Te vnius menſis tātū ſpatio ſexaginta Capitaneos Equeſtris Militiæ, cum Comitiuis adeò claris, quod verè, nūquam tanta affectione, Amore & diligentia, Principes Regni Certatim Regi, & Tibi ſummo Locūtenenti obtēperaſſe, ac etiā ad minus vigintiquinque millia milites pedeſtres, Vltrà Militiam Regni Antiquam, equitum grauis Armaturæ, & Pedeſtris, qui aſcendunt ad ſummam ſexaginta millium, quos impromptu Te coram Rege gloriari admodum poſſis. Quibus ex cauſis cum Regnum ſub tuo tutamine lætum, quietum, & tranquillum exiſtat, Iuſtitiam æque adminiſtrare facias Nemini parcendo, & abundantiam viuendi cōſeruando, Magiſtratus, & officio dignis, & eorum meritis conferendo, cum tuo tempore abſit Magiſtratuum Nundinatio cum Illos etiam & Exteros, & Sapientes, habere procures. Magnas itaquè gratias Deo Optimo Maximo, Regi, & Tibi, Regnum agere debent, ob res tuas, tàm optimè geſtas, & quas geris, pro quibus Dominus noſter, Diù, & multis Annis Conſeruet incolumem. Ideò tuam iſtam bipartitam inuigilationem, quòad actus bellicos, & pacis Admodum Illuſtras, & Domus, & familiæ tuæ ſplendorem ſuperaſti, Credo enim tuos Prædeceſſores, ac Te Admodum conſideraſſe, quòd ferè à mundi creati, & naſcentis principio Duces Aluæ Proregibus in Scriptura Sacra habiti ſint, quorum exempla fortè emulari didiciſtis. Vndè tuo aduentu in Regno, quid tanto numini offerrem, æquale munus non haberem, ſimplici quadam Epiſtola in editione noni Voluminis meorum Operum, tuam Excellentiam ſalutare auſus ſum, quam cum te ſumma humanitate, & lætitia accepiſſe intellexerim. Nunc Vndecimum meorum laborum opus emittens, qui eſt ſummæ Deciſionum Vniuerſarum Tomus Tertius, tuæ Excell. dicare decreui vt vndecimum decimæ loco offerem, quem ſi in templo maiorum, tuarumque virtutum grato animo accipere dignaberis, alij qui ſubſequentur tuo etiam nomini, tuiſque dicandi, fulgebunt, ſi interim illos accipere dignabitur Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Don FERDINANDVS ALVAREZ TOLETVS Regni Nauarræ Maior Comeſtabulus, tuæ Excellentiæ filius Primogenitus, quem te, tuoſque prædeceſſores æmulantem, arbitror viros illos Principes non æquaturum ſolum, ſed longo interuallo ſuperaturum.

MAGISTRATVS SVPREMI, QVI IN HISPANIA SEDENT IN SVMMO ITALICO CONSILIO APVD MAIESTATEM PHILIPPI QVARTI REGIS CATHOLICI

ILLVSTRISS.MVS ET EXCELLENTISS.MVS DOMINVS DON EMANVEL A' STVNICA, ET FONSECA, COMES MONTIS REGII, ET FONTIS,

ET IN EODEM CONSILIO SVPREMVS PRAESES

Illustrissimus Dominus Don Aloysius Hieronymus de Bouadilla Comes Chinchioni Regni Aragoniæ Thesaurarius Maior.

Don Antonius de Quintana Duennas Marchio Ploreſtæ Regens.
Ioannes Baptiſta Valenzuela Velaſquez Regens.
Don Ioſephus de Neapoli Regens.
Hieronymus Caymus Regens.
Scipio Brandolinus Regens.

Laurentius de Aguirre Secretarius pro Regno Siciliæ.
Lucas Ortiz de Mattienzo Secretarius pro Regno Neapoli.
Petrus de Hueſta Secretarius pro Dominio Mediolani.

AD EVN.

AD EVNDEM

ILLVSTRISSIMVM,

ET EXCELLENTISS. DOMINVM

COMITEM, ET PRÆSIDEM,

ATQVE

ILLVSTRISSIMOS DOMINOS REGENTES

EIVSDEM SVPREMI CONSILII ITALICI IN HISPANIA.

AD SVMMAE

Decisionum Vniuersarum, & totius Christiani Orbis rerum Judicatarum;

Tomum Tertium.

PRÆFATIO

Camilli Borrelli Iur. Cons. equitis Aurati, & Palatini Comitis.

PHILOPHIAM *(Illustrissime, & Excellentissimæ Comes, & Illustrissimi Domini Regentes) sibi sæpe rem Diuinam, atque admirandam visam fuisse, narrat Aristoteles in libr. de Mundo, cap. 1. ad contemplandas rerum naturas, quam, ex Diuinarum, atque humanarum rerum, & causarum, quibus illæ contineantur, cognitionem haberi post Platonem dixit Ammonius apud Porphirium, cap. 1. Et ex illa præscrutationes maximas quæri censuit Auerroes lib. 2. Metaphysicorum 15. Hoc tamen Philosophi Nomen à Pythagora prius dictum, siue adinuentum fuisse dicitur, interrogatus enim, num Sapiens esset? Philosophum se esse, non autem Sapientem, Respondit. Id est Sapientiæ amatorem, modestiori nomine appellando, quod, & D. Thomas de Aquino, lib. 1. Metaphysic. 3. non negauit, quo in loco dicit, Sapientes prius antiquos appellari solitos, quod latius prosequitur Aristoteles, lib. 1. Metaphysices, cap. 2. Hac igitur de causa in maximum errorem, illi inciderunt, quorum opinio fuit, hanc Mundi Machinam, quam inspicimus, increatam, & ingenitam illam fuisse, in qua, & Caldæos, Aristotelem, aliosq; fuisse narrat Auerroes, lib. 1. de Cælo. 102. quasi fateantur, Mundum à se ipso, productumque extitisse. In hanc fallaciem, omnique reprehensione dignã opinionem incidisse, ex qua colligeretur, quòd Mundi plures nasci potuerunt, ac possent, quod incapaces rationis, ac hebetes dicerent, & asserent. Cum incorrupta sit veritas, & irreprehensibilis, Mundum hunc, Cælum Terram, Aquam, & aerem, & omnia, quæ in eo sunt, à DEO OPTIMO MAXIMO creata sua bonitate, Potentia, & Sapientia ex nihilo. Quod, & ab Anaxagora, & Aristotele in libro de Natura Deorum, traditum fuisse scribit Albertus Magnus libr. 4. Physicor. Tractatu 1. cap. 2. & libr. 8. Tract. 1. cap. 4. Verum istud apud nos, totam Rempublicam Christianam planum, & pro indubitabili axiomate receptum fuit, edocti veritate lucidissima tradita per Mosem Geneseos, cap. 1. cap. 2. & seqq. hoc idem voluit Plato in Timeo, quod sequutus est Mercurius Trismegistus in Pymandro, cap. 4. dum, censuit, Opificem DEVM Mundum Vniuersum Verbo creasse. Sed explicans omnem Mundi creationem Dauid Psalmo 32. inquit, Verbo Domini cæli firmati, & Spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Congregans sicut in vtre aquas Maris, ponens in Thesauris abyssos. Et inferius idem Dauid sequitur dicens, Quoniam ipse dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt. Hæc omnia confirmat Plotinus Enneadæ 2. lib. 9. cap. 12. & Enneade 3. lib. 3. cap. 2. idem scripsit Philo Iudæus in libr. de Mundi Opificio, cui veritati, & Simon Magus delirando inquit, creatum quidem Mundum, sed ab Angelis, contra quos scripsere Gabriel Prateolus de Vitis, & sectis Hæreticorũ, atque nonnulli alij, præsertim nouissimè eleganter, ac Doctè Alphonsus de Castro Aduersus Hæreses in Verb. Angeli, & in Verb. Mundus. Creato autem à DEO ipso Mundi opificio, prospiciens quæ creauerat, dixit, & erant valde bona; Semper enim, vt super dictis verbis scribit Philo, Author curam gerit operis sui, communi, necessariaque lege naturæ, quemadmodum, & parentes curant eorum progeniem. Nec mirum, quinimmo magna consideratione dignum arbitrandum est, vt quando vniuersum istud Mundi corpus ab eodem potentissimo, sapientissimoque opifice creatum, atque communem, & singularum rerum creatarum, tam eximiam, ac perfectam bonitatem continentium, non tam, vt sibi ipsi opificij sui creatio admirabilis videretur, (Quis enim factorum DEI, aut sui mirabilis operis testimonium fidelius alius sibi ipsi, præter eum ferre posse? vt inquit Philo libr. 2. legis allegoriarum) quàm, vt eiusdem DEI Machinam tantæ sublimitatis, tantoq; stupore insignem, summamque benignitatem, eiusque bonitatem in nos implicitam, memoriter seruaremus. Nam, & ipse Aristoteles lib. 12. Metaphysices, supremum, ac Maximum Vniuersi huius corporis bonum, Ordine, dispositione, maximaq; pulchritudine, admirabile iudicauit. Quod enim DEVS Vnicus, supremusque opifex ordinando seruauit, exemplo, iussuq. id etiam nos facere, ordi-*

cere, ordinatèque etiam perficere deberemus, omissa omni perturbatione, quod, & Philo in libr. de Sacrificio Abelis, & Cayni docuit. Quo vero ad Dispositionem, patet creationem maximam, & concinnam, ac ipsorum elegantissimam fuisse Cæli, Terræ, Maris, & Aeris, ipsa forma demonstrat.

Facta itaq; Vniuersa ista, suprema, atq; stupenda Mundi compagine, Nunquid summus, & amplissimus creator illam curare, gubernare deseruit, vel omisit? vel in dies illius curam non gerat? Absit hic ab omnium ratione præditorum hominum mente conceptus? Quo modo enim Vniuersum istud Mundi opus regeretur, nisi sapientissimus artifex illi præesset? Illudque sua Potentia, Bonitate, ac sapientia regeret? Nullum enim bonum, nisi Diuinum est, & nisi ipsius DEI opus sit. Hinc Poetæ Clarissimi alta speculatione fassi sunt hanc eandem veritatem, vt solius DEI Optimi Maximi opus sit ipsum Mundum Regere, de quo Boetius de Consulatu Philosophico, lib. 3. Metro. 6. inquit

Vnus enim rerum pater est,
Vnus, qui cuncta ministrat,
Ille dedit Phœbo Radios,
Dedit, & cornua Lunæ,
Dedit, & sidera Cælo,

Et in eodem, lib. 3. Metro. nono, & ait,

O' qui perpetua Mundum ratione gubernas
Terrarum, Cælique sator, qui tempore ab æuo
Ire pubes, stabilisq; manes das cuncta moueri

Et pulchrè, & eleganter Claudianus in Rufinum inquit, lib. 1.

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi Terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu,
Nam cum disposuit, quæsissem fœdera Mundi,
Præscriptosq; Maris fines, Anniq; meatus,
Et Lucis, Noctisq; Vices, Tunc omnia rebar
Consilio firmata DEI, qui lege moueri
Sidera, qui fruges diuerso tempore nasci,
Qui varian Phœben alieno iusserit igne
Compleri, Solemq; suo porrexerit undis
Littora, Tellurem medio libraverit Axe.

Insuper Manilius lib. 1. Astronomicorum dixit,

Hoc opus immensi instructum corpore Mundi,
Membraq; naturæ diuersa condita forma,
Aeris, atque ignis, Terræ, Pelagiq; iacentis
Vis Animæ Diuina regit, sacroq; meatu
Conspirat DEVS, & tacita ratione gubernat,
Et multa in cunctas dispensat fœdera partes,
Altera, & alterius, Vices faciatq; feratq;
Summaq; per varias, maneant cognata figuras.

Creatio itaque, administratio, & gubernatio, ad DEVM Creatorem, factorem, & plasmatorem, spectauit, spectat, & spectabit, ille Regnauit, Regnat, & Regnabit, de quo breuissime Dauid Psalmo 47. inquit, quoniam hic est DEVS, DEVS noster in æternum, & in Seculum Seculi, ipse reget nos in secula. Et speciosius, ac melius dixit idem Dauid Psalm. 144. Regnum tuum, Regnum omnium seculorum, & Donatio tua in omni generatione, & generatione. Optimè etiam, & pulchrè Isaias, cap. 49. Super Vias (inquit) pascentur, & in omnibus planis pascua eorum, non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus, & Sol, quia miserator eorum reget, & ad fontes aquarum potabit eos. Ideo dictum est Exodi. cap. 34. Dominator Dominus DEVS, miserator, & Clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax. Et Danielis, cap. 11. Surget (inquit) vero Rex Fortis, & dominabitur potestate multa, & faciet, quod placuerit ei, & iterum Dauid Psalm. 145. dicit. Regnabit Dominus in secula DEVS tuus Sion in generatione, & generationem. Et Salomon. Sapientiæ, cap. 3. inquit, Regnabit Dominus illorum in perpetuum.

DEO Mundum Vniuersum igitur gubernante, ipsoq; Regente, antiquis eiusdem Mundi patribus ipse inspirauit, vt Templa erigerent, in quibus ipsum colerent, & tamquam Dominum, & creatorem adorarent pro colentium, commoditate, quia quoad ipsum, totus Mundus est Templum. Sed Diaboli malignitas huic inuentioni se opponere instituit, dum nonnullas gentes decepit, cum quosdam homines, tamquam Heroas adorari fecerit, sic Saturno, Ioui, Marti, Herculi Veneri, Iunoni, Dianæ, ac similibus, prauis, Vitiosisq; hominibus, fœminisq; Templa erexerunt, abiētes in Vanitates fabellas, atq; insanias falsas. Sed nō idcirco apud Hebræos remansit, quin instituta fuerit primitiua DEI Ecclesia, continuatum Sacerdotium, & Pontificatus Maximus in Templo Hierosolymitano, in figuram futuræ Ecclesiæ, quæ prophetizata erat per Prophetas, & demum verificata in Personam Domini nostri IESV CHRISTI, quæ ab ipso vsq; modo, ad hunc annum millesimum sexcentneū vigesimum septimum feliciter ducta est, & licet non defecerint nonulli ab eodem Diabolo tentati, hæresibus, falsisq; dogmatibus illam tentare, nihilominus quæ conuentio CHRISTI ad Belial. vt inquit Apostolus 2. Corinthior. cap. 6. DEVS enim odit eos, qui contra Ecclesiam sunt, iuxta illud Dauid Psal 25. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Idem dicitur Ecclesiastici, cap. 13. Quæ communicatio

municatio Sancto homini ad canem? aut quæ pars diuitis ad pauperem? Sed ista hæreticorum pugna, cum sit contra Dominum, nunquam fuit durabilis quoad nos veros filios DEI, & veros credentes, dicere possumus, si DEVS pro nobis, quis contra nos. Quum de optimo credente, vti calido, de non credente vti frigido pagano, dicit Ioannes Apocalypsis cap. 3. vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Tepidum hæreticum significat, quem DEVS vomitare dicit. Ideoque Dominus noster Hæreticorum sectas semper abhorruit, semper dissipauit, Sacerdotium in Ecclesia sua seruauit intactum, & Ecclesiam absque macula, de quo ample dixi in Commentarijs, de Feudis, & Titulis Dignitatum lib. 2. cap. 2. cap. 3. eodem modo CHRISTVS Dominus noster Pontificatus author, suæque Ecclesiæ protector illam, illiusq; successores Pontifices ab omnibus Mundi monstris per tot secula, non modò seruauit incolumes, sed ad sublimiores erexit honorum, & Reuerentiarum gradus, ad hunc vsque diem Pontificatus Sanctissimi Domini VRBANI OCTAVI Summi Romani Pontificis, qui Ecclesiam eo modo gubernat, & Regit, quòd verbis, operibus, & exemplis docuit, vt ad summam eius gloriam habitum fuerit, quo pacto totam Christianam Rempublicam pacatam duxerit, inter ipsos Reges Principes, ac Respublicas, & nationes pacem, & quietem Tranquillissimam procurando, nec suo sanguini parcendo destinando suum ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ legatum Illustrissimum, & Reuerendissimum DOMINVM SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALEM.....

Qui non curans itinerum longitudines, aeris diuersitates pluuias, frigora, algores, tempestates, aliaque incommoda, omnia sustinuit in Adolescentiæ flore, vt a regibus, Principibus, & Rebus publicis, sic suæ legationis munera obtinuerit, vt Summo Pontifici, & toti christianæ Reipublicæ summa cum laude placuerit suæ legationis finis tam optimus.

Constituit præterea Dominus DEVS in Mundo Imperatores, Reges, & Principes, qui hominum negotia, lites, & discordias, audirent, illisq; iustitiam ministrarent. Vndè Salomon. Prouerbiorum. cap. 8. Per me (inquit) Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Proinde ad Moysem. Numeri. cap. 14. dicit, Faciam te Principem in gentem Magnam. Et si mali aliquando Principes aliqui sint, non mirandum erit, permittit enim hoc DEVS ob populorum peccata. Benedicere autem, ac laudare DEVM debent hi, quibus Imperatores, Reges, Principes, ac Dominos, & Respublicas, mites, & christianos concessit, & tradidit, qui eos sapientia, Virtutibus, ac morum integritate ornatos regant. De quo documenta tradita sunt Sapientiæ. cap. 6. Si delectamini (inquit) sedibus, & sceptris ò Reges Populi, diligite Sapientiam, vt in perpetuum Regnetis. Regia namq; gubernatio est potestas, quæ communem vtilitatem respicit; vt dicit Aristoteles Politicorum, lib. 3. cap. 5. & etiam dum Respublica ad modum Regiæ gubernationis dirigitur, & est ex illis spectebus, iusta, ac recta appellatur, vt voluit idem Aristoteles in dicto lib. 3. Politicorum cap. 10, Admodum enim confert, ac vtilissimum Regno erit, si ex se ipso Rex sufficiat, si bonis, ac diuitijs omnibus excellat. nullaque re indigeat, hac enim ex causa, nõ sibi solum vtilitatem, sed suis etiam subditis procurabit. Sin autem Rex, & Princeps, paruus erit, & modicas habeat diuitias, illum Tyrannum fieri scribit Aristoteles Moralium Nicomachiorum, lib. 8. cap. 10. Pauper enim semper est Odiosus, vt scriptum à Salomone Prouerbiorum, cap. 14. Regem autem nostrum Catholicum, cum dixerim, ac probauerim, excedere omnes Reges, Mundiq; Principes, etiam Turcarum Imperatorem, Diuitijs, & possessione tot Regnorum, ac Dominatuum, dum aliqui forte Tyrannidem exercent, ipse magna liberalitate, & liberali Magnanimitate vtitur; vt latissime diximus in Commentarijs de Regis Catholici Præstantia, cap. 46. & alibi pluries in il.o libro. Qua ex causa Reges nostri, persona vacare omnibus Regnis, & Dominatibus non valentes cogunter Principes deputare, qui ipsius Regis personam repræsentent. Sic in hoc Regno Neapolitano hactenus, & in præteritum factum fuisse in proponendo Principes audiuimus, & nostra ætate conspeximus, & illos maximos, vt modò videmus Illustrimum, & Excellentissimum Dominum Don ANTONIVM TOLETVM Aluæ Ducem, cui in hoc libro Epistolares literas direximus, Principem omni virtutum laude insignem, eique in supremo istius Regni collaterali consilio assistunt quatuor supremi Consiliarij, Regentes appellati, FVLVIVS CONSTANTIVS Marchio Corleti. CAROLVS TAPIA, Marchio Belmontis, IOANNES HENRIQVEZ, & DIDACVS LOPEZ Iurisconsulti Eminentissimi, cum eodem Prorege residentes, quibus assistit, tamquam Regius in hoc Regno Neapolitano Secretarius IOANNES ANGELVS GABRIELIVS Dux Catuani Iurisconsultus Doctissimus.

Verum apud personam suam idem Catholicus, & Potentissimus Rex, habet supremum Tribunal, quod consilium Italicum nominatur, in quo tu Regius Præses caput erigis, (Excellentissime Comes, cum alijs Illustrissimis Dominis supra nominatis) supremis trium Regnorum Magistratibus, & consiliarijs, quorum sub statera, iusto; libramine, integerrimo, sublimi, prudentissimoque iudicio, Regnum hoc Neapolitanum Siculum vltra Pharum, ac Mediolanense, Reguntur. Vestro verbo, vestra Voce, Vostroq; iussu, & mandato, supremarum, ac difficillimarum causarum, iudicia, nouissimæque sentẽtiæ, trutina iustitiæ, & æquitatis, vbi opus est, intercedentibus, emanant, ac prodeunt, & eadem Regna illæsa, in pulchra felicitate seruantur. Idem dicendum est de Sacro huius Neapolitani Regni Consilio, in quo, nouissimè creatus est ab eodem Rege Catholico Præsidens, & Vice prothonotarius Dominus DON PETRVS IORDANVS VRSINVS, Iuris consultus Doctissimus Hispanus, Virtutum omnium, natiuitate, & vitæ, ac morum integritate conspicuus; sub isto militant Consiliarij Hispani, & Itali Viginti, sed numerum expleuit Vigesimum primum D. Franciscus Sapiens Neapolitanus, opera, & Sermone Sapientissimus Iurisconsultus motu proprio ab eodem Rege in Consiliarium huius Sacri consilij allectus, istorum iudicijs purgatissimis Regnum Neapolitanum in dies Illustrius redditur. Adest etiam aliud Tribunal maximum, ac præstantissimum, sub nomine Regiæ Camera summariæ, in quo summa ratio, & iustitia regitur omnium causarum, & bonorum Feudalium, & reddituum, collectarum, & introituum Regalium, & ad Patrimonium spectantium, & quomodolibet ad Fiscum Regium pertinentium, vel vacantium, vel quæ ad Fiscum ipsum deuoluuntur ob defectum successorum, ob fellonian, aliudve delictum. In

hoc Tribu-

hoc Tribunali loco Præsidis sedet Magni Camerarij locumtenens, vt est modò Dominus Don BERNARDINVS MONTALVVS Hispanus Iurisconsultus Eximius, Marchio Sancti Iuliani, moribus, ac vita integerrima præditus, ac refulgens Natalium claritate. In eodem Tribunali sunt septem Togati Iurisconsulti Præsidentes Doctissimi, Regij Patrimonij etiam Aduocatus, vt modò est VINCENTIVS CORCIONVS Iurisconsultus virtutis eximiæ, ac subtilissimæ indolis, in hoc Tribunali similiter tractantur causæ administrationum, ac reddituum Vniuersitatum. Magna Curia Vicariæ Tribunal est omnium antiquius pro causis omnibus Regni Ciuilibus, in duabus Aulis, sunt sex Iudices, in quarum prima, ego ex illis vnus sedeo, & Ius administramus per totum Regnum, sic etiam in causis capitalibus sunt octo Iudices in vnico consessu, in quo est alius Regij Fisci Aduocatus, & Aduocatus Regius pauperum. Sunt consessus alij in omnibus Regni Prouincijs, sub Regijs Præsidibus, qui habent suos Auditores Regios, & alios officiales, de quibus alibi dixi. Verum qui in Magna Curia sedemus Maiores omnium, & indefessos labores sustinemus. Ista Regum munera à DEO Regibus omnibus, Principibusq; collata sunt, & Imperatoribus, Regibus Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, siue Maioris Britanniæ, Scotiæ, Poloniæ, Noruegiæ, Baciæ, Suetiæ, alijque Regibus, & Principibus, Rebus publicis, Venetiarum, Genuensium, Lucensium, Ragusinorum, atque Heluetiorum, Qui omnes in eorum Dominijs, habent Senatus, in quibus tenent Senatores, Assessores, Consiliarios, Auditores, & Magistratus Iurisconsultos in Iure peritissimos, & omni scios.

Cum autem congaudeam Pontificibus, Imperatoribus, Regibus Principibus, Rebuspublicis, quòd in eorum Dominijs, & Tribunalibus à tot viris Doctissimis emanauerint tot Iudicatarum rerum Sententiæ, tot iustitiæ exempla, quas Decisiones appellant, diuersisq; alijs nominibus, quorum multi libri, operaq; magnum numerum excedunt, in quibus, & si aliquando conueniant, aliquando tamen pugnantia sunt, ac videantur. Quia tamen illarum discordantia, non semper à diuerso legum, & Iurium intellectu, aut declaratione, vel à discordia opinionum ipsorum iudicum inter ipsos, quàm à diuersitate legum municipalium, vel patriarum consuetudinum, & quandoq; à casuum, & factorum dissonantia, nasci solent diuersa Iudicia, & contrariæ sententiæ, & diuersimode iudicari. His ex causis arbitratus sum, vt animum meum impellerem, ad omnes Decisionum libros, qui vsq; modò in lucem emissi sunt, quique ad nos peruenerunt, inspiciendos. Vidi itaq; illos, DEO bene rem iuuante, & qualibet Decisione per Titulos, & Rubricas, ex singulis libris proprium librum separatim præscriberem, quo facto Summam illarum concinnaui, qui labor vsq; modo ad Tres Tomos accessit, quorum iste Tertius Tomus exhibetur, non autem credo illos currenti calamo factos, sed summo labore, summoq; studio elaboratos, si verum lectores iudicabunt, Benedictus sit DEVS Omnipotens, qui, vt epilogum faciam Mundum suo potenti verbo, creauit, quo nullum sua Mole matus, Varietate admirabilius, specie Magnificentius, Ornatu elegantius, pulchritudine amabilius, robore valentius, Mundus decentissime partium ordine, miroque illarum inter se, quasi concentu, consensuq; venuste ditatus, bonorum copia plenus, ac perfectione absolutus, vt optimè inquit Benedictus Pererius Commentariorum in Genesim, in Præfatione. Cui Mundo præstando, & hominibus ibidem existentibus ipsos, vt diximus gubernat, & regit. Rationi consentaneum est, homines à superis gubernari, optimè autem gubernari absq; DEI adiutorio homines minime posse, vt dicit Marsilius Ficinus in Platonem de legibus. Dialogo 4. Attendere Christianorum & Catholicorum Regum actiones, facta digna, & Illustria debemus, cum sint à DEO missi, & electi, nam illos humani generis pastores appellauit Plato in lib. de Regno. & Poetas appellare Reges pastores inquit Philo in libr. de Agricultura. Sed, & Scriptura Sacra Isaiæ cap. 44. inquit, qui dico Cyro, Pastor, meus es tu, & omnem voluntatem meam complebis. & Ieremiæ, cap. 3. dicitur, Sic dabo Reges Pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina. Ideo Reges pastores sunt, alijque Principes, qui subditos pascunt Verbo, opere, & exemplo, Quales enim videri volunt, tales præstare se debent, vt inquit Plato ad Dionem Epistola. 4. quo in loco sequitur, quòd ipsi, quoad Iustitiam, Prudentiam, & Magnificentiam, eo modo debent alios superare, quantum Viri mores. Vnde Marsilius Ficinus in Platonem de legibus. Dialog. 4. dicit, tales esse debere Principum mores, quales ciuium desiderat, Et propterea optimè Plutarchus inquit, quòd Principum vita subditorum est censura, & quemadmodum ipse viuit, ità illi viuere addiscunt. Gratias DEO agamus, quòd Reges, & Principes habeamus, qui à Diuinis præceptis minimè deuiantes. Iustitiæ administrationi vacantes, subditos in pace continent. Principes nostri omni virtutum genere præstantes, vt plusquam alius docui in commentarijs de Regis Catholici Præstantia, cap. 84. & per totum, consequens est, vt concludam, non modò in ijs Regnis, de quibus supra dictum fuit, sed in omni Suorum Regnorum Imperio, quo nullum vnquam maius apud Rempublicam Christianam, à seculis visum fuit, summa cum gloria exultemus, habentes, & Reges, & Principes nostros supremos, sic illorum loco Principes gubernantes, & Pacis studio, & Belli administros eximios, in quorum Dominio, & potestate Deus dignetur seruare incolumes.

AVTHO-

AVTHORVM OMNIVM QVORVM DECISIONES

Deductæ fuerunt in hoc Summæ Vniuerſarum totius Chriſtiani orbis Deciſionum Tomo Tertio,

CATALOGVS.

A

Achilles de Graſſis.
Aegidius Bellamera,
Aegidius Magiſter.
Alexander Iuſtus.
Alexander Litta.
Alexander Raudenſis.
Alfonſus Binarinus.
Alfonſus Manzanedus.
Aluarus Vallaſcus.
Andreas Gaill.
Annæus Robertus.
Andreas Fernandez de Corduba.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Capicius.
Antonius Faber.
Antoninus Theſaurus.

B

Barnabas Cornazanus.
Bernardus Card. Biſgnetus.
Binarinus Alfonſus.
Blanchettus Laurentius.
Borgninus Caualcanus.
Brauus Gregorius.
Bubalus Marcellus.

C

Capella Tholoſana.
Camillus Ballionus.
Cæſar Barzius.
Cæſar Graſſus.
Cæſar Vrſillus.
Chriſtophorus Robuſterius Card.
Cotta Pompeius.
Creſcentius Marcellus Cardinalis.

D

Dionyſius Ratta (tius.
Dionyſius Simõ Marchamon
Dominiſius Arumeus.

F

Fabius Accorombonus.
Fabius de Anna.
Fabritius Veroſpius.
Flaminius Chartarius.
Flaminius Plattus Cardinalis.
Franciſcus Cantuccius
Franciſcus Claperius.
Franciſcus Gyptius.
Franciſcus Marcus.
Franciſcus Milanenſis.
Franciſcus Mantica Cardinalis.
Franciſcus Pegna.
Franciſcus Sacratus Archiepiſcopus Damaſcenus Cardinalis.
Franciſcus Vbaldus.
Franciſcus Viuius.

G

Gabriel Paleottus Cardinalis.
Garſias Maſtrillus.
Garſias Millinus Cardinalis
Gaſpar Gulielmus.
Gaſpar Antonius Theſaurus.
Gerardus Maynardus.
Gomeſius Leo.
Guido Papa.
Gregorius Brauus.
Gulielmus Caſſadorus.
Gulielmus Horborch.
Gulielmus Dunnozet.

H

Hermannus Ortombergius
Hieronymus de Laurentijs.
Hieronymus Magonius.
Hieronymus Marlianus.
Hieronymus Pamphilius Cardin.
Hieronymus Verallus.
Hippolytus Aldobrandinus Card.
Horatius Lancellottus Cardinalis.

I

Iafredus Lanfrancus Balbus.
Iacobus Puteus Cardinalis.
Iacobus Simonetta Cardinalis.
Iacobus Caualerius
Iacobus Tomingus.
Ioacchimus Mynſingerus.
Ioannes Corſerius.
Ioannes Clerici Epiſcopus Maceratæ Gallus.
Ioannes Gallus.
Ioannes Griuellus.
Ioannes Lucius.
Ioannes Mohedanus Eps Rauell.
Ioannes Baptiſta Guidobonus.
Ioannes Baptiſta Pamphilius.
Ioannes Paponus.
Ioannes Paulus Tolomæus.
Ioannes Petrus Surdus.
Ioannes Thomas Minadous.
Ioſephus Ludouicus.
Iulius Oradinus.
Ioannes Baptiſta Rubeus.
Ioannes Baptiſta Coccinus.
Ioannes Baptiſta Ramboldus.
Ioannes Iacobus Maſullus.

L

Laurentius Blanchettus Card.
Ludouicus Gomez Eps Sarnẽ (ſis.
Ludouicus Peguera.

M

Marcellus Creſcentius Card.
Marcellus Bubalus.
Marcus Antonius Mareſcottus.
Marcus Antonius de Amatis.
Marcus Antonius Bellonus.
Marcus Antonius Peregrinus.
Martinus Monter.
Matthias Colerus.
Matthæus de Afflictis.
Matthæus Burattus.

N

Neapolionus Comminutulus.
Nicolaus Antonius Gizzarel (lus.
Nicolaus Boerius.
Nicolaus Intrigliolus.
Nicolaus Piccolomineus.
Nicolaus Reuſnerus.
Nicolaus Vigellius.

O

Octauianus Cacheranus.

P

Paulus Aemilius Verallus.
Peregrinus Fabius.
Petrus Rebuffus.
Petrus Benintendus.
Petrus Vorſthius Germanus Epiſcopus Aquenſis.
Petrus Royzius.
Petrus Garſia.
Pompeius Cotta.
Pompeius Arrigonus Cardinalis.
Philippus Pirouanus.
Proſper Santa Crucius.

R

Raynaldus Petruccius Senenſis.
Rauellenſis Eps Mohedanus.
Reomanus Suauius Cardinalis.
Renatus Choppinus.
Rota antiqua Romana.
Rota Romana Noua.
Rota Romana nouiſſima.
Rota Romana Nuperrima.
Rubeus.

S

Sauius Reomanus Cardinalis.
Scipio Lancelottus Cardinalis.
Seraphinus Oliuarius Cardinalis.
Siluester Darius Lucanus.
Stefanus Aufrerius.
Stephanus Gratianus.

T

Thomas Falſtoli Cardinalis.
Thomas Grammaticus.
Thomas Triuiſanus.
Thomas Thanus.

V

Vlcecomes.
Vincentius de Franchis.
Vincentius Carrocius.

FINIS.

INDEX

INDEX TITVLORVM, ET MATERIARVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

Adulterijs, stupris, incertis, & carnis Flagitijs. tit. 6. 174.
Antefato tit. 8. 201.

C

Carnis flagitijs. tit. 6. 174.
Cautionibus. tit. 13. 282.
Codicillis. tit. 21. 398.
Collectis. tit. 15. 328.

D

Diuortijs. tit. 3. 94.
Donatione propter nuptias, quarta, siue antefato. titul. 8. 201.
Donatione inter virum, & vxorem, & inter patrem, & filium. tit. 9. 210.
Donatione inter viuos, & donatione causa mortis. titul. 10. 225.
Donationibus insinuandis. tit. 11. 261.
Donationibus reuocandis. tit. 12. 276.
Dotium iure. tit. 4. 104.
Dotalibus priuilegijs. tit. 5. 134.

F

Fideiussoribus, cautionibus, satisdationibus, & mandatoribus. tit. 13. 282.

I

Incestu. tit. 6. 174.
Inter viuos donatione, & causa mortis. tit. 10. 225.
Insinuandis donationibus. tit. 11. 261.
Inuentario in communi tit. 18. 364.
Inuentario hæredis cum beneficio legis. tit. 19. 364.
Iure Dotium. tit. 4. 104.

L

Legatis. tit. 22. 404.
Legitima. tit. 16. 338.
Liberationibus. tit. 14. 314.

M

Mandatoribus. tit. 13. 282.
Matrimonij sacramento. tit. 1. 13.
Mortis causa donatione. tit. 10. 225.

N

Nuptijs. tit. 1. 13.
Secundis nuptijs. tit. 2. 81.
Propter nuptias donatione. tit. 8. 201.

P

Priuilegijs dotalibus. tit. 5. 134.

Q

Quarta, siue antefato. tit. 8. 201.

R

Repudijs, diuortijs, & Thori separatione. tit. 3. 94.
Reuocandis donationibus. tit. 12. 276.

S

Sacrilegio. tit. 7. 194.
Satisdationibus. tit. 13. 282.
Secundis nuptijs. tit. 2. 81.
Solutionibus, & liberationibus. tit. 14. 314.
Sponsalibus, & matrimonij Sacramento, ac nuptijs. tit. 1. 13.
Stupro. tit. 6. 174.

T

Testamentis. tit. 20. 379.
Thori separatione. tit. 3. 94.
Trebellianica tit. 17. 350.
Tributis, collectis, & Vectigalibus. tit. 15. 328.

V

Vectigalibus. tit. 15. 328.

CAMILLI

CAMILLI BORRELLI
IVRISCONSVLTI,
EQVITIS AVRATI, ET PALATINI COMITIS
Summa Deciſionum.

AD OMNES CHRISTIANI ORBIS MAGISTRATVS,
Aduocatos Cauſarum Patronos, & in foro verſantes.

TOMVS TERTIVS.

ARGVMENTVM.

Matrimonium eſt viri, ac mulieris Coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens Diuini,& humani Iuris communicatio,cum maſculo, & fœmina fuit conſtitutum ad euitandas nefarias cõiunctiones, & ex hoc peſſimum crimen deteſtatur, & multa carnis delicta. Conſenſus, & coniunctio matrimonialis requiritur ad matrimonium, & morte diſſoluitur,prohibitum eſt inter chriſtianos, & alienos à fide Catholica. Matrimonium inſtitutum à Deo,& quando,& ob quem finem. Sponſalia per literas, per præſentem, & interuenientem contrahuntur, ita pariter matrimonium,& per procuratorem,& conſenſus paternus quando requiratur in matrimonio, ſpõſalia conſenſum vtriuſque partis requirunt,& quomodo contrahantur. Dantur arrhæ, & quare? Matrimonium ne dicatur clandeſtinum,quæ requirantur, & multa de matrimonio clandeſtino. Aetas contrahendi matrimonij, quæ? Tempora prohibita ad contrahendum,quæ? Ritus multarum nationum in matrimonijs; Conditiones quoad ſponſalia, & matrimonia, & impedimenta plura proponũtur, videlicet voti conſanguinitatis,criminis,diſparitatis,cultus, coactionis, mœtus,ordinis, Iuſtitiæ publicæ honeſtatis, furoris, affinitatis, impotentie,& alia. Sponſalia de futuro quibus ex cauſis diſſoluuntur. Matrimonium verum, præſumptum,& putatiuum, filij nati ex matrimonio putatiuo ſuccedunt in feudo, & ad dignitates admittuntur,& eorum priuilegia. Probatio matrimonij qualiter fiat; Quomodo diſpenſentur matrimonia aliqua non injucunda in medium afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Gratias æquales homo DEO omnipotenti reddere pro Vniuerſo Beneficiorum cumulo, quibus illum dignum fecit.*

2 *DEVS animal omne reptile, iumenta, & beſtias terræ,volucres cœli,& piſces maris ob ipſum hominem creauit.*

3 *Paradiſum fœcundiſſimum, ornatiſſimum, Magnificentiſſimum, voluptuoſiſſimum, & expetibilem, illi tamquam Regiam fecit, in quo illum collocauit.*

4 *Omnia coram illo adduxit, vt congrua illis nomina imponeret, ac illorum dominium illi traderet.*

Gloria, & honore coronauit eum, & conſtituit eum ſuper opera manuum ſuarum, vt dicit Propheta, & habetur in libro Eccleſiaſtes.

6 *Euam ex Adamo produxit, vt illi adiutorium faceret.*

7 *Quæ verba,Matrimonij originem habuere.*

8 *Matrimonium,nuptiæ, coniugium, & connubium ſynonima ſunt.*

9 *Nuptiæ (ſecundum Modeſtinum) ſunt Maris, & fœminæ conſortium, omnis vitæ,Diuini, & humani iuris communicatio.*

10 *Matrimonium, quid eſt ex Tertulliano?*

11 *Matrimonij diffinitio ſecundum alios.*

12 *Ioacchimus Hopperus Friſius Iuriſconſultus diuerſarum ſcientiarum cognitione inſignis.*

13 *Vir vnus plures mulieres, nec vna mulier plures viros,vnico,eodemq; tempore,ducere nequeunt*

14 *Præceptum CHRISTI, quos DEVS coniunxit, homo non ſeparet.*

15 *Vxores plures eodem tempore habere non licet, numero 16.*

16 *Qui plures vxores eodem tempore duxerat,fuit ſupplicio traditus.*

17 *Iacobus Signorius, qui duas vxores eodem tempore duxerat, ſupremi Senatus Toloſani decreto fuit laqueo traditus.*

18 *Pro pœna fratricidij Caini in Abelem fuit petita vltio in ſeptuplum,in Lamech autem ob homicidium, & ob bigamiam, eò quòd eodem tempore duas vxores duxerat, fuit petita ſeptuagies ſepties.*

19 *Maritorum vbi numerus, vir, qui propriè vnus eſt, vnus eſſe deſijt,ſecundum Hieronymum.*

20 *Damnandi sunt Thraces, Parthi, Garamantes, Hasamones, AEthiopes, Persæ Turcæ, qui vno tempore plures vxores capiunt.*

21 *Quare DEVS permisit Danielẽ duas vxores habere?*

22 *Salomon Septingẽtas habebat vxores. nu. 23. Abias quatuordecim vxores habuit. nu. 23.*

24 *Cur apud eosdem antiquos patres; multus erat vxorum numerus? nu. 25. 28.*

26 *Abraham ingressus cum Agar ancilla, ex Saræ vxoris suasu, vt haberet aliquẽ, q in bonis succederet.*

27 *Cætura Abrahæ vxor, mortua Sara.*

29 *Matrimonium, qui per verba de præsenti contraxit, illaq; viuẽte, aliã ducit, & propria authoritate cõtrahit, contra matrimonij Sacramentũ committit, & inquiri ab hæreticæ prauitatis officiali potest.*

30 *Matrimonium quare cum masculo, & fœmina constitutum fuit? nu. 31. 32. 33. 34. 35.*

31 *Nefaria masculi cum masculo libidinis exercitatio ab initio nascentis Mundi viris DEVM timentibus odiosa. nu. 32. 33. 34. 35. 36.*

32 *Deus Adamo, & Euæ præceptum dedit, vt iusto vsu, crescerent, multiplicarent, & implerent terram.*

33 *Clamor Sodomorum, & Gomorræ, & illorum peccatum contra legem DEI aggrauatum est, & de cælo immissus ignis, & sulphur, quibus subuersæ sunt ciuitates, & omnis Regio, & cuncti habitatores illarum, terraq; redacta, vt nunquam vltra seratur, nec germinet. nu. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.*

35 *Ciuitates subuersæ, Sodoma, Gomorra, Adamæ, Seboim, altæq; illis proximæ nu. 36. 37. 38. 39. 40.*

36 *Sodomorum subuersionẽ referunt Isaias, Ieremias, EZechiel, Oseas. Prophetæ nu. 37. 38. 39. 40.*

40 *Dormienti cũ Masculo coitu fœmineo, qa abominatio est, mortis pœna statuta in Lege Diuina Leuitici.*

41 *Morte dignos Apostolus Paulus, qui relicto naturali fœminæ vase exarserunt in desiderijs suis, iudicauit. nu. 42. 43.*

44 *Diluuij Vniuersalis pœnæ causam reddit scriptura, quia vniuersa caro corruperat viam suam.*

45 *D. Apostolorum Princeps Petrus dicit Diluuium vniuersale misisse, mundo non parcens impiorum, illius Noe præconem custodiens, & Sodomorum, & Gomorreorũ in cinerem redigens, in exemplum eorum, qui impiè acturi sunt.*

46 *Nefarij Sodomitici delictum Iure canonum punitur.*

47 *Humano Iure delictum istud nefarium gladio vltore punitur, quo Imperator dicit venire fames, Terræmotus, et pestes, & subuerti ciuitates, et populos.*

48 *Si quis vase mulieris ad vsum non suscipiendæ sobolis concesso abutatur execrabile in meretrice, sed longè execrabilius in Vxore.*

49 *Pœna huius delicti inter masculos insimul, & inter fœminas simul, proponitur eadem.*

50 *Clemẽs Alexãdrinus scribit DEVM in Leuitico, & Deuteronomio prohibuisse, ne comederentur Lepus, & Hyena & sic apud Ieremiam, quod in dictis locis de Hyena, non reperio; dicens, quòd vno anno Hyena pariat, altero operetur, quòd anno mas fit, fœmina altero, quod dicant fieri de mare fœminam, & è contra.*

51 *Quod verum nõ esse, sed inducitur Plinij, Aristotelis, Alberti magni, & Tertulliani opinione. nu. 52.*

53 *Sanctus Loth ne in hospites suos pessimum Vitium exercerent, obtulit, vt duarum filiarum virginum stupro abuterentur.*

Vitium nefandum stupro mulierum grauius existimatur.

54 *An peccauerit Loth filias stupro offerens; Fælicianj Capitoni opinio. nu. 55. & aliorum. nu. 56. Cardinalis Caietani opinio. nu. 57. 58. 59. 61.*

60 *Naturalis vsus cũ vxore licitus, vt in coniugio, illicitus in adulterio, contra naturam, semper illicitus, & flagitiosior secundum Hieronymum.*

62 *Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu, peius est enim cum matre, quàm cum aliena vxore concumbere, sed horum omnium est pessimum quod contra naturam fit. nu. 63.*

64 *Flagitia Sodomitarum committentes, eodem criminis reatu, vt inquit Augustinus, tenentur.*

65 *Exemplum terribile contra Tribum Beniamin, ob scelus contra naturam commissum in vxorem cuiusdam Leuitæ. nu. 66.*

67 *Poma pulchra visu Sodomorũ, & Gomorreorũ Terra, aperta, in cinerem resolui conspiciuntur. nu. 68.*

69 *Delicta contra naturam, secundum Tertullianum, non sunt delicta, sed monstra.*

70 *Quare igne, & sulphure Sodomitas punit DEVS? ex Rabano. nu. 71. 72.*

73 *Nimia bonarum Rerum copia, & satietas Sodomitas perdidit Philonis dictum.*

74 *Cladis veteris Sodomorum exalans fumus perpetuò, & sulphur, et in hodiernũ vsq; diem, adsunt in Syria mixtæ cineri, fumo, & sulphure ruinæ. n. 75.*

76 *Sodomitarum, & Lothi Historia ex Iosepho.*

77 *Sodomiticum vitium nullo prorsus vitio est conferendum ex Petro Damiano. nu. 78.*

79 *Coitus omnis alterius, quam vxoris, ex Aristotele, est pœnitus interdictus.*

80 *Vitium nefandum apud Persas olim viguit.*

81 *In Capitolinum Consulem de attentata violentia in Marcum Marcelli Collegæ Consulis filium, ac pudicitia, optimum Tribuni plebis, & Senatus Iudicium. nu. 82.*

Pulchrum pudoris exemplum in Marco Marcelli Consulis filio.

82 *Marcellus Consul mulctam indictã Capitolino Consuli ob causam Marci sui filij, nec sibi, nec filio applicauit, sed mensam argenteam ea ex pecunia conflatam, Dijs dicauit.*

83 *Facinus Tiberij Cæsaris Sodomiticum pessimum, crurifragio dignum.*

84 *Erganitium nefandum Scatiniæ Legis pœna à C. Scatinio Tribuno Plebis Aricinensi lata. numero 85.*

86 *Domitianus Cæsar, quosdam ex vtroque ordine lege Scatinia condemnauit.*

87 *Vdalrici Zasij, & Antonij Augustini in quantum ad legem Scatiniam error. nu. 88.*

89 *Pro vitio Sodomitico imposita mortis pœna per Constantium, & Constantem Imperatores.*

90 *Impe-*

90 *Imperator Iuſtinianus ſimili modo pœnam mortis ſtatuit.*

91 *Carolus quintus Imperator in Comitijs Imperialibus ei delicto mortis pœnam ſtatuit.*

92 *Idem Carolus flammarum pœnam, & agenti, & patienti in ſtatu Mediolanenſi conſtituit pro eodem nefando facinore.*

93 *Magiſtratus apud Cheroneam, qui violentia pro adimplendo ſimili facinore in iuuenem vti ſtatuiſſet, is alijs comitatus, Tincti fuligine iudicem adoriuntur, & occidunt.*

94 *Lucullus conſul propoſita contra Adoleſcentes occiſi Iudicis à Cheroneis accuſatione, is audita cauſa, Iudicem iuſtè occiſum, & occiſores abſoluendos decreuit.*

95 *Cum Tribonio Adoleſcenti pudicitiam eripuiſſet Lucius Tuculus, vel vt alij appellant, Cluſus Tribunus C. Marij Conſulis, & exercitus Imperatoris, illiuſq; propinquus, ab eodem Adoleſcente interfectus, C. Marius cauſam cognouit, & Adoleſcentem manifeſtæ cædis reum, non modò ſupplicio non affecit, ſed pro concione laudatum, & corona donauit, ac dimiſit.*

96 *Philippus Macedoniæ Rex occiſus à Pauſania Adoleſcente, qui vim paſſus ab Attalo Maximo Duce apud Regem primario, qui illum ſtuprandum tradiderat, & Rex id ſubridendo ad Pauſaniæ querelam nihil profeciſſet, iniuſtitiam, ſibi fieri vides, Regem obtruncat.*

97 *Vitium ſodomiticum ab omnibus legibus, Doctoribus, & ſcriptoribus odio habitum, & prohibitum.*

98 *Hiſpanicarum legum delictum hoc ſodomiticum ſeuerè punitum.*

99 *Excellentiſſimus Venetorum Senatus delictum nefandum, morte, & igne punit.*

100 *Ioſephus Ludouicus Tamantum quendam Firmanum, qui præpoſtera venere Nurum cognouerat comburi igne feciſſe, refert.*

101 *Birruarium quendam Romæ, qui meretricem publicam hoc vitio cognouerat, comburi fecerunt.*

102 *Lipſenſes gladij pœna punierunt quendam, qui in virginem id Vitium commiſerat, & flammarum concrematione punierunt eum, qui in brutum animal id commiſerat.*

103 *Bartolus dum dicit non eſſe legendam in. L. cum vir nubit in fœminam. §. de Adult. author dicit contrarium.*

104 *Phalaris ſicuti Tyrannus, ſic ſummus Philoſophus & magnarum virtutum Princeps.*

105 *Gallus ſi Gallum ineat, etiam Gallina, abſente, comburitur.*

106 *Quid dixerint ſanctiſſimi contra vitium nefandum videant lectores Beatum Clementem Romanum in loco allegato.*

107 *Matrimonialis coniunctio, in quo conſiſtat.*

108 *Voces ſunt earum, quæ ſunt in anima paſſionum notæ ſecundum Ariſtotelem.*

109 *Voces ſunt animi conceptus ſecundum Boetium.*

110 *Nuptias, non concubitus, ſed conſenſus facit. n.* 113.

111 *Sponſalia, & nuptiæ conſenſu contrahentium fiunt.*

112 *Matrimonium non facit coitus, ſed voluntas:*

114 *Matrimonialis conſenſus debet eſſe mutuus, quomodo intelligendum? nu.* 120.

115 *Virginitatis defloratio non facit coniugium, ſed pacto coniugalis.*

116 *Quomodo mentis conſenſus, cum expreſſione verborum faciant matrimonium, ſecundum Magiſtrum ſententiarum?*

117 *Verba quibus matrimonium contrahitur.*

118 *Verus conſenſus interior in matrimonio quis ſit ſecundum Ricchardum? nu.* 119.

121 *Conſenſus matrimonialis ſimultaneus eſſe oportet.*

122 *Cõſenſus matrimonialis per literas præſtari poteſt.*

123 *Verba ad quid ſunt inſtituta, præſertim matrimonialia?*

124 *Opifex hominis bipartito illum diuiſit, pudenda bina ei adiunxit aliud mari, aliud fœminæ, cupiditatem vehementem vtriq; iniecit, conuerſationis, & coniunctionis cum altero, & ingens deſiderium mutuum vtriq; alterius concitauit; vt mas fœminam appeteret, fœmina marem.*

125 *Coniugalis amor ex Antipatro.*

126 *Coniunctio matrimonialis debet eſſe Animorum, expreſſa per verba, vel ſigna. nu.* 127.

128 *Conſenſus mutuus debet eſſe in matrimonio, etiam ex Concilio Florentino. nu.* 129.

130 *Conſenſus, an debeat cum formalitate verborum probari?*

131 *Coniunctio matrimonialis indiſſolubilis inter Virum, & vxorem, denotatur per illa ſacræ ſcripturæ verba, & erant duo in Carne vna.*

132 *Matrimoniale vinculum factum eſt indiuiſibile.*

133 *Matrimoniale vinculum vnius ex coniugibus morte diſſoluitur.*

134 *Matrimonium quid eſt ex Tertulliano?*
Excõmunicatio Synodica tempore Emanuelis Imperatoris Conſtantinopoli facta coram Metropolyta Dyrachij. præſentibus alijs Epiſcopis contra illos, qui ab vxoribus diuerterant, & ad illas reuerti nolebant.

135 *Matrimonij de iure ciuili diffinitio.*

136 *Societas coniugalis ex Horatio, & alijs.*

137 *Societatis matrimonialis deſcriptio apud Germanos.*

138 *Eua creata in adiutorium viri à DEO.*

139 *Maris, & fœminæ copulatio fit, alter alterius ſocietate indigentes ex Ariſtotele.*

140 *Romulus cauit, vt vxor per ſacra Farris eſſet in cõiugio indiſſolubili.*

141 *Diuini, & humani Iuris communicatio in matrimonij diffinitione poſita eſt ex Iuriſconſulto.*

142 *Raguel, & Anna, coniuges, quod documentum dederunt Saræ eorum filiæ eunti ad Virum.*

143 *Concordi voluntate virum, & vxorem Domum gubernare, docuit Homerus.*

144 *Chriſtiani cum Iudæis matrimonium contrahere nequeunt.*

145 *Prohibitum eſt matrimonium inter perſonam Chriſtianam cum perſona Gentile, Iudæa, & à fide aliena.*

146 *Matrimonium contrahendum est inter personas eiusdem conditionis, & sectæ.*

147 *In scriptura sacra vetera prohibita fuere coniugia Hebræorum cum alienigenis.*

148 *Esdras audiens Israelitas contraxisse matrimonia cum filijs Moabitarum, scidit præ dolore Pallium suum, euellit tunicam, & euellit suos capillos, & Barbam, & sedit mærens.* 149.150.

151 *Romulus Sabinarum mulierum raptum Patrum superbia factum famen matrimoniorum societatem, fortunarumq; omnium, ac ciuitatis libertatem comunicauit. nu.* 152.153.

154 *Iosephus Patriarcha Hebræus matrimonio sibi iunxit Aseneth Putipharis Aegyptij filiam, & quare. nu.* 156.157.

155 *Moses duxit vxorem Sephoram filiam sacerdotis Madian, & effectus cognatus Iethro. nu.* 156.157. 158.159.160.

159 *Eius est destruere, cuius est condere.*

161 *Nulli Deo sacra occulta, & abscondita, à mulicre si fiant grata sunt.*

162 *Nulli participatio iustitiæ cum iniquitate, nec communio luminis cum tenebris.*

163 *Errant Iurisconsulti, qui putant, Christianum cum infideli posse matrimonium contrahere sub conditione transitus ad fidem.*

164 *Matrimonium an à DEO fuerit Iure Diuino institutum? quo modo, & quando? Declara. nu.* 165. 166.167.168.169.171. *& à CHRISTO. n.* 175.

165 *Matrimonium à DEO institutum in Paradiso ante Adæ peccatum, & tunc esse debebat Thorus immaculatus, & nuptiæ honorabiles, ex quibus sine ardore conciperent, & sine dolore parerent.*

Matrimonium post Adæ peccatum fuit institutũ ad remedium, & fuit extra Paradisum.

166 *Matrimoniale coniugium post peccatum fuit ad fornicationem vitandam. nu.* 171.172.193.

167 *Verba Adami, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & verba, quæ subsequuntur, fuere prophetice ab eo dicta, non ex se, sed à DEO illustrando interius.*

168 *Adam cum durante sopore, fuisset Eua ex costa, & carne sua creata, cessante somno, & sopore, illam inueniens scire nequibat ex eo creatam, nisi inspiratus à DEO, cogitat piè author.*

170 *Matrimonium septimum ecclesiæ sacramentum, signum, coniunctionis CHRISTI, & ecclesiæ ex Cõcilio Florentino. n.* 171. *ex Tridẽtino. n.* 173. 174.

176 *Matrimonium quare dictum à Matre potius, quam à Patre? Declara. nu.* 177.178.

178 *Mater semper de filio est certa.*

179 *Matres magis diligunt filium.*

180 *Amor nullus vincit paternum affectum.*

181 *Nuptiæ dicuntur à, Nubo, verbo.*

182 *Sol Nube tegitur. ex Ezechiele Dauide.*

183 *Rebecca prima vice videns virum, descendens de Camelo, pallio se cooperuit.*

184 *Mulier debet velare caput.*

Mulier nubens in symbolum, quòd viro subdita sit, velari debet.

Clemens Romanus docuit mulierem, vt demissis oculis viam suam ingrederetur, obuoluto capite.

185 *Mulieres etiam apud Ethnicos, velatæ ducuntur ad vicos.*

186 *Poppea rarò egrediebatur, idq; velata parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat.*

187 *Velamen Lutei coloris honorem antiquissimum in Nuptialibus flammeis totum fœminis concessum.*

188 *Sanctimoniales Virgines, & Moniales velari statutum est, quibus, & quando?*

189 *Matrimonium ad quem finem, & quibus ex causis à DEO institutum? nu.* 190. 191.

190 *Matrimonij bona, quæ sunt?*

191 *Matrimonium ob multiplicandã prolem institutum.*

192 *Fides coniugalis in matrimonio, vt nullus ipsam compaginem ipsorum diuidat, aut maculet.*

194 *Matrimonij Sacramentum habet aliud bonum, quia per illud inducitur animorum consensus, & quid ille consensus designet?*

195 *Lamuelis nomen in scriptura quid designet?*

196 *Mulierem fortem desiderat Mater Salomonis, quid autem habere oporteat? nu.* 197.

198 *Mulier subdita sit viro suo.*

199 *Vir caput mulieris.*

CHRISTVS est caput viri ambulantis in via iustitiæ.

200 *Mulier DEVM prius, & post ipsum, quid timere debeat?*

201 *Tria sunt probata coram DEO, & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & Vir, & mulier sibi benè consentientes.*

202 *Vir vxorem, tamquam gubernator dirigat, tamq; consortem vitæ honoret, participet, vt cohæredi gratiæ.*

203 *Viri, ex præcepto Apostoli diligant vxorem, sicut CHRISTVS dilexit Ecclesiam.*

204 *Si vis amari, ama.*

Consensus vtriusq; in matrimonio exigitur. n. 230.

205 *Sacerdotis verba in contrahendo matrimonio.*

206 *Exempla verborum proferendorum per Virum, & vxorem in contrahendo matrimonio. num.* 207. 208.209.

209 *Aliud exemplum verborum pro contrahendo matrimonio.*

210 *Vir pubes per verba de præsenti contrahẽs cum impubere, si interim cum alia pubere contrahat, an primum subsistat? Declara. nu.* 211.

212 *Matrimonij consensus, an sufficiat constare per epistolam, vel per literas. nu.* 213.305.

213 *Sponsalia, an contrahantur per literas, vel per præsentem, vel internuncium?*

214 *Consensus ad contrahendum sponsalia, vel matrimonium, an sufficiat per cifras postmodum declaratas?*

215 *Abraham misit Eliezer seruum ad contrahendum matrimonium Rebeccha cum Isaac.*

216 *Matrimonium contractus est, qui solo consensu perficitur.*

217 *Contractus omnes, qui consensu perficiuntur per nuncium, vel epistolam perfici possunt.*

218 *Nihil*

218 *Nihil interest, an verbis, quis, vel epistolis, aut literis voluntatem suam declaret.*

219 *Non minus valet, quod quis vocibus lingua expressit, quàm quod scriptura exprimitur.*

220 *An literis amatorijs matrimonium contrahatur, vt in exemplo? Declara. nu. 221. 222.*

222 *Puellæ credulæ esse non debent literis amantium.*

223 *Sanctus Amor quæ abhorreat secundum D. Hieronymum?*

224 *Literæ inter amantes, quibus spem concipiunt, magnorum periculorum causæ sunt.*

225 *Matrimonia plerunq; inchoantur, & concipiunt, amore vtrinque per literas introducto.*

226 *Literis amatorijs, an matrimonia probentur? Declara. nu. 227.*

228 *Matrimonium inter absentes per nuncium, vel epistolam ità demum ratum erit, si absentes id sciant, & post modum ratum habeant. nu. 240. 141.*

229 *Matrimonium per epistolam contractum, similitèr per epistolam probabitur.*

231 *Actus agentium, vltra illorum intentionem nihil operantur.*

232 *Si non constaret in matrimonio consensum alterius non interuenisse, vel fuisse simulatum, an nullum erit? Declara. nu. 233.*

234 *Matrimonium dolo contractum, vt copulam extorqueret, si illam extorserit, pœnitentiam veram si agere vult, illam debet in vxorem ducere. Declar. nu. 236.*

235 *Matrimoniũ qui contrahit, si contrahendi animum non habeat, illud minimè contrahitur.*

237 *Matrimonium tàm de iure canonico, quàm ciuili, potest per procuratorem cum speciali mandato contrahi, etiam tamq; sacramentum. numero 238.*

239 *Mandatum procuratorium cum sufficiat ad contrahendum, Tamen in mandato debet specificari persona, cum qua est contrahendum.*

240 *Contrahentes matrimonium per procuratorem, nuncium, vel epistolas debent, non esse pœnitus inter eos ignorantes, aliàs non possent contrahere. nu. 241.*

242 *Non visos diligere possumus, per famam, vel alio modo, incognitos autem, vel non visos diligere nequimus.*

243 *Error est applicatio mentis ad falsum.*

244 *Errans, aliud pro alio putat.*

245 *Errans consentire non dicitur.*

246 *Errorum species apud canonistas quatuor, Personæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis.*

247 *Error personæ, quando putatur Virgilius, & est Plato.*

248 *Error conditionis, si putatur liber, & est seruus.*

249 *Error fortunæ, dum Dives putatur, & est pauper.*

250 *Error qualitatis, quãdo putatur bonus, et est malus.*

251 *Erroris personæ exemplum in scriptura sacra.*

252 *Error personæ an matrimonium impediat, vel factum dirimat?*

253 *Error conditionis, num matrimunium impediat, vel factum dirimat?*

254 *Errores fortunæ, & qualitatis, cum sint ex casibus accidentalibus, qui possunt adesse, vel abesse præter subiecti corruptionem, matrimonium non impediunt, & contractum non dissoluunt. nu. 255.*

256 *Formula, qua procurator contrahit matrimonium, vel sponsalia. nu. 257. Declara ex authore. 258.*

259 *Procurator constitutus ad matrimonium contrahendum, non potest loco sui alium substituere.*

260 *Causa matrimonialis ardua dicitur.*

261 *Procuratoris constituti ad contrahendum matrimonium reuocatio, an debeat illi certificari? Declara. nu. 262: 263.*

264 *Melchioris Cano opinio; quòd matrimonium inter mutum, & mutam non sit Sacramentum, explosa.*

265 *Mutus, & surdus, an signis exterioribus possint matrimonium contrahere? Declara. nu. 266. 267. 268. 269.*

269 *Cœcus à natiuitate, mutus, & surdus an matrimonium contrahat? Declara. n. 270. 271. 272. 273.*

272 *Pater muti, & surdi, an contrahat pro illo? num. 273.*

274 *Consensus paternus, an requiratur, dum filius familias contrahit matrimonium? Declar. nu. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. infra.*

275 *Adrianus Puluæus I.C. Parisiensis fecit tractatum, de Nuptijs Filiorum familias sine consensu parentum non contrahendis.*

276 *Constitutio Henrici primi Galliæ Regis quoad nuptias filiorum familias non contrahendas sine consensu parentum.*

277 *Cõstitutio Rogerij Regis in Regno Neapolitano. Incip. Sãcimus, dictans, vt sine consensu parentũ filij familias, matrimonium non contrahant. nu. 297.*

278 *Altera constitutio Federici secundi Imperatoris. Incip. Honorem. Super eadem materia. nu. 298.*

283 *Consensus patris de Iure ciuili requiritur, Qui de Iure canonico? nu. 284. 291.*

Iurisconsultus dicit nõ videri Iustum filiũ, qui ex eo matrimonio natus est, cui pater non consensit.

Tertulliani, & Apulei de eadem quæstione dicta.

285 *Mulibris pudoris non est eligere maritum, sed electionem mariti parentibus deferri debet secundum D. Ambrosium.*

286 *De myrræ Cyniræ Cypriorum Regis filiæ marito dando quid dixerit pater, pulcherrimè Ouidius.*

287 *Modestiæ, bonorumque morum est consensum patris in matrimonio filij accedere, sed tamen sine illo validum erit. nu. 293.*

288 *Statutum prohibens monetariam contrahere matrimonium cum extraneis, vel quòd inter homines diuersarum nationum non contrahantur matrimonia, an valeant? Declara. nu. 289. 290.*

289 *Laici super matrimonio, cum sit sacramentum, & res spiritualis, an statuere possint? num. 290. 291. 292.*

294 *Consensus matris in matrimonio filiæ, an requiratur? nu. 295. 296.*

Franciscis Lultersdorff consilium quæsiuit de consensu matris in matrimonio filiæ à Luthero, Philippo Melanthone, & Pomerano hæreticis.

295 *Matthias Colerus opinionem illorum fidei chriſtianæ hoſtium ſequi non debuit.*

296 *Matres filios in poteſtate non habent.*

299 *Sponſalia conſenſum, vtriuſque partis requirunt.*

300 *Conſenſus partium in ſponſalibus ſunt futurarum nuptiarum expromiſſiones præambulæ.*

301 *Futura coniunctio per ſponſalitiam amborum per futurum tẽpus promiſſionem per futura verba ſunt explicanda.*

302 *Verba formalia ſponſaliorum pro futuris nuptijs.*

303 *Sponſalia nihil aliud ſunt, niſi futurarum nuptiarum promiſſiones. nu.420.*

304 *Sponſalia intelliguntur de futuro.*

305 *Sponſalia contracta per alium, quàm per patrem, ipſo abſente, an ſufficiat tacita, vel requiratur expreſſa ratihabitio? Declara. nu.306.307.*

307 *Reuocatio ſponſaliorum re integra fieri debet, & ſic ratificatio ante reuocationem.*

308 *Qui ſponſalibus diſſentit, ex reuocatione, vel diſſenſione ſentit præiudicium.*

309 *Sponſaliorum de futuro effectus non eſt, quòd ex illis dicatur matrimonium contractum, ſed eſt obligatio ad illud contrahendum. quid ſi interuenerit iuramentum? nu.310.311.312.313.314.315.*

311 *Iuramentum interueniens in ſponſalibus, & illorum conſenſu, an operetur, vt compelli poſſint ad contrahendum matrimonium, qui iurauerunt, quid ſi cauſa non contrahendi opponatur? Declara. nu.312. 313.314.315.420.*

315 *Iudex, cui committitur à Summo Pontifice cauſa compellendi ad matrimonium illos, qui fecerunt ſponſalia, quam modeſtiam, & circumſpectionem adhibere debet.*

316 *Arrhæ, quæ dantur in futuri matrimonij ſymbolum in ſponſalibus, dantur pro contrahentium quadam ſecuritate. nu.317.318.420.*

317 *Arrhæ olim erant aliorum contractum aſſecuratio quædam.*

318 *Arrhæ, quæ dabantur in emptionibus, & venditionibus, illas non complebant, eodem modo, & arrhæ quæ dantur in ſponſalibus, quæ arrhabones dicuntur, matrimonium non complent. nu.319.*

320 *Arrhæ dari ſolitæ in ſponſalibus, & matrimonijs in ſcriptura ſacra Rebeccæ, & Thamar. Quid de Iure ciuili, & de Anuli ſubbarratione, & quid ſimilia operentur? Declara. nu.321.322.323.324. 325.326.327.328.329.330.331.420.*

322 *Anulus arrhæ, & ſubarrhationis nomine, quid operetur? nu.323.324.325.420.490.*

325 *Cum Iunia Fadilla proneptis Antonini Imperatoris, arrhæ Regiæ, quæ fuerint quæ apud illam manſerunt?*

326 *Subbarratio Anuli fidei promiſſæ arrhabo dicitur.*

327 *Anuli aſportatio, ſi per deſponſatum, vel deſponſatam portatur, quid inferat?*

328 *Anulus Pronubus erat aureus, intra domos ferreus, & ſine gemma. nu.329.*

329 *Anulum vnum aureum aſportabat ſponſa.*

330 *Anulus aſportabatur quarto digito à pollice.*

331 *Anulus, qui datur Doctori in doctoratu.*

332 *Clandeſtina matrimonia, & ſponſalia vitanda, niſi publicè fiant.*

333 *Argumentum à Rubrica validum.*

334 *Diſpoſita in matrimonijs locum habent in ſponſalibus. Declara. nu.335.336.*

Sponſalia clandeſtina, qui faciunt, an peccent?

335 *Clandeſtina ſponſalia, an ſint prohita? nu.336.*

337 *Clandeſtina matrimonia illicita iudicantur, quid autem ante Tridentinum Concilium? nu.998.*

338 *Matrimonium, vt dicatur palam contractum, nec dicatur, clandeſtinum, quæ requirantur? Declara. nu.339.340.341.342.343.344.348.349.350. 351.352.353.361.362.377.998.*

339 *Ante contractum matrimonium debet interuenire Epiſcopi, vel ſui Vicarij licentia. num.364.365. 373.374.*

340 *Monitiones, proclamata, & denunciationes à proprio parrocho fieri debent antequam contrahatur matrimonium, ad ſcienda Impedimenta, & an vna denunciatio ſufficiat? Declara. nu.341.342.343. 344.345.346.347.349.362.*

346 *Intellectus capit. 1. de Reformation. matrimon. ſeſſion.24.362.367.*

348 *Benedictio Eccleſiæ requiritur in matrimonio.*

349 *Matrimonium in facie Eccleſiæ faciendum, & quando dicatur in facie Eccleſiæ fieri? Declara. nu.350. 355.356.357.358.*

359 *Nuptijs adhiberi debent nobiliores ex familijs. num. 360.*

360 *Nuptias ſine amicis, & conſanguineis facientes, dicere poſſunt; Nuptias domi fecimus.*

365 *Parrochus, & teſtes in matrimonio an debeant eſſe Rogati? Declara. nu.366.368.*

367 *Licentia, quam poteſt dare Parrochus alteri ſacerdoti ſolemnizandi matrimonium, an debeat eſſe expreſſa, vel ſufficiat tacita? aut ſcripta? Declara. nu.368.*

369 *Teſtes præſentes matrimonio, an debeant eſſe omni exceptione maiores?*

370 *Denunciationes, & monitiones in matrimonijs diuerſarum parrochiarum, ſiue locorum in vtroq; fieri debent. Declara. nu.371.372.*

373 *In camera præſente Parrocho, & teſtibus, an matrimonium fieri valeat? Declara. nu.374.375.*

376 *Parrochus Ruralis, an poſſit matrimonium ſolemnizare?*

377 *Matrimonium, an dicatur clandeſtinum, ſi apparet per Inſtrumentum? Declara. num.378.379.380. 381.382.384.*

378 *Palam quæſtum facere, quæ dicatur? nu.379.380. 381.*

383 *Pœnas contrahentium vetitas nuptias propter iuris ignorantiam excuſatus vt ruſticus, non excuſabitur ſi clam illas contraxerit.*

385 *Clandeſtinitas matrimonij quandoq; ex generis paritate excluditur. Declara. nu.386.387.*

387 *Pari in matrimonio copulari bonum eſt, quo ad genus. nu.388.*

389 *Ætas contrahendorum ſponſalium, ſponſi, & ſponſæ, quæ? Declara. nu.390.391.392.393.394.395.*

396 *Pa-*

396 *Paritas ætatis in matrimonio, quæ sit, & quando intelligatur in viro, & muliere?*

397 *Puella ducenda est in Vxorem secundum Aristotelem. nu. 398.*

398 *Ætas humana in quot annos diuisa, & qualiter. Declara. nu. 399. 400.*

400 *Solonis versus interpretati, tum à Sigismundo Gelerio, Tum à Lilio Gregorio Gyraldo.*

401 *Abraham decem annis ætatis, vxore maior.*

402 *Annum Trigesimum vir, mulier verò decimum Octauum.*

Prosperi Regini Apicini Philosophi, & Medici Excellentissimi Laus.

404 *Osculi matrimonialis materia remissiuè.*

405 *Benedictio sacerdotalis matrimonij. Declara. num. 406. 407.*

406 *Benedictio matrimonij ex Iuribus Imperialibus ab Enimundo Bonæfidei latinitate Donatis.*

407 *Benedictionis sacerdotalis matrimonij traditio ex Abdia in Hist oria Apostolorum.*

408 *Benedictio sacerdotalis matrimonij, de qua loquitur Tertullianus.*

409 *Benedictio matrimonij à DEO data. Daclara. nu. 410. 412. 413. 414. 415. 416.*

410 *Benedictio à Raguele data filiæ, dum ibat ad matrimonium Tobiæ.*

411 *Domus, & Diuitiæ dantur à Parentibus, à Domino vxor prudens.*

415 *In Benedictione nuptiarum sacerdos offert preces.*

416 *Orationes, quæ à sancta Ecclesia à sacerdote Nuptias benedicente, statutæ sunt.*

Oratio, quæ dicitur super solam sponsam quando dicuntur nuptiæ.

417 *Orationes, quæ dicuntur super sponso, & sponsa, & vnde sumptæ?*

418 *Damnans benedictiones, solemnitates, & ceremonias, quibus sancta Ecclesia vtitur, Anathema est declaratus à Sacro Tridentino Concilio.*

418 *Secundæ nuptiæ, an benedici debeant, & quando. Declara. nu. 419.*

420 *Sponsaliorum causa efficiens, quæ? & quid futurarum nuptiarum promissio, Iuramentum, Anuli subharratio, & datio Arrharum.*

421 *Causa materialis sponsaliorum quæ sit? nu. 422.*

423 *Causa formalis quæ sit in sponsalibus?*

424 *Causa finalis sponsaliorum quæ?*

425 *Causa Matrimonij quæ? Declara. num. 431. 432. 433. 434. 435.*

426 *Matrimonium quo ad institutionem est iuris Diuini.*

427 *Matrimonium, quo ad coniunctionem est Iuris naturæ.*

428 *Matrimonium, quoad consensum est Iuris Gentium.*

429 *Matrimonium, quoad pacta dotalia, & stipulationes, est Iuris ciuilis.*

430 *Matrimonium, quoad solemnitates, & prohibitiones certorum graduum est Iuris Diuini, simul & Canonici.*

431 *Causa efficiens matrimonij per verba de præsenti, est consensus declaratus.*

432 *Causa materialis matrimonij est vnus mas, & vna fœmina.*

433 *Causa formalis matrimonij, sunt illa verba de præsenti, & alia, quæ narrantur. Declara. nu. 434.*

435 *Causa finalis matrimonij, est subolis procreatio, & fornicationis vitatio.*

436 *Verba in matrimonio faciunt formam, & consensus materiam, Ricchardus, Declara. nu. 437.*

438 *Matrimonium, neq; formam, neq; materiam habere hæreticum est.*

439 *Matrimonium in quadragesima fieri, & solemnizari prohibitum est in Laodiceo Concilio Celebrato Laodiceæ in Phrigia Pacatiana, cõbrobatum in sexta Synodo apud Trullum. num. 440. 441. & apud Ilerdam Hispaniæ Vrbem.*

441 *A septuagesima vsq; ad octauam Paschæ, & Tribus Hebdomadibus ante festiuitatẽ sancti Ioannis Baptistæ, & ab Aduentu Domini nostri IESV Christi, vsq; ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vsq; ad octauam Paschatis inclusiuè nuptiæ non celebrantur. Declara. nu. 442. 443. 444. 445. 446.*

447 *Quare matrimonia, & nuptias celebrari prohibuerit Ecclesia ab Aduentu ad diem Epiphaniæ, & à primo die quadragesimæ vsq; ad diem Octauæ Paschatis Resurrectionis? Declara. n. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471.*

448 *DEVS optimus Maximus ad opprimendam antiqui hostis Diaboli arrogantiam, & pro humani generis salute ab æternitate filium suum vnigenitum in mundo mittere promisit, diuersis sanctorum Patrum, ac Prophetarum traditionibus, quæ enucleantur. Ex Genesi, Daniele, Salomone, Esaia, Aggæo, & alijs. nu. 449.*

450 *IESV CHRISTI Aduentus figuratus per aduentum Dauid in Nobe, Mosis in AEgypto, Ezechielis ad Apostatas, Heliæ ad Acab, Neemiæ in Iudea, Esaiæ in Hierosolyma, Isaac in Gerara, Abacuch in Babilonia, Ionæ in Niniuæ.*

451 *Promissio aduentus CHRISTI tempus à Salomone dictum.*

Aduentus CHRISTI Historia Euangelica, à Sanctis, & Euangelistis, & alijs Historicis narrata.

452 *De Aduentu Domini dicta D. Gregorij.*

453 *De eodem scripta D. Ioannis Chrisostomi.*

454 *De eodem dicta D. Ambrosij.*

455 *De eodem post Esaiam D. Bernardus. nu. 456.*

457 *Aduentum narrat Hugo de sancto Victore.*

458 *De eodem Cassiodorus in Psalmo.*

459 *Aduentus, CHRISTI & natiuitas trium Regum Orientalium aduentu testificata in Herodis Regis præsentia.*

460 *Munera Regum CHRISTO facta, Thuris, vt DEO, Mirrhæ, vt Homini, Auri, vt Regi.*

461 *Nascente CHRISTO Angeli cantabant, Gloria in Excelsis DEO.*

462 *Cantica, quæ fecit Ecclesia in CHRISTI Aduentu, & natiuitate.*

463 *Aduentus, & natiuitatis Domini festiuitates magna*

magna solemnitate custodit Ecclesia.

464 In templo Domini Hierolymorum erant Viginti quatuor mille cantores, qui Domino in organis canebant.

465 Sacerdotes DEI in templo, Leuitæ, & cantorès, vestiti Byssinis Vestibus cum cymbalis, Psalteriis, & cytharis ad Orientalem plagã altaris concrepabant, voce, Tubis, cymbalis, organis diuersi generis continentibus, & voces in sublime tollentes, & longè sonitus audiebatur.

466 Dum sacerdotes canebant, confitemini Domino quoniam bonus. Domus DEI nube è celo implebatur.

467 In christiana Ecclesia singulis horis in toto orbe à catholicis, horis nõctis, & diei, fiunt præces, Laudes, benedictiones, sacrificia, odores, & suffumigia, Thuris, Balsami, Storacis, & aliorum Aromatum, voces cantorum modulantium, Tubarum, Cymbalorum, & Organorum simphoniæ, Nolarum, siue campanarum Sonitus, ob quæ magnum gaudium fit in cælo. nu. 468.

469 A primo die cinerum, vsq; ad octauam diẽ Paschatis Resurrectionis Domini, quare Nuptiarum solemnitates fieri nequeant, nec illarum benedictiones? Declara. nu. 470. 571. 476. 477.

471 Non potest cum toto corde, cum DEO habitare, qui fœminarum accessibus copulatur.

472 Iustinianus Imperator improbat Armeniorum mores, qui filias sine dotibus collocabant.

473 Matrimonium absq; dote nunc fieri potest.

474 Patris officium est dotare filiam.

475 Dotis constitutiõ omni tepore, omniq; die fieri potest.

476 Festis diebus apud Romanos Virgines nubere non poterant. nu. 486. 487.

477 Viduæ festis diebus nubere poterant, & quare? Declara. nu. 485. 486.

478 Memores sunt viduæ locorum, in quibus prima Nuptiales festiuitates actæ fuerunt. nu. 479.

479 Cariſsima coniugibus loca sunt, in quibus prima Virginitatis vincula sunt soluta, secundum Phalaridem.

480 Sacerdotes ne acciperent viduam, & repudiatam prohibuit Ezechiel, rationem reddit D. Hieronymus. nu. 481.

481 Virgines cum nubunt, an doleant, vel lætentur? Declara. nu. 482. 483. 484.

485 Fossas nouas facere diebus festis apud Romanos prohibitum erat, sed licebat veteres tergere, & qua ex causa. Declara. nu. 486.

487 Dies Nonarum, Iduum, & Calendarum atri erant apud Romanos.

488 Nuptias mensẽ Maio, quare Romani non facerent?

489 Ritus nuptiales Romanorum, & aliarum Gentium nonnulli aboliti sunt apud Christianos, supersunt tamen aliquorum vestigia, qui optimis moribus non aduersantur. nu. 490.

491 Visitationes amicorum, consanguineorum, affinium copiosus numerus in nuptys, lætitiæ causa fiunt.

492 Precationes, visitationes, & verba, quæ dixerunt Hebræi, dum mitteretur ad sponsum suum Isaac Rebeccha, sui cognati.

493 Quæ verba dixerunt astantes, in nuptijs Ruth cum Booz?

494 Benedictio, quam fecit Raguel filiæ suæ, & Thobiæ viro, & quam fecit Gabelus. nu. 495.

496 Conuiuia, & cenæ Nuptiales, quæ vsu fuere apud antiquos in scriptura sacra. 497. 498. 499. 500.

497 Nubente Sansone factum est conuiuium.

498 Tarentinorum vsus in Nuptialibus conuiuijs, & quid hodie obseruent? nu. 499. 500.

500 IESVS CHRISTVS cum Matre, & Discipulis fuit in conuiuio in Cana Galileæ, in quo fecit Miraculum conuertens aquam in vinum.

501 Deductio vxoris ad viri domum, quæ deseruit etiam ad matrimonij probationem.

502 Coniugij societatem domus seruat.

Titus Pomponius Atticus, & Scipio Africanus Minor, quòd nunquam domos ædificauerint, Laudantur à Plutarcho.

503 Laude digni sunt ædificantes sibi domos, contra verò illos facere arbitror, qui omnem ferè illorum substantiam consumunt, vt domos illustres faciant.

Domus, & AEdium pulchritudo viri dignitatem auget.

504 Domum imprimis, Mulieremq; & Bouem aratorem præparare virum debere, censuit Aristoteles.

505 Viri est acquirere fœminæ seruare.

506 Cantores, & Musici in nuptys adhibentur.

De Musicis, & cantoribus nuptiarum versus Plauti, Ausonij, & Pontani.

507 Saltationes, & Tripudia in Nuptijs Magnorum virorum fieri solent cum magna modestia.

508 Saltationes, & Tripudia inuenta pro exercitatione, & corporum salute. nunc vitio quandoq; deseruiũt. num. 509.

509 Saltationes, & Tripudia sunt malorum morum incentiua, & libidinum, nu. 510.

511 Cantationes, & saltationes matrimoniorum appendices appellauit Homerus.

512 Saltatrices vitandas docet Ecclesiasticus.

513 Nemo sobrius saltat, nisi insaniat.

514 Ob saltationem puellæ Herodiadis caput D. Ioannis Baptistæ ablatum.

515 Malefici, ac Maleficæ mulieres saltationibus, & Tripudijs cum Demonibus conuersantes, animas etiam perdunt.

516 Nuces spargebant antiqui in Nuptijs, & quare? sub. num. 519.

517 Arboris nucis vmbra nocet.

518 Nucis fructus venenis succurrunt, & lethalibus pharmacis, & venenis piscium occurrunt. num. 519.

520 Nuces appellantur fructus tecti cortice duriori, Auellanæ, Amigdalæ, & castaneæ, & Glandes, iuglandes, nu. 521.

522 Pistaciæ, & Pineæ, an veniant Nucum appellatione?

523 Donatus Antonius Ferrus Philosophus, & Medicus Doctissimus.

524 Ioannes Antonius Vallonius I. C. Philocastrensis Calaber, diuersarum scientiarum cognitione insignis.

525 Nu-

525 *Nuces, & similia hodie apud personas Humiles, in Nuptijs personarum grauium alia, ex Saccaro, & melle dulciaria fiunt.*

526 *In Nuptijs Philippi Tertij Regis Catholici & Margaritæ Austriæ Reginæ in vrbe Valentia, sparsa per vias Dulciaria, & donaria omnis generis, & pecunia ab Vrbe, Principibus, & Rege.*

527 *Constitutiones quoad sponsalia, & Matrimonia, quæ plures sunt. Declara. nu. 528.*

529 *Conditio honesta, & possibilis in matrimonijs, quæ sit, & quod impedimentum præstet. nu. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539.*

540 *Conditio inhonesta, sed possibilis quæ sit? & quid operetur? Declara. nu. 541.*

542 *Conditio honesta, & impossibilis quæ sit? & quid operetur?*

543 *Conditio inhonesta, & impossibilis quæ sit, & quid faciat?*

544 *Impedimenta matrimonij, quæ sint præsertim ob ferias, & festa?*

545 *Impedimentum voti, quòd sit, & quod sit votum simplex, quod solemne? Declara. nu. 546. 547. 548. 549.*

550 *Consanguinitatis, & Affinitatis impedimentum, quando impediat matrimonium contractum, vel contrahendum? Declara. nu. 551. 552.*

552 *Versus, in quibus declarantur impedimenta matrimonij.*

553 *Crimina, quæ matrimonium impediunt? Declara. nu. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580.*

560 *Cimon Atheniensis, vxorem duxit Elpinicem sororem, ob quod per Ostracismum, & Testulas ex incestuoso actu damnatus fuit ad tempus.*

561 *Antoninus Caracalla damnatur, quòd Iuliam Nouercam incestu duxerit.*

562 *Incestum committens viuus cum illa ardebit, vt dicit scriptura sacra, & maledictus.*

563 *Persarum ius quoddam permittens, q quis permisceretur cum matre, damnat Arnobius.*

564 *Honoratiores Persæ cum matribus matrimonia, & qui inde nascerentur, Nobilissimi, Regioque digni solio, impiè iudicabantur.*

565 *Thyestus Pelopiam filiam, stuprauit, & Europam Atrei fratris sui vxorem incestu commaculauit.*

566 *De incestu author plura scripsit in commentarijs de Regis Catholici præstantia.*

567 *Raptor virginum, & mulierum, an impediatur cum rapta matrimonium contrahere? Declara. num. 568. 569. 570. 571. 572. 573.*

571 *Raptor siue raptam vxorem duxerit, tenetur illam dotare.*

572 *Crimen raptus semper execrabile reputatum fuit.*

573 *Raptus Dinæ filiæ Iacob ex Lia à filio Emor Principe Sichimitarum quantæ ruinæ causa fuit.*

574 *Helena pluries rapta.*

575 *Helenæ raptus Troiani Regni, & Ilij destructio fuit.*

576 *Sabinarum Virginum, & mulierum Raptus, bellorum causa fuit.*

577 *Raptus pœna de iure ciuili, quæ? & quàm mali exitus sint. nu. 578.*

581 *Cultus disparitas, an matrimonium impediat?*

582 *Vis facta, coactio, & metus, an matrimonium impediat? Declara. nu. 583. 584. 587. 588. 606. 607.*

Decisio Senatus Veneti.

585 *Decisio Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Hermanni Ortembergij Cardinalis meritissimi in causa matrimonij coacti.*

586 *Metus causa gestum Prætor nunquam ratum habuit.*

587 *Metus, vis, & coactio, debent esse, quod cadant in constantem virum, & quando illi sic dicantur? Declara. nu. 588. 589. 590. 591. 597.*

590 *Magnum malum quando dicatur respectu minoris mali?*

592 *Metus cadens in vilem, & pusillanimem virum, non dicitur in constantem. nu. 597.*

593 *Maior metus exigitur in Milite, & constante, quàm in pusillanimi, & vili.*

594 *Matrimonium factum ab homine coacto, & in Camera recluso, & custodito cum hominibus armatis, fuit nullum declaratum. nu. 595. 596.*

598 *Minor metus requiritur in fœmina, quã in masculo. nu. 599. 600.*

600 *Minor, & fragilis, & leuis sufficit in mulere.*

601 *Ioannes Baptista Valenzuela Velasquez Regens I. C. Scientiarum omnium, & Vitæ integritate conspicuus.*

602 *Quanto terreantur parentes in liberis.*

603 *Metum oportet esse præsentem. nu. 608. 609. 610. 611.*

604 *Stramina quid sint?*

605 *Lectus Genialis quis.*

606 *Vis compulsiua, an obstet matrimonio? nu. 607.*

608 *Metus debet esse periculi instantis? Declara. 609.*

609 *Periculum instans, dicitur, quando est præsens.*

612 *Metus illatus semper durare præsumitur, & quanto tempore? Declara. nu. 613. 614. 615.*

614 *Metum inferre præsumitur, qui semel intulit. nu. 615.*

616 *Matrimonium vi contractum non validatur intuitu sponsalium antea contractorum.*

617 *Metus per actus sequentes potest purgari, & an per actus tacitos, & per quos? Declara. nu. 618. 619.*

620 *Metus, an præsumatur inferri per mulieres, senes, infirmos, inermes, an per iuuenes, & fortes, qui solent minas executioni mandare. Declara. nu. 621. 622. 623.*

624 *Ordine sacro, an matrimonium fieri impediatur, vel factum dirimatur? & qui ordines impediant? Declara. nu. 625. 626. 627. 628. 633. 634. 635. 336. 637.*

627 *Ordo sacer impediens, vel religio, an debeat esse per votum simplex vel solemne. nu. 628.*

628 *Voti simplicis emissio, quæ dicatur? Decl. nu. 629.*

Votum simplex apud DEVM, an sic obliget, vt solemne?

630 *Vo-*

630 *Votum ſolemne, an exigat profeſſionem tacitam, vel expreſſam?*
631 *Profeſſio, an Valeat facta ſuper altare, ſciente, aut ignorante ſuperiore, & an valeat profeſſi ſcripta propriis manibus profitentis? Declara.nu.632.*
633 *DEO ſemel oblatum, vel dicatum, ſanctum ſanctorum erit Domino.nu.634.*
635 *Ordinandus, an poſſit coactè ordinari?*
636 *Ordinatio voluntariè fit.*
637 *Religionem ingredientes, caſtitatem, & continentiam vouent.*
638 *Voto, qui ſponte obtulerit, dare tenetur.*
639 *Oblationem offerens, ſponte fieri debet, vt ſit in holocauſtum Domino. Declara.nu.640.641.*
642 *Virgo, quæ ſpopondit CHRISTO, & ſanctum velamen accepit, tam nupſit, & immortali iuncta eſt viro.*
643 *Qui relicta militia ingreſſus eſt religionem, & ſe caſtrauit ob Regnum Cælorum perfectam ſequutus eſt vitam.*
644 *Indignatur CHRISTVS Dominus, dum virgo ſuæ ſanctitati dicata, cum contrahere intendit.*
645 *Vota adimplere etiam Ethnici voluerunt.*
646 *Ligamine vnius matrimonij ligatus, quando alteri ligari poſſit?*
647 *Iuſtitia publicæ honeſtatis matrimonium quomodo impediatur? Declara.nu.648.*
649 *Furioſi mas, ſeu fœmina quando matrimonium contrahant? Declara.nu.650.651.*
652 *Affinitatis, & conſanguinitatis vinculum, quando matrimonium impediat?*
653 *Coeundi impotentia, an ſit matrimonij impeditiua? Declara.nu.654.655.656.657.658.659.660.661.*
657 *Impotentia coeundi in actis matrimonialibus, quid ſit?*
658 *Impotentia naturalis quæ ſit? nu.662.*
659 *Impotentia accidentalis quæ ſit? nu.660.*
661 *Impotentia coeundi quomodo allegari debeat?*
662 *Impotentia coeundi ob ætatem Impuberem, quo modo impediat matrimonium? Declara.nu.663.664.665.666.*
667 *Senectus, an matrimonium impediat? Declara.nu.668.669.670.671.672.673.674.675.679.682.*
673 *Maſſiniſſa Numidiæ filium genuit anno ætatis octogeſimo ſexto.*
674 *Cato Vticenſis octogenarius generauit.*
676 *Legis Iuliæ, & Papiæ Iuſtiniano omni ex ratione hiſtoria ſciri debuit, excuſatione tamen poſteri, & nos digni ſumus, ſi in illis enarrandis, errabimus, ſi diuerſa cenſuerunt Riuallius, Zaſius, Charondas, Hotomanus, Caſſiodorus, Sigonius, & Panuinius. Declara.nu.677.678.*
677 *Authoris de dictarum legum Hiſtoria opinio. Declara.nu.678.679.682.*
679 *Papia Poppea lex prouiſio erat, ne ſexagenarij vxorem ducerent, quaſi generare non poſſent. & hãc legem Tiberius Cæſar approbauit. nu.680.*
681 *Claudius Cæſar legem Tiberij abrogauit, permittens ſexagenarios poſſe matrimonium contrahere.*
683 *DEO omnia poſsibilia ſunt.*
684 *Iuuenis luxurioſus peccat, ſenex luxorioſus inſanit.*
685 *Papia lex matrimonium prohibebat Viro ſexagenario, mulieri quinquagenariæ, ex Vlpiano.*
686 *Impotentia coeundi ob virilia in homine, & arctitudinem in muliere, in homine fit inſpectio per expertos, in muliere per matronas, vt in exemplo dicitur. Declara.nu.687.688.689.690.691.*
Inſpectiones mulierum an arctæ ſint authori non placuit, vt fierent.
692 *Impotentia illius, qui cum vna eſt frigidus, & cum alijs coit, an ſit ex natura, vel an ex maleficio? nu.693. & an impediat? nu.694.695.696.*
697 *Impotentia ſi ſciretur, & contrahunt, an impediat?*
698 *Impedimentum, vel impotentia ſi ſciretur, an iocalia donaſſe vxori ex ſcientia intelligatur?*
699 *Impedimentum ſi ſciuerit mulier, an aliquid lucrabitur?*
700 *Vir ſi erigat, tamen ſemen non emittat, an matrimonium contrahat? nu.701.*
702 *Spadones, Eunuchis Caſtrati, ac ſimiles, an matrimonium contrahant? Declara.nu.706.707.708.709.710.711.712.713.714.715.716. & infra.*
703 *Genus eſt illud, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie.*
704 *Genera, & ſpecies non ſemper ita apud Iuriſconſultos, quemadmodum apud Philoſophos, & Dialecticos capiuntur.*
705 *Species quandoq; pro genere, & indiuiduum pro ſpecie apud noſtros accipiuntur.*
706 *Spadonem pro genere ponit Vlpianus.*
707 *Author impotentiam coeundi loco Generis, ſpecies verò ſpadones, Caſtratos, Thlibias, Thlaſias, & Eunuchos, ponit.*
709 *Spadoni, an detur Caſtratio?*
710 *Spado eſt potens ad coeundum, non autem ad generandum. Declara.nu.712.*
711 *Spadones eſſe, quibus teſticuli, vel genitalia abſciſſa cultello, vel ſpatha, vt male credit Accurſius. nu.712.*
712 *Qui cum Vno teſticulo ſunt generare poſſunt.*
713 *Spado, & caſtratus, an poſſint poſt humum heredem inſtituere? Declara.nu.714.*
715 *Spadones, an generare poſſint Galeni ſententia?*
716 *De ſpadone Salomonis ſententia.*
717 *De eodem, ſententia Eccleſiaſtici.*
718 *Ariſtoteles de ſpadone, quid dicat? nu.719.*
720 *Alexander Aphrodiſeus de ſpadone, quid ſentiat? nu.721.*
722 *Spadonem Surculum vuam non producentem vocat Columella.*
723 *Caſtratus, qui eſt, matrimonium non contrahit.*
724 *Thlibiæ, qui ſint, & vnde dicuntur? qui habent teſticulos attritos.*
725 *Thlaſiæ qui dicantur, an qui habent teſticulos colliſos?*

726 *Qui-*

726 *Quibus sunt testiculi execti, compressi, & contusi, an gignere possint? & de his Ambrosij Parei sententia. nu.* 727.

728 *Castrati sunt, quibus Virilia sunt amputata, & quibus aliys modis dicuntur Castrati? Declara. nu.* 729. 730. 731. 732. 733.

732 *Castrati Equi sunt bello inhabiles, & sunt in vijs placidiores, & quietiores. nu.* 733.

734 *Taurus Castratus sit Bos.*

735 *Verri ex suibus fiunt Maiales.*

736 *Ex Hircis castratus sit caper.*

737 *Agnus ex Ouibus fit Aries.*

738 *Modi Castrandi ex Aristotele, duo. nu.* 739.

740 *Tauri, vt fiant Boues, quo pacto Castrentur.*

741 *Castrans homines pœna mortis punitur.*

742 *Eunuchi, an matrimonium contrahere possint? Declara. nu.* 743. 750. 751.

743 *Vxoris Phutipharis Eunuchi Pharaonis, & Iosephi filij Iacob Historia.*

Aseneth Phutipharis Eunuchi Pharaonis filia vxor Iosephi Patriarchæ. nu. 746.

744 *Vagao Eunuchus Holophernis.*

745 *Mauman, Bazatha, Harbona, Bagatha, Abgatha, Zethar, & Cargas, Eunuchi Assueri Regis.*

746 *Eunuchus Phutiphar Pharaonis cum esset, & filiam haberet Aseneth vxorem Iosephi, an illam genuerit, cum esset Eunuchus?*

Eunuchi regnarunt apud Persas.

747 *Narses Iustiniani Imperatoris Cubicularius, eiusdem Imperatoris, missus in Italiam contra Gothos, res magnas gessit.*

748 *Posidonius Imperatricis Messalinæ Eunuchus.*

749 *Eunuchi, qui dicantur?*

752 *Leontius Laodiensis præsbiter maluit virilia amittere, quam Eustoliam mulierem formosissimam dimittere.*

753 *Origenes Virilia sibi amputauit, & postmodum ad Sacerdotium promotus, ideo Demetrius Alexandriæ Episcopus reprehendit Dionysium, quod illum promouisset. nu.* 754.

755 *Valesij hæretici à Valente Arabe hæretico dicti, qui se ipsos, & hospites castrabant, credentes sic DEO seruiri debere. nu.* 756.

757 *Virilia sibi amputantes, præsertim, vt sint religionis Antistites, nihil sceleratius agunt.*

758 *Qui se castrant, nec viri, nec mulieres appellari merentur.*

Castrato, an in integrum restitutio concedatur?

Genutius liber homo seipsum castrauerat, postea hæres factus à Neuiano Surdinij liberto, à Gn. Orestæ bonorum possessionem secundum Tabulas habuisse appellatione ad M. Aemiliũ Cõsulem delata, non debuisse bonorum possessionem sibi à Consule Decretam ex causis narratis.

759 *Eunuchorum vsus apud quosdam Principes ob prauas deliciarum causas; contra quos vide quod dicunt Seneca, Diui Cyprianus, & Hieronymus, ac Iuuenalis, & alij. num.* 760. 761. 762. 763. 764.

764 *De Eunuchis Quintilian. dictum.*

765 *Eunuchi serui maiori præcio æstimantur à Iustiniano.*

766 *Neronis vitia in Sporum Eunuchum.*

Nero fax generis humani appellatur à Plinio.

767 *Darij Persarum Regis Duces ex pueris formosissimos Ionum castrauerunt, quos ad Regem miserũt. num.* 768.

768 *Castrationem hominum Adrianus Imperator prohibuit.*

769 *Domitianus Imperator receptissimam Legem tulit puerorum castrationem prohibentem, cuius meminerunt Ammianus Marcellinus, & Philostratus. num.* 770.

771 *Eunuchos Heliogabali, quos in delicijs, & consilijs habebat, Donauit Amicis Alexander Seuerus Imperator, quos nisi ad bonos mores redirent, facultatem cuilibet tribuit, vt sine iudicum authoritate occidi possent.*

772 *Coeundi impotentia, an ex maleficio causetur? ex Demonum operatione? Declara. num.* 773. 774. 775. 776. 777. 778.

773 *Sapientes, & Malefici Pharaonis ex Demone operabantur miracula. nu.* 774.

775 *A spiritu Demonis malo agitabatur Saul.*

776 *Dæmonum potentia, quæ fecerit Iob, nec est similis, quæ comparetur ei super terram, & ipse est super Vniuersos filios superbiæ.*

777 *Contra Dæmones consilium dedit D. Paulus Apostolus, vt indueremur arma DEI.*

778 *Dæmonium de Lunatico eiecit IESVS CHRISTVS.*

779 *Quinque modis coniugatos operari coniugium, inquit Petrus de Palude, qui declarantur. Declara. nu.* 780. 781. 782. 783. 784. 785.

786 *Diabolus, seu Demon occidit septem, qui contraxerant matrimonium cum Sara filia Raguelis, vxore postmodum Tobiæ.*

787 *Demones, quare habent potestatem super illos, qui matrimonium contraxerunt per maleficia operantes? Declara. nu.* 788.

789 *Remedia aduersus maleficia matrimonij alia Diuina, alia Magica.*

790 *Sponsalia de futuro, quibus modis dissoluantur. Declara. nu.* 792. 793. 794. 796. 804.

791 *Instrumenta publica faciunt indubitatam fidem. num.* 905.

795 *Sponsalia, & matrimonia solo consensu contrahuntur. nu.* 796.

797 *Societas solo consensu dissoluitur.*

798 *Res omnis per quascunq; causas nascitur per easdem dissoluitur.*

799 *Quibus modis obligamur ijsdem dissoluimur, & liberamur.*

800 *Sponsalia eodem quo sunt contracta consensu, eodem dissoluuntur. Declara. nu.* 801. 804.

801 *Matrimonium quamuis solo consensu contrahatur, non tamen solo consensu dissoluitur. Declara. num.* 802. 803.

805 *Sponsalia de futuro, an soluantur per transitum alterius ad religionem. nu.* 877.

806 *Spon-*

806 *Sponsalia de futuro, an soluãtur, si cum alia sit contractum per verba de præsenti? Declara. numero 807.808.809. versic. Secunda limitatio. numero 877.*

809 *Copula, an sit verè probanda, maximè quando matrimonium tractaretur probari post Sponsalia de futuro.*

810 *Sponsalia de futuro, si contracta sint cum Iuramento, & promissione de contrahendo intra certũ tempus, tempore elapso, an à promissione discedatur, posito quod non facto matrimonio tempus lapsum sit? quandoque declarari debeat. Declara. num. 811. 812.813.*

814 *Sponsalia de futuro, an soluãtur, si Sponsus se transferret ad regionem longinquam? Declara. nu. 815. 816.*

820 *Spõsalia de futuro an dispensentur, si aliquis ipsorũ Lepra, paralysi, alioue morbo, vel infirmitate corripiatur? Declara. nu. 821.*

821 *Magistratum gerere volens, an esse possit corpore vitiatus? Declara. nu. 822.*

822 *Consaluus Lerma Iureconsultus, quare creatus à Rege Consiliarius, non fuerit admissus?*

823 *Carens vno oculo, an ad Sacros Ordines admittatur? Declara. nu. 824.*

825 *Iacob recusauit accipere Liam, quia erat lippis oculis.*

826 *DEVS præceptum dedit, ne Aaron summus Sacerdos ad Diuinum Templi ministerium admitteret cæcum, claudum, paruo, grandi, vel torto naso, pede fractum, vel manu, non gibbum, non Lippum, nec Albuginem in oculo habentem.*

827 *Sponsalia de futuro contracta inter pulchros, & formosos, superueniente deformitate, num dissoluantur? nu. 829. 832. 853.*

828 *Lepra superueniens, an tollat Sponsalia? nu. 829.*

830 *Pulchritudo bonum DEI donum appellatur.*

831 *Dafnim Peneus pater volentem in Virginitate permanere, dicit ob illius pulchritudinem esse Sponsalibus, & matrimonio dignam.*

832 *Facienti Sponsalia pulchritudo procuratur.*

834 *Sponsalia, an soluantur ob alterius fornicationem? Declara. nu. 835. 836. 837.*

838 *Sponsalia, an dissoluantur, si ipsorum aliquis fiat hereticus?*

839 *Sponsalia ab impuberibus contracta, an adueniente pubertate si quis ipsorum recuset, soluantur? Declara. num. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. cum seqq.*

842 *Dictio, Antequam, quid significet?*

847 *Declaratio Decisionis. 450. Rotæ in Nonis. Declara. num. 848.*

850 *Non consentiens Sponsalibus adueniente pubertate, an Sponsalia soluantur? Declara. nu. 851.*

852 *Sponsalia, an soluantur ob superuenientem affinitatem? Declara. nu. 879.*

853 *Inimicitia capitalis superueniens, an soluat sponsalia? nu. 854.*

854 *Mors Iuliæ C. Cæsaris filiæ Magni Pompei vxoris, totum Orbem turbauit.*

855 *An si per famam constet de aliquo canonico impedimento sponsalia soluantur.*

856 *Si in formatione sponsaliorum fuit aliqua dotium quantitas promissa, vel aliud quippiam, & non adimpletum, an ea ex causa soluantur?*

857 *Sacri ordinis susceptione sponsalia, an dissoluantur?*

858 *Furor superueniens, an tollat sponsalia?*

859 *Simplex Castitatis votum post sponsalia factum, an illa dissoluat? Declara. num. 860. 861. 862. 863. 864. vbi quid si in sponsalibus interuenit iuramentum? nu. 877. 878.*

865 *An absq; Ecclesiastici iudicis Ministerio sponsalia diss olui possint, & quando requiratur illius decretum? nu. 866. adde quinque limitationes, in quibus Iudicis decretum non requiritur. num. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877.*

868 *Matrimonium per alterius coniugum religionis ingressum, an soluatur? Declara. nu. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875.*

871 *Diui Macharius, & Alexius religionem ingressi sponsalia soluerunt. nu. 872.*

873 *Ad tollendum marimonium per ingressum religionis, an requiratur professio? Declara. n. 874. 875. & quid ad tollenda sponsalia. nu. 876.*

875 *Eremitæ, Anacharote, & Hesycastæ.*

878 *Continentiæ votum, an tollat sponsalia?*

880 *Sponsalia facta sub conditione, illa non impleta, an dissoluantur ipso Iure?*

881 *Matrimonium triplex est Verum, præsumptum, & putatiuum.*

882 *Matrimonium verum quod est?*

883 *Præsumptum matrimonium quod est? Declara. nu. 884. & quomodo probabitur. num. 885. 886. 887. 888. 889.*

890 *Putatiuum matrimonium quod est? Declara. num. 891. 892. 893. 894. 895. 896.*

Filij nati ex matrimonio putatiuo an succedant in feudis?

An nati ex matrimonio putatiuo admittantur ad dignitatem episcopalem.

893 *Filij nati ex matrimonio putatiuo an excludant substitutos?*

894 *Filij nati ex matrimonio putatiuo, an æquiparentur filijs natis ex vero matrimonio? præsertim respectu legitimitatis. Declara. nu. 895. 896.*

897 *An priuilegia concessa filijs veri matrimonij, militent in filijs matrimonij putatiui?*

898 *Matrimonij probatio, qualiter, & quomodo fiat? Declara. nu. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906.*

899 *Spõsalia fieri possunt cum scriptura, & sine scriptura. nu. 900.*

901 *Matrimonium, an instrumento publico probetur? Declara. nu. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. cum seq.*

903 *Capitula Matrimonialia vulgò hodie dicta, apud antiquos tabulæ nuptiales appellantur.*

906 *Verba enunciatiua in matrimonio an probent.*

909 *Inſtrumento dotium, an probetur matrimoniũ? Declara. nu. 910. 911. 912. 913. 914.*

917 *Teſtes matrimoniales eſſe debent omni exceptione maiores. Declara. nu. 919.*

918 *Qualitas maioritatis teſtium debet probari. Declara. nu. 918 919. 920. 921.*

919 *Matrimonialis ſi incidenter tractatur cauſa protiones præſumptæ, & coniecturales ſufficiunt.*

922 *Cum vno teſte, & fama, an probetur matrimoniũ? vel cum iuramento neceſſario, ſiue ſuppletorio? Declara. nu. 923. 924. 925. 928. 929.*

926 *In cauſis arduis an ſit locus iuramento ſuppletorio? authoris Opinio. nu. 927. 928.*

927 *Matrimonialis cauſa grauis, & ardua eſt.*

930 *Matrimonialis cauſæ probatio, Tum Iure Diuino, Tum Canonico, Ciuili, an duo teſtes ſufficiant, an vnus homo cum vna fœmina, an duæ fœminæ, & quid ex Concilio Tridentino, & authoris Opinio. Declara. nu. 931. 932. 933.*

934 *Libro Parochi, an pbetur matrimoniũ? n. 935. 936.*

937 *Per priuatam cedulam ſubſcriptam manu vnius ex coniugibus, an probetur matrimonium?*

938 *Coniugum confeſſio an matrimonium probet? Declara. nu. 939. 940.*

941 *Coniunctæ perſonæ, & domeſtici ad probandum matrimonium, an admittantur? Declara. n. 942. 943.*

944 *Copula carnalis, an verè poſſit directò probari? Declara. nu. 945. 946.*

947 *Ad probandam copulam inter Virum, & vxorem adminicula declarantur. Declara. num. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962.*

963 *Matrimonium quomodo ex curſu temporum triginta annorum probetur? nu. 964.*

964 *Diſpenſatio matrimonialis, an interueniſſe præſumatur curſu triginta annorum?*

965 *Matrimonium ſi præponatur fuiſſe metu contractum, an ſi probetur cohabitatio triginta annorũ, dicatur purgatus metus? Declara. nu. 966.*

967 *Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ſi matrimonium contrahunt, præſumuntur errare in fide, & ideo contra ipſos poteſt procedi per inquiſitorem hæreticæ prauitatis.*

968 *Vir, ſi ad bellum proceſſerit, & non eſt reuerſus, nec certitudinem vxor habere poteſt, quo caſu de Iure ciuili qninquennij lapſu nubere poterat, quam correxit Iuſtinianus Imperator, & melius Clemens Tertius, qui nullo annorum curriculo id permiſit. Declara. nu. 969. 970. 971.*

972 *De Diſpenſationibus matrimoniorum in gradibus prohibitis, quas faciunt Summi Romani Pontifices, author dicit, vbi de illis ſcripſit antea, quibus remittit Lectores.*

973 *Summi Romani Pontifices poteſtate eis à IESV CHRISTO domino data quo ad matrimonia, non abuntur nu. 974.*

974 *CHRISTI Domini dictum apud Matth. cap. 19. Quos DEVS coniunxit, homo non ſeparet, quomodo interpretetur? nu. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985.*

983 *In quibus caſibus Summi Romani Pontifices in diſpenſandis matrimonijs authoritatem habeant, authoris dictum nu. 984. 985. 991. 992. 993.*

986 *Henricus Angliæ Rex ſeptimus ſponſalia inter Arthurum filium ſuum primogenitum, & Catherinã Regum Catholicorum filiam contraxit, ambos in Infantili conſtitutos.*

Arthurus moritur, in ætate impubere, non conſumato matrimonio, nec eo ad conſumandum apto.

987 *Henricus, mortuo Arthuro filio, ſupplicationem Pontifici Maximo dedit, vt Henrico Octauo alteri filio Catherinam matrimonio iungeret, non obſtante publicæ honeſtatis Impedimento.*

Cognita per ſupremos iudices, & Summum Pontificem, fuit cum omnibus ſanctæ Eccleſiæ ſolemnitatibus factum matrimonium inter Henricum Octauum, & Catharinam Reginam. nu. 994.

988 *Henricus Octauus viginti circiter annis concorditer cum illa vixit, & filios ſuſcepit, & nihilominus de facto Catherinam peſſimo exemplo, repudiauit.*

989 *Henricus idem petijt matrimonij ſeparationem à Summo Pontifice, figuratis inanibus quibusdam cauſis, & intendebat contrahere cum Anna Bolena, ſuper qua cauſa ſcripſere Viri in toto orbe tunc viuentes Doctiſſimi.*

990 *Sententia diffinitiua prolata in eadem cauſa matrimoniali per Clementem ſeptimum ſummum Romanum Pontificem, qua fuit declaratum matrimonium validum olim cum Regina Catherina contractum, & proinde non licere Henrico alteram accipere. Eſt inſertus totus ſententiæ tenor, captus ex ſcriptis viri Grauiſſimi Nicolai Sanderi, à quo fideliſſimè omnis narratur huius rei Hiſtoria, cui ſententiæ cũ non paruiſſet Hẽricus, magna eſt orta inter Chriſtianos Principes Turbatio.*

995 *In mortis Articulo, an poſſit matrimonium contrahi. Declara. nu. 997. 998. 999. 1000.*

997 *Aegri, Morboſi, ac ſenes an in ſe habeant ſemen, & ad generandum, aptum? nu. 998.*

TITVLVS PRIMVS,

De Sponſalibus, & Matrimonij Sacramento ac Nuptijs.

GRATIAS DEO Omnipotenti debitas, æquales nunquam reddere poterit homo, pro immmenſo beneficiorum cumulo, quibus illum dignũ iudicauit, qùando † poſt
1 Cęli, & Terræ creationem ſuo tempore, omne animal reptile, iumenta, & beſtias terræ, volucres Cęli, & piſces maris ob illum creauit; vt ijs omnibus præeſſet, & illius Imperio ſubiecit † omnia. Poſtmodum illi tamquam Principi, Regiam
2 fecit Paradiſum fęcundiſſimum, ornatiſſimum, magnificentiſſimum, atq; voluptuoſiſſimum, & expetibilem, in quo ipſum collocauit, tamquam
3 in † proprio Domicilio, vt habetur *Geneſ. cap. 1.* quę omnia à DEO creata cum enarraſſet, de Homine inquit *Ouidius Metamorphoſ. lib. 1.*

Sanctius his animal, mentiſq; capacius altæ
Deerat adhuc, & quo dominari in catera poſſet

Natus homo eſt, ſiue hunc Diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum Mundi melioris origo
Siue recens tellus, ſeductiq; nuper ab alto
Æthere cognati retinebat Semina Cœli.

Coram illo DEVS adduxit omnia † non ſolum, vt nomina illis imponeret, vt habetur, *Geneſ. c. 2.* Sed vt daret ei omnium illorum Dominium, vt verificaretur quod dixit *Dauid Pſalm. 8. Gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia † ſubieciſti ſub pedibus eius. Et Eccleſiaſt. cap. 17. Dedit illi poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper terram, poſuit timorem illius ſuper omnem carnem, & dominatus eſt beſtiarum, & volatilium.*

Ad vlteriora poſt modum procedēs, ex Adamo, vt ipſi faceret adiutorium, † Euam produxit, & ad illum adduxit, & Adam dixit, *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, hec vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt, quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*, vt notatur *Geneſ. dicto cap. 2.* Ex quibus aſſerunt † Matrimonium originem habuiſſe.

Verum tamen ſunt Synonima idem ſignificantia Matrimonium, Nuptiæ, connubium, † & coniugium, vt paſſim dicam. Sed ante quam vlterius procedamus, ne quid nominis ignoremus, videndum erit. Quid ſit Matrimonium. Dicendum eſt, vt plurimum potius Nuptiarum nomen dictum fuiſſe, quàm matrimonium, idem tamen denotabunt, vt dicemus. Nuptiæ, itaq; ſunt, Maris, & fęmine † conſortium, omnis vitæ, diuini, & humani iuris communicatio, ita dicit *Modeſtinus in l. 1. ff. de Ritu Nuptiar.* Secundam diffinitionem tradidit *Tertullianus in lib. de Monogamia*; dicens, matrimonium eſt, † cum DEVS iungit duos in vnam carnem, aut iunctos deprehendens in eadem carne coniunctionem ſignauit. Tertiam tradunt communiter dicentes. Matrimonium eſt viri, atq; mulieris coniunctio, indiuiduam Vitæ conſuetudinem retinens, diuini, & † humani Iuris communicatio, dicta *l. 1. ff. de Ritu Nupt, §. Nuptiæ, Inſt. de Patria poteſta, & §. 1. de Iure natur. Gent. & ciuil. Goffred. de Trano in Summa. Titul. de ſponſalib. col. 2. verſic. ſequitur videre, habetur in c. illud de Præſumpt. & 29. q. 1. c. in ſumma. Hoſtienſis in ſumma. Titul. de Matrimonio. §. Quid ſit matrimonium. Magiſter, lib. 4. Sentent. Diſtinct. 27. vbi Doctores. Angel. de Clauas, in ſumma. §. Matrimonium 1. nu. 1. Barth. in ſumma Armilla. §. Matrimonium, nu. 1. Gulielmus Benedict. in Repet. c. Raynutius, in Verb. Cuidam Petro. nu. 19. 20. 81. de Teſtam. Alfons. Vtuald. in Candelabro Eccleſ. de Matrimonio, nu. 1. Petrus Cenedo, in Collectan. 82. nu. 1. parte 2.* vbi alios allegat. *Petr. Gregor. Sintag. Iuris Vniuerſ. lib. 9. cap. 2. nu. 1. Anton. Gubert. in Tract. de Sponſalib. & Matrimon. Titul. Quid ſit Matrimonium, nu. 1. Alexander Carrerius de Sponſal. & Matrimon. lib. 5. capit. 6. Daniel Venatorius in Analiſi Iuris Pontificij. li. 4. Titul. 1. Hieronym. Treutler. Diſputation. Selectar. Part. 7. Diſput. 6. Theſi 7. Ioachimus † Hopperus Friſius I. C. diuerſarum ſcientiarum cognitione inſignis in commentarijs de vera Iuris pendentia, lib. 10. Titul. 2. Franciſc. Marcus in Deciſion. Delphin. 675. nu. 2. Vol. 2.*

Declarandæ ſunt ipſius diffinitionis partes, ibi (Viri, atq; mulieris coniunctio, vel Maris, & fœminæ coniunctio) ex his verbis excluditur, quod vnico, & eodem tempore, non poſſunt in matrimonium ab vno Viro plures † mulieres, nec ab vna muliere vno tempore plures duci viri: & ideo in ſingulari numero dicitur, non autem Maris, & fæminarum coniunctio, vel marium. Et hoc comprobatur, dum dicitur. *Maſculum, & fœminam fecit eos. Geneſ. cap. 1.* Et per illa verba. *Relinquet homo patrem, & matrem, & ad hærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*, dicitur *Geneſ. cap. 2.* & habetur *in c. lex diuina. 27. q. 2. & Matth. cap. 19.* vbi ſuperiora comprobans CHRISTVS dicit, *Non legiſtis, quia, qui fecit, Maſculum, & fœminam fecit eos.* Et poſt modum, *ſubiunxit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ, & erūt duo in carne vna; Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo DEVS coniunxit, homo † non ſeparet*, quod ſequuntur *Goffred. & Hoſtienſ. in loco allegato.* Hinc optimè *Propertius lib. 2. inquit.*

Exemplo iunctæ tibi ſint in amore Columbæ,
Maſculus, & totum fœmina coniugium.

Concinit illud Annæi Senecæ in Agamenone.

Nec Regna ſocium ferre, nec Tedæ ſciunt.

Hinc plures vxotes eodem tempore non licet † habere, *c. quidam autem hæretici 24. q. 3. c. gaudemus, de Diuort. Franciſc. Marc. in Deciſ. Delph. 674. nu. 3. Vol. 2. Menoch. de Arbitrar. Iudicum quæſt. lib. 2. centur. 5. caſu 420. per totum.* Et Iure ciuili prohibitum eſt vnum plures vxores ducere, & ſimilia facientes ſunt Infames. *l. 2. C. de Inceſt. Nupt.* & Neapoli quendam, qui plures vxores duxerat ob delicti reiterationem, fuiſſe vltimo † ſupplicio affectum refert *Thom. Gramm. in Voto 17.* hoc eſſe prohibitum notatur *in l. 1. in fin. vbi gloſ. & in l. Quid ergo. §. 1. ff. de his, qui notāt. infam.* Et expreſsius habetur, *in l. eum qui duas. C. Ad leg. Iul. de Adult. cap. Nemo 32. q. 4. c. licèt, c. tuas de Sponſalib. duor. Lud. Roman. in ſingul. 131. Incipit Tu ſcis, quæ pœna, Angel. de Aretio in Tract. Maleficiorum. In Verb. che hai adulterato la mia moglie, nu. 62. Alexand. in Conſil. 165. Vol. 7. Anton. Gomez in l. Tauri 80. num. 20.* quem ſequitur *Iul. Clar. in §. Fornicatio, n. 29. Paul. Crillandus de pœnis omnifariam coitus. q. 14. per totū. Andr. Tiraquel. de legibus connubialibus. l. 7. nu. 24. Anton. Gubertus de ſponſalib. & matrimonijs. Titul. Quid ſit matrimonium, num. 1. Hippolyt. Bonacoſſa in comuun. Opinion. Criminali. Parte 2. §. Vxor* eodem modo Iacobo Signorio, quia duas vxores eodem tempore habebat, iuſſu Toloſani † Senatus fuiſſe laqueo vitam ereptam, ſcribit *Anton. Gubertus in loco allegato ſub nu. 9.* de habente duas vxores vide nouiſſimè *Petrum Caballum Reſolut. crimin. 98. per totum. Franciſc. Connan. Commentar. Iuris ciuil. lib. 8. cap. 6. nu. 9.*

Idcirco DEVS omnipotēs puniuit fratricidium

per Caim

per Caim in Abelem commiſſum, pro quo petita vltio in ſeptuplum, de Lamech autem, qui commiſerat homicidium, & primus bigamiam inuexit,
18 duas eodem tempore, vxores † accipiens, vltio fuit ſeptuagies ſepties, vt patet *Geneſis ca.* 4. de quo op-
19 timè *D. Hieronimus de Virginibus contra † Iouinianum lib.* 1. *dicit*, Vbi numerus maritorum eſt, ibi vir, qui propriè vnus eſt, eſſe deſunt. Vna coſta à principio in vnam vxorem verſa eſt. *Et erunt*, inquit, *duo in carne vna* non dixit tres, neq; quatuor, alioqui non duo, ſed plures. Primus Lamech ſanguinarius, atq; homicida, vnam carnem in duas diuiſit vxores, fratricidium, & bigamiam eadem Catachlysmi pœna deleuit, de altero ſepties, de altero ſeptuagies ſepties vindicatum eſt. Hæc Hieronimus, *quæ tranſportata ſunt in c. An non.* 31. *q.* 1. *vbi Gloſ. optimè loquitur*. Vndè Thraces Parthi, Ga-
20 ramantes, † Naſamores, Æthiopes, perſæ, Turcæ, alijq; quam plurimi, qui eodem tempore plures tenebant vxores, quos ex pluribus refert *Andr. Tiraquell. in legibus connubialib. l.* 7. *nu.* 22. damnandi ſunt. Quare DEVS permiſit Dauidem, duas ha-
21 buiſſe † vxores *lib.* 1. *Regum. cap.* 30. Salomonem ſeptingentas *lib.* 3. *Regum capit.* 11. Abiam vxores
22 quatuordecim apparet *Paralipom † lib.* 2. *capit.* 13. Abrahamum, & alios? *Franciſc. Marcus in Deciſione. Delphinal.* 674. *nu.* 3. *Vol.* 2. Et ideo Dicendum eſt nec apud antiquos, id fuiſſe permiſſum, vt eo-
23 dem tempore plures vxores accipere † permicteretur, niſi tacitè, vel expreſsè ex illius DEI ſummi legislatoris iudicio, & voluntate permitteretur, ex quadam Dominica diſpenſatione; Quod fieri potuiſſe in Antiquis patribus ante Domini noſtri
24 IESV CHRISTI aduentum, Sobolis multiplicandæ gratia, vt cultus Diuinus, ex illorum genere, qui Sanctè, pièq; DEVM colebant, in dies augeretur, ac magis, propagaretur. Cuius opinionis fuit *Durandus lib.* 4. *ſentent. Diſtinct.* 32. *q.* 1. & ex noſtris dixerunt *Antonius Gubertus in dicto Tract. de Sponſalib. & matrimon. Titul. quid ſit matrimonium nu.* 9. 10. *& Alexander Carrerius in Tract. de Sponſalibus, & Matrimonio lib.* 5. *cap.* 7. quo in loco, allegauit *Aureolum in dict.* 4. *ſentent. Diſtinct.* 32. *q.* 1.
25 dicentem, Namq; pluralitatem vxorum † eodem tempore ex Diuina diſpenſatione licitam fuiſſe. Cui Idem *Carrerius capit.* 8. Reſpondit, in cauſa Lamech id circo fuit vindicatum, quia in eo non fuit diſpenſatum, & ſic poteſt reſponderi, quoad Salomonem, in alijs autem fuiſſe tacitè ob cauſam permiſſum ad ſobolem propagandam. Sic patet etiam in Abraham, quia dum congreſſus eſt cum
26 Agar † ancilla, fuit ex perſuaſione Saræ vxoris, vt ſuſciperet ſobolem, & vt haberet, qui in bonis ſuccederet, illã vxoris titulo dedit Sara, vt dicitur *Geneſ. c.* 16. Et ſi hac de cauſa cum aliquibus à DEO permiſſum fuit; nõ debet alijs ad conſequentiã trahi *c. gaudemus.* §. *nec vlli de Diuortijs c. obijcitur* 31. *q.* 4. Quo verò ad Ceturam Abrahæ vxorem, dicẽ-
27 dum eſt illam non fuiſſe, viuente Sara, † vxorem, ſed poſt illius mortem, vt monſtrari videtur. *Geneſis cap.* 25. De his optimè inquit. *Theodoretus in Epithome Diuinorum Decretorum de Matrimonio ca.*
28 25. Propterea (ait) etiam † veteres, plures habere vxores non vetuit, vt genus humanum augeretur; Ea de cauſa etiam viri boni. & religioſi DEI cultores, & duabus, & tribus, & pluribus etiam mulieribus matrimonio iungebantur, plurium filiorum patres eſſe cupientes. Hæc Theodoretus, memorabiles ſunt ille Euripedis verſiculi in Andromache dum ait.

Nec enim decet duabus mulieribus virũ vnũ præeſſe.
Sed vnicam ſpectantes furtiuam Venerem.
Contẽti ſint coniuges, qui benè conuerſari voluerint.

Et ideo, qui contraxit matrimoniũ per verba de præſenti, & poſtea illa viuente contrahit cum alia
29 propria authoritate, facit † contra ſacramentum matrimonij, & ideo hæreticæ prauitatis inquiſitor poteſt inquirere *c. accuſatus.* §. *eum verò.* §. *ſanè, de Hæretic. in 6. vbi Gemin. & Bernard. Comenſ. in Lucerna inquiſitorum.* §. *matrimonium num.* 1. *Arnald. Albertin. de agnoſcend. aſſertion. Cathol. vel hæretic. q.* 23. *Iacob. Simancas de Cathol. inſtit. Titul.* 49.

Secundò ad declaranda eadem verba Diffini-
30 tionis (Viri, & mulieris, Maris, & fœminæ † coniunctio) dicendum eſt, idcirco Matrimonium cum Maſculo, & fœmina ſtatutum ad operationem, & commixtionem illorum ad ſuſcipiendam prolem ex coniunctione legitima, & euitandas commixtiones impias, turpiſſimas, Iuri Diuino, & humano contrarias. Nefaria enim & infanda illa libidinis exercitatio, quæ naturalem coeundi vſum im-
31 mutat, ab initio † naſcentis Mundi iudicata eſt Odioſa viris DEVM timentibus; præſertim dum maſculi in maſculos, vſum ſpurcitia, & turpitudine plenum operantur; ob illius namq; immanita-
32 tem iura diuina † conclamant; DEVS enim præceptum dedit. Creſcite, & multiplicamini, & implete terram, maſculum, & fœminam proponens, vt iuſto, & ſtatuto vſu indiuidua creſcerent. *Geneſ. ca.* 1. Sed hoc vitium perpetrantes contra Diuinam legem committunt. Ideo *Geneſ. cap.* 18. dicit, Clamor Sodomorum, & Gomorræ multiplicatus eſt,
33 & peccatum eorum † aggrauatum eſt nimis, deſcendam, & videbo, vtrum clamorem opere compleuerint, an nõ eſt ita. Propterea pluit ſuper Sodomam, & Gomorrhã ſulphur, & ignẽ à Domino de cęlo, & ſubuertit ciuitates has, & omnẽ circa regio
34 nẽ, vniuerſos habitatores Vrbiũ, & † cuncta terræ virentia: vt ſcriptũ eſt *Gen. c.* 19. cuius vltionis meminit *Deut. c.* 29. Videntes (inquit) plagas terræ illius, & infirmitates, quibus eã afflixerit Dominus ſulphure, & ſolis ardore comburens, ità, vt vltra non ſeratur, nec virens quippiam germinet in exemplum ſubuerſionis Sodomæ, & Gomorrhæ,
35 † Adamæ, & Seboim, quas ſubuertit Dominus in ira, & furore ſuo, de qua ſubuerſione loquitur *Iſaias. cap.* 13. dicens, & Erit Babilon illa glorioſa in Regnis, inclyta in ſuperbia Caldęorum, ſi-
36 cut ſubuertit † Dominus Sodomam, & Gomor-
37 rham. *Et Ieremias capit.* 50. Sicut † ſubuertit (inquit)

quit) Sodomam, & Gomorrham, & vicinas eius,
38 *Ezechielis cap.* 16. Ecce hæc (inquit) fuit † iniquitas Sodomæ, ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas
panis, & abundantia, & ocium ipſius, & filiarum
39 eius. *Et Oſeæ* † *cap.* 11. dicitur, quomodo dabo te ſicut Adama, ponam te, vt Seboim? Vnde eſt
ſtatuta Pœna, *Leuitici capit.* 20. Qui dormierit
40 † (inquit) cum maſculo coitu fœmineo, vterq; operatus eſt nefas, morte moriantur, ſit ſanguis eorum ſuper eos. Cum prius dixerit *Leuitici cap.* 18.
41 Cum Maſculo non commiſcearis coitu † fœmineo, quia abhominatio eſt. *Et D. Paulus Apoſtolus ad Romanos cap.* 1. dixit, morte dignos eſſe illos ma-
42 ſculos, qui † relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicem maſculi in maſculos turpitudinē operātes, & mercedē, (quam oportuit) erroris ſui in ſemet ipſis recipiētes, & iterum Idem *Apoſtolus* 1. *Corinthiorum. c.* 6. inquit, Neq; molles,
43 neq; maſculorum cōcubitores Regnum † DEI vnquam poſſidebunt. Quod, & dixit. 1. *Timothe. cap.* 1. Huc etiam dicitur pertinere Diluuij Vniuerſalis cauſam fuiſſe nimiam, & nimio affectu proſequutam carnis ſine delectu exercitationem,
44 idq; probari eadem ſacra ſcriptura † *Geneſis ca.* 6. dum dicit, Omnis qnippe caro corruperat viam ſuam, quaſi ſub ſilentio tranſiens, quod ob carnis oblectamenta, & nimiam illius petulantiam, & viuendi libertatem, ac præceptorum inobſeruantiam, ac illorum iniquitatem illos delere per Diluuij inundationem Decreuerat. Et de Diluuio, & incendio prænarratis Sanctiſſimus Apoſtolorum
45 Princeps † Petrus. 2. *Epiſt. cap.* 2. inquit, Et originali mundo non pepercit, ſed octauum Hoc iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, Diluuium Mundo impiorum inducens, & Ciuitates Sodomorum, & Gomorrheorum in cinerem redigens, exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt ponens.

Iure Canonum idem delictum, & prohibitum
46 eſt, & punitum in odium vitij contra † naturam. *c. clerici, extra de exceſſib. Prælatorum. c. quod ait.* 14. *Diſtinct. c. Adulterij. c. offerebat. c. Flagitia. cap. Vſus* 32. *q.* 7. *facit etiam. c. ſi gens Anglorum.* 56. *Diſt.*

Iure humano, inſurgunt leges gladio vltore ob
47 hoc delictum, ob quod dicit † Imperator venire fames, Terremotus, peſtilentias, & tandem ſubuerti ciuitates, & Populos, vt dicit Imperator Iuſtinianus *in Auct. Vt non Luxurientur contra Natur.* & habetur *in* §. *Item lex Iulia de Adulterijs. Inſtit. de Public. Iudic. l. fœdiſſimam. l. cum vir nubit in fœminam. C. Ad legem Iul. de Adulter. l.* 1. §. *qui puero. ff. de extraord. crimin.*

Hæc verò nefanditas, habetur tamquam praua, & vitium ſimile, & abhominabile, & infandum, ſi quis vaſe mulieris ad hunc ſuſcipiendæ ſobolis vſum non conceſſo abutatur, quod execrabile Iu-
48 dicatur † in meretrice, ſed longè execrabilius in vxore *dicto. c. Adulterij* 32. *q.* 7. & omnium horum tam Maſculis, quàm fœminis eſt pernicioſum, ità, vt non ſolum in maſculis inter ipſos, ſed ipſis fœminis inter ipſas fœminas ſit prohibitum, & im-
49 mineat ſimilis † pœna, vt voluit *Gloſs. in dicta l. fœdiſſimam C. ad legem Iul. de Adult.*

Dicam, quod ſcribit Clemens Alexandrinus *Pædagogi lib.* 2. *cap.* 10. dicit. Dominum DEVM in ſcriptura Sacra. *Leuitici cap.* 11. *& Deuteronomij. cap.* 14. prohibuiſſe, vt non comederetur † Le-
50 pus, neq; Hyena. Sed vt ego in libro meo in his locis, non reperio nominatam Hyenam, nec etiam *apud Hieremiam cap.* 12. ab eadem relato, quòd Hyena vno anno, operetur, altero, tanquam fœmina pariat quoad mutationem de maſculo in fœminam, & è contra, negat *Plinius (ex Ariſtotele)*
51 *lib.* 8. *cap.* 30. fieri marem, & fœminam, negat Ariſtoteles de Hiſtoria *Animalium lib.* 6. *cap.* 31. *de Generat. Animalium lib.* 3. *capit.* 6. *Albert. Magnus de Animalibus lib.* 7. *Tract.* 1. *cap.* 5. ſed dicit Clemens, ea ex cauſa dixiſſe vt homines vtantur iſtorum animalium more, maſculorum cōcubitu, & vtroq; Venereorum præpoſtero vſu. Vnde Tertullianus
52 inquit, Hyenam ſi obſerues, ſexus † annalis eſt, marem, & fœminam alternat.

Quàm prauum fuerit ſemper habitum facinus iſtud contra Naturam patet quia ſanctus Vir Loth duas filias, quæ nec dum virum cognouerant, peſ-
53 ſimis illis † hominibus obtulit vt eis abuterentur, pro vt illis placeret, ne offenderent ſanctos viros, qui in domum ſuam diuerterant, vt patet *Geneſis, c.* 19. Aduertendū eſt, tamē, quòd, & ſi maius peccatum æſtimetur vitium nefandum Stupro mulie-
54 rum, non licuiſſe tamen illi ſine crimine † offerre filias, & in peccatum conſentire, quia dicit *D. Paulus Apoſtolus ad Romanos cap.* 3. Non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona, qua ex eauſa, & ex
55 alijs, quas refert, peccaſſe Sanctum † virum tenuit *Fælicianus Capitonus Archiepiſcopus Anenionenſis Explicationum Catholicarum Parte* 1. *Explication.*
56 22. *nu.* 5. Nihilominus pro ſancto Loth † excuſationes plurimas Theologi faciunt; quarum illa mi hi probabilior videtur, quam tradidit Thomas *de*
57 *Vio Cardinalis* † *Caietanus in Commentarijs ſuis in Geneſim* exponens illud *cap.* 19. dicens, Magnam oriri dubitationem, vtrum Loth peccauerit offerendo filias ſuas libidini ſodomitarum ad euitandam iniuriam inferendam hoſpitibus? cui quæſtioni ita reſpondet. Loth non obtuliſſe filias ani-
58 mo repenſandi flagitium † flagitio, ſed animo placandi furentem populum per hyperbolicam quandam ſui ſubmiſſionem. Credebat enim popu
59 lum † minimè acceptaturum eiuſmodi oblationē, ſed fore potius, vt populus ille tanta placatus eius ſubmiſſione, ab incepto deſiſteret. Hæc, & alia ibidem Caietanus. Super quibus, qui plura deſiderat videat Benedictum Pererium in Geneſim. cap. 19. nu. 6. cum pluribus ſeq. Tomo. 3. Sed, vt reuertamur vndè digreſſi ſumus. D. Hieronymus contra Iouinianum. lib. 1. Vſus (inquit) naturalis, & licitus
60 eſt, ſicut in † coniugio, & illicitus, ſicut in adulterio. Contra naturam verò ſemper illicitus, & procul dubio flagitioſior, atq; turpior, quem Sanctus Apoſtolus, & in Maſculis, & fœminis arguebat,

damna-

damnabiliores volens intelligi, quàm si vsu naturali, vel adulterando, vel fornicando peccarent. *Et D. Ambrosius in lib. de Patriarchis* dixit, Offe-
61 rebat Sanctus Loth filiarum pudorem, † nam, & si illa quoque flagitiosa impuritas erat, tamen minus erat secundum naturam coire, quàm aduersus naturam delinquere, præferebat domus suæ Verecundiæ hospitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inuiolabilem. Vnde *D. Augustinus in lib. de Adulterinis coniugijs* ait, Adulterij malum vin-
62 cit † fornicationem, vincitur autem ab Incestu, peius est enim cum matre, quàm cum aliena vxo-
63 re concumbere, sed omnium † horum est pessimum, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris, non ad hoc concesso, voluerit vti, Vsus enim naturalis si vltra modum probabitur, in vxore quidem veniale peccatum est, in meretrice damnabile, sed illud, quod contra naturam est, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore; tantum enim valet ordinatio creatoris, & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendum concessis, cum modus excedituꝛ, longè tolerabilis sit, quàm in eis, quæ concessa non sunt, vel vnus, vel rarus excessus. *Et idem Augustinus Confessionum lib. 3. cap. 4.* Flagitia (inquit) quæ sunt contra naturam
64 vbiq; , & semper repudianda , † atq; punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt, quæ si omnes gentes facerent, eodem Criminis reatu, Diuina lege tenerentur, quæ non sic fecit homines, vt se illo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum D E O nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse author est, libidinis peruersitate polluitur, de quibus *in dicto cap. Adulterij, cum tribus seqq. 32. q. 7.* Exemplum aliud horribile habemus. Nam cum Leuita quidam cum vxore sua di-
65 uertens in Gabaa † Beniamin, & à sene quodam receptus hospitio ipsis cænantibus, viri Ciuitatis ad ostium senis pulsantes, Leuitam ad cõcubitum expostulant, egressus senex pro viro filiam suã virginem offert, at illi sumpta Leuitæ vxore, tota no-
66 cte tanta libidine ipsa † abusi sunt, vt illa mane dimissa, ad senis ostium corruens expiraret, qua à marito in duodecim partes diuisa, ad singulas tribus, singulas portiones, qua ex causa vnitis in Maspha vndecim alijs tribus, sententia, & voto concordi, illud scælus vindicare statuerunt, Duce Iuda quadringentis millibus armatis, viginti quinque millia ex Tribu Beniamin, Gabaa, cæterosque illius Vrbis pagos, homines, pecora, atque Vniuersum Beniamin, gladio, flammaque deleuerunt, occisis ex illis Viginti quinque mille, non remansis ex illa Tribu, nisi sexcentis, qui quatuor mensibus in Petra Remmon latitarunt, vt latius patet *Iudicum cap. 19. cap. 20. cap. 21.*
67 Hæc passi sunt, quia contra naturam scelus † commiserunt. De quo vitio *Tertullianus in Apologetico aduersus Gentes. cap. 39.* inquit. Nondum Iudæum ab Aegypto examen Palestina susceperat, nec iam illic Christianæ sectæ origo confederat, cum regionem, ac fines eius Sodoma, & Gomorrha ignens imber; Olet ad huc incendio terra, si
68 qua illic arborum poma † oriantur oculis tenus, cæterum contra cineres eunt. *Et idem Tertullianus in lib. de Pudicitia.* Reliquas (inquit) autem libidinum furias impias in corpora, & in sexus vltra iura naturæ, non modò limine, verum
69 † omni Ecclesiæ tecto submouemus, quia non sunt delicta, sed nostra. *Rabanus super dicto Geneseos Capit. 19.* dicit, sulphur fetet, ignis ardet,
70 qui ergo ad peruersa desideria carnis fætore exarserunt, iure sulphure, & igne perierunt. Sed hoc ante ipsum ita dixerat, *D. Gregorius Magnus in*
71 *lib. 2. Moralium 14. cap. 29.* Nam † per sulphur (inquit) fetor carnis accipitur, ipsa sacri eloquij historia testatur, quæ contra Sodomam ignem, & sulphur pluisse Dominum, narrat, qui cum carnis eius scelera punire decreuisset, in ipsa qualitate vltionis, notauit maculam criminis. Sul-
72 phur quippe fetorem habet, † ignis ardorem. Qui itaq; ad peruersa desideria ex carnis fetore arserant, dignum fuit, vt simul igne, & sulphure perirent, quatenus ex iusta pœna discerent ex iniusto desiderio, quid fecissent. Audiamus de hoc infami Vitio, & de sodomæ successu, quia postquam dixisset ex superflua rerum copia, ingentia malorum semina progredi *Philo iudæus de Abrahamo lib. 1.* inquit elegantissimè. Nimia bo-
73 narum Rerum † copia, quarum satietatem quidam non ferentes, tamquam iumenta lasciuiunt à ceruice excussis naturæ legibus, versi ad meracas potationes, cibos opiparos, & nefarios concubitus, non solum enim in fœminas insaniendo, corrumpebant alienos Thalamos, sed, & cum masculis rem habentibus, & patientibus, & irritam genituram ferentes, nulla secutura progenie. Post pauca sequitur. Recepta enim in corpus fœminea mollitie, animos etiam reddiderunt ignauissimos, quantum in ipsis erat, totum corrumpentes genus hominum. Immanes autem illos, & nefarios cœtus ex oculis, aboleuit, & rabidos eorum patratores aggressus, non vulgari aliquo, sed nouo, mirandoq; affecit supplicio. Inductis enim subitò nubibus, iussit eas imbrem, non æquę, sed ignium pluere. Cumq; in morem niuis densissimæ indesinenter deorsum flamma ferretur magno impetu ardebant arua cum pratis, & condensa saltuum, palustris quoq; materies, & intima nemorum, vrebantur eodem incendio campestria, segetes cum suis frugibus conflagrabant, & arbusta montium, trunci vnà cum suis radicibus, vrbana quoq;, & rustica ædificia, mœnia, cęteraq; opera publica, non minus, quàm priuati parietes, atq; ita vnus dies frequentissimas ciuitates vertit in busta suorum ciuium, structuras verò lapideas, & ligneas in cinerem, & minutissimum puluerem. Et demum dicit. Extant argu-
74 menta cladis veteris, † fumus exalans perpetuò, & sulphur, quod ibi foditur. Hæc cum alijs pluribus Philo. De hoc *idem Philo de vita Mosis. lib. 2.* sic inquit, Deinde post aliquot ætates rursus mul-

tiplicato numero hominum, quia ne maiorum quidem ſupplicijs admonita poſteritas ſapere didicerat, ſed permiſſa libidinis licentia in deterius profecerat, Vltricibus flammis, hos deleri decretum eſt, iuſto DEI Iudicio. Tunc, vt in ſacra ſcriptura legitur, fulmina imbrium in more, de Cęlo ruentia, concremauerunt homines impios, vnà
75 cum eorum † Vrbibus. Extant in hodiernum vſq; monumentum cladis illius inenarrabilis, oſtenduntur q; ruinæ in Syria mixtæ cineri, fumo, ſulphuri, lambentibus hæc interdum flammis tenuibus, ſicut fit in reliquijs incendij. Hæc & alia Philo. *Sed Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum. libr. 1.*
76 *cap.* 11. hæc dicit, Abrahamus † deſtitit, Angeli verò peruenerunt Sodoma, ciues autem cum vidiſſent adoleſcentes forma præſtantes ad Lothum diuertiſſe, ad illudendum per vim ætati eorum ſunt verſi. Lotho verò ſuadente continerent ſe, neue in probrum hoſpitum ruerent, ſed hoſpitio ſuo nonnihil honoris haberent, aut ſi temperare ſibi non quirent, filias ſe pro illis eorum libidini exhibiturũ, ne ſic quidem parere voluerunt. DEVS autem illorum audacia commotus ad iram, ipſos quidem excæcauit, ne in ędes introitum inuenire poſſent, cæterum Sodomitarum populum vniuerſum ad ſupplicium adiudicauit. Sequitur poſt pauca. Tum DEVS iaculatur telum in Vrbem, eamq; cum ipſis incolis exurit, & agrum quoque pari deuaſtat incendio. Hæc Ioſephus. Quam optimè *Petrus Damianus, in libello Gomorrheano*, quẽ ad Papam direxit, concludendo dicit. Hoc ſanè
77 Sodomiticum † vitium, nulli prorſus eſt vitio conferendum, quod omnium immanitatem ſuperat vitiorum; hoc ſiquidem vitium mors eſt corporum, interituſq; eſt animarum, carnem polluit, mentis lumen extinguit, Spiritum Sanctum de templo humani pectoris eijcit, incentorem luxuriæ diabolum introducit. Et poſtea ſubiungit. Quiſquis in hunc extremæ perditionis abuſum
78 fuerit lapſus, à ſuperna patria † exul efficitur, à CHRISTI corpore ſeparatur, totius Eccleſiæ authoritate confunditur, omnium Sanctorum Patrum iudicio condemnatur. Hęc ille. *Hinc Ariſtoteles Politicorum lib. 7. cap.* 15. inquit. Coitus omnis alterius quàm coniugis pęnitus ſit interdictus,
79 † quandoquidem ſit, & appellatur coniux, quòd ſiquis deprehendatur contra facere per tempus procreationis, dignam pro delicto pœnam reportet.

80 Apud Perſas vitium † iſtud olim viguiſſe ſcribit *Agathias Belli Gothorum. libr.* 2. Et cum apud Romanos Capitolinus Conſul M. Marcelli Conſulis collega, Marcum Marcelli filium, forma in ætatis flore inſigni, moribus, & eruditione conſpicuum, amore deperiret, ipſum primo loco tentatum per ſe reiecit, & dum ſecundò illum appellaſſet, detulit rem ad patrem, qui iniquo ferens animo ad Senatum accuſatione præmiſſa, rem detulit, ille ad Tribunos appellauit, Populus ad Senatum rem reiecit. Reus videns, quòd teſtis nullus eſſe poterat, factum audacter negauit; Senatus vi-
81 dens remotis rem arbitris actam, puerum † accerſiri placuit, qui in roſtra productus in præſentiam Capitolini, interrogatus, defixo in terram vultu, ſuffuſus lachrymis, pudore, tacuit, valuit pro eo verecundum ſilentium, & hoc vno teſte, & principali, illum pecunia mulctauit, qua Marcellus pa-
82 ter menſam argenteam fecit, quam Dijs † dicauit, huius Decreti meminit *Plutarchus in Marco Marcello, & è noſtris Petrus Aerodius Decretorum ad Thuanum lib. 2. Titul.* 31. narrat etiam ſententiam *Valerius Maximus lib. 6. cap.* 1. *de Tiberij Imperatoris vitijs*, hoc elicit *Suetonius Tranquillus in eo. cap.* 44. Fertur etiam in ſacrificando quondam,
83 captus † facie miniſtri Acerram præferentis, nequiſſe abſtinere, quin penè vix dum re diuina peracta, ibidem ſtatim ſeductum, conſtuprarit, ſimulq; fratrem Tibicinem, atq; vtriq; mox, quòd mutuò flagitium exprobabant, crura fregiſſe. Hæc eadem crurifragij pœna minima fuiſſet tam prauo Principi.

Romani ſuper huius facinoris proſequutione
84 Legem Scatiniam proferentes, quam † contra muliebria patientes rogatam fuiſſe conſtat, quam protulit C. Scatinius Tribunus Plebis, qui decem millium pœnam ſtatuit, isque Aricinenſis fuit, de qua, & illius authore meminit *Cicero Philippica. 3. & Epiſtolarum Familiarium lib. 8. Epiſtol.* 12. Quæ eſt Cęlij. Legis, & pœnę decem millium, licèt non
85 authoris, ſed Legis † tamq; vulgatę meminit *Fabius Quintillianus Oratoriarum inſtitutionum. lib. 4. cap. 2. & lib. 7. cap.* 4. & ſecundum illam iudicaſſe Domitianum Imperatorem refert *Suetonius Tranquillus in eo. cap.* 8. dicens quoſdam ex vtroq;
86 ordine † lege Scatinia condemnauit, de hac lege, ſcribens in Iuriſconſultum habentem vxorem adulteram hoc Epigrammate Lepido Ludit Auſonius

Iuriſconſulto, cui viuit adultera coniux,
Papia Lex placuit, Iulia diſplicuit.
Quaeritis vnde hæc ſit diſtantia, ſemi vir ipſe
Scatiniam metuens, non metuit Titiam.

De eadem Lege ſcribit *Valerius Maximus in loco allegato, & Vdalricus Zaſius in Catalogo Legum Antiquarum, in Scatinia, & Antonius Auguſtinus in libro de Legibus, & Senatus Conſultis in Scatinia.* Notandum tamen arbitror hos, quos vltimo loco alle-
87 gauimus, in duobus † falli, & erraſſe. Primò, dum dicunt, authorem Scantinium, cum Scatinium dicere debeat, & iſtud eſſe poſſet impreſſorum errore. Alterum verò eſſe, quòd is Caius Scatinius author iſtius legis fuerit, qui eundem Marcum Marcelli filium de pudicitia tentauerit, condemnatus fuerit, & legem hanc tulerit, quod eſt pęnitus erroneum. Illudq; à Valerio, qui ante iſtos, origi-
88 nem habuit, nam, qui id ſtuprum intentauit † C. Capitolinus fuit, non autem. C. Scatinius. Si is namq; fuiſſet condemnatus, quo modo potuiſſet ſibi ipſi legem dicere, & ſe ipſum condemnare? Leges enim à conditoribus, non autem à ſonti-

bus, &

bus, & condemnatis nomina ſumunt, vt optimè de huius Legis nomine Loquitur *Philippus Beroaldus in loco allegato ad Suetonium in Domitiano. Cap.* 8.

Poſtmodum, vel quia illa præpoſteræ Veneris flagitia creſcerent, vel quia ob magnam pecuniæ quantitatem, quæ à lege Scatinia imponebatur, &
89 penderet, aut † iudices conniuentibus oculis in ſimilibus cauſis procederent, vel aliam quamlibet cauſam, Conſtantius, & Conſtans Imperatores id peſſimum vitium odientes pro illo mortis pœnam ſtatuerunt. *in dicta. l. cum vir nubit in fœ-*
90 *minam* † *C. Ad legem Iul. de Adult.* quod, & ſequutus eſt Imperator Iuſtinianus. *in Auct hent. Vt non Luxurient. contra naturam. per totum.* Quæ iura ſeueriter obſeruata fuerunt, & vbiq; ſeruantur, & ſimiliter obſeruari voluit in Comitijs Imperiali-
91 bus Carolus † Quintus Imperator pro eo delicto pœnã mortis ſtatuendo *In Conſtit.* 116. cuius meminit *Ioachimus Mynſinger. in* §. *Item lex Iulia de adulterijs. nu.* 11. *Inſtit. de Public. Iudic.* Cautum eſt etiam in ſtatu Mediolani, vt Sodomitæ agentes,
92 & patientes igne † comburantur, ab eodem Carolo Quinto Imperatore. *in* §. *Sodomitæ. Titul. de Pœnis in Conſtitutionibus Mediolani.*

In Nauſeam, & odium huius contra naturam vitij non nulli Principes plura ediderunt decreta; Cum enim quidam Damon Peripolta, inſigni
93 † forma Adoleſcens à quodam Magiſtratu, qui Cheroneæ præerat, ardenter amaretur, cui ille minimè aſſentiri voluiſſet, ob quam cauſam Præfectus, Vim illi inferre conſtituiſſet, Adoleſcens alijs comitatus comparibus, hiq; fuligine tincti, ne facilè cognoſcerentur, ſtipati in foro ſimul exiſtentes iudicem adeunt, & inſultatum occidunt.
94 Cheronei irati adeunt Lucullum † Conſulem, qui tunc Aſiam tendebat, accuſationem contra Adoleſcentes, & ſocios proponũt, is enarrata cauſa, Adoleſcentes non eſſe moleſtandos iudicauit, quia ob turpem iniuriam motos fuiſſe, iuſtè etiam Præfectum occidiſſe, vt ſcribit. *Baptiſta Fulgoſ. lib. 6. cap.* 1. Lucius Tuculus, vel, vt alij dicunt Cluſus Tribunus C. Marij Conſulis, & exercitus Imperatoris, illiusq; propinquus, quia Trebonio Adoleſcenti pudicitiam eripuiſſet, ab illo fuit interfectus, C. Marius cauſam cognouit, & Adoleſcentem manifeſtæ cædis reum, non modò aliquo ſupplicio non affecit, ſed pro concione laudatum, &
95 dimiſſum, corona † etiam donauit. *Cicero in oratio. pro T. Annio Milone. Valer. Maximus. lib. 6. cap.* 1. *Marcus Antonius Sabellicus. lib.* 5. *Andreas Eborenſis. Exemplorum. Titul. de Caſtitate. lib.* 2. *Petrus Aerodius Decretorum ad Thuanum. lib. 6. cap.* 26. Pauſanias etiam quidã Macedonicus adoleſcens, quem ætate florẽtem egregia decoris forma commendabat, inter eos fuerat allectus, qui Philippi Regis Macedoniæ corpus tueri ſolebant, tamen ab Attalo Maximo apud Regem Duce vim paſſus, maiores iniuriæ primis additę, Pauſaniam ad conuiuium inuitatum, ac multo vino temulẽtum redditum, mulionibus ſtuprandum tradidit, de quo cum apud Philippum eſſet conqueſtus illum-
96 que Rex blandis verbis † mulcere credidit, ità, vt probrum non magni faceret, Idcirco, & ira accenſus Philippum occidit. Hæc mala parturiunt praua flagitia, quæ nec pœna, vel obiurgatione, ſed conniuentia diſſimulantur. Hanc hiſtoriam ſcribit *Diodorus ſiculus in Philippo. Valerius Maximus. lib.* 1. *cap.* 6. *& lib.* 8. *cap.* 15. *Latè Iuſtinus. lib.* 9. *Ioannes Zonaras Annalium lib.* 1. *Baptiſta Fulgoſius. lib.* 6. *cap.* 1.

Execrabiliſſimum eſt vitium iſtud, & ab omnibus iudicibus perexequendum, ab antiquis omni-
97 bus Doctoribus, & nouiſſimis abhominabile † habitum, & pœnis narratis punitum, de quo *poſt Iacobum de Beluiſ. Bartol. in dicta Auct. Vt non Luxurient. Cont. natur. nu.* 3. *& in fin. Albertus Gandin. in Tract. Malefic. Titul. de Multis quæſtionibus dependentibus à Statutis. nu.* 25. *Angel. in Tract. Maleficiorum, in Verb. Che hai adulterato. num.* 53. *Bonifacius Vitalinus in Tract. Maleficior. Titul. de Adulterio. In ceſtu, & ſod. nu.* 10. *& in Titul. de Raptoribus. nu.* 6. *Andr. Barbat. in Conſil* 64. *vol.* 1. *Anaſtaſ. Platus in Conſil.* 65. *inter Conſilia Barb. in dicto vol.* 1. *Petr. de Anchar. in Conſil.* 268. *Incip Iure diuino. Laurent. Calcan. in Conſil.* 106. *Alexand. de Neuo in Conſ.* 85. *Incip. In cauſa inquiſitionis. Deci. in Conſil.* 90. *Cardinal. Pariſ. in Conſil.* 163 *num.* 1. 2. *vol.* 4. *Anton. de Butrio in Conſil.* 58. *Incip. quia copioſiſſimè. Hippoly. de Marſil. in Conſil.* 28. *Marc. Mantua in Conſil.* 113. *vol.* 1. *Thomas Grammat. in Conſil. crim.* 65. *in princip. Marian. Socin. Nepos. in Conſi.* 7. *nu.* 3. *vol.* 3. *Paulus Grillandus de Pœnis omnif. coitus q.* 8. *Aegid. Boſſus in Titul. de Coitu damnat. & punibili nu.* 5. 6. *& in Titul. de Stupro deteſtabili in Maſculos per totum.* De materia *Innoc. Flor. & Anania in c. Maritus. de Adulter. & ibid. Abb. Panorm. in fin. Specul. in Titul. de Inſtrum. edit.* §. *compẽdioſè. verſ. decimo tertio. Lucas de Pœn. in l.* 3. *col.* 3. *C. de exactor. & except. li.* 12. *Gulielm. Bened. in Rep. c. Raynutius. in Verb. Mortuo itaq; teſtatore. nu.* 134. *de Teſta. Barthol. Bellenzin. ad Panormitan. in c. clerici. de exceſſib. Prælat. Cæſar Lambert. de Iure Patronat. part.* 1. *libr.* 2. *Articul.* 18. *nu.* 4. *Ioan. de Firmo in Tract. de Epiſco part.* 1. *lib.* 2. *q.* 30. *Matth. de Afflict. in Conſt. Regni. Legum aſperitate lenita. nu.* 14. *Nicol. Bellon in Conſil.* 69. *Incip. circa teſtamentum. nu.* 2. *Barthol. de Caſſan. in Conſuetudin. Burgund. Rub.* 1. *in Verb. Iuſtices. num.* 56. *verſ. Item Sodomita, & in Rubric.* 7. *des ſucceſſions.* §. 3. *in Verb. A faire teſtament. nu* 4. 5. 6. *Didac Couar. in Epithom. de Sponſalib. part.* 2. *cap.* 7. §. 5. *nu.* 6. *& in Clem. ſi furioſus. Relect. Primæ partis.* §. 1. *n.* 6. *de Homicid. Iulius Clarus. in* §. *Sodomia nu.* 1. *Anto. Gomez in l. Tauri.* 80. *ſub nu.* 18. *Bernard. Coueron. in Tract. de publi. concubin. Titul. de Peccat. Sodom. nu.* 16. *Alfonſus Montaluus Fori Regalis. lib.* 4. *Titul.* 9. *l.* 2. *in Verb. Por peccar. & in Verb. colgados.* vbi habetur notitia plurium Legum Hiſpanicarum de-
98 lictum † iſtud punientium. *Gaſpar Caballinus in Milloqu.* 602. *Petr. Duen. Regul.* 113. *verſ. Adde aliũ caſum.*

caſum. Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſtion. lib. 2. centur. 3. caſu 289. *nu.* 9. *Bernard. Diaz in Pract. Crimin. canonica. cap.* 80. *vbi Ignat. Salzed. in Apoſtillis. Lancellott. Conrad. de offic. Prætoris. Titul. de Sodomitis. per totum Petr. Rebuff. in Tract. de Pacificis poſſeſſoribus. n.* 208. *Franciſc. Viui. in Commun. Opin. in Verb. Sodomia. Aluar. Pelagius de Plāctu Eccleſ. lib. 2. cap. 2. Sylueſter. Prier. in Summa. in Verb. Luxuria. nu.* 7. *Angel. de Clauas. in Summa. §. Sodomia. Bernardin. Bombin. in Conſil.* 24. *in fin. Sebaſtia. Medices in Summa Peccatorum. par. 2. Titul.* 8. *q.* 34. *& in Summa Hæreſum. par.* 1. *in Verb. Coitus. Lalius Zanch. de Priuileg. Eccleſ. Priuileg.* 135. *nu.* 29. 39. *alter Lalius de Zecchis. in Tract. de Caſibus reſeruatis. Caſu* 1. *nu.* 39. *Martin. Nauar. in Summa Confeſſarior. cap* 27. *n.* 249. *Ioan. Paponus. in Præcept. Non Mœchaberis. lib.* 1. *tit. de Stupro. verſ. Stuprum item. Petr. Foller. in Practic. Criminal. Canonic. cap.* 19. *& in Verb. Miſcellanea Titul. de Sodomita Alfonſus Aluarez. in Specul. Romani Pontificis cap.* 28. *ſub Regul.* 40. *verſic. Item Sodomitæ, Didacus Spino in Speculo Teſtamentor. Gloſſ.* 19. *nu.* 50. *Simon Maiolus de Irregularitate. lib.* 5. *cap.* 43. *nu.* 2. 3. *Ioan. Baptiſta Plotus in Conſi.* 50. *quod antea fuit impreſſum in Conſi.* 132. *Diuerſor. Criminalium. vol.* 1. *Rolād. à Valle in Conſil.* 7. *n.* 10. *vol.* 1. *Franciſc. Monald. in Conſil.* 1. *n.* 25. *plenius. in Conſil.* 150. *per totum. vol.* 1. *Iacob. Nouell. in Pract. Crimin. Titul. Contra Sodomitas. nu.* 1. *cum tribus ſeq.* vbi dicit ab excellentiſſimo Conſilio X.

99 Sereniſſimi † Senatus impoſitam pro dicto ſcelere pœnam mortis, & ignis, plures allegans Petrus Cenedo *Collectaneor. Iuris Canonici parte* 2. *Collectaneo.* 130. *per totum. Anton. Scappus de Iure non ſcripto. lib.* 5. *cap.* 143. *Iodocus Tamhouder. in Enchiridio Criminum. cap.* 96. *Cyrill. Fulgeon. in Summa Criminum. Particul.* 2. *Titul. de Public. Iudicijs. §.* 4. *nu.* 14. *cum pluribus ſeq. Hippolytus Bonacos in communi Opinione Criminali. §. Sodomia. p.* 1. *Emanuel Suarez in Theſauro Receptarum. Sentent. §. Sodomiæ vitium num.* 128. *cum pluribus ſeq. Petrus Caballus Reſolut. Criminal. Caſu* 16. *per totum. Petrus Gregorius Syntagmat. Iuris Vniuerſi. lib.* 9. *cap.* 2. *nu.* 1. *cum pluribus ſeqq. Nicolaus Boeri. in Deciſion.* 316. *nu.* 1. *Ioſephus Ludouic. in Deciſ. Lucenſ.* 17. *nu.* 23. *cum pluribus ſeq. n.* 26. 27. dixit ipſum in Ciuitate Firma-

100 na † feciſſe comburi quendam Tamantum, qui contra naturā nurum cognouerat. Et quòd Pij V. Summi Pontificis tempore vidit Comburi quen-

101 dam Bitruarium, qui ſimiliter nefariū † vitium commiſerat cum quadam publica meretrice. *Lipſenſes in Deciſion.* 441. *vol.* 2. vbi gladij pœna pu-

102 nierunt eum, qui † in Virginem id vitium. Et vitium in animal brutum concremationē ijdem *Lipſenſes. in Deciſion.* 442. *Vol.* 2. quos refert, & ſequitur *Matthias. Colerus in Deciſion. Germaniæ* 187. *nu.* 1. *& ſeqq. & ibidem Iacobus Scultes in apoſtillis.* Et quamquam *Barthol. in dicta. l. cum vir in fœminam*, dixerit illam legem non ſolere in ſtudijs legi; quia de hac materia non ſit loquendum; Tamen tam ſupra allegati, quàm alij loquuti ſunt, vt le-

103 ctores ab ijs horribilibus † terreant, & committentes ab illis abſtineant, non ſolum ob timorem Diuinæ vltionis, ſed etiam pro dignitate, & morū honeſtate. Videant, quantum hoc vitium oderit Phalaris, ſicuti ſummus Tyrānus, ſic ſummus Phi-

104 loſophus, qui ſcribens † Himerenſibus *Epiſtola.*

118 At ſi Conon (inquit) cuius corpore ſinguli veſtrum turpiter abuſi ſunt, incolumes ſeruabimus, vniuerſę Ciuitatis excidium à nobis expectetis. Et eiſdem Himerenſibus *Epiſtol.* 12. Steſichorum (inquit) & Cononem, & Propidam à Pachinno in Peloponneſum, pro Corinthijs, ad quos eos mittebatis, nauigantes à nobis Captos ſcitote. Propiſdam fortaſſe vobis immittemus, Cononem quamprimum interfici iuſſimus. *Et Epiſtol.* 123. Idem fatetur. Hoc flagitium odio pro ſequendo. Narrat Plutarchus in lib. Quod bruta animalia ratione

105 vtantur. † At ſi (inquit) Gallus Gallum ineat, quamuis Gallina abſit, viuus comburitur, vatis cuiuſpiam Auruſpicisve iuſſu facinus perpetrantem, magnum, & atrox eſſe denunciantis. Et poſt pauca inquit, ſed ad coitum homine abuti, nulla vnquam fera conata eſt. Finiam de hoc abhominabili vitio dicere alia, pæter quam quę contra

106 iſtud facinus dixerunt Sanctiſſimi † Apoſtoli apud Beatum Clementem *Conſtitutionum Apoſtolicarum. lib.* 6. *cap.* 28. vbi lectores remitto.

Satis iam diximus pro declaratione verborum diffinitionis Matrimonij, quoad verba, Maris, & fæmiuę coniunctio, nunc proſequenda eſt declaratio ſequentium verborum, ſcilicet, coniunctio.

Sequitur (coniunctio) Notandum erit, iſtam

107 coniunctionem intelligi oportere † de coniunctione animorum, quæ oſtenditur ex verbis, Voces enim ſunt earum, quæ ſunt in anima paſſio-

108 num notæ, *vt † dicit Ariſtoteles in lib. Perihermenias, ſiue de interpretatione cap.* 1. quo in loco. *Boe-*

109 *tius*, dicit, Voces eſſe animi † conceptus. Non mirum, ſi coniunctio matrimonialis, dicatur ſignificare coniunctionem animorum, quia leges communes ciuiles, & ipſe Vlpianus inquit. *Nuptias*

110 *non concubitus, ſed conſenſus † facit. L. Nuptias. ff. de Regul. Iur. §. Nuptias itaque Auctḥent. de Nuptijs. ff. de Regul. Iur. §. Nuptias itaq; Auctḥ. de Nuptijs.* Vndè, cum fuerit ſub hac conditione legatum, ſi in familia nupſerit, videtur impleta conditio ſtatim atq; ducta eſt vxor, quamuis nondum in cubiculum mariti venerit, nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit, ita dicit idem *Vlpianus in l. cum fuerit.* 15. *ff. de condition. & demonſt.*

111 Sponſalia, & nuptiæ † conſenſu contrahentium fiunt. *l. ſufficit & l. Sponſalia* 11. *ff. de Sponſalib.* Vndè ex Chryſoſtomo Summus Pontifex inquit,

112 Marrimonium quidem non facit coitus, † ſed voluntas. *c. Matrimonium.* 27. *q.* 2. *& Nicolaus Papa inquit.* Sufficiat ſolus ſecundum Leges conſenſus eorum, de quorum, quarumque conſenſu, & coniunctionibus agitur, qui ſolus ſi deficeret, cętera etiam cum ipſo celebrata fruſtrantur, cum ergo inter iſtos conſenſus interceſſerit, qui ſolus

matri-

113 matrimonium † facit, patet hos coniuges fuisse. *c. Sufficiat. 27. q. 2. c. cum solum. verſ. Matrimonium. extra de Sponsalib. c. cum apud eo. titul. l. consensu. in princip. l. fin. in princip. C. de Repud.* & talis consen-
114 sus † debet esse mutuus. *c. fin. in fin. de Procurat. lib. 6. Petrus de Anch. in Consil. 228. Incip. A duas filias habebat Marian. Soci. Senior in consil. 28. Incip. circa primum quæsitum. col. 1. vol. 1. Ioann. Baptista Ferrett. in Consil. 79. nu. 1. 2. in Consil. 174. nu. 3. 4. Decius. & Cagnol. in dicta l. Nuptias & ibidem Ioan. Ferrarius Montanus. col 6. in paruis. verſ. Præterea legatum Petrus Faber de Regul. Iur. Antiqui cap. 30. Paul. Aemil. Verall. in Deciſion. 212. num. 2. parte 2. Nicolaus Reuſnerus. in Deciſion. Ienenſi. 6. nu. 5. lib. 4. Ioan. Bodin. de Republica. lib. 1. cap. 3.* Sed ad hoc accipe pulchrum Dictum *D. Ambrosij de Inſtitutione Virginis. ca. 6.* Deſponſata enim Viro (inquit) coniugis nomen accepit, cum enim initiatur con-
115 iugium, Tunc coniugij nomen † aſciſcitur, non enim defloratio virginitatis facit coniugium, ſed pactio coniugalis; Denique cum iungitur puella coniugium eſt, non cum virili admixtione cognoſcitur. *Hæc Ambroſius. Ioachim. Mynſinger. in Rub. de Patria poteſt. ſub nu. 8. in verb. coniunctio. Franciſc. Gratianus in Summa Iuris canonici. Parte 1. Diſtinct. 4. num. 105. Ioachim. Hopperus de Vera Iuris prudentia lib. 10. Titul. 2. Ioann. Philip. in Reſponſo. 49. num. 7.* Coniunctionem itaq; iſtam animorum eſſe propterea debere, verbis tamen expreſſam, & ad hoc adducit illud *Magiſtri Sententiarum lib. 4. Diſtinct. 27. articul. 3.* Si conſentiant (inquit) men-
116 te, & non explicant verbis, † vel certis ſignis, nec talis conſenſus efficit matrimonium; ſi tamen verbis explicant, quod tamen corde non volunt, ſi non ſit coactio ibi, vel dolus, obligatio illa verborum, quibus conſentiunt, dicentes, accipio te in
117 virum, & ego te in vxorem, † matrimonium facit. Quod benè *Ricchar. in dicta Diſtinct. 27. Artic. 1. q. 2.* dicens, quòd ad hoc, vt verè contrahatur in foro conſcientiæ, & DEI, qui cordium nouit
118 occulta, requiritur † verus conſenſus interior, quamuis non ſufficeret ſine inſtitutione, quia cum vir, & mulier plenario ſubſint dominio DEI, non liceret vni transferre corpus ſuum in poteſtatem alterius, niſi concurrente ad hoc Domini Voluntate, & authoritate. Tamen quantum ad iudicium Eccleſiæ militantis, quæ ſecundum exteriora iudicat, ſi dantur verba, quæ conſenſum interiorem exprimunt, quamuis ſecundum rei veritatem non
119 adſit, iudicabitur † matrimonium, niſi ſignis euidentibus probari poterit, nunquam interiorem conſenſum affuiſſe, quod probare, nimis eſſet difficile. Hæc dicit *Ricchardus*. quem ſequitur *Pelbartus à Themſuar. in Roſario Theologiæ in verb. Matrimonium. 2. §. 10.* vbi plene. & de coniunctione mentium dicit idem *Pelbart. in verb. Matrimonium quarto. §. 29. Incip. Vtrum matrimonium, quod eſt ſolum.* Quod bene tenuit, & explicauit *Antonius Gubertus de Sponſalibus, & matrimonijs. Titul. Quid ſit matrimonium. nu. 13. 14. Alexander Carrerius de Sponſalib. & Matrimon. lib. 5. cap. 9.* & ita
120 intelligendus eſt † conſenſus Matrimonialis, de quo nouiſſime ſcribit *D. Alfonſus Manzanedus in Dec. Nuperima Romana. 687. nu. 7. Par. 2. to. 2. Thomas Doccius in Conſil. 45. nu. 4. Octauian. Vulpell. in Conſil. 31. num. 10. Alexand. de Neuo in Conſil. 11. nu. 1. in Conſil. 60. nu. 12. Archidiacon. in dicto c. ſuf-*
121 *ficiat.* Qui dicit, eundem † conſenſum ſimultaneum eſſe debere *ſequitur Ioan. Petr. Surd. in Conſi.*
122 *364. nu. 18. 35. vol. 3.* & dictus cõſenſus † etiam præſtari poterit per literas, quæ mittuntur per nuntium, & ſufficit, quòd coram aliquo talis conſenſus declaretur, *vt poſt Archidiacon. in c. nec illud. 30. q. 5. & in c. fin. de procuratorib. in 6. & ibi Ioann. Andr. in Nouel. voluit Alexand. in Conſil. 146. incip. in cauſa, & lite cont. 4. verſ. Quia reſpondeo. vol. 5.* Quem ſequitur alios allegans. *Hieronym. Gabriel. in Conſil. 172. n. 26. Vol. 1. Auguſt. Berous. in Conſil. 35. num. 13. 33. Vol. 1.* Quia vt diximus verba ad aliud non ſunt inſtituta, niſi, vt eis quisq; in alte-
123 rius notitiam † cogitationes ſuas proferat, *vt ex Auguſtino in Enchiridio. cap. 22.* voluit *text. in c. is autem 22. qu. 2.* quem allegat *Aegid. Bellamer. in Deciſion. 754. Incip. Si rector. nu. 5.* Hinc etiam Ethnici de Matrimonio videntur ſe concordare cum ſcriptura Sacra, nam, *& Muſonius in Libr. an Philoſophum Impediant nuptiæ ex Stobeo in Sermone. 65.* inquit. Quam aliam ob cauſam opifex homi-
124 nes, primum quidem † bipartitò diuiſit genus noſtrum, deindè pudenda bina ei adiunxit, aliud mari, aliud fœminę: Dein cupiditatem vehementem vtriq; iniecit conuerſationis, & coniunctionis cum altero, & ingens deſiderium mutuum vtriq; alterius concitauit, vt mas fœminam appeteret, fœmina marem. *Ex Hierocle in lib. de Nuptijs idem Stobæus ibidem.* Sed viri (inquit) & mulieris coniugium, qui mutuò copulantur, & ſacri ſunt dijs nuptialibus Natalitijs, Laribus, & inter ſe conſentiunt, nihilq; non commune habent, vſque ad corpora, immo ipſas animas. *Et Antipater in ſermone de Nuptijs* dixit, Re vera vnde quaq; com-
125 miſcetur coniugalis † amor, cum non ſolum opes, & liberos omnibus chariſſimos, & animam, ſed etiam corpora ſoli coniuges communia habeant. Inde illud *Homeri*

Quàm cum chara domi coniux fidusq; maritus.
Vnanimes degunt.

Concludam hanc particulam, quòd iſta coniun-
126 ctio ſit animorum expreſſa per verba, vel † ſigna, per dictum *Alexandri Tertij ſummi Pontificis. in c. licet. intra. de Sponſa duorum.* dum dicit legitimum cõſenſum efficere matrimonium, ità quod Vnus alterum in ſuo mutuo conſenſu, verbis expreſsè recipiat. Et ideo, ſine vtriusq; partis con-
127 ſenſu matrimonium † conſiſtere nequeat. *c. ſi inter. extr. de Sponſalib.* de quo *Martin. Nauarr. in Conſil. 26. nu. 1. Titul. de Sponſalibus.* & hoc nouiſſimè Voluit *Gregorius Sayrus Florum Deciſionum. lib. 4. Titul. de Sponſalibus & Matrim. in Deciſ. 30. nu. 30.* Vnde rectè dicitur hanc coniunctionem in

Nuptijs

Nuptijs dictam esse vnionem animorum, & corporis, vt dicetur post pauca, de quo mutuo con-
128 sensu signis exterioribus † demonstrando concludit *Alexander de Ales in summa Parte 2. q. 175. memb. 6. §. 1. D. Thom. in addit. ad 3. partem. q. 43. articul. 1.* & est definitum in Concilio Florentino,
129 quòd consensus sit mutuus de præsenti, † quos cum alijs refert, & sequitur *Iosephus Angles in q. de Essentialibus matrimonij. parte 1. & Franc. Marcus in Decision. Delphinal. 3. nu. 2. 3. parte 1. & Iacob. Tomingus in Decision. 10. nu. 2. in Decis. 28. n. 4. Seraphin. Oliuarius in Decis. Nouissim. Roman. 430. sub nu. 3. Vol. 1.* vbi dicit, sufficere probari consen-
130 sum, licèt non constet de formalitate † verborum, de quo dicam inferius.

Subsequuntur verba disinitionis matrimonij (indiuiduam Vitæ consuetudinem retinens) Ista qualitas coniunctionis, vt diuidi nequeat, durante alterius ve morientis, vita, denotat indissolubilem
131 esse oportere viri, & vxoris † coniunctionem, & huc spectant, & erunt duo in carne vna, Verba *Genes. cap. 2.* quod retulit, & confirmauit CHRISTVS in Euangelio apud *Matth. cap. 19.* quo in loco diuidi non posse hanc coniunctionem subiunxit, quos ergo DEVS coniunxit, homo non separet. Est enim coniugale vinculum istud factum
132 † indiuisibile, & vitalis stricta societas. Quod optimè declarauit *D. Augustinus in lib. de Bono coniugali*, Semel (inquit) initum connubium in Ciuitate D E I nostri, vbi etiam ex prima duorum hominum copula, quoddam Sacramentum nuptię gerunt, nullo modo potest, nisi alicuius eorum
133 † morte dissolui. de quo *Lactantius Firmianus de Falsa Religione lib. 3. cap. 20.* Quis (inquit) aut vir mulierem, aut mulier virum diliget, nisi habitauerint semper vnà? Nisi deuota mens, & seruata inuicem fides indiuiduam fecerit charitatem? *Tertullianus in lib. de Monogamia* dicit, Matrimonium
134 † est, cum DEVS iungit duos in vnam carnem, aut iunctos deprehendens in eadem carne, coniunctionem signauit; concinit Synodica resolutio facta tempore Emanuelis Imperatoris Constantinopolitani corã Romano Metropolita Dyrachij cum alijs Episcopis scilicet Metrophano Episcopo Cæsareæ Cappadociæ, Andronico Sardium, Phoca Philadelphiæ, Nicephoro Pontoheraclæ, Georgio Smyrnæ, & Michaele Methymnæ, per quos ad interrogationem Bellæ Episcopi sunt excommunicati declarati, qui ab vxoribus diuertunt, & ad illas reuerti nolunt, vt latius est videre *apud Enimundum Bonæ fidium Iuris Orientalis. lib. 2. q. 1.* sic nexum indissolubilem matrimonij docuit *Trid. consilium sess. 4. in princ.* Regulariter enim sola morte coniugati diuiduntur, & eo modo intelligitur ista indiuiduitas, & vita durante in eo Viuendo stabiles permaneant. Ad quæ alludunt Carmina *Virgilij lib. 1. Eneidos*, dum Iuno Aeolo vxorem *promittit dicens.*

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,
Quarum, quæ forma pulcherrima Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.
Omnes, vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

Quo in loco *Seruius Maurus* dicit. Ideo dicere stabili, quia longam promittit concordiam, ideſt sine Diuortio. De Diuortio tamen, repudio, & separatione, inferius suo loco dicam. Est autem Matri-
135 monium societas inter † virum, & vxorem. *l. 1. ff. de Ritu Nuptiar. l. Aduersus. C. de Crimin. Expilat. hæred.* Quæ societas intelligi potest inter virum, & vxorem contracta indissolubilis, & perpetua, ideſt dum viuunt, vt dicit Iuris consultus *in l. 1. ff. pro Socio.* & de hac viri, & vxoris Societate, quòd sit indissolubilis. *Pelbartus in Rosario Sacræ Theologiæ. in Verbo. Matrimonium. §. 1. in finalibus verbis. parte 4.* de ipsa coniugij Societate loquitur
136 † *Horatius Carminum libr. primo. Ode prima* dicens.

Manet sub Ioue frigido Venator
Sociæ coniugis immemor.

Quem ad hunc finem allegat optimè *Petrus Gregorius Sintagm. Iuris vniuersi. lib. 9. cap. 4. sub n. 1.* de hac coniugum vita indiuidua. *Goffred. in Summa Titul. de Sponsalibus. col. 4. §. sequitur videre. vers. Matrimonium. Hostiens. eodem titul. §. Quod est matrimonium. vers. Indiuiduam. Antonius Gubertus in dicto Tract. de sponsalib. & matrimonijs. Titul. Quid sit matrimonium. n. 17. Alexander Carrerius de Sponsalibus, & Matrimonijs. lib. 5. cap. 10. Ioann. Paul. Lancelott. Instit. Canonicar. lib. 2. Titul. de Sacramento Matrimonij. §. 1. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. libr. 4. Tit. 1. §. Quid est matrimonium.* plenè *Petrus Canisius in summa. parte 2. Titul. de Matrimonij Sacrament. q. 1. Ruard. Tapperus contra Hæreses. Artic. 18. Tom. 2. & Quintilianus auus Declaration. 368.* inquit matrimonia ab ipsa rerum natura ad inuenta, sicq; mares fœminis iungi vt imbecillior sexus præsidium ex mutua societate sumat. Et nouissimè *Ioan. Baptista Valenzuela Velasquez Regens* Iurisconsultus animi, & corporis dotibus inculpabilis *in Consil. 13. num. 3. cum pluribus seq.* cuius coniugalis societatis apud Germanos scribens *Cornelius Tacitus in lib. de Moribus Germanorum.* Mulier (inquit) Incipien-
137 tis † Matrimonij auspicijs admonetur, venire se laborum, periculorumque sociam, idem in pace, idem in prælio passuram, ausuramq; & his iungi possunt verba Domini *Genes. cap. 2.* Faciamus ei
138 adiutorium † simile sibi. Placuit enim DEO mulierem dare homini, vt esset illi adiutorium, & sustentaculum, vt vicaria quadam subleuatione, communia onera susciperent. *Vnde Aristoteles Politicorum. lib. 1. cap. 1.* inquit, Marem, & fœminam,
139 quorum alter alterius indiget societate † copulari necesse est, & post pauca ait, Itaque fœmina, & seruus distincti sunt natura, licet apud Barbaros,
140 mulier, & † seruus eodem habeantur loco, & Romulus canit, vt vxor ducta per sacra farris in coniugio esset indissolubili. *Dionisius Halycarnasseus antiquit. libr. 2.*

Alia

Alia verba diffinitionis Videlicet (Diuini, &
141 humani Inris cõmunicatio) ſunt ex Iuriſconſulto *in l. 1. ff. de Ritu Nuptiarum & ex l. aduerſus. C. de Expilat. hæred.* Eſtque ampliatio Societatis Viri, & vxoris, de qua ſupra diximus verbis proximis. Et Diuini iuris eſſe, & pertinere videntur ad ſtatum matrimonialem, verba, quę ordinauit Raguel Saræ filiæ ſuæ, vnà cum Anna eius vxore, quia ap-
142 prehendentes illam oſculati † ſunt, & dimiſerũt, monentes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere, vt patet *Thobiæ c.* 10. Indè, Homerus nihil melius exiſtimauit eſſe
143 homini, quàm ſi concordi voluntate, † Vir, & Vxor domum gubernent, quæ ſcilicet animo, & prudentia iuſtè coniuncta eſt: vt retulit *Ariſtoteles libr. 2. Oeconomicorum. cap. 3.* Diuini etiam Iuris videtur, cum Chriſtiani cum iudęis matrimonium contrahere nequeant, in minente *ex Valentiniano, Theodoſio, & Arcadio. in l. Nequis. C. de Iudæis, & cælicol. D. Ambroſius lib. 1. de Abraham. cap. 9. deducta in c. cauſ. 28. qu. 1. & c. ſiquis iudaicæ. ibidem.* Canè (inquit) Chriſtianę Gentili, aut Iudęo filiam tuam tradere, caue inquit gentium, vel
145 iudeam, atq; alienigenam, hoc eſt † omnem hæreticam, & alienã à fide tua accipere tibi in vxorem. *Abb. Panormitan. & alij. in c. quanto. de Diuor. Corn. in Conſil. 114. Vol. 1. Nicol. Boer. in Deciſion. Burdegal. 316. nu. 5. Iacob. Menoc. de Arbitrar. Iudicum quæſtionib. libr. 2. Centur. 3. Caſu 290. num. 2. Bernardin. Alſanus in Collectane. 11. poſt alios Ioannes Paulus Lancelott. Inſtitut. Canonicar. lib. 2. §. Cultus quoq; Titu. Quæ matrimon. impedir. poſſ. Daniel Venatorius in Analys. Iuris Pontificij. lib. 4. Ti-*
146 *tul. 1. §. Quæ forma.* vbi dicit, † matrimonium contrahendum eſſe cum perſona eiuſdem conditionis, & ſectæ. Nam *Deuteronom. cap. 7. prohibuit*
147 *DEVS*, Non inibis cum eis fœdus † nec miſereberis earum, neq; ſociabis cum eis coniugia. *& Exodi cap. 34.* Nec vxorem de filiabus eorum acci-
148 pies filijs ſuis. † Vnde *Eſdras. lib. 1. cap. 9.* audito
149 quòd Iſraelitæ accepiſſent † de filiabus Moabitarum, & aliorum, & miſcuerant ſemen Sanctum cum populo dictarum Terrarum, ſcidit pallium ſuum, & tunicam, euellit capillos capitis ſui, & Barbam, & ſedit mærens. *& Eſdræ libr. 2. cap. 10.* replicat, Vt nõ daremus filias noſtras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filijs noſtris. Et idem *Eſdras libr. 3. cap. 9.* cuncto Populo congregato dixit, Vos iniquè feciſtis collocãtes vobis
150 in † matrimoniũ vxores alienigenas. Et ideo de Iure gentium dicitur prohibitũ Matrimonium alienigenarum ſectarum. *c. Ius gentium 50. Diſtinc.* Sic Romulus raptum Sabinarum factum fuiſſe patrum ſuperbia, qui finitimis connubium negaſ-
151 ſent, illas tamẽ in matrimonio † in ſocietate fortunarum omnium, ciuitatiſque, &, quo nihil charius humano generi ſit, liberum fore, vt eſt author *Liuius. lib. 1. & Dionyſius Halicarnaſſeus* idem teſtatur *Aymarus Rivallius Hiſtoriæ Iuris ciuilis. lib. 1. cap. 3.* dicit, Romulum cauiſſe, Vt mulier, quę
152 Viro per ſacras leges coniuncta eſſet † pecuniarum omnium, ſacrorumq; ſocia eſſet. *Plutarchus de Præceptis Connubialibus. capit. 20.* Talis (inquit)
153 quoq; pecuniarum ſocietas connubio † iunctis maximè conuenit, vt vnam in ſubſtantiam, rebus omnibus confuſis, ac mixtis, ne hanc partem propriam, illam alienam, ſed omnia propria, ac nihil alienum arbitrentur.

Et quatenus Ioſephus vir Sanctus in Veteri te-
154 ſtamento, matrimonium contraxit † cum filia Phutipharis Aegyptiaca Aſeneth, cuius pater Sacerdos erat Heliopolis. vt patet. *Geneſ. cap. 41.* &
155 Moiſes cepit vxorem † Sephoram filiam Sacerdotis Madian, & fuit effectus cognatus Iethro. *vt patet Exodi. cap. 2.* & iterum. *Cap. 18.* Tamen plures dantur reſpõſiones, prima, quia Dominus iam præceperat humani generis propagationem, &
156 † multiplicationem, & quod fecerũt Ioſephus, & Moſes, iam erant ſub præcepto Domini iam dicto; ſed notandum, quòd prima aliarum genera-
157 tionum prohibitio † matrimoniorum, fuit ab Abraham, dum ordinauit ſeruo ſuo, quem mittebat ad contrahendum connubium Iſaac, filio ſuo, ne daret filio ſuo Iſaac vxorem de filiabus Chananęorum, non autem fuerat prȩceptum DEI. Secundò quia voluntas Abrahę erat contra Cha-
158 nanęos, qui ex inſpiratione Diuina † prȩuidebat in eis nullam ſpem eſſe, quòd conuerterentur ad Dominum, idcirco odio illos habebat, tãquam DEI inimicos. Tertiò, quia, & ſi lex diuina id pro-
159 hibuerit, Idem DEVS † legiſlator, & Princeps, potuit cum illis priuilegio particulari diſpenſare quia eius eſt deſtruere, cuius eſt condere legem. Quartò quia dictorum Sanctorum vxores con-
160 uerſæ ſtatim ſunt ad eorundem † virorum religionem, pro vt amplè ſcribit *Marquardus de Suſannis in Tractat. de Iudæis parte 3. Capit. . . per totum.* concludam etiam cum *Plutarcho de Præceptis connubialibus. c. 19.* Quum verò (inquit) primus, & maximus Deus, quem vir cenſet eſſe colẽdum, ſolum eum cognoſcere vxorem decet, curioſęq; religiones, & peregrinæ ſuperſtitiones à veſtibulo
161 domus arcendę ſunt, nulli enim DEO Sacra † occulta, & abſcondita grata ſunt à muliere, ſi fiãt. *& D. Paulus 1. Corinthior. cap. 6.* Nolite lugum ducere cum infidelibus; Quæ eſt enim participatio
162 iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ † communio lumini cum tenebris? & hanc opinionem tenuit *D. Thomas. 4. ſententiarum. Diſtinct. 39. q. 1. Articul. 1. & 2.* quem ſequitur *Sebaſtian. Medices in ſumma Decretorum. cauſa. 28. q. 1. Artic. 2.* voluit *Alexander Carrerius de Sponſalib. & Matrimon. lib. 5. cap.* 14. dicens, Propterea aberrant Iuriſconſulti nonnulli in Rubrica de Sponſalibus, qui exiſtimarũt,
163 Chriſtianum cum † infideli poſſe contrahere ſub conditione tranſitus ad fidem.
164 An Matrimonium fuit Iure † Diuino à DEO inſtitutum? Videtur dicendum, quòd non, ſed ab homine, ſcilicet ab Adamo, quia illa verba, Hoc

nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, non fuerunt prolata à DEO, ſed ab Adamo, Quia DEVS fuit loquutus poſtea, quando dixit, Creſcite, & multiplicamini, & implete terram. Sed
165 dicendum eſt, inſtitutionem † huius Sacramenti à DEO fuiſſe inſtitutam ante Adæ peccatum in Paradiſo, non ad remedium, ſed ad officium, quia ibi eſſe debebat Thorus immaculatus, & nuptiæ honorabiles, ex quibus ſine ardore conciperent, & ſine dolore parerent. Poſt peccatum verò, fuit inſtitutio ad remedium, fuitq; extra Paradiſum. Quoad primam inſtitutionem habuit præceptum, quia mandando illud inſtituit. Quoad ſe-
166 cundam habuit indulgentiam, quia indultum † fuit coniugium propter euitãdam fornicationem. Prima dictamine Iuris naturalis. Secunda verò fuit ſimiliter à DEO, quia dum Adam protulit verba. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, & quæ ſequuntur, dicens. Quam ob rem relinquat homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. *Geneſ. cap.* 2. habetur *in c. vnico de Voto. in 6. Et id ex Theologis* latius proſequitur *Magiſter Sententiarum lib.* 4. *Diſtinct.* 26. Qui dicit, quòd propheticè hoc
167 dixit Adam, quia Illuſtrando † interius illum DEVS, quia verbum illud non fuit à ſemetipſo, ſed à DEO, & ideo à DEO dicitur inſtitutũ. Declaro etiam ego, quòd in ſopore, & ſomno cum
168 fuiſſet creata Eua, † cum ſopor, & ſomnus ceſſarunt, quo pacto poterat ſcire Adam, mulierem, quam inuenit, fuiſſe per Coſtã, & Carnem ſuam creatam? niſi per Diuinam Illuſtrationem, quia potuiſſet credere, fuiſſe ex terra creatam, ſicut ipſe creatus fuerat. Et ſic concludit *D. Bonauent. in dicto lib.* 4. *Sententiarum. Diſtinct.* 26. *qu.* 2. hoc eodem probat *Concilium Tridentinum Seſſion.* 24. *in exordio ibi* primus Diuini Spiritus inſtinctu pronunciauit Comprobauit hoc CHRISTVS *Matthei. c.* 19. dum Matrimonium à DEO initium habuiſſe dicit, Non Legiſtis, quia qui fecit ab initio maſcu-
169 lum, & fœminam † creauit eos; Et dixit propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in carne vna, itaque iam non ſunt duo, ſed Vna Caro. Quod comprobatur ex ſcriptis *D. Pauli Apoſtoli.* 1. *Corinth. cap.* 7. & iterum *ad Epheſios. cap.* 9. *Auguſtinus lib.* 9. *de Geneſi* ad literam *cap.* 7. Inquit, Deniq; vtriusq; ſexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, rectè excipitur honeſtate nuptiarum, vt quod ſanis poſſit eſſe officium, ſit ægrotis remedium vn-
170 de dicit *Concilium Florentinum*, † Septimum eſt Sacramentum Matrimonij, quod eſt ſignum coniunctionis CHRISTI, & Eccleſiæ; ſupradictam opinionem Bonauenturæ, quam retulimus dixiſſe Magiſtrum Sentẽtiarum, quòd propheticè dictum fuerit ab Adamo à DEO illuſtrato, ſequutus eſt *Pelbartus in dicto verb. Matrimonium.* 1. §. 4. *Parte* 4. *Bened. Pererius in Geneſim. li.* 4. *cap.* 2. *Verſ.* 23. *Tomo* 1. ante ipſum *Ricchardus in dicto lib.* 4. *Sententiarum. Diſtinct.* 26. *Articul.* 1. *q.* 3. *Hugo de Sancto Victore de Sacramentis lib.* 2. *parte* 2. & optimè è noſtris *Alfonſus Montaluus, Legum Fori. lib.* 3. *in Proœmio. col.* 2. *verſ. Secũdus motus fuit. Lelius Zanchus de Priuileg. Eccleſ. Priuileg.* 52. *num.* 10. 14. *& Priuileg.* 70. *n.* 14. *Priuileg.* 104. *nu.* 4. *Ioachim. Hopperus de Vera Iuris prudentia. libr.* 18. *Titul.* 2. *D. Thomas in dicto* 4. *Sententia. Diſtinct.* 26. *q.* 2. *Articul.* 2. *in reſponſione ad* 4. *D. Antoninus Archiepiſc. Florentin. in* 3. *parte ſummæ. Titul.* 1. *cap.* 2. *Ambr. Catharinus* Archiepiſcopus noſter Conſanus *de Falſis Dogmatib. contra Caietanum. Titul. de Matrimon. q.* 1. *Petrus Caniſius in Summa. Tit. de Sacramento Matrimon. q.* 1. *parte* 2. Et idcirco eadem illuſtratio facta Adamo per Omnipotentẽ DEVM
171 fuit matrimonij permiſſoria, † ad euitandam commixtionem illam more ferarum, dando illi remedium, vt qui continere nequirent, Vir haberet ſuam vxorem, & mulier haberet virum ſuum, & his melius eſſet nubere, quàm vri, vt inquit *D. Apoſtolus Paulus* 1. *Corinth. cap.* 7. *c. Nuptiarum.* 27. *q.* 1. vt eo modo venerei actus cohiberentur. *c. ſicut non omnes.* §. 1. 32. *q.* 2. Quod eleganter, & optimè concludit *D. Chriſoſtomus in Geneſim Homilia* 59.
172 dicens Propter concupiſcentiam † Iuuenilis ætatis, Dominus noſter ſciens naturæ infirmitatem, nuptias dedit, & Sanciuit, vt ab illicito concubitu abſtineretur. Quæ omnia, tum ad matrimonij inſtitutionem, tum quoad alia ſupradicta optimè, ex eleganter comprobat nouiſſimè *D. Staniſlaus Hoſius Cardinalis Varmienſis in ſuis Commentarijs ca.* 55. nonnulla ad hunc propoſitum ſcripſere *Marinus de Caramanico, & Andr. de Iſern. In Conſt. Regni. Incip. Honorem.*

Ex iam dictis patet, Matrimonium nouæ legis
173 factum fuiſſe Sanctiſſimum † Sacramentum, ſuper quo ſufficiunt Sacri Tridentini Concilij verba *in Principio Seſſionis* 24. dicentia, cum igitur Matrimonium in lege euangelica veteribus connubijs per Chriſtum gratiam præſtet, meritò inter nouæ legis Sacramenta annumerandum, Sancti Patres noſtri, concilia, & Vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt. Poſtea ſubſequitur. Si quis dixerit, matrimonium non eſſe verè, & pro-
174 priè vnum † ex Septem Legis Euangelicæ ſacramentis, à CHRISTO domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inuentum, neq; gratiam conferre; Anathema ſit, vt patet *Canone.* 1. Quomodo ante Concilium Tridentinum declarabant *Ricchard.* 4. *Sentent. Diſtinct.* 26. *Articul.* 4. *qu.* 2. quem ſequitur *Pelbartus. in Verb. Matrimonium.* 1. §. 7. *parte* 4. *Ioſephus Angles in Florib. Titul. de Eſſentia Matrimonij. Articul.* 4. *concluſ.* 2. Inſtitutum fuiſſe Matrimonium à CHRISTO *Matth. ca.* 19. Quos DEVS coniunxit, homo non ſeparet, in qui-
175 bus apparet illius inſtitutio, & † approbatio. *D. Antonin. in ſumma. Parte.* 3. *Titul.* 1. *cap.* 2. *Dominicus de Soto.* 4. *Sent. Diſtinct.* 26. *q.* 2. *Articul.* 2. *Alfonſus Vialdus in Candelab. de Matrimonio. Mem.* 1. *nu.* 13. Quod aliter declarat ante *Concil. Tridentinum Ricchard. in* 4. *diſtinct.* 26. *q.* 2. *artic.* 4. quem

ſequitur.

ſequitur Angelus de Clauaſio in Summa in Verb. Matrimonium 1. num. 1. Ioannes Paulus Lancellott. Inſtitution. Canonicarum lib. 2. Titul. de Sacramento Matrimonij. §. & meritò,

Matrimonium dicitur potius à matre, quàm à
716 patre, quaſi Matris munus, de quo † Gregorius Nonus Argentinenſi Epiſcopo matri Iudeæ dicenti reſpondet à matre dici matrimonium, filium infantem materno potius, quàm paterno indigere ſolatio, cui fuit ante partum oneroſus, Doloroſus in partu, & poſt partum Laborioſus, & ex hoc legitima coniunctio maris, & fœminæ, magis matrimonium, qnàm patrimonium nuncupa-
177 tur. † *in cap. ex literis. extra de conuerſion. infidelium.* licèt coloratum quid diceret, non tamen aſſentit, ad hanc tamen concluſionem illum textum allegauit *Franciſc. Marcus in Deciſion. Delphinal.* 870. *num. 9. Volum. 1.* quod, & nouiſſimè eandem reddens rationem voluit *Petrus Gregorius Syntagmat. Iuris vniuerſi. lib. 9. cap. 1. num. 2.* ſed latius *Marcus Mantua Dialogorum lib. 1. cap. 1.* vbi idem dicit ex authoritate *Præpoſit. in Rubr. de Sponſalib.*
178 *colum. 7.* quia mater † ſemper eſt certa. *l. quia ſemper. ff. de in ius vocand. Ioacchim. Mynſing. in Rubr. de Patria poteſtate. nume. 6.* latè, & ſubtiliter circa hoc ſe extendit *Alexander Carrer. de ſponſalib. & matrimon. lib. 5. cap. 4.* & tandem concludit, dicens idcirco matrimonium dici à matre, quia
179 matres magis diligunt filium, † *vt per Corn. in conſil. 175. num. 12. volum. 3.* Quod non tenerem,
180 cum nullus amor vincat affectum, & amorem † paternum in filios. *l. iſti quidem. in fin. ff. de eo quod met. cauſ. cum amplè cumulatis ab Andr. Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam, in præfat. nume. 7. C. de Reuoc. Donat.* quem refert *Achilles Pedrocca, in conſil. 20. num. 112. Roland. à Vall. in conſil. 45. nu. 54. vol. 1. Aſcan. Clementin. de Patria poteſtate. cap. 4. nu. 3.* De hac Ethimologia aliud pulchrè poſt *Aulum Gellium ſcribit Franciſc. Connanus in Commentar. Iuris ciuilis. lib. 8. cap. 3. ſub num. 2.* Nec eſt contenenda Gallorum appellatio, vt quod matrimonium à Mare dicimus, illi à Marito Mariages eos appellant, optimam reddit rationem *Franciſ. Connanus Commentar. Iuris ciuilis lib. 8. cap. 9. ſub nu. 7.*
181 Nuptiæ, dicuntur à Nubo † verbo, quod eſt idem, ac tego, & cooperio, ſic etiam, & cõnubium, quaſi ſimul Nubo, inde ipſe Nuptiæ à Nubendo, tegendo, & cooperiendo dictæ *D. Ambroſ. lib. de Patriarchis relatus, in cap. nec illud 30. q. 5. Tiraquel. l. 4. Connubial. num. 22. Ouid. lib. 3. Faſtor.*

Credit amans thalamosq. parat deducitur iſtuc
Anna tegens vultus, vt noua nupta ſuos.

Aldobrand. in princ. n. 8. inſtit. de patria poteſtate, & in §. in poteſtate nu. 10. c. honorantur in fine 32. q. 2.

Ouid lib. 4. metamorphoſ.

Primo ſilet illa, nec audet
Appellare Virum virgo, manibuſq; modeſtos.
Celaſſes vultus ſi non reliqat a fuiſſet.

Veteres enim nuptias appellabant, quia caput flãmeo linteo velabant, ad ſimilitudinem Nubiũ, quę etiam videtur Solẽ tegere, iuxta illud *Ezech. c. 32.*
182 Solem † Nube tegã. Sic dicitur per *Dauid Pſ. 146.* quòd DEVS, operit Cœlum Nubibus. Vnde de vſu velandi mulieres nuptas *Lucanus. lib. 2. inquit*

Nuptæ leniter tectura pudorem
Lutea demiſſo velarunt flammea vultus.

Eodem modo in ſcriptura Sacra, dum Rebecca
183 prima vice viderit Iſaac virum deſcendens, † de Camelo, tollẽs pallium ſuum operuit ſe; vt habetur *Geneſi. c. 24.* de hoc loquitur *D. Ambr. ſuper primam Epiſt. D. Pauli ad Corinth. c. 11.* Mulier (inquit)
184 debet † velare caput, quia nõ eſt imago DEI, ſed vt viro oſtẽdatur ſubiecta, vnde velari mulierem nubentem in Symbolum, quòd viro ſint ſubditæ, inquit *Iſidor. de offic. lib. 2. c. 19.* velat caput ſuum, vt vir ſit caput vxoris, & viri CHRISTVS. *D. Paulus. 1. Corinth. cap. 11. c. cum caput. c. eſt ordo. 33. q. 5. Hinc Beatus Clemens Romanus Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 1. cap. 9.* documentum dat vxori dicens. Demiſſis Oculis viam tuam ingredere, obuoluto capite, quemadmodum dicet mulieres, & quia præuaricatio per illam inchoata eſt, hoc ſignum debet habere in Eccleſia propter reuerentiam Epiſcopalem non habeat caput liberum, ſed velamine tectum, non habeat poteſtatem loquendi, quod relatum eſt in *c. Mulier debet. 33. q. 5. Tertullianus de Virginibus velandis* inquit. Atqui e-
185 tiam † apud Ethnicos velatæ ad virum ducuntur, & poſt modum inquit, Apud Iudæos tam ſolemne eſt fœminis eorum velamen capitis, vt in-
186 dè noſcantur, & de Poppea † impudica loquens *Cornelius Tacitus lib. 13. Rarus in* publicum egreſſus, idque velata parte oris, ne ſatiaret aſpectum, vel quia ſic decebat, de quibus ſcripſere *Ioacchimus Mynſingerus. in Rubric. Inſtitution. de Patria poteſtate. in Verb. Nuptiæ. nu. 6. Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus. in l. 1. ſub nu. 11. in l. 4. nu. 21. Ioannes Ferrarius Montan. in l. Nuptias. in princip. ff. de Regul. Iur. Anton. Gubertus de ſponſalib. & Matrimon. Titul. de Ritu Nuptiarum. nu. 25. 26. & ſeq. Petrus Gregorius Sintagmat. Iuris Vniuerſi. lib. 9. c. 1. in princip.* Velamen autem illud declarat *Pli-*
187 *nius. li. 11. c. 8.* dicens, Lutei ſcilicet coloris † honorem, antiquiſſimum in Nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum. Hinc Virgines ſanctimoniales, & Moniales velari ſtatutum, & quibus, & quando, *habetur in c. deuotis. c. Iuuenculas. c. ſan-*
188 *ctimoniales † ca. Virgines. 20. q. 1.* Quotuplex autem ſit Velum? Declarat optimè *Gloſſ. in cap. illud, 20. q. 1. habetur. in c. Viduas. vbi gloſſ. 27. q. 1.* & alibi dicemus, DEO auſpice.

Quamquam ex iam dictis diſcerni poſſit ad quem finem, & ex quibus cauſis fuerit matrimonium à DEO inſtitutum? Tamen dicemus breui-
189 ter. Primò, dicendum, quia † ſic placuit DEO omnipotenti ſuo imperſcrutabili iudicio. Secundò, quia ad officium à principio à DEO inſtitutum fuit, vt diximus, matrimonium ad ſuſcipiendam prolem, dum DEVS *Geneſis. capit. 2.* dixit creſcite, & multiplicamini, & implete terram. Et

iſtud eſt vnum ex tribus illis ſubſtantialibus bo-
190 nis Matrimonij, ſcilicet prolis, † & ſobolis ſuſceptio, vt ex dicto *D. Auguſtini lib. 1. de Nuptijs, & concupiſcentia. cap. 11.* habetur *in cap. Omne itaque 27. q. 2.* dum ait, omne itaque nuptiarum bonorum impletum eſt, in ipſis parentibus CHRISTI, proles, fides, Sacramentum. *Franciſc. Marcus in Deciſ. Delphin. 684. num. 1. volum. 2.* De quo bono prolis habetur *in c. fin. de conditionib. appoſit.*
191 quia ob prolem † multiplicandam illius inſtitutio facta fuit in Paradiſo. *c. cum igitur, in princ. 35. qu. 1. cap. Deinde. 26. diſtinct. Goffred. de Trano in Summa Titul. de Sponſal. & matrim. §. ſequitur videre. Verſ. Tria ſunt bona.* de hoc loquutus eſt Iuſtinianus Imperator, *in princip. Inſt. de Iure naturali. gent. & ciuil. & ipſe Vlpianus. in l. 1. §. Ius naturale eſt, Alexand. de Neuo in conſil. 9. num. 3.* Tertio fides coniugalis, quam inuicem vir, & vxor debent ſeruare, vt ipſis viuentibus vnitatis con-
192 iugalis compaginem † nullus ipſorum diuidat, aut maculet. *cap. fœmina. 30. quæſt. 5.* & diximus *ſupra hoc eodem Titul.* dum loqueremur de coniunctione. *numero 107. cum ſeq. & Goffred. in loco allegato. & Hoſtienſ. in Summa eiuſdem Titul. §. & quare contrahatur. colum. 1. verſ. Porro bona matrimonij.* Quartò, quia bonum fuit matrimonium,
193 quando, vt diximus, ſecundariò datum, fuit † ad remedium compeſcendæ libidinis, & ob fornicationem vitandam. Dicente *D. Paulo. 1. Corinth. capit. 7.* Propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem habeat. Quintò Sacramentum eſt aliud bonum, quia per illud introducitur ille animorum conſenſus, & corporum commixtio, quæ in eo intercedunt, primum conſiſtit in Spiritu, deſi-
194 gnans charitatem inter DEVM, & iuſtam † animam, vel eccleſiam; Alterum coniugium ſacroſanctum deſignat, quod inter CHRISTVM, & Eccleſiam per incarnationis miſterium eſt contractum, per quem amorem, & indiſſolubilem vnitatem CHRISTVS gratiam, contulit, vt patet per ea, quæ dicit *D. Thomas in 4. ſent. Diſtinct. 26. Articul. 4. & Articul. 8.* & nouiſſimè docuit *Concilium Trident. Seſſion. 24. Statim in princip.* & ſcribit *Ioan. Paulus Lancellottus Inſtitution. Canonic. lib. 2. Titul. de Sacram. Matrimonij.* concinunt dicta *Richardi in 4. Sent. Diſtinct. 26. Articul 2. q. 6. Angel. de Clauas. in Summa. §. Matrimonium. 1. nu. 3. 4.*

Quintò, matrimonij bonum ex muliere procedens illud ego hoc in loco referam, quod mater Salomonis illum erudiuit, & ipſe retulit aſſumens
195 nomen Lamuelis, † quod apud Hebræos deſignat, (eum quo DEVS) & Mater, aut interrogat, vel ex ſeipſa admonens filium ſuum Salomonem, quemadmodum dixerat *Prouerbiorum cap. 1.* Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas Legem matris tuæ. Hoc docens dicit mater *Pro-*
196 *uerbiorum, cap. 31.* Mulierem † fortem, quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus pretium eius? Confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit: Reddet ei bonum, & non malum omnibus
197 diebus vitæ ſuæ: Quæſiuit † Lanam, & linum, & operata eſt Conſilio manuum ſuarum: Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis: Conſiderauit agrum, & emit eum, de fructu manuum ſuarum plantauit vineam: Accinxit fortitudine Lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum: Guſtauit, & vidit, quia bona eſt negotiatio eius, non extinguetur in nocte Lucerna eius: Manum ſuam mouit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuam aperuit inopi, & palmai ſuas extendit ad pauperem: Non timebit domus ſuæ à frigoribus niuis omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus: Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus, & purpura indumentum eius: Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ: Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo: Fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo: Os ſuum operuit ſapientiæ, & Lex clementiæ eius: Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem ocioſa non comedit: Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt, Vir eius, & laudauit eam: Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſuperegreſſa es vniuerſas: Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo, mulier timens Dominum ipſa laudabitur: Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius: Hæc omnia ab vxore obſeruanda eſſe, vt ſubdi-
198 ta ſit viro, † vt docet *B. Clemens Romanus Conſtitutionum Apoſtolicarum. lib. 1. cap. 9.* Subiungens. Mulier (inquit) ſubdita eſto viro tuo, quoniam caput mulieris Vir eſt, Viri ambulantis in
199 via † iuſtitiæ, caput eſt CHRISTVS, CHRISTI caput eſt DEVS, & pater eius. Igitur poſt
200 omnipotentem DEVM noſtrum, & Patrem † præſentis, & futuri ſæculi Dominum, omnis ſpiritus, & omnis virtutis Creatorem, & poſt benedictum eius filium Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM per quem Gloria DEO, time tuum virum ò mulier, & reuerere, illi ſoli placere ſtudens, illi obſequens in miniſterijs tuis, vt in te beatificetur vir. Hæc Clemens. Sed Tamen non vxores ſolum hanc obſeruantiam exhibere coguntur maritis, ſed illos correſpondere oportet eiſdem vxoribus coniugalibus officijs, proinde
201 *Eccleſiaſticus capit. 25.* inquit. In Tribus † placitum eſt Spiritui meo, quæ ſunt probata coram DEO, & hominibus, concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & mulier ſibi bene conſentientes. Ideo *D. Ambroſius. in Epiſtol. 82.*
202 Vir (inquit) vxorem tamquam gubernator † dirigat, tamquam conſortem vitæ honoret, participet, vt cohæredi gratiæ. Poſtquam enim *Apoſtolus Paulus ad Epheſios. c. 5.* multa de coniugum officijs dixiſſet præſertim. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt CHRISTO, ita, & mulieres viris ſuis in om-
203 nibus ſtatim ſubiunxit, Viri diligite † vxores veſtras, ſicut, & CHRISTVS dilexit Eccleſiam.

ſiam. Et deinde dicit, Ità, & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. & multa alia ad hoc ſcribit. *Idem D. Paulus ad Coloſſenſes. cap.* 3. inquit, Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in Domino; Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Iſtud Axioma concludam cum *Seneca ad Lucillum Epiſt.* 9. Ego (inquit) tibi monſtrabo amatorium, ſine medicamento, ſine herba, ſine vl-
204 lius Veneficę carmine. Si vis † amari, ama.

Conſenſu vtriuſque viri, & vxoris per verba expreſſa facto, quo apparet mutuam voluntatem, qua matrimonium contrahant coram Parocho,
205 expreſſam † fuiſſe, tunc ille, Ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vel alijs verbis, iuxta præceptum vnius cuiuſque prouinciæ Ritum. vt dicit *Concilium Tridentinum. Seſſion.* 24. *cap.* 1. Verba verò expreſſa, quæ conſenſum oſtendunt exempli gra-
206 tia ſunt. Ego te in meam † vxorem accipio. Et ego te in maritum accipio. *iuxta notata in cap. ſi inter. extra de Sponſalib. & c. licet. de Sponſalib. duor. Goffred. in ſumma Titul. de Sponſal. & matrimon. §. ſequitur videre. col. fin. verſ. Qualiter contrahatur matrimonium.* Quem ſequitur *Hoſtienſ. in Summa eiuſdem Titul. §. Qualiter contrahatur. verſ. contrahitur. Martinus Nauarr. in ſumma Confeſſar. cap.* 22. *ſub num.* 20. *verſ. ſecundo præſuppono.* vbi etiam
207 dicit, conſentio in te † tamquam in meum, vel meam coniugem, vel ab hoc tempore pro mea vxore, vel marito habebo. Aut volo, vt ſis mea vxor, vel maritus. *arg. c. ex parte. de ſponſalib.* per verbum volo contrahitur matrimonium, *vt ex Bartol. in l. ſerui electione. ff. de Legat.* 1. cuius authoritate dicit *Ioannes Baptiſta Ferrett. in Conſil.*
208 79. *nu.* 6. quod dicens volo † eſſe vxor tua, contrahitur Matrimonium de præſenti. Vel dicat, nolo aliam in vxorem, niſi te, vel non habeo aliam in vxorem, niſi te, dicitur matrimonium contractum de præſenti. *vt poſt Bartol. in Conſil.* 6. *nu.* 29. *& Syluеſtr. de Prierio in ſumma in verſ. Matrimonium. il* 2. *nu.* 10. *Voluit D. Cardinal. Aldobrandin. in Deciſion. Nouiſſim. Roman.* 460. *nu.* 4. 5. 6. *Vol.* 1. De his verbis diuerſimodè prolatis, ex quibus cõſtat, vel non conſtat matrimonium, ante iſtos ſcribit *Angelus de Clauaſio in ſumma.* § *Matrimonium.* 2. *nu.* 7. 8. 9. 10. *nouiſſimè Ioan. Paul. Lancellott. Inſtit. Canonic. lib.* 2. *Titul. de Nuptijs.* §. *verba autem* Quinimmo verba illa promitto me non accipere aliam vxorem; iuncta Reſponſione mulieris con-
209 ſentientis, importare matrimonium † de præſenti, *vt poſt Ioan. Andr. Card. Panor. Præpoſit. Deci. Alex. Ferrett. Couar. & Verallum. voluit D. Card. Seraph. Oliuarius in Deciſ. Nouiſſim. Roman.* 430. *n.* 1. *Vol.* 1. vbi non obſtante opinione Couarruuiæ, qui poſt allegatos non nullos, tenuit contrarium, dicit Rotam noluiſſe recedere à ſupradicta cõi ſententia. Idem etiam eſt de mente *Alex. de Neuo in Conſil.* 8. *nu.* 4. *& in Conſil.* 11. *nu.* 1. *in Conſil.* 60. *nu.* 12.

Declara tamen, quod ſi contractum eſſet matrimonium per aliquem virum puberem per verba de præſenti cum puella impubere, quæ ad huc
210 † legitimam ætatem non compleuerat, quòd interim ante dictæ ætatis complementum, ille cum alia pubere, & perfectæ ætatis matrimonium contrahat, & carnalis copula ſubſecuta ſit, primum matrimonium non ſubſiſtit, ſed vltimum exequitur, quia quo ad mulierem minorem, & Impuberem fuerant primam promiſſione
211 † facta ſponſalia de futuro *argument. c. ſi inter. in fin. ex. de ſponſal.* & habetur *in cap. de illis. nu.* 1. §. *mulier. vbi Gloſſa optima in Verb. Semel conſenſerit, in fin. extra de Deſponſatio. Impub.* cuius occaſione ità decreuit *Romana Rota in Nouiſſ. in Deciſio.* 450. *Incip. Si pubes contrahat. Capell. Tholoſan. in Deciſion.* 160. *Incip. Item quidam minor. vbi Steph Aufrerius allegat dictam Rotæ Deciſionem*, licet corruptè.

Declara Secundò ad matrimonium contrahendum ſufficere conſtare de conſenſu per literas,
212 † vel Epiſtolam, vt de Iure Ciuili habetur. Mulierem abſenti per literas eius, vel nuncium poſſe nubere, voluit *Pomponius in l. mulierem. ff. de Ritu Nuptiar.* ſufficit enim nudus contractus ad conſtituenda ſponſalia, & abſentem abſenti deſponderi poſſe, in ipſis enim conſtituendis parui refert per
213 ſe, & coram † per internuncium, vel Epiſtolam, vel per alium factum ſit. *l. ſufficit. l. fin. ff. de ſponſalibus*, & de Iure Canonum *in cap. ex parte. il* 2. *vbi Gloſſ. in Verb. Inter nuncijs. extra de conuerſion. coniugat. Gloſſ. in c. Nec illud.* 30. *q.* 5. *in Verb. Vxor. gloſſ. in c. Honorantur.* 32. *q.* 2. *in Verb. pudoris. gloſſ. in c.* 1. 64. *diſtinct. in Verb. Literis. Hoſtienſ. in Summa. Titul. de ſponſalibus.* §. *qualiter contrahantur. in princip. & in Titul. de Matrimonio.* §. *Qualiter contrahatur. in fin. verſ. Sed, & inter præſentes.* iſta opinio probatur. *in c. fin. de procuratorib. in* 6. *vbi Ioan. Andr. Petr. de Anch. Dominic. de Sanct. Gemin. Philipp. Franc. Archidiacon. in dict. cap. Nec illud. Petr. de Anchar. in c. veniens, qui cleric. vel vou. Panor. in cap. accedens. de præbend.* & tenuit *Alexand. in Conſil.* 146. *nu.* 11. *verſ. Alio principali fundamento. Vol.*
214 5. (vbi tendit valere etiam † per literas ſcriptas per cifras poſtmodum declarata) eandem opinionem ſequitur *Felin. in Conſil.* 40. *nu.* 13. *Cardinal. Pariſi. in Conſil.* 55 *num.* 1. *Vol.* 4. *Angel. de Clauas. in ſumma.* §. *matrimonium.* 2. *num.* 20. *Syluеſter Prier. in ſumma.* § *Matrimonium.* 5. *qu.* 12. *Ioan. Coraſius. Miſcellan. Iuris ciuil. lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 2. *Ioan. de Vanquel in Breuiario ſexti. in dicto cap. fin. concluſ.* 1. *de Procurat. in* 6 *Ioan. Baptiſta Ferrett. in Conſil.* 374. *num.* 2. 18. 19. *D. Antoninus in ſumma Parte* 3. *Titul.* 1. *cap.* 19. *Petr. Gregor. Sintagmat. Iuris Vniuerſ.*
215 *lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 6. habemus exemplum † Abrahæ, qui miſit Eliezer ſeruum ad contrahendum Matrimonium Rebecchæ cum Iſacho *Geneſ. cap.* 24. Ratio illa eſt, quia matrimonium, vt dictum,
216 eſt, contractus exiſtit, qui † conſenſu ſolo perficitur. *c. cum apud cum ſimilibus extra de Sponſalib.* Omnes aũt contractus, qui conſenſu perficiuntur,
217 per nuntiũ, & Epiſtolam † abſolui poſſunt. *l. quæ aũt. §. ſi. ff. de Conſt. pecun. l. cõſenſu. ff. de Act. & obli. l. fin.*

l.fin.C.si quis alteri, vel sibi l. Hæc ambigi.C.de Donat. Non enim interest, quòd quis voluntatem
218 suam epistolis, & literis ipsis, an verbis † declarent contrahentes *l. De quibus. ff. de legib.* non minus etenim valet, quod scriptura, quàm quòd vo-
219 cibus lingua expressis † significatur. *l.non figura. ff. de action. & obligat.* de matrimonio per literas contrahēdo *Cardin.Put. §.in decis.5. lib.2.plenius. D.Matthæ. Buratius in Decis. Nuperrima. Roman. 772.nu.8.9.Parte 2.Tom.2.*

Amplia primò etiam si literæ essent amatoriæ,
220 pro vt in illo, qui scripserat cuidam mulieri, Ego volo semper esse apud vos, nec vos vnquam dimittam quamdiù vixero. & erit vester, & meus honor, fuit Iudicatum pro matrimonio ex dictis verbis. *arg.Gloss.in c.1.30.q.5.& Hostiensis, vt scribit Marcellus Cardinalis Crescentius in Decision.22. sub Titulo, de Probationibus.* Huiusmodi tractatio matrimonij, quando esset (vt *tangit Crescentius in*
221 *dicta Decisione*) ex causa † amoris mali, vel libidinis non haberetur bonus, & optimus consensus, esset enim persuasio ad amorem turpi actione, quam odio habent Iuris consulti *in l.1.§. is quoque ibi,* (aut amator.) & ibi, (vel adulteraret,) *Et l.2.ff. de seruo corrupt.* Maximè si forent literæ amantium
222 ad puellas directæ, multa † pollicentes, quibus illæ credulæ esse non debent, quia iuxta illud *Tibulli elegiarum, lib.3. dicentis.*

Nulla fides Veneri, periuria ridet Amantum.
Iuppiter, & ventos irrita ferre iubet.

Quàm optimè, vti semper *Diuus Hieronymus in Epistola ad Nepotianum* inquit, Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori ap-
224 plicatas, & oblata, ac † degustatos cibos, blandas, dulcesq; literas, sanctus amor non habet. *Vnde Seuerinus Boethius de consolatu Philosophico li. 3. Metro.12.*

Quis legem det amantibus?
Maior lex amor est sibi.

Magni est periculi, dum intet amantem, & amatam Epistolæ, & literulæ currunt, & inuicem
223 recipiunt, quia, & mittenti, & recipienti spes ad finem ducitur, quod confirmat *Ouidius in Heroidis de Paride ad Helenam scribente,* dum ait,

Iam dudum gratum est, quod Epistola nostra recepta est,
Spem facit hoc recipi, me quoq; posse modo.

Inficiari tamen minimè possumus, maiori ex
225 parte matrimonia fieri, & conciliari † amore vtrinq; existente, qui cum amore, & timore diuino, ac honestæ rei gratia fit, si ità per literas dirigatur, laudabilis eo casu consensus iudicabitur.
226 Literas verò amatorias non probare † matrimonium contractum, sed contrahēdum censuit *Paul. Æmil.Verall.in Decis.212.num.10.parte 2.* sed videndus est nouissimè *D.Matthæ. Burattus in Decis. Nuperrima Romana.772.per totam.Parte 2.Tomo 2.* de quibus literis amatorijs, an probent matrimo-
227 nium † *Dixi in Summa Decisionum Vniuersarum Titul.23. numero 153. Tomo secundo.*

Subdeclara autem per Nuncium, & per Epistolam inter absentes ita demum sponsalia, & matrimonium esse ratum, si absentes sciant, & ratum id
228 postea † habuerint, *inquit text. in l.Hæc ita.ff. de sponsalib. Petrus Gregorius Syntagmat. Iuris Vniuersi, lib.8.cap.4.nu.6.*

Subdeclara secundò, matrimonium contra-
229 ctum per Epistolam, & per Nuncium probari † similiter per Epistolam, vt concludit *Ioan. Corasius Miscellan. Iuris ciuilis, lib.3.cap.4.nu.4. & dicam inferius.*

Declara Tertiò, quòd cum matrimonium sine
230 vtriusq; partis consensu † consistere non possit, vt notatur *in dicto c.si inter.extra de sponsalib.* & actus agentium, vltra illorum intentionem non o-
231 perentur. † *c.fin.vbi glo.in verb. Ad talia.extra de Præbend. & l.Non omnis. ff.si cert. petat.* Ideo si ex coniecturis sufficientibus probari potest contrahentes, aut vnum ex ipsis, non habuisse contrahendi, aut consentiendi intentionem, sed decipiendi, & simulandi, matrimonium inter illos cōtractum defectu consensus amborum, vel alterius illorum,
232 omninò nullum esse iudicari † debet. *vt post Martinum Nauarrum in Consil.26.nu.1.2.sub Titul. de sponsalib.* voluit *Gregorius Sayrus Florum Decisionum lib.4.Titul.1.Decision.30.* Quia dolus eo casu interuenisse apparet, matrimonium ex inde cōtra-
233 ctum minimè fuisse † apparet. *vt in cap. Tua nos. extra de sponsalib.* super quo *Hostiens. in Summa Titul.de Matrimonio.§. Qualiter contrahatur.col.4. vers.Hoc enim indicio.ibi.* Vbi verò causa decipiendi, dicit, quòd si vir decipiendi causa, vel carnalem tantum copulam extorquendi consensit in aliquā,
234 Deceptor si veram † vult pœnitentiam agere, illam in vxorem ducere debet, vel si hoc potest fieri debet ei dare virum conuenientem. *Vide Sebastian.Medices de Casib.Fortuitis.Parte 1.quæst.10. num.38.39.* Verum ex hac Hostiensis sententia, non est nisi consilium, in foro pœnitentiali, ex quo percipitur aliud esse in foro contentioso. Et verè
235 si verbis matrimonio contrahendi aptis, quis † agat, animus tamen non consentiat, matrimonium non contrahitur, vt annotauit *Goffred. de Trano in Summa. Titul. de sponsalibus. §. sequitur videre. col.2. vers. Corde ideo dixi,* ad quæ faciunt, quæ supra dixi *hoc eodem Titul. in Verb.Coniunctio. nume.126. seq.* hoc idem voluit *Alexand. in Consil.80. Incip. In causa, & lite, sub num,4. volum.7.* dum consuluit, pro iuuene, qui captus amore illius mulieris, & ille quereret eam carnaliter cognoscere, quæ recusabat, & cum ille subiunxisset, quòd si hoc faceret, volebat, ac promittebat illam in vxorem accipere, & stante promissione, illa annuit, & statim illam cognouit, quibus non obstantibus, dicit non esse consensum aptum ad
236 matrimonium, & contra mulierem † consuluit, *argum. dicti cap.Tua nos.* & licèt recitet opinionem *Hostiensis,* tamen contra Matrimonium respon-

dit

dit *Marian. Senior in Conſil. 28. incip. Circa primum, per totum. Vol. 1. Angel. de Clauas. in ſumma. §. matrimonium. 2. num. 14. 17.* Et hodie dum ſcripſi ſimili modo iudicaui.

Declara quarto poſſe matrimonium per procu-
237 ratorem contrahi cum ſpeciali tamen † mandato, tam de Iure Canonico, quàm etiam ciuili, *c. ex parte il 2. extr. de Conuerſ. coniugat. c. Honorantur. 32 q. 2. l generaliter: in princ. ff. de Ritu Nuptiar. vt poſt Accurſium, Bartolum, Alexandrum, Panormitanum, Felinum, Angelum Aretinum, Rubeum Alexandrinum, Ioannem Baptiſtam Ferretum, Martinum Nauarrum, Didacum Couarruuiam, Rebuffum, Coraſium, Iacobum Philippum Portium, Rolandum à Valle, Ioſephum Angles, Cucchum, Melchiorem Cano, Cenedum, Ceuallum & Rotam in Nouis, in Deciſion. 375. Incip. Fuit dubitatum vtrum agendum*, dixi *in Titul. 66. num. 162. in ſumma Deciſionum Vniuerſarum. Tomo* 1. quo in loco promiſi, me in hoc loco dicturum. Quibus nunc addo *text. in c. fin. de Procurator. in 6. vbi Paul. Gemin. Philipp. Francus, & cæteri.* Et addo *Angel. de Clauaſio in ſumma. §. Matrimonium. 2. nu. 18. Ioan. de Vanquel in breuiario ſexti in dicto c. fin. de Procur. in 6. concluſion. 1. Paulum Griſaldum Deciſion. Catholicar. in Verb. Matrimonium nu... Danielem Venatorium in Analyſi Iuris Pontificij, lib. 4. Titul. 1. in Axiomat. Incip. Procurator. Flaminium Pariſium, de Reſignatione benefic. lib. 10. q. 6. nu. 11. Alfonſum Viualdum in Candelabro, parte 1. Tit. de Matrimonio, nu. 44. Sylueſt. Prier. in ſumma. §. Matrim. 5. q. 9. D. Cardinal. Robertum Bellarminum de Matrimonio lib. 1. cap. 5. Ioan. Paulum Lancellott. Inſtitution. Canonicar. lib. 3. Titul. de Procur. §. non ſic tamen. Hieronym Ceuall. Pract. opin. commun contra commun. q. 404. num. 6. Ioan. Coraſius Miſcellan. lib. 3. cap. 4. ſub num. 3.* Et ſicut vti contractus poteſt matrimonium celebrari per procuratorem, eodem modo tamquam ſacramentum
238 † *Didac. Couar. 4. Decretal. 2. part. cap. 1. §. Vnico, nu 5. Martin. Nauar. in cap. fratres, de Pœnit. Diſt. 5. nu. 95. Alfonſ. Viuald in Candelabro par. 1 de Matrim. nu. 43. Ambroſ. Catharin. Archiepiſcop noſter Conſanus contra Caietan lib. 5. de Matrimon. cap. 3. Ioſeph. Angles Flor. part. 1. de eſſent. matrimon. q. 1. Diſtinct. 27. Articul 2. Difficul. 4.*

Subintellige primo, quod in mandato procuratorio ſit nominata perſona, cum qua eſt conſti-
239 tutus procurator ad contrahendum † matrimonium, quæ ſit certa, & ſpecialiter ſpecificata, vt voluit *Roland. à Valle in Conſil. 26. nu. 21. Vol. 2. Angel. de Clauas. in ſumma. §. Matrimonium 2. num. 18 Alfonſus Viuald. in Candelabro. Eccleſiaſtico Titul. de Matrimonio, nu. 44. verſ. ſecundum*, voluit alios allegans *Petr. Cenedo Collectaneorum Iuris canonici. Parte 3. collectaneo 3. nu. 2. Didacus Gouarruias in Epithome Decretalium, parte 2. cap. 4. nu. 9. 10. 11. Ioan. de Vanquel in dicto c. fin. de procur. in 6. verſ. ſecunda concluſio.*

Subintellige ſecundò, quòd licet matrimonium poſſit per procuratorem, ac per Nuncium, & epi-
240 ſtolam contrahi, debet tamen inter † ipſos abſentes, cum quibus contrahitur, eſſe notitia, nam ſi ex toto ſe inuicem ignorarent, non poſſent conſentire, quia amor, & odium inter omninò incognitos
241 eſſe non † poteſt, vt voluit *Gloſſa in ſumma 29. q. 1.* quæ ex Auguſtino dicit. Non viſos diligere poſſu-
242 mus, qui nobis per famam, vel alio modo † cogniti ſunt, in agnitos autem, & non viſos diligere nequimus. *Gloſſa etiam in c. Nec illud, in verb. Vxor. 30. q. 5. arg l. cum ab eo. §. menſam. ff. de contrah. emp.* Hoc autem ea ratione concluditur, quia eſſet matrimonium errore contractum, & qui errat, dicitur
243 falſum ſequi; error enim eſt † applicatio mentis ad falſum, vt dicit *Bald. in l. Quidam Eulogio. nu. 16.*
244 *C. de Iure deliberand.* qui enim errat, aliud pro † alio putat. *c. Quamuis. 38. diſtinct. & c. In quibus. 22. q. 2. Bartholom. Bertazzol. in Conſil. ciuil. 62. nu. 52.*
245 *vol.* 1. & qui errat conſentire † non dicitur. *vt dicit Antonius Goueanus de Iuriſdictione lib. 2, cap. 15.* Vndè inter pœnitus incognitos, error de facili interuenire poteſt. Et vt facilius iſta percipiantur, ac faciliora ſint, & intelligantur, diſtinguenda ſunt omnia.
246 Errorum ſpecies apud Canoniſtas † quatuor aſſignantur, Perſonæ, Conditionis, Fortunæ, & Qualitatis, quę omnia habentur *in Summa. 29. q. 1. vbi gloſſ & tex. in c. propoſuit de coniugio ſeruor.* ponuntur exempla, Error perſonæ, Puta quando hic
247 putatur † Virgilius, & eſt Plato. Eri or conditio-
248 nis, quando † putatur eſse Liber, & erit Seruus.
249 Error Fortunæ, dum putatur eſse diues, † & eſt pauper, vel è conuerſo putatur eſse pauper, & eſt
250 diues. Error qualitatis, † quando putatur eſse bonus, & eſt malus, quæ ſpecies errorum ità narrantur à *Gratiano, in Summa 29. q. 1.* quæ omnia amplectuntur à Canoniſtis omnibus in dictis locis, & præſertim *ab Angelo Clauaſio in Summa. §. matrimonium. 3. in Impedimento 4. nu. 3. Alexandro Carrerio d. ſponſalibus, & Matrimonijs. lib. 4. cap. 12. cap. 13. Nicolao Reuſnero in Deciſion. Ienenſi 5. num. 10. cum ſeqq. lib. 4. Matthia Colero. in Deciſion. Germaniæ. 4. nu. 1. Daniele Venatorio in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 4. Titul. 9. Ioan. Paul. Lancellott. Inſtit. Canonicar. lib. 2. Titul. quæ matrim. impedir. poſ. Ioan. Nevizan. in Sylua Nuptial. lib. 2. §. non eſt nubendum. nu. 56. 57. 58. Nicol. de Ploue de ſacramentis. part. 7. capit. 3. Impedim. 4. Franciſc. Gratian. in Compend. Iuris canonici. par. 5. verſ. ſecundus ſi erratur.*

Nunc dicimus, quod reſpectu primæ ſpeciei er-
251 roris, ſcilicet Perſonæ, habemus in ſcriptura † ſacra exemplum, de Iacob, qui cum conueniſſet cum Laban ſocero ſuo, & concordes fuiſſent in danda ei in vxorem Rachele, fuit tamen ſuppoſita Lia prima Labanis filia, vt patet Geneſ. cap. 29. & quoad hunc errorem reſpectu perſonæ, non ſolum impe-
252 ditur † matrimonium, quin fiat, ſed factum dirimitur. *c. Tua de ſponſalib. & toto tit. 29. q. 1. 2. Card. Paleot. de Nothis, & Spur. c. 9. Rebuff. in pract. benef. gloſſ. 3. Regul. 46.* Error etiam conditionis cum
253 † ſerua nubat pro libera cum homine libero per

errorem, ſimiliter matrimonium impeditur. *dicto c.vnico.29.q.1.dicto c. propoſuit. vbi gloſſ. Innocent. & Panorm* & voluit *Hoſtienſ. in dicta ſumma.Titul. de coniugio ſeruorum.§.an matrimonium. Sebaſtian. Medices de caſibus fortuit.par. 1.q.2.nu.33.* Quo verò ad alias duas erroris ſpecies, fortunæ, & qualitatis, quæ rerum accidentalium numero reputan-
254 tur, quæ † adeſſe, & abeſſe poſſunt, ſine rei ipſius,
255 cui inhærent interitu, minimè matrimoniũ † impediunt, nec contractum diſſoluunt. *argu.l.fin.C.de Donationib. ante nupt.* & habetur *in dicto c. vnico. 29. q. 1.* Et iſta latius proſequuntur *Angel. de Clauas. in ſumma. in dicto. §. matrimonium. 3. in Verb. Impedimentum.4 nu.3.4.cum pluribus ſeqq. Ioan. de Vanquel.in dicto cap.fin.concluſ.vltima.de Procurat. in 6. Alexander Carrerius in Tractat.de Sponſalib.& matrimonio.lib.4.cap.12.& cap.13. Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib.4. Titul.9. Martinus Meſnartius in Epithome Legum Pontifical. lib.4. Titul.10. Nicolaus Reuſnerus in Deciſion. Ienenſi. 5. nu.19.20.21.22.23.24.25.26.27.lib.4.*

Subintellige Tertiò, illum, qui conſtitutus fuerit procurator ad contrahenda Sponſalia, hac formu-
256 la concipere debere, Promitto tibi de † mandato Domini mei, & nomine eiuſdem, quòd ipſe ducet te in vxorem, & ipſa è contra reſpondebit promitto tibi nomine Domini tui, & ſibi per te, quòd ego ducam ipſum in maritum meum. Verum in matrimonio, de præſenti verba erunt hoc modo, procurator, Talis Dominus meus conſentit in te, tam-
257 quam † in vxorem. Et ipſa reſpondebit, & ego te mediante, recipio dominum tuum in meum, & in ipſum conſentio tamquam maritum, ità concludit *Hoſtienſis in Summa. Titul. de ſponſalibus. §. Qualiter contrahatur. verſ. Vbi verò per nuncium.* quem ſequitur *Ioann. de Vanquel in dicto c.fin. con-*
258 *cluſi.2.* & vtroq; caſu, ego dicerem † tibi tali procuratori, nomine Domini tui Talis, ſpecificanda eſſe ſemper nomina.

Subintellige quartò, quòd licèt procurator ad negotia conſtitutus, poſſit alium ſubſtituere, ad matrimonia, tamen datus non poterit alium ſub-
259 ſtituere, † niſi habeat ſpeciale mandatum. vt dixi *ſupra hoc eodem Titulo. Verſic. Declara quartò poſſe. nu.237. & ſeq.* cum cauſa Matrimonialis ſit ar-
260 dua † vt *in dicto cap.fin.de Procuratorib.in 6. Vanquel in loco allegato ibidem. Concluſion. 2.* vbi idem dicunt omnes Doctores. *Gloſſ. in c. Mulieri. extra de Iureiur. Ioann. Coraſ. Miſcell. Iuris ciuil. lib.3. cap.4. ſub nu.6. Nicolaus Reuſner. in Deciſion. Ienenſi. 20. nu.29. lib.3. Anton. Scappus de Iure non ſcripto lib.1. cap.48. num.6.*

Subintellige Quintò, quòd quamuis in Reuo-
261 catione procuratoris, requiratur illius † procuratoris certioratio, Tamen in procuratore conſtituto ad contrahendum Matrimonium nulla illius reuocationis fides, vel notificatio facienda erit. Quo ad primum, quòd regulariter facienda eſt
262 notificatio reuocationis mandati, eidem † procuratori. *text. in l. ſi mandaſſem ff. mandati. Gloſſ. in c. ex parte decani. in Verb. Dicebat. extra de Reſcrip. Rota in Antiquis, in Deciſ. 171. Incip. Nota quòd vbi aliquis Guliel. Caſſador in Deciſ. 2. nu.2. Tit. de Appell. Hierony. de Laurentijs. in Deciſion. Auenionenſ. 13. nu.3. Ioacchim. Mynſinger. in Obſeruat. 44. Centur.5.* Quo verò ad ſecundum, quòd in cauſa matrimoniali antequam contractum fuerit matri-
263 monium † reuocatio teneat, & matrimonium minimè contrahi poſſit, & contractum, non teneatur. notatur *in dicto c. fin. de Procuratorib. in 6.* vbi hoc tenuerunt *Dominic. de Sancto Gemin. Philipp. & cæteri Doctores. & Ioan. de Vanquel. concluſ.4. Ioann. Paulus Lancellotus Inſtitution. Canonicar. lib. 3. Titul. de Procuratorib. §. Non ſic tamen.* Quamquam aliqui dixerint Matrimonium contractum, inter mutum, & mutuã ſolis nutibus non eſſe Sacramentum, ſed officium naturę, *& Melchior Cano*
264 dixit † *de locis Theologalibus. lib.8. capit.5.* quod tamquam temerarium, & ſcandaloſum refellit *Paulus Griſaldus Deciſion. Catholicarum. §. matrimonium. num.28.*

Declara Quintò, quòd quamquam dictum ſit, exigi conſenſum expreſſum in Matrimonio con-
265 § trahendo, nihilominus mutus, & Surdus † ſignis exterioribus poſſunt matrimonium validè contrahere, *cap.cum apud extra de ſponſalib. vbi gloſſ. in verb. Surdus,* vbi idem Voluerunt *Ioann. Andreas. Anton. de Butrio. & Panormitan. nu.4.5.6.* & habetur *in c. Tuæ eod. Titulo. Marian. Senior. in Conſi.61. Incip. In præſenti conſultatione. col. fin. verſ. Tertius, & vltimus caſus. Vol.1.* & de iure cluili, mutus, &
266 Surdus † nuptias contrahere poſſunt *l. mutus. 76. ff. de Iure dotium. l. ex facto ibi.* Mutus duxit Vxorem. *ff. de Vulg. & pupillar. Subſtit. & Cardinal. Pariſ. in Conſil.63. nu.5.6.7. Vol.4.* quem ſequitur *Thomas Actius in Tract. de Infirmitate. cap.22. nu.*
267 7. Et iſta ſigna facilius fieri poſſunt in muto, † & ſurdo ex accidẽti, quàm à Surdo, & Muto à natu-
268 ra, ſed ſufficiunt in vtroque ſigna euidentia. † Et ſic tolluntur aliqua motiua *Cardinal. Pariſij in dicto Conſi.63. Vol.4.* Supradictam etiam opinionem tenuit *Angel. de Clauas. in Summa. §. Matrimonium. 3. Impedimento 18. in princip. Anton. Gubertus de Sponſalibus, & Matrimon. Titul. Qui poſſunt contrahere Sponſalia. num.20. Didacus Couarru. in Epithom. Decretalium. parte.2. cap.2. in fin. Ioannes Oinotomus. in §. Item Surdus. in Addit. Inſt. Quibus non eſt permiſ. facere. Teſtam. Anaſtaſius Germonius Archiepiſcop. Tarantas. de Sacror. immunitatibus. lib.4. cap.21. nu.50. Ioannes Paulus Lancellot. Inſtitutionum Canonicar. li.2. Titul. de Nuptijs. §. Muti, & Surdi. Adrian. Puluæus in Trac. de Nuptijs ſine parentum conſenſu non contrahend. lib.1. ſub nu.16. Verſic. Nam Surdi.*

Subdeclara tamen, quòd ſi eſſet Surdus, Mutus, & Cęcus à Natura, cum nunquam viderit, nec
269 audiuerit Matrimonium, nullo modo poſſet † Matrimonium contrahere, *vt poſt Philipp. Francum,* quem allegat, Voluit *Zaccharias, ſiue quis ille ſit in addition. ad Panormit. in dicto c. cum apud.* iſte

enim

enim nullam habet cognitionem, vbi hoc tenuit *Petr. de Anchar. nu. 5. Alexander Carrerius de Sponſalibus, & Matrim. libr. 1. cap. 4. Abb. Panor. in dicto c. cum apud. nu. 6.* quamquam ibidem *Hoſtienſis, &*
270 *Ioann. Andreas* dixerint Summum Pontificem † eſſe de hoc conſulendum. Supradictorum tamen primò allegatorum opinionem tenuit *Ioan. Paul. Lancellot. in loco allegato.*

271 Quoad ſigna, & nutus, licèt in † aliquibus probent, ex ijs non probantur Sponſalia, niſi illa præceſſerint, vt concludit *D. Pamphilius in Deciſione. Nuperrima Romana. 471. nu. 5. Parte 2. Tomo 2.*

272 Subintellige Secundò, quòd licèt † parentes poſſint contrahere pro filijs. *cap. 1. de Sponſalib. Impub. in 6.* Tamen quando filius eſt mutus, & Sur-
273 dus, hoc fieri † non poſſet per patrem, vt voluit *Idem Zacchias in dicto* loco allegato.

Declara Sextò, quoad conſenſum in matrimo-
274 nio, quia requiri † conſenſum paternum, dum Filius familias (vt multi tenuerunt) matrimonium contrahit. Quod peculiari libro ex multis ſuaſit
275 *Adrianus Puluæus Iuris conſultus, & † Aduocatus Pariſienſis in Commētarijs editis de Nuptijs ſine conſenſu parentum non contrahendis. libris duobus in lucem prolatis,* vbi agit etiam de Conſtitutione ſice-
276 dita per † Henricum primum Gallię Regem, qui ſtatuit quòd Maſculus, qui inter Trigeſimum, & fœmina quæ intra vigeſimumquintum annum patre, & matre inſcijs nuberent, aut nolentibus, priuari poſsēt rebus donatis, & legitima portione, vt refert *Anton. Gubertus quæſti. Iuris. lib. 1. cap. 12. nu. 43.* cui iungi quodammodo poſſent duę Regni Neapolitani conſtitutiones antea factę vna Regis
277 Rogerij. *Incip. † Sancimus de Matrimonijs contrahendis.* Altera Federici ſecundi Imperatoris eiuſ-
278 dem Regni, Tunc Regis. *Incip. † Honorem ſub eo-*
279 *dem Titulo.* & in hanc † opinionē inclinare videtur *Ioan. Lopez de Palatios Rubios in Rep. cap. per veſtras notab. 3. §. 3. per totum de Donat. inter vir. & vxor. ac etiam Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 4. Titul. 1. §. quæ forma, Gaſpar. Anton. Theſaurus. Quæſtion. Forens. lib. 1. q. 70. nu. 3. 4. 7. 8. Ioannes Coraſ. Miſcellaneorum. lib. 1. cap. 17. nu. 6. Barthol. de Caſſan. in Gloria Mundi. Parte. 12. Conſiderat. 36. Ioachimus Hopperus de vera Iuris prudentia. lib. 10. Titul. 2.*

Contrarium tamen, in caſu iſto dicendum erit;
280 matrimonia per filiosfamilias † contracta ſine parentum conſenſu valida eſſe, Decreuit *Sacrum Tridentinum Concilium Seſſion. 24. cap. 1. Incip. Tametſi. de Reformat. Matrim.* anathemate damnans
281 eos, qui illa vera, ac rata eſſe negat. † Quod longo antea tempore voluit *Gloſſ. in cap. Hoc ſanctum. 32. q. 2. & in c. ſufficiat. 27. q. 2. &* habetur *in c. cum apud.* vbi hoc voluit *Panor. nu. 3. de Sponſ.* pro hac opinione faciunt *Tex. in c. cum locum. in c Veniens. eo. titul. de Sponſal. c. per tuas. de Condit. appoſit. cap. cum cauſam. de Raptor.* quod, & tenuit *Pet. Lombar. Magiſter Sentent. l. 4. Diſtinct. 28. Petrus de Anch. in Conſil. 21. pro ſolutione. col. 1. verſ. ad ſecundum. ex dictis Angeli in Conſil. 29. Incip. ex Themate. col. 1. poſt Federic. de Senis in Conſil. 35.* voluit *Abb. Panor. in Conſil. 12. nu. 3. vol. 1. in Conſil. 65. nu. 1. vol. 2. Curtius Iuni. in Conſil. 136. num. 3. Cardinal. Pariſius in Conſil. 29. nu. 2. 3. 4. Vol. 3. Franciſc. Viuius in Commun. Opin. in Verb. Pater. nu. 3 Ioan. Baptiſta Villalobos. in Commun. Opin. §. Filius familias. num. 112. Didac. Couar. in Epithom. de Sponſalib. Parte 2. cap. 3. §. 8. num. 1. 2. Emanuel Suarez in Theſaur. Recept. Sentent. §. filius familias nu. 204.* quos ſequitur *Aſcanius Clement. in Tract. de Patria poteſtate. capit. 5. effectu. 6. nu. 5. Antonius Gubertus de Sponſalibus & matrimon. Titul. de Ritu Nuptiar. nu. 98. cum pluribus ſeq. Ioan. Anton. de Nigris in cap. Regni. Vt ſine. nu. 48.* Ante cum *Andr. de Iſer. in Conſtitut. Sancimus. & in Conſtit. Honorem. Hieron. Ceuallos Opinion. comm. cont. Comun. q. 5. nu. 2. Cæſar Barzius in Deciſion. Bononien. 29. num. 7. 8. Thom. Grammat. in Conſil. Ciuil. 167. 168.* Vndè *Martinus Nauar. in Summa Confeſſarior. cap. 22. ſub nu. 68.* dicit, errare
282 illos, † qui dicunt, quòd filius non poteſt contrahere matrimonium ſine conſenſu parentum, vel quòd parentes poſſunt illud irritare. faciunt ſcripta *Quintiliani Mandoſij in Tract. Ingratitudinum. cap. 62. cauſa. 110. & nouiſſimè Nicolaus Reuſnerus in Deciſion. Ienenſi. 2. nu 8. 9. 13. lib. 1. D. Garſias Maſtrill. in Deciſion. Sicilię. 163. n. 10. Proſper Carauita in Prag. Filiorum familias. §. 17. num. 48. cum pluribus. ſeq. Alderanus Maſcardus de Interpretat. Statutorum. Concluſ. 1. numer. 174. cum pluribus ſeq.*

Conſenſum Patris in filiorum matrimonijs de
283 Iure ciuili requiſitum, atque Aui in † Nepotes, neptes, dum nuptias contrahunt, *l. 2. l. ſi vt proponis la. 1. l. nec filium. C. de nuptijs. l. 2. ff. de ritu nuptiar. Couar. in 4. decretal. 2. p. c. 3. §. 8. num. 2. & 5. l. filij qu. 25. ff. de ritu nup. Anto. Contius. lib. 1. ſucceſſuor. c. 4. nu. 1. & 2. & I. C. in L. Paulus. ff. de ſtatu hominum,* ait non videri iuſtum filium, qui ex eo matrimonio natus eſt, cui pater non conſenſit. *Tertullian. lib. 2. ad vxorem,* dicens. Nam neque in terris filij ſine cōſenſu patris rectè, Et iure nubent. *Apuleius. lib. 6. de aſino aureo,* Impares nuptiæ (inquit,) & præterea in villa ſine teſtibus, & patre non conſentiente factæ legitimæ non poſſunt videri, ac per hoc ſpurius iſte naſcetur. *Anne. Robert.*
284 *lib. 2. rer. iudicat. ca. 9.* ſecus autem de Iure † Canonico, quod in matrimonijs obſeruari debere, clarum eſt, vt concludit *Petrus de Ancharan. in dicto Conſi. 21 col. 2. Abb Panor. conſ. 12. ſub num. 3. verſ. Non obſtat lex contraria. vol. 2.* & ferè omnes ſupra allegati. Et ita declarari debet illud *D. Ambroſij de Patriarchis. lib. 1. relatum in c. honorantur 32. q. 2 facit. cap. 1. 30. q. 5. Tiraquel. l. 9. Connubiali. nu. 153. Lucius Apuleius libro 4* dum ait. Votiſque nuptialibus pacto iugali prudem deſtinatus conſenſu parentum tabulis maritus nuncupatus ad nuptias. Non (inquit) muliebris pudoris eſt eligere
285 † maritum, ſed electionem mariti parentibus deferre debet, ne appetentię procacioris exiſtimetur

author,

author, ſi ipſa de Nuptijs ſuis electionem ſibi vendicet. Vnde ij omnes inſimul conſentientes dixerunt, Non eſt à te tantum cauſa, nõ alio modo patris conſenſum in matrimonio, eſſe quęſitum filij, quę eſt omnium ſcriptorum communis concluſi. *Bald. in l. Nec filium. C. de Nuptijs. Maſuer. in Practica. Titul. de Dote, & matrim. ſub num. 5. Franciſc. Marcus in Deciſ. Delphin. 214. nu. 1. Vol. 1. Menoch. de Arbitrar. Iudicum quæſtionib. libro 2. Centur. 5. caſu 453. nu. 8. Gaſpar Anton. Theſaur. Quæſtio. Forenſ. lib. 1. q. 70. nu. 7. 8. Alderanus Maſcard. de Statutorum interpret. Concluſion. 1. nu. 185. verſ. Quartò ſubamplia.* Videndum Patrum, ac filiarum officium ſemper fuiſſe, vt ob honeſtatem, & pudorem filiæ à patre quærerent, tamen interrogatæ prius, Virum, Illęq; ob pudorem in patris Iudicium viri electionẽ remittere, quam pulchrè ad hunc finem
286 de Myrrhę viro dando † Cyniras Cipriorum Rex pater eidem filiæ apud *Ouidium lib. Metamorphoſeos. 10. inquit.*

Vndiq; collecti
Te cupiunt proceres, totoq; Oriente iuuentus
Ad Thalami certamen adeſt, ex omnibus Vnum
Elige Myrrha virum, dum nõ ſit in omnibus vnus

& paulo poſt inquit,

Dixerat, At Cinyras, quem copia digna procorum
Quid faciat dubitare facit; ſcitatur ab ipſa
Hominibus dictis, cuius velit eſſe mariti;
Illa ſilet primò, patriſq; in Vultibus hærens
Æſtuat, & tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei Cinyras hæc credens eſſe Timoris.
Flere vetat, ſiccatq; genas, atque oſcula iungit.
Myrrha datis nimium gaudet, conſultaq; qualem
Optet habere virum, ſimilem Tibi dixit.

Quid ſi pater furioſus erit ? Quid ſi diu abſens ?
287 Quid ſi eſt religionem ingreſſus? Modeſtiæ, † bonorumque morum erit, vt patres in ſimilibus honorentur, ſed non idcirco ſi cõſenſus illorũ abſit, relinquenda vnq; erit Summi, ac Sãctiſſimi Tridentini Senatus determinatio, & tantorũ Prælatorum authoritas? Ad quam opinionem concinit *Bartol. in l. Edicimus. ſub num. 2. C. de Muri legulis. libr. 11.* vbi quærit, an valeat ſtatutum prohibens mulierem monetariam nubere extraneis, & ſtatutum,
288 quòd inter homines † diuerſarum nationum non contrahatur matrimonium ſub pęna ? Dicit non valere, quia aufert libertatem contrahendi matrimonium, & quod non valeat, quantum ad hoc, vt faciat matrimonium eſſe irritum, ſi contrahatur,
289 quia cum ſit Sacramentum, & res † ſpiritualis, laici non poſſunt ſtatuere circa illud, cum non ſit de Iuriſdictione ſua, ſed Eccleſiæ. Et quatenus idẽ
290 Bartol. ibidem ſubiungat, quòd quantum † ad hoc vt puniatur contrafaciens concludat, quòd ſi quidem poſſint nubere honeſtè ſeruata forma ſtatuti, quia in qualibet ſecta tot ſunt, quòd poſſunt marrimonia contrahi, & tunc facientes contra incidunt in pęnam ſtatuti aliter ſecus. Sed quo ad hanc opinionem contrarium tenuit *Ioannes de Platea in dicta l. edicimus vbi allegat Ioan. Andr. in cap. ſtatutum. de Hæreticis in 6. Angel. de Clauaſio in Summa. §. matrimonium. 3. Impedimento. 17. nu. 3.* & doctiſſimè hanc opinionem tuetur, & corroborat *Alex. in Conſil. 97. incip. Principalis dubitatio. per totum. Vol. 1. Maſuer. in Practica. in Titul. de Dote, & Matrimon. nu. 5. & Franciſc. Marc. in Deciſion. Delphin. 214. num. 1. Vol. 1.* & optimè *Deci. in l. Nuptias. ſub num. 13. verſ. Non obſtat dictum Bart. ff. de Regul. Iur.* faciunt notata *per Bald. in l. omnem. nu. 12. verſ. Innoc. enim diſputat. C. Ad Senat. Conſult.*
291 *Tertull.* vbi ſolemniter loquitur † dicens, quòd Innoc. diſputat, an valeat ſtatutum ciuitatis, quod punit contrahentem matrimonium cum filiofamilias ſine conſenſu patris, & finaliter determinat quòd non, quia matrimonium, & pendentia ex
292 illo, ſunt eccleſiaſtici fori, † vnde ſi agit ad pęnã Epiſcopus poteſt inhibere, ne petatur pęna, quam determinationem non credo veram, quia contrahere ſine cõſenſu patris eſt cõtra bonos mores omnium, & maximè prudentum, & inducit odium capitale. *l. 2. §. ſi emancipatus. ff. de contra Tabul.* Et ideo valet ſtatutum, non quia vetat ſubſtantiam matrimonij, hoc enim non poteſt facere niſi Papa, ſed quia punit malos mores, & in Republica facinora ſeminantes. Concludunt itaque & *Bartol. &*
293 *Bald.* hoc in morum honeſtate † conſiſtere. *Sic Andreas Barb. in additione ad Bartol. in dicta. l. omnem, vbi ſubtiliter loquitur, & Alex. in dicto Conſil. 97. vol. 1. Dec. in dicta l. Nuptias.* Et vt vnico claudã verborum circuitu, iſta diſputatio hodie ſuperflua eſt ſtãte diſpoſitione *Concilij Tridentini*, poſt quod ſi ſupradicti Doctores vixiſſent, idem cõcluſiſſent.
294 Quo verò ad matris conſenſum † in matrimonio filiæ, cum non interueniſſet, fuiſſe irritum declaratum, & filiam arbitrariè puniendam, reſponſum fuiſſe Franciſco Lultersdorff per Lutherum, Philippum, & Pomeranum habetur *per Lipſenſes in Deciſion. 80. vol. 1.* quos refert *Matthias Colerus in Deciſ. German. 5. nu. 1.* Sed illis vti non debuere
295 tamquam chriſtianæ fidei hoſtibus, nec † Colerus illos ſequi debuit, nam etiam mediocres Iuris Conſulti ſciunt matres non habere filios in pote-
296 ſtate, † vt amplè tradidit *Aſcan. Clementinus in Tract. de Patria poteſt. cap. 4. nu. 15. & effect. 14. n. 2. Paul. Leonius in Tract. ſubſtitutionum. in Pupillar. num. 55. 193.*

Quantum ad diſpoſitionem Regiarum conſti-
297 tutionũ Regni *Incip. Sancimus.* † *Conſt. Honorem.*
298 *& Conſt. cum Hæreditarium.* volentes, † quod mulieres habentes feuda, non nubant, ſine licentia Principis. ſatis Reſpondit *Quintilian. Mandoſius in Tract. Ingratitud. cap. 62. caſu 60.* & poſtea dicam.
299 Sponſalia etiam de futuro † conſenſum, & ipſa partium contrahentium requirunt, & Sponſi, & Sponſæ, ſunt enim futurarum nuptiarum præam-
300 bulæ † expromiſſiones *l. 1. ff. de Sponſal. c. Noſtrates. 30. q. 5.* ipſa enim futura coniunctio per Sponſalitiam amborum per venturum tempus promiſ-
301 ſionem per futura verba † explicanda ſunt. *vt in*

c. ſi inter

e. si inter. §. verum. c. ex literis Siluani. extra de Sponsalib. Quorum forma illa sunt, Ego te accipiam in
302 meum maritum. Et ego te accipiam † in meam vxorem. *arg. c. si inter. supra allegati. c. is, qui fidem. eo. tit. c. 1. de sponsalib. duorum. Antonius Gubertus de sponsalibus, & matrimon. Tit. Quib. modis sponsalia contrahant. sub n. 3. Ioannes Paulus Lancellott. Institut. Canonicarum. lib. 2. Titulo de sponsalib. §. Verbis. Martin. Mesnartius in Epithome Legum Pontificalium. lib. 4. Titul. 1. vers. In summa. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. lib. 4. Titulo 1. §. Quid Sponsalia. Alexand. Carrerius de Sponsalib. & matrimonijs. lib. 4. cap. 3.* Et ideo cum Sponsalia,
303 nihil aliud sunt, nisi futurarum nuptiarum † promissiones ante matrimonium, quia postea non dicuntur Sponsi, sed vir; & vxor, vt post *Panormit. in Rub. de Sponsalibus. nu. 3. Anton. de Butr. n. 2. & seq. Didac. Couarr. in Epithom. de Sponsalib. par. 4. cap. 2. nu. 1.* Voluit. *D. Alfons. Manzaned. in Decis. Nuperrim. Roman. 113. nu. 8. parte 1. Tom. 1.* dicens Spon-
304 salia † intelligi de futuro.

Diximus supra *hoc eodem Titul. versicul. Declara Secundò ad matrimonium. nu. 212.* nudum consensum sufficere ad Sponsalia contrahenda, & inter absentes contrahi posse, & parui referre per se, an illa contrahant, vel per nuncium, vel Epistolam, per iura ibidem allegata. Ideoq; si contracta fue-
305 rint † Sponsalia per alium, quàm per patrem ipso absente, requiri expressam illius ratihabitionē, nec tacitam sufficere. *Innocent. in c. 1. de Sponsal. & in c. de Matrim. contra interd. Eccles. & post Archidiacon. & Gemin. in c. 1. in fin. Philip. Franc. de Sponsalib. in 6. Pelbartus à Themsuar. in Rosario Sacræ Theologiæ in Verb. Matrimonium. 2. in princ.* dicens
306 non sunt Sponsalia, donec ille, vel illa, † sciuerint, & ratum habuerint. *Martin. Nauar. in Consil. 3. Titul. de Sponsalib.* & illius authoritate *Gregorius Sayrus Florum Decision. lib. 4. Titul. 2. Decisio. 3* de nudo contrahendorum Sponsalium consensu *Ioachim. Hopperus de Vera iuris prudentia. li. 10. Tit. 2.*

Intellige, reuocatio si ante ratificationem, ab aliquo ipsorū Sponsæ, & Sponsi fuerit facta, Sponsalia aliam partem, non iuuabit, & ratificatio non
307 valebit, cum re integra † fieri debeat. *Bartol. in l. si vxor. §. siquis vxorem. nu. 3. ff. de adulter. Paul. de Castro in Consil. 195. Vol. 2. Decius in Consil. 226. n. 7. Barthol. de Cassan. in Consil. 7. & in Consil. 15. nu. 19. Rubeus Alexandrin. in Consil. 132. Marc. Anton. Natt. in Consil. 315. numer. 2. Vol. 2. Ioann. Cephal. in Consil. 440. nu. 46. Vol. 3. Roland. à Valle in Consil. 78. nu. 24. Vol. 3. Franciscus Beccius in Consil. 66. nu. 24.* quia is, qui dissentit, quærit ex reuocatione
308 † sibi ius, sine ex dissentione præiudicium. *l. obseruare. §. post hæc. ff. de Offic. proconsu. Bartol. in l. Bonorum. ff. Rem rat. haber. Lancellotus Gallia in Const. 29. num. 34. Vol. 1. Sforzia Oddus. in Consil. 1. num. 64. Vol. 1.*

Sponsaliorum de futuro effectus non est, quòd ex illis dicatur contractum matrimonium, sed ob-
309 ligatio † ad contrahendum matrimonium, in illis enim datur fides ab vtroque, de qua habetur *in c. 2. in c. is, qui fidem. de Sponsalib.* dari etiam solet in
310 ipsis Sponsalibus, & super † illorum obseruantia Iuramentum. *c. de illis. c. præterea. el 2. cap. ex literis Siluani. de Sponsal. c. de illis de conditionib. appositis.* quo casu tunc adoperatio indè oritur, si consensus
311 sit eodem † Iuramento firmatus. de quo *Aym. Crauett. in Consil. 102. nu. 7.* Et hoc casu iuramento interueniente, qui eadem Sponsalia iurata contraxerunt, matrimonium contrahere compellendi
312 † sunt, nisi legitima causa, iudicis arbitraria subsistat. *dicto c. ex literis Siluani. c. commissum. c. requisiui de Sponsalib.* & voluerunt *Hostiens. Ioan. Andr. Anton. de Butrio. Petr. de Anchar. & Panormitan. in dicto c. requisiuit. Anton. Gubertus, de Sponsalibus, & matrimon. Titul. Quibus modis sponsalia contrahantur, sub nu. 3. Versicul. Quartò per iusiurandum. Alexand. Carrerius de sponsalib. & matrim. lib. 1. cap. 6. Venator. in Analysi Iuris Pontific. lib. 4. Titul. 1. §. quæ forma, Carolus Ruin. in Consil. 202. sub num. 5. Vol. 1.* & ideo Rota iudicauit in vna Valentinensi,
313 in qua erant contracta Iurata Sponsalia, quòd † Petrus cogeretur ad cōtrahendum matrimoniūm cum Beatrice. vt notauit *D. Cardinalis Aldobrandinus in Decis. Nouissima Romana. 497. Vol. 1.* hoc fi-
314 dei, & iurisiurandi argumento † vsus est *Acontius, ad Cydippem* scripsit in pomo, hos versus.

Iuno tibi sanè per mystica Sacra Dianæ
Me tibi venturam comitem, Sponsamq; futuram.

Tempera tamen, à Spōsaliorum executione ad matrimonij contrahendi actum, non ita faciliter
315 ad coactionem, & cogendi, ac compellendi † modum accedere iudicem debere, sed prius Iudex, & superior, cui sumimus Pontifex causam remittit eius arbitrio considerandam, monitione vti debet, antequam ad remedium coactionis ad Sponsalitiorum promissionem seruandam, vt vrbanitatis officio monendo ad promissa seruanda, vt modum capit *ex l. quidam. ff. de seruitutib. Verbanorum prædior.*, scribit *Ant. Gubertus de Sponsalib. & matrim. in Titul. de effectu Sponsaliorum. nu. 5. Francisc. Monald. in Consil. 39. in fin. Vol. 1.*

316 Arrha futuri matrimonij Symbolum † datur in Sponsalibus, cuius datione securi quodammodo viuant Sponsi, sic olim signum futuri assecura-
317 tio contractus. † *Gloss. in s. fœminæ. 30. q. 5.* de suis arrhis habetur *in l. Arrhis. C. de Sponsalib. & in l. 1. C. si nupt. ex rescripto petant. Lapus in Allegat. 56. Punctus quæstionis. nu. 4. 5. nouissimè Alexand. Carrerius de Sponsalib. & Matrimon. lib. 1. cap. 5. cap. 6. Ioachi. Minsyng. Instit. de Empt. & vend. in princip. nume. 4. 5. Vers. ac ne arrha. Anton. Gubert. Titul. Quot modis Sponsalia. nu 10. cum pluribus seqq.* de his loquuntur *Gratianus Valent. & Theodosius in l. Patri. 6. C. Theodos. de Spōsali. & in l. Vnica. C. Theodos. si prouinciæ rector*, de quibus *Iacobus Cuiacius. in Nouell. 22. Ioann. Paulus Lancellott. Institutiun. Canonicar. lib. 2. Titul. de Sponsalib. §. contrahuntur. in gloss. in Verbo Immissionem. in fin.* Vnde quemad-
318 modum in emptionibus, & venditionibus † dabantur

bãtur arrhæ, nec illæ emptionem, & venditionem perficiebant. *vt in* §. 1. *Inſt. de Emption. & vend. in l. Quod ſæpe.* 35. *in princip. ff. de cõtrahend. emption.* Eodem modo in Sponſalibus, arrhæ dabantur, vt
319 argumentum futurorum † matrimoniorum, quę arrhabones etiam dicũtur. de Arrha loquitur *Angel. de Clauaſio in ſumma in* §. *Sponſalia. nu.* 13. 17. *Anton. Gomez in l. Tauri.* 50. *num.* 13. 14. *Ioachimus Hopperus de Vera iuris prudentia. lib.* 10. *Titul.* 2.

Iſtæ autem arrhæ, in quibus rebus conſiſtebant
320 antiquis tẽporibus, & in quibus conſiſtant † iſtis nouiſſimis? Dicendum eſt, apud Scripturam Sacram Arrharum Sponſaliorum, & matrimoniorum exempla nõ deficere, nam Eliezerus Abrahæ
321 ſeruus ab eo miſſus ad quærendam † vxorem Iſaac filio ſuo, dedit Rebeccę futurę coniugi inaures Aureos duos, ſiclorum duorum pondo, & Armillas aureas Siclorum pondo decem. vt habetur *Geneſ. capit.* 24. Et Thamar pro Arrhabone à Iuda
322 petijt, Anulum, † Armillam, & Baculum. vt patet *Geneſ. cap.* 38. Apud ciuilia Iura ſimiliter, nam *Caius in l. Quod. ſæpe.* 35. *ff. de contrah. emption.* dicit, Quod ſępe arrhę nomine in emptionibus dantur, non eò pertinere, quaſi ſine arrha, conuentio
323 nihil proficiat, † ſed, vt euidenter probari poſſit, conueniſſe de precio. Et de ea meminit *Vlpianus in l. cuicunq;* §. *item ſi inſtitor. ff. de Inſtit. act.* dicens, Item ſi inſtitor, cum oleum vendidiſſet, anulum
324 † arrhę nomine acceperit, neq; eum reddat, dominum inſtitoria teneri. de illa *Varro lib.* 5. *de lingua Latina. Plinius de eadem libr.* 33. *capit.* 1. *inquit*, Conſuetudo Vulgi ad Sponſiones, etiã num Anulo exiliente tracta ab eo tempore, quo non dum arrha velocior. Ex quibus, præſertim ex Vlpiani dictis, patet, Anulum non fuiſſe ſolummodo Sponſaliorum Arrham, ſed aliorum contractuum, De Arrhis hæc ſcribit *Iulius Capitolinus in Maximino Iu-*
325 *niore.* Deſponſata † illi fuerat Iunia Padilla Proneptis Antonini (quam poſtea accepit Texotius eiuſdem familiæ Senator qui perijt) Manſerunt apud eam Arrhæ Regiæ, quæ tales fuerunt, vt Iunius Cordus loquitur, Monilium de albis nouem, Reticulum de Praſinis vndecim, Deſtrocherium cum coſtula de hyacinthis quatuor, præter veſtes auratas, & omnes Regias, cæteraq; inſignia ſponſaliorum.

Subharratio itaq; Anuli fidei promiſſę arrhabo
326 dicitur, & in Sponſalibus † promiſſionis ſequendarum nuptiarum fidem illius aſportatio facit, & illa deſponſata preſumitur, vel nupta, quæ in digitis anulos defert. *c. Illud. de Præſumpt. c. noſtrates.* 30. *q.* 5. de quo optimè *Ioan. Paulus Lancellot. Inſtitut. Canonicar. lib.* 2. *Titul. de Sponſalib.* §. *contrahuntur*. ſi enim aſportatur per deſponſatam, pro-
327 miſſio eſt futurarum † nuptiarum, ſi per Nuptam deſignatur contractum matrimonium, vt benè declarat *Antonius Gubert. de Sponſalibus, & matrim. Titul. Quibus modis ſponſal. contrahantur, num.* 4. *cum pluribus ſequent.* de hac arrharum datione per Anuli ſubharrationem, ſiue immiſſionem ſcribit etiam *Alexander Carrerius de Sponſalib. & matrimonijs. lib.* 1. *cap.* 6. *Daniel Venatorius in Analyſi. Iuris Pontificij. lib.* 4. *Titul.* 1. §. *Quod obiectum. Petr. Gregor. Sintagmat. Iuris Vniuerſi. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 6. *Franciſc. Monald. in Conſil.* 39. *nu.* 5. *Vol.* 1. *Ferrar. Montan. in l. Nuptias. col.* 1. *verſ. Deinde anulum. ff. de Regul. Iur.* de Anuli ſubharratione *Paul. Aemilius Verall. in Deciſ.* 204. *nu.* 1. *parte* 2. Erat anulus
328 pronubus, qui erat † aureus, quo in publico vtebatur, intra domos autem ferreo, pro vt ſuo tem-
329 pore ferreum dari, & ſine gemma † ſcribit *Plin. in dicto libr.* 33. *cap.* 1. *de quo Tertullianus in Apologetico, cap.* 6. inquit. Olim nulla mulier aurum norat. præter vnico digito, quem Spõſus oppigneraſſet pronubo Anulo. Digitus, qui anulo inſignieba-
330 tur quartus à † Pollice, qui proximus eſt digito minimo, ob neruum, arteriam, ſiue Venam, quæ in illo digito reperiatur cordi reſpondens, de quo *Aulus Gelli. Noctium Atticar lib.* 10. *cap.* 10. *Macrobius Saturnaliorum. lib.* 7. *c.* 13. *Ioannes Neuizan. in Sylua Nupti.* §. *eſt nubendum. nu.* 13. alias rationes aſſignaui in Problematibus meis Miſcellaneis. Hinc Anulum, qui datur, vt Doctoratus inſigne, huic
331 † aſſimilat *Bartholom. de Caſſaneo in Gloria Mundi. Parte* 10. *conſideration.* 36. dicens, Accipe anulum ſubharrationis, nam ſicut per eum contrahitur matrimonim inter Virum, & vxorem, ita inter ſcientiam, & Doctorem. quod retuli *in Commentarijs de Magiſtratuum edictis. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 113. *Nicol. Renſner. in Deciſion. Ienenſi.* 2. *nu.* 40. *lib.* 1.

Clandeſtina matrimonia, clandeſtinasque nu-
332 ptias, & diſpenſaiiones euitandas † eſſe, illasque eſſe publicè faciendas, & ciuilia, & Canonica iura concludunt. Quantum attinet ad Sponſalia illa non debere clandeſtinè fieri, videtur argui poſſe, à generalitate *Rubricæ de Clandeſtin. deſponſat.* ſumendo argumentum ab ipſa Rubrica, quod va-
333 lidum Iudicat † *Gloſſ. in l.* 1. *C. Ne fideiuſſor. dot. dent.* Cum præſertim matrimonia clãdeſtina prohibita ſint, vt ſtatim dicam, & nihilominus, quæ diſpoſita ſunt in matrimonijs, locum habent in
334 † Sponſalibus. *vt in l, Oratio. ff. de Sponſalib.* & cenſuit *Iacob. Menoch. in Conſil.* 69. *num.* 66. *Vol.* 1. quo in loco dicit, Vitium clandeſtinitatis, quo vitiatur matrimonium, vitiare etiam Sponſalia, & hanc opinionem tenuit *Ioan. Paulus Lancellott. Inſtitut. Canonicar. lib.* 2. Titul. de clandeſt. Deſpon. in *Verb. Nuptias.* Eandem opinionem videtur tenuiſſe *Panor. in cap. cum inhibitio. nu.* 6. *de Clandeſt. Deſponſ.* dicẽs peccare illos, qui Sponſalia Clandeſtina faciunt. Verũ tamen contrariũ eſt tenendum, præſertim poſt *Concilium Tridentinum ſeſſ.* 24. *de Reformation. matrimonij. cap.* 1. *Tametſi.* Cuius diſpoſitio, cum ſit annullatiua Matrimonij Clandeſtini, nec loquatur de Sponſalibus, cenſentur illa relicta in diſpoſitione Iuris communis; quo ſtante, cum de Iure communi canonum, clandeſtinitas tantum matrimoniorum, non autem ſponſalio-
335 rum † prohibita fuerit *in cap. cum inhibitio. extra de Clandeſtin. deſponſat.* ſequitur Sponſalia clandeſtina

336 deſtina minimè prohiberi, quam opinionem tenuit *Martin. Nauar. in ſumma Confeſſarior. cap. 25. num. 144. & in Conſil. 21. num. 3. 4. Titul. de ſponſalibus libr. 4.*

337 Matrimonia clandeſtina illicita † iudicantur, & prohibita *c. cum inhibitio. de clandeſt. in. deſponſat.* & hodie habemus *Concilium Tridentin. ſeſſ. 24. de Reformat. matrimonij. capit. 1. Angel. de Clauaſio in ſumma. §. Clandeſtinum matrimonium. nu. 1. Anton. Gubertus de ſponſalib. & matrimon. Titul. de Ritu nupti. nu. 119. Ioan. Paul. Lancellott. Inſtitution. Canonicar. lib. 2. Titul. de Clandeſtin. deſponſat. in Gloſ. in Verb. Nuptias. Nicolaus Reuſner. in Deciſi. Ienenſi. 20. nu. 21. lib. 3. Alexand. Carrer. de Sponſali. & Matrimon. lib. 4. cap. 7. Ioann. Cephal. in Conſil. 421. nu. 54. Vol. 3.* illa etiam abhorret *Anneus Robert. Rerum Iudicatur, lib. 1. cap. 2.* quem ſequitur *Ludou. charond. Reſponſor. capit. 34. Gerardus Maynard. in Deciſion. Tholoſan. 9. lib. 3. & in Deciſ. 5. nu. 4. lib. 4. Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin. 714. in Deciſ. 716. Vol. 2. Simon Maiolus de Irregularitate. li. 3. cap. 35. nu. 12. 13. Franciſc. Burſat. in Conſil. 461. num. 60. Vol. 4. plures allegans Ioann. Baptiſt. Coſta. de Facti ſcient. & ignor. Diſtinct. 38. Centur. 2. numer. 2. D. Gaſpar. Anton. Theſaurus Queſt. Forenſ. lib. 1. q. 70. nu. 11. Petr. Greg. Sintag. Iuris Vniuerſ. lib. 9. cap. 5. num. 9.* Quo verò ad ea matrimonia Clandeſtina, quæ fuerunt ante Concilium Tridentinum rata, ac vera fuiſſe, nunc vero aliter ſtatuit *Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de Refor. matr. Paulus Griſaldus Deciſ. Cathol. §. matrimonium. nu. 35.*

Clandeſtina, vt dici poſſint matrimonia, & illa
338 inualida, expoſitis requiſitis † neceſſarijs in matrimonijs conficiendis iuxta Eccleſiaſticorum canonum dictamen, è contrario habebimus clandeſtinorum cognitionem, & Epiſcopi, ſiue Vicarij il-
339 lius licentia ante contractũ matrimonium † debet interuenire. *D. Cardinal. Mantica. in Deciſ. 312. nu. 6. aliàs matrimonium nullum erit.*

Primum itaque requiſitum erit, vt matrimonium contrahendum dicatur palam, & publicè contractum, ita vt clandeſtinum illud appellari non poſſit, quòd fiant in eccleſia tres monitiones, banna, (Promulgationem trinonundinam appella uit *Tertullianus ad vxorem lib. 2.* de quo trinonundino dixi *in lib. de Regis Catholici Præſtantia*) pro-
340 clamata, † ſiue Denunciationes à proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus feſtiuis, inter miſſarum ſolemnia, ſuper matrimonio inter aliquos contrahendo, vt vnusquisque ſciens aliquod impedimentum, quo minus illud fieri non poſſit, illa reuelet. quod cauit in Concilio Lateranenſi *Innoc. Tertius. in c. cum inhibitio. de Clandeſt. Deſponſationibus* quod antea dixerat *idem Pontifex in cap. cum in tua. de ſponſalib. ad epiſcopum Beluacenſem* cui inhærendo *Sacrum Concilium Tridentinum* idem ſtatuit *in Seſſion. 24. de Reformat. matrim. cap. 1. incip. Tametſi. ibi (ter) & ibi (publicè denuncietur)* & ſic etiam *in d. cto c. cum inhibitio. ibi (publicè proponantur) vbi Abb. Panor. num. 7. 8.* & optimè quoad faciendas Denunciationes corroborat *Ioan. Cephal. in Conſil. 82. nu. 26. Vol. 1. in Conſil. 276. num. 15. Vol. 2. latius in Conſil. 421. num. 29. cum pluribus ſeq. Vol. 3. Benedict. Capra in Conſil. 116. nu. 17. Matth. de Afflict. in c. 1. §. naturalis, nu. 32. Si de feudo fuerit controuerſ. inter Dom. & agnat. Marian. Socin. ſenior. in Conſi. 17. Incip. ſupradicta cauſæ poſitio. col. 3. verſicul. Quinimmo. Vol. 1. Oldrad. in Conſil. 256. Incip. Clemens Epiſcopus. num. 4. verſ. ad quartum, & vltimum. Ioannes Andr. in addit. Specul. in Rub. de Clandeſtin. deſponſation. Cardinal. Pariſius in Conſil. 13. nu. 13. Vol. 2. Petrus Gregorius Sintagmatum Iuris Vniuerſi. lib. 9. cap. 5. nu. 9. Pelbart. à Themſuar in Roſario Sacræ Theolog. in Verb. Matrimonium 2. in princ. Marian. Socin. Iunior in Conſil. 86. nu. 47. 48. Vol. 2. Anton. Gubert. de Sponſal. & matrim. Titul. de Ritu Nuptiarum. nu. 119. verſ. Clandeſtinum matrim. Alexand. Carrerius de ſponſalib. & matrimon. libr. 4. capit. 7. Martinus Nauar. in Summa Confeſſar. cap. 22. ſub n. 687. Octauian. Cacheran. in Conſil 53. nu. 1. 11. 16. Iacob. Menoch. in Conſil. 69. nu. 1. Vol. 1. & in Conſil. 199. nu. 40. Vol. 2. Graffius Deciſ. Aurearum. cap. 6. libr. 2. Franciſc. Monald. in Conſil. 15. nume. 4. Vol. 1. Ioan. Paul. Lancelott. Inſtitution. Canonic. lib. 2. Titul. de Clandeſtin. deſponſat. in prin. Daniel Venator. in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 4. Titul. 3. §. Quid ſint clandeſtina Sponſalia. §. Quot modis dicuntur. Carol. Ruin. in Conſil. 14. num. 10. Vol. 3. Gerard. Maynard. in Deciſ. Tholoſ. 2. lib. 1. in Deciſion. 5. lib. 4. in Deciſ. 55. ſub num. 11. eodem libr. 4. Paul. Aemill. Verall. in Deciſ. 212. nu. 1. Parte 2.* Et quando non fue-
341 runt edicta † in matrimonij contractu obſeruata, non eſt excuſabilis ignorantia, ſed craſſa. vt dicit *Achilles de Graſſis. in Deciſ. 1. num. 3. 4. Titul. de Clandeſt. deſponſ. quem ſequitur D. Ioan. Baptiſta Coſta. de Fact. Scient. & ignor. inſpect. 81. nu. 14.*

Quamquã matrimoniũ de iure communi non eſſe publicandum in Eccleſia, nec facienda edicta, ſatis eſſe, quòd in conſpectu fidelium, ac teſtium
342 † contractum fuerit, niſi conſuetudo aliud diſponat, *poſt Panor. Præpoſit. Pariſiũ, & Ruinum.* voluit *Paul. Aemil. Verall. in Deciſ. 204. nu. 2 parte 2.* Sed iſtud fuit ante Concilium Tridentinum.

Declara primò hoc requiſitum quoad denũciationes, quod ſi Ordinarius dubitet, aut matrimonium malitiosè impediri ſuſpicetur, tunc vel vna
343 tantum † denunciatio fiat, vel tantum Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur. Hoc dicit *Concilium Tridentinum dicta Seſſion. 24. ca. 1. de Reformat. matrimon.*

344 Quod Epiſcopi arbitrio tributum, ſiue † ordinarij, illiusque prudentiæ remittit. de quo meminit *Iacob. Menoch. in dicto Conſil. 66. num. 7. Volum. 1. & de Arbitrar. Iudic. quæſt. libr. 2. centur. 5. caſu 453. num. 5. Anton. Gubert. de Sponſalib. & matrimonijs. Titul. de ritu Nuptiarum. num. 120.* ſed ponderanda eſt litera Concilij, quia quòd ſi fieret cum vna
345 denunciatione † vel coram Parocho, & duobus, aut tribus Teſtibus, in quibus duobus caſibus dicit,

cit, quòd poſt modum ante matrimonij conſúmationem, fiant Denunciationes in Eccleſia, vt ſi aliqua ſubſunt impedimenta, facilius detegantur, & denunciationes in hoc caſu, iſtas Denunciationes ordinarij iudicio, & prudentiæ remittit, in alio verò caſu, non eſſe ordinarij arbitrio remiſſum, vt vna tantum denunciatio fiat, vel coram Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus preſentibus matrimonium celebretur; quando matrimonium malitios è impediri poſſe ſuſpicetur, & ità intelligerem † decretum Concilij Tridentini, ſaluo ſemper Iudicio ſummi Pontificis, ac declaratione Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium interpretum eiuſdem ſacri Concilij, quorum Iudicio, meum ſubmitto, & dicam, prout etiam video eſſe de mente *Cephal. in dicto conſil.* 421. *nu.*60. *Vol.*3. ſed vide *Anton. Gabriel. commun. opin. Titul. de Regul. Iur. concluſ.*5. *nu.*31. *Ioſephum Maſcard. de Probat. concluſ.*297. *num.*7. & alios referens. *Vincent. Carroti. Deciſ. ſiue Caſu* 27. *num.*4. De teſtibus matrimonij † *Apuleius de Aſino libr.*6. Impares (inquit) nuptię, & preterea in villa ſine teſtibus.

Declara ſecundò, quòd & ſi denunciationes, & banna ſint de ſcripti Iuris neceſſitate *per † dictum c. cum inhibitio*, Tamen ſi matrimonium fiat cum benedictione Eccleſiæ, & alijs illius ſolemnitatibus, non dicetur clandeſtinum, ſed validum, & in facie † eccleſiæ factum. vt dicit *Oldrad. in dicto Conſil.*256. *num.*4. quem ſequitur *Ioann. Andr. in Specul. in Titul. de Clandeſtin. deſponſ. Cardinal. Paleott. in tract. de Nothis, & ſpu. capit.*9. *ſub nu.*3. *D. Ioann. Baptiſta Coſta de Facti ſcient. & ignorant. Diſtinction.*39. *nu.*7. *centur.*2. quos ſequitur *Abb. Panor. in dicto c. cum inhibitio. nu.*9. vbi plus dicit, quòd vbi non eſt conſuetudo, quòd fiant, ſed contrahens coram multitudine ex conſuetudine patriæ, non dicitur † matrimonium Clādeſtinum. Quod ego non ſequerer, quòd non ſit conſuetudo faciendi banna, ſiue Denunciationes, cum ſint approbatę, tum *in dicto c. cum inhibitio.* Tum etiam *in eodem Cōcilio Tridentino.* Et ideo potuiſſet procedere illorum opinio, quæ fuit ante *Concilium Tridentinum.* Secus autem poſt illud, cum ſtatuerit faciendas eſſe, niſi in caſu ſuſpicionis, ne malitiosè poſſit impedimentum fieri. Et ideo illas denunciationes eſſe de neceſſitate, & pro forma vt etiam ante omnia † precedant, dicit ex multis *Ioan. Cephalus. in dicto Conſil.*421. *nu.*34. *verſ. Tertio conſtitut. Vol.*3. & contra opinionem Abb. ſupra relatam poſt Concilium Tridentinum reperi, quòd ſecundum † meam etiam opinionem tenuit *Ioan. Paul. Lancellott. Inſtitut. Canonic. libr.*2. *Titul. de Clandeſtin. Deſponſat. in princ. in gloſſ. Proponantur. in fin.* Quamquam quòd Denunciationum omiſſio non reddat matrimonium † Clandeſtinum, vt cenſuiſſe Congregationem Illuſtriſſimorum Interpretum *Sacri Concilij Tridentini Seſſ.* 24. *ſuper c.*10. ſcripſerit *D. Franciſc. Pegna in Deciſion. Nuperrima Romana.*71. *nu.*11. *Parte* 1. *Tomo* 1. Nec illud reddat † inualidum, vt voluit *Nauar. in ſumma Confeſſar. cap.*22. *num.*70. *verſ. Tertio aduertendum. Borgnin. Caualcanus. in Deciſ. Fiuizan.* 29. *nu.*18. *parte* 1. & ſimiliter declarat factum per dictos interpretes ſacri Concilij Tridentini. *D. Alfonſus Manzanedus. in Dec. Nuperrima Roman.*390. *nu.*5. *parte* 2. *Tom.*1.

Declara Tertiò, vt non dicatur matrimonium Clandeſtinum ſi fiat in facie † Eccleſiæ, vt dicatur ante Ianuam Eccleſię, vt vidi in pluribus locis in hoc Regno, præſertim in Epiſcopatu Biſacij, & dicit in Luſitania. vt dicit *Martin. Nauarr. in ſumma confeſſ. cap.*22. *num.*70. & in Eccleſia, vt in Belgio, † & in pluribus locis in hoc Regnō Neapolitano, & vbi eſt præſentia multorum iuxta conſuetudinem Hiſpanię, vbi dicit, eo caſu præſentiam Vicinorum cognatorum, conſanguineorum, & idoneum numerum teſtium, & corā Parocho, † & duobus, vel Tribus teſtibus, *poſt Panormitan. in dicto c. cum inhibitio*, voluit *Nauarr. in dicto cap.*22. *num.*70. *& ex Oldrado in dicto Conſil.*256. *nu.*4. *Panor. in dicto c. cum inhibitio. ſub num.*9. *Carol. Ruin. in Conſil.*51. *num.*25. *Vol.*5. *Marian. Soc. in Iun. in Conſil.*31. *nu.*48. *in Conſil.*86. *nu.*62. *Vol.*2. plenè alios allegans *Ioan. Cephal. in conſil.*422. *nu.*55. *cum ſeqq. Vol.*3. *Roland. à Vall. in Conſil.*93. *nu.*25. *Vol.*3. *Cardinal. Paleott. in Tract. de Nothis, & Spurijs. in dicto cap.*9. *nu.*3.4. quam loci conſuetudinem in matrimonijs † obſeruandam fore dicit, dummodo contra bonos mores illa non ſit. *c. quæ contra. cap. mala.*8. *diſtinct. Roland. à Valle in Conſil.*93. *nu.*29. *Vol.*3. ſequitur *Menoch. in Conſil.* 199. *ſub n.*40. *Vol.*2. Sed optimè Imperatores ſuadent, vt in Nuptiarum † ſolemnitatibus nobiliores ex familia vocentur, quorum prudentia, & authoritate omnia publicè fiant. *l. tam dementis. C. de epiſc. Aud. l. ſi furioſi. §. his itaque C. de Nupt.* His enim, qui nuptias ſine amicis, & conſanguineis faciunt, dici conuenit, Nuptias clauſa, domo fecimus † vt inquit *Seneca controuerſia.*8. *lib.*7.

Declara Quartò quoad clādeſtinitatem, omiſſionem denunciationum, & bannorum in Eccleſia pro matrimonio, non facere matrimonium clandeſtinum, ſi omittantur, quia ita iudicauerit ordinarius, quia illi conceſſa eſt hæc facultas *à Concilio Tridentino in dicta ſeſſion.*24. *capit.*1. *de Reformat. matrimonij.* ſequitur *Anton. Gubertus de Sponſalib. & Matrimon. Titul. de Ritu Nuptiar. nu.* 120. *Martin. Nauar. in dicta ſumma confeſſariorum. cap.*22. *nu.*70. *verſ. Aduertendum ſexto.* dum dicit ſacrum Concilium Tridentinum expreſsè determinaſſe epiſcopum poſſe diſpenſare, quoad † denunciationes, cuius opinionem non ſequor, niſi vt ſupra dixi, *verſ. declara primo hoc requiſitum. numero* 343.

Declara Quintò, illum eſſe actum publicum, à quo excluditur Clandeſtinitas, quando matrimonium in facie Eccleſiæ, præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi, ſiue Ordinarij licentia, duobus, vel Tribus teſtibus, matrimonium contrahere attentabunt. Ità decreuit *Concilium Triden-*

Tridentinum in loco allegato, tradidit *Martin. Nau. in summa Confessarior. Cap. 22. num. 36. cum duobus seqq. Menochius in dicto Consil. 199. numer. 40. vol. 2.* Vndè oritur, quòd matrimonium sine parochi, vel substituti licentia, si fuerit contractum,
364 adeo nullum est, vt quilibet ipsorum † contrahentium possit propria authoritate resilire, & absq; aliqua iudiciaria sententia alia matrimonia licitè contrahere, ità matrimonium, nec vim sponsaliorum habebit *arg. dicti Cõcilij Tridentini sess. 24. c. 1. de reformat. Matrim. Idem Nauar. in consil. 1. lib. 4. Titul. 1. Decision. 1. Gregor. Sayrus Flor. Decision. 1. Titul. 1. lib. 4.*

Subdeclara primò, quòd si parochus, qui secundum formam Concilij Tridentini interuenire debet in matrimonio, dubitaret, quòd in ipso contrahendo præsens esse nollet, & ideo quasi aliud agentes ad locum vocaretur, & dum ibidem es-
365 set,† mox illo præsente, & ignorante quid agere vellent, prædicti cotracturi, per verba de præsenti se mutuò iungerent, matrimonium illo, & duobus, aut tribus testibus præsentibus iunctum validum, cum necesse non sit Parochum, & testes rogatos esse, vel præsciuerint ad quid rogarentur. *ita Martin. Nauar. in Consil. 20. Titul. de Sponsalibus lib. 4. Gregorius Sayrus Florum Decision. lib. 4. Titul. 1. Decision. 24.* quo in loco allegauit corruptè *Consilium Nauarri sub Titul. de clandestin. Desponsatione*, cum dicere deberet *in Titul. de sponsalibus*.

366 Contrarium tamen, quòd † testes debent esse rogati, in causa matrimoniali, voluerunt *Andr. Barbat. in consil. 54. nu. 14. vers. quinimmo. Vol. 1. Dec. in Consil. 310. col. 1. Cardin. Paris. in Consil. 57. nu. 38. Vol. 4. Marian. Iun. in Consil. 86. nu. 28. Vol. 2.* quos refert, & sequitur *Ioan. Cephal. in Cons. 503. nu. 15. Vol. 4.* quos libẽtius sequor ob causarum matrimonialium importantiam.

Subdeclara secundò, quòd *Concilium Trident. in dicto cap. 1. de Reformation. matrimon. Session. 24.* dum dicit quòd matrimonia non celebrentur ab alio, quàm Parocho proprio, vel ab alio sacerdote, de ipsius Parochi, vel ordinarij licentia, proindè
367 eandem † licentiam esse debere, expressam, non autem tacitam. *Ex Lapo in allegat. 86. In causa, nu. 3. Tiraquell. de legibus connubialibus in Verb. Expres. Gloss. 7. num. 5. 8.* voluit *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iud. quæst. libr. 2. centur. 5. casu 453. in fin.* prout ibi refert fuisse declaratum per Illustrissimos Dominos Cardinales Interpretes eiusdem Concilij in anno 1571. quomodo intelligatur licentia adde *Archidiacon. in cap. quidam 18. quæst. 2. Angel. Et Alexand. in l. si quis mihi bona. §. Iussum. ff. de Acquirend. hæredit.* quos refert *Augustin. Berous, in Consil. 164. num. 18. 19. Vol. 3.* super quo dicerem, quòd bonum erit eandem licentiam in scri-
568 ptis fieri, quia per sacrum † Concilium habitum fuit pro firmo, quòd illi, cui per Parochum, vel ordinarium, coram quo faciendum esset matrimonium, poneretur tamquam in bonum Virum, & ipsi illam concederent tamquam boni viri, iuxta *dictum Bartoli in l. alio col. 3. versicul. procedo vlterius. ff. de aliment. & cibar. leg.*

Subdeclara Tertiò in causa matrimoniali esse debere bonæ opinionis, & famæ, & debent adhi-
369 beri † omni exceptione maiores. *c. 1. de consangui. & affinit.* fusius tractatum fuit *ab Alexandr. in Consilio 150. incipient. in causa, & lite in Consil. 151. Incip. in causa matrimoniali. in Consil. 152. Incip. Viso processu, per Totum. Vol. 5. Decius in Consil. 133. Incip. Viso processu, & sententia. Riminald. senior in Consil. 540. numer. 31. Vol. 3. Andr. Barbat. in Consil. 54. num. 14. Versicul. Quinimmo. Vol. 1. Cardin. Paris. in Consil. 57. num. 38. Volu. 4. Thom. Gram. in Consil. crimin. 26. num. 49. 50. Ioan. Baptist. Ferret. in Consil. 51. nu. 3.*

Declara sextò, quòd si fuerint volentes contrahere matrimonium diuersorum locorum, Diocæsum, ac parochiarum, & in diuersis parochijs, & locis moram traxerint, vel trahant, tunc denun-
370 ciationes, & banna † debent fieri in ambobus locis, & parochijs, quia ex coabitatione ab ipsis, & suis prædecessoribus ibidem facta possunt impedimenta sciri, ideoq; optimam cautelam dabat Abbas Antiquus, vt forensis nõ admittatur ad cõtra-
371 hendum matrimonium alibi in aliena † Diocesi, nisi habeat literas testimoniales sui Præiati, quem refert, & sequitur *Abb. Panorminatus in dicto c. cum inhibitio, sub num. 7. de Clandest. desponsat.* quo in loco dicit, esse valde bonum hoc obseruari prout vidi obseruari, & obseruari feci, dum præessem in Archiepiscopatu Consano. Quod optimè aduertit *Francisc. Marc. in Decision. Delphinal. 715. nu. 1. Volum. 2.* quem nouissimè sequitur *Ioan. Baptist. Costa de facti scientia, & ignor. Distinct. 39. nu. 13. centur. 2.* Ex quorum Doctorum traditione resoluitur sufficere alterum Parochum, Viri, vel
372 mulieris posse, ac sufficere, vt coram † ipso simile matrimonium contrahatur, habita testimoniali fide parochi alterius contrahentium, de quo contra morem suum inuolutè *Martin. Nauarr. in Consil. 27. & in Consil. 47. in Titul. de sponsalib. & in Consil. 2. de Clandestin. desponsat. lib. 4.* prout resolutum fuisse à Congregatione Illustrissimorum Cardinalium interpretum sacri Concilij Tridentini scribit *Gregorius Sayrus in Decision. 1. in fin. Florum Decisionum lib. 4. Titul. 1.*

Declara septimò, quòd seruatis solemnibus in
373 matrimonijs fieri solitis, puta, quod, & si † coniuges sint in camera, tamen in illa sint plures personæ vtriusq; sexus, præsente Parocho dicente verba sponsalia, quæ inter hos, qui matrimonium contrahere intendunt, vt moris est, & quòd vir subharrauit anulum mulieri, & quòd postmodum in simul dormierunt, & quòd mane fuit publicè diuulgatum, quòd tamquam coniuges matrimonium consummauerunt, & testes dicant ista, & vidisse, & audiuisse, & istis sic celebratis, orta est publica vox, & fama, quòd ex ijs excluditur
374 prorsus † omnis clandestinitas, *vt ex Bart. in l. 2.*

C. de his qui ex publicat. ration. lib. 10. *voluit Paul. Æmil. Verall. in Decision.* 204. *num.* 3. *parte* 2. licèt *Angel. in Consil.* 10. *Incip. In causa prædicta*, dicat,
375 *col.* 1. quòd matrimonium dicitur occultum † licèt fiat coram duobus, vel tribus testibus. Tamen debet intelligi, quando non interuenit Parochus, & aliæ solemnitates, de quibus diximus, & poterat sua opinio procedere tempore suo, non autem tempore nostro, quo fuit Concilium Tridentinum per secula post ipsum.

Parochus Ruralis non dicitur proprius Parochus, & matrimonium coram illo factum fuit nul-
376 lum † declaratũ in vna Florentina, in anno 1579. 1580. *vt per D. Vicecomitem in Decision. Nouissim. Roman.* 656. *& in Decis.* 657. *lib.* 7. *vol.* 2.

Declara Octauò non dici matrimonium clandestinum, quando de illo factum est publicum in-
377 strumentum, † quia eo casu dicitur actus publicè factus, *vt per Bartol. in l. Non intelligitur.* §. *Tacitè. in princip. ff. de Iure Fisci*, quem sequitur *Curtius Iunior. in consil.* 65. *nume.* 2. quos sequutus est *Paul. Æmil. Verall. in Decis.* 150. *num.* 3. *parte... argument. l. fin. ff. de Ritu Nupt.* vbi minori pœna puniuntur committẽtes matrimonium palam, quàm clam. *D. Francis. Pegna. in Decis. Nuperrima Roman.* 71. *nume.* 9. *par.* 1. *tom.* 1. Et dum *Bartol. in dicto.* §. *Tacitè*, dicit, in casu etiam instrumenti dici posse actum clandestinum, quia posset à Notario occultè teneri, & sic non diceretur actus publicè. Sed hoc non fuit dictum Bartolo dignum, nam occultatio Notarij non facit actum, ac Instrumentum antea factum occultum, cum fuerit publicè rogatum, & stipulatum, *sed secundus* Notarij actus diceretur clandestinus, in quo etiam si Notarius instrumentum flammis, & igne incenderet, non tamen actum primum publicè factum, qui posset non solum testibus Instrumentarijs, sed etiam alijs probari. Vndè dicendum est sequendum, & dicendum verum esse primum dictum *Bart.* quòd vbi per In-
378 strumentum apparet, matrimonium † non poterit dici clandestinum, sed palam factum, quia illam dicimus palam quæstum facere, non modò, quæ in Lupanario se prostituit, sed si in Taberna,
379 vel caupona passim, pluribus, sine delectu † vulgò se exponit, vt dicit *Vlpianus in l. Palam.* 43. *ff. de Ritu Nuptiar.* Lupanar, Taberna, caupona, loci sunt, qui publici sunt, vbi plures diuertere solent.
380 Instrumenta clandestina illa † non sunt, nec fiunt clandestinè, sed palam, præsentibus præsertim in Regno Neapolis, Notario Rogato, Iudice, qui interueniat in Instrumentis tantum, & ad minus tres alij testes, & sic fiunt coram pluribus, & & illud palam fieri dicitur, quod coram pluribus
381 † fit. *l. Palam.* 33. *ff. de Verbor. significat.* Hinc Seneca nuptias dicit esse clandestinas, quæ clara fiunt *Declamation. Vltima. lib.* 8. dum ait. Delicatus diues, qui etiam † inter naufragia amare potest, matrimonij celebritatem remoto angulo ruris abscondit. Ob quod *per text. in dicta l fin. ff. de Ritu nuptiar. facit dictum Ludou. Roman. in consil.* 506. *Incip. In re præsenti, numero* 5. *dicentis*, quòd
383 ille, qui alias à pœna † contrahentium vetitas nuptias propter Iuris ignorantiam, effet excusatur, vt rusticus, & similes, si contrahit eas clam, pœnam non euitat, quem sequitur *Aymo Cravett. in consil.* 129. *nume.* 11. *Andr. Tiraquell. de Retract. Conuentionali in Præfat. nume.* 14. & *in Tract. de Causis minuendæ pœnæ. Causa.* 11. *nume.* 11. *Ioseph. Mascard. de Probationib. Conclus.* 297. *nume.* 2. Et iam notum est in toto orbe christiano omnia matrimonia Instrumentis inter partes fieri, & in pu-
384 blicum reduci, & comprobari † nuptialibus instrumentis, scribit etiam *Pet. Greger. Syntagmat. Iuris Vniuersi. lib.* 9. *cap.* 5. *nu.* 16. ad hanc materiam de instrumentorum confectione in matrimonijs ex multis aliqua dicit *And. Tiraquell. de Nobilitate. cap.* 37. *nu.* 18.

Declara nono, clãdestinitatem matrimonij ex-
385 cludi ex æqualitate Nobilitatis † generis, & ætatis, quæ cessare faciunt disparitatem, quæ in his considerari solent, *vt ex Andrea Barbatia in consil.* 45. *col. fin. Vol.* 1. voluit *Rota apud Paul. Æmil. Verallum in Decision.* 204. *nu.* 4. *parte* 2. Quoad Generis claritatem matrimonia, nuptiasq; fieri inter Reges, supremosque Principes facillimè possunt,
386 † & eueniunt, cumq; Paranymphi, & proxenetæ, atque legati, quorum medio agitantur personę grauissimæ sint, dum ad complemẽtum ducuntur omnes Ecclesiasticę, atque Pontificiæ solemnitates intercedunt, quo verò ad paritatem aliarum qualitatum concinunt versus *Ouidij in Hercidis in Epistola Dianire ad Heroidem.*

Quàm male inæquales veniunt ad aratra iuuenci
& paulo post itidem.
Siqua voles aptè nubere, nube pari.

387 Pares enim in matrimonio † copulari, semper bonum est. *Alexander in Concil.* 8. *num.* 4. *vol.* 7. aut
388 potius intelligenda † quantum ad generis paritatem. *l. obseruandum. ff. de ritu nuptiar. Bocr. decis.* 130. *nume.* 8. *Rebuf. de priuil. s. bolast. priuil.* 12. *nume.* 5. *Faber. in rubrica inst. de nupt. nume.* 2. *Aldobrand. in* §. *iustas. num.* 13. *eod. titul. Bald. in l. si maior. num.* 2. *C. de legitim. hæred. Alexand. consil.* 80. *num.* 3. *lib.* 7. *Neuizan. lib.* 2. *Sylua nupt. Verbo. non est nubendum Seni. nume.* 17. *cap. non omnes* 32. *q.* 2. *cap. horrendus.* 32. *quæst.* 5. *Iustinus. lib.* 16. *histor. ad finem. Martial. lib.* 4. *epigram.* 14. *lib.* 8. *epig.* 12. *ad Priscum, & epigram.* 38. *Connanus lib.* 8. *commenta. iuris. cap.* 6. Sed quoad annorum numerum inter
389 virum, & vxorem primò pendet ab ætate † à Legibus, & Canonibus stabilita, nam vt ritè sponsalia contrahantur, maiores enim contrahere possunt, non autem septem annorum minores, sed completum illum esse oportet. *cap. de illis. cap. à nobis. de despons. impub. l. In sponsalibus.* 2. *ff. de sponsalib. Angel. de clauas. in Summa.* § *sponsalia. numero* 5. *Anton. Gubert. de sponsalibus, & matrimon.*

Titul.

Titul. Qui poſſint contrahere ſponſalia. numero 1. *Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. libro quarto. Titul. primo.* §. *quæ forma. Ioann. Paul. Lancellottus Inſtitution. Canonicarum. libro ſecundo. Titul. de Sponſalibus.* §. *non tamen omnibus. Ioannes Franciſcus Fara. de Eſſentia Infantis. cap.* 2. *num.* 12. *cap.* 4. *ſub num.* 1. *Franciſc. Gratianus. in compendio Iuris Canonici. parte* 5. *Titul. de Nuptijs, & gradibus, ſub num.* 12. *verſ. Quibus caſibus enumerari.* Ratio redditur, quòd completo ſeptennio
390 vſus,& libertas † incipit rationis, vt fuit *D. Thomæ de Aquino* ſententia. 4. *ſentent. Diſtinct.* 27. *qu.* 2. *Articul.* 2. *Ioann. Andr. in c. inuenis. num.* 9. *& ibi Petr. de Anch. num.* 4. *de ſponſalib.* Niſi manifeſtè appareat rationis vſum abeſſe. vt dicit ibi. *Ioā.*
391 *Andr.* quod ego ſequerer, quia † daretur materia ſemper contradicendi, & opponendi contra Iura præfata canonica, & ciuilia ſcripta. ad præfata adde *Quintilian. Mandoſ. in Tract. de ætate Minori. cap.* 4. *nu.* 11.

Ampliatur iſta opinio, vt ante perfectam ſeptennij ætatem, ſi malitia adſit ſuppleat ætatem,
392 ita, vt ante ſeptem annos ſponſalia ab ipſis † facta valeant, dum tamen ſint ætati proximi, vt habetur *in c. de illis. la* 2. *de Deſponſat. Impub. c. Iuuenis. vbi gloſſ. de ſponſal. Gloſſ. in c. ſponſam. in fin. extra eod. titul. Goffred. de Trano. in ſumma Titul. de Deſponſat. Impuberum. col.* 1. *verſ. Poſſunt Impuberes. vbi optimè dicit*, Poſſunt impuberes ſponſalia
393 † contrahere de futuro, de præſenti non, niſi eſſent proximi pubertati. *vt infra, eod. Tit. c. de illis. cap. tuæ. & c. continebatur.* Et malitia, ſiue prudentia ſuppleat defectum ætatis, aliàs non, vt in prę-
394 dicta *decretali. Tuæ.* duo enim requiruntur † vt ſuppleatur defectus, Proximitas, & Malitia, ſiue prudentia, ſubiungit quòd proximitas præuenitur ſecùndum aliquos per annum, ſecundum alios per ſex Menſes. ſed ipſe dicit relinquendum ſuperioris arbitrio. ſequuntur *Innocent. Ioann. Andr. Anton. de Butr. Petr. de Anchar. & Cardin. in dicto cap. Iuuenis. Idem poſt Archidiac. Hug laur. & Goffred.* tenuit *Dominic. de ſancto Gemin. in cap. Vnico n.* 6. *de Deſponſat. Impub. in* 6. & optimè *Ioan. de Vanquel. in dicto c. Vnico. in princip. concl.* 1. *Barthol. Fumeus in ſumma Armilla.* §. *ſponſalia. num.* 4. *Ant. Gubert. in loco allegato. nu.* 2. *Daniel Venator. in Analyſi Iuris Pontificij. lib.* 4. *Titul.* 2. §. *quæ regulæ dicuntur. Marcus Anton. Cucchus Inſtitut. Canonicar. Maior. lib.* 5. *Titul.* 10. *num.* 11. & ante eum *Ioan. Paul. Lancellott. Inſtitut. Canonicar. lib.* 2. *Titul. de ſponſalib.* §. *non tamen. in gloß. in Verb. Minores. & in Verb. Infantes.*

Tempera autem ſupradictam opinionem, quòd in dictis ſponſalibus præmaturis, adueniente poſtmodum tempore ſeptennij legitimus conſenſus
395 † corroborabit, illa contracta, *vt in cap. acceſſit. de Deſponſat. Impub. vt voluerunt. Anton. Gubertus in loco allegato. nu.* 3. *& Daniel Venatorius in dicto Titul.* 2. §. *quæ regulæ dicuntur.*

Paritatem ætatis, vt aperiamus, dicendum eſt,

396 iam notum eſt, eſſe ſtabilitam ad matrimonia † contrahenda ętatem, in fœmina annorum duodecim, in Maſculo quatuordecim. *c. ex literis. de Deſponſat. Impub. Goffred. in ſumma Titul. de Sponſalib. col.* 1. *verſic. contrahuntur autem ſponſalia. ibi Matrimonium verò poteſt, Hoſtienſ. in ſumma. de Sponſalib.* §. *quis poſſit. habetur in l. minorem. ff. de Ritu Nuptiar. l.* 1. *in fin. ff. de Concub.* §. 1. *vbi gloſſ. Inſt. de Nupt. Idem Hoſtienſ. in ſumma. Titul. de Deſponſation. Impub.* §. *Et qualiter probetur. Anton. Gubert. de Sponſalib. & matrim. Titul. de His, qui nupt. contrahere poſſunt numero* 34. *Daniel Venator. in Analyſi Iuris Pontificij. libr.* 4. *Titul.* 1. §. *quæ forma. verſ. ſecundo iuſta ætas. Franc. Viuius in Deciſion.* 288. *numero* 9. *Petr. Gregor. ſintagmat. Iuris Vniuerſ. libro* 9. *capit.* 7. *per totum. Ioachimus Hopperus de Vera iuris prudentia. libr.* 10. *Titul.* 2. *Quintilian. Mandoſius in Tract. de ætate minori. cap.* 5. *nu.* 49.

Dixit *Ariſtoteles Oeconomicorum lib.* 1. *cap.* 4.
397 Puellam duci debere vxorem, vt † viri moribus aſſueſcat, quia iuxta illud *Horatij*

Quo ſemel eſt imbuta recens. ſeruabit odorem
Teſta diù.

Puellas itaque circa ætatem decem octo annorum nuptui tradi docuit, maſculis annorum ætatem
398 triginta ſex, aut paulo circa. *Idem † Ariſtoteles Politicorum. lib.* 7. *cap.* 16. & ſimile etiam videtur dicere *Oeconomicorum in libris, & alibi ſæpe.* A Solone autem Athenienſium Legislatore didiciſſe Ariſtoteles poterat, qui humanam vitam in de-
399 cem partes † diuiſit, quarum quælibet ſeptem annorum eſſet, vt referens Solonis Verſus *Philo Iudæus de Mundi ædificio lib.* 2. *retulit illos ex Lilij Gregorij Giraldi interpretatione Andr. Tiraquellus de legibus Connubialibus in l.* 6. *Parte* 1. *Gloſſ.* 6. & *in Neonomologia. cap.* 3. quo in loco illos verſus ex Giraldo retuli, ſed alios, qui mihi ſunt viſi pulchriores ex Verſione, quam ego habeo *ex Sigiſ-*
400 *mundo Celenio authore,* † *& elegantißimo, & Doctiſsimo, & hos nunc referam, in quibus quinta ætas, quæ eſt à Solone ad triginta quinque annos declarata, & ſic illi dicunt.*

Impubes pueri ſeptem voluentibus annis
Tradunt, enatis dentibus eloquium.
Poſt alios totidem, diuorum numine dextro
Occultum pubis naſcitur indicium.
Annis ter ſeptem, prima lanugine malas
Veſtiet, ætatis robore conſpicuus.
Quartus id augebit, iam ſeptenarius, iſq;
Optima virtutis præferet indicia.
Adde alios totidem feſtinans ocius ætas
Coniugio monuit quærere progeniem.
Sexta ætas animo, ſi quid deeſt, addes, eaq;
Diſces quid deceat, quid quoque dedeceat.
At quæ ſuccedunt per proxima ter duo Luſtra
Ornabunt linguam dulcibus eloquijs.
Nona ætas languet, tum frigida membra retardat,
Virtutem non vnquam interitura animi.
At qui ſquis Decimam poterit contingere metam,

Iam tempeſtiuo funere conciderit.

401 Abraham in ſcriptura † ſacra decc annis vxore maior, vt habetur *Geneſ.c.*17. dum ipſe loquens dicit, Putas ne centenario naſcitur filius, & Sara nonagenaria pariet ? Cenſuit etiam Medicus *Aetius Tetrabili.*4. *Sermone.*4. *c.*26. Vt vir annum Trige-

402 ſimum † mulier decimum octauum attingat. Ex his dum Viri, & mulieris, qui matrimonio ſunt iungendi ætatis paritatem, metiri volumus, nõ ęqualem annorum numerum, ſed illam dicemus non eſſe diſparem; quæ maſculo maior, fœmina verò

403 minor, quo valeant † ſecundum ætatem generationi, & filiorum congruæ conceptioni vacare. Et etiam quia tunc vera, naturaliſq; pubertas plerumq; ſuccedere circa annum bini ſeptennij ſolet. *Authore Ariſtot. de Hiſtor. Animal. lib.*5. *c.*14. quod, & multis authoritatibus, & argumentis firmabat *Proſper Reginus Philoſophus, & Medicus Excellentiſſimus Apicinus* non ſolũ ornatus Latinæ Græceq; linguæ eloquentia, ſed & alter Galenus hoc tempore viuere dicatur ad ſummã grauiorũ Virorum ſpem natus, ſed, & morum, & ſingularis vitæ, elegantia clarus, ad ſingularia morborum remedia, & ſalutem periclitantia DEO optimo maximo, ad iuuante natus.

Oſculi, inferius hoc eodem titulo, mentionem

404 faciam, dum de matrimonij probatione † tractauero, ſic, & de Donationibus, quæ fiunt inter ſponſos, & inter virum, & vxorem, ſuos habebunt peculiares, ac proprios Titulos. Nunc de precibus, & ſacerdotibus, ac illorum benedictionibus dicendum erit.

Benedictio matrimonialis à Parocho, effuſis

405 antea DEO precibus, facienda † erit, vt inquit *Euariſtus, in c. alter.* ibi *(ſacerdotaliter, vt mos eſt, cum precibus, & oblationibus à ſacerdote benedicantur) c. Noſtrates,* ibi *(Cum oblationibus, quas offerre debent DEO per ſacerdotis manum ſtatuuntur, ſicq; demum benedictionem, & Velamen cęleſte ſuſcipiunt) c. Sponſus.* ibi *(Spõſus. & ſpõſa cum benedicendi ſunt) & quæ ſequuntur,* quæ iura ſunt. 30. *q.*5. & nouiſſimè *Concilium Tridentinum. Seſ.*24. *cap.*1. *de Reform. matrimonij,* vbi cauetur idem. *Mart. Nauar. in ſumma Confeſſariorum, cap.*22. *ſub nu.*83. *verſic. de Benedictione. Michael Timotheus, in praxi Viſitandi li.*2. *c.*11. *Tertio, vt benedictio. Borgninus Caualcan. in Deciſ. Finizan. in Deciſ.*12. *ſiue.*58. *ſub nu.*21. *ſeq. part.* 2. *ſequitur Petr. Cenedo. Collectan. Iuris Canonici. Parte.*2. *Collectan.*81. *nu.*8. *Paul. Fuſcus de Viſitatione, lib.*2. *cap.*3. *nu.*21. *verſic. benedictionem tamen. Ioan. Franciſcus Pauinus in Baculo Paſtorali, ſiue Tract. Viſitationum. Parte.*2. *q.*8. *verſ. Et adde, quod viduis.* Sunt præterea duę Conſtitutiones Iuris O-

406 rientalis *apud Bonefidium* † *Enimundum, lib.*4. *titul. de ſponſal. Petr. Greg. Sintagmat. Iuris Vniuerſi, lib.*9. *ca.*5. *nu.*8. *Abdias in Hiſtoria Apoſtolorum, l.*7.

407 in quo D. Matth. dicit, † A Deo benedicuntur coniugia, à DEO ſanctificantur, ac per ſacerdotem benedictiones à DEO ſpecialiter conſecrantur. *Tertullianus ad vxorem. l.*2. Vnde (inquit) ſufficiam

408 ad enarrandam fælicitatem eius † matrimonij, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & oblignatũ Angeli renunciant, pater ratohabet, quem refert. *Anton. Gubertus, de ſponſalib. & Matrimonijs. Titul. de Ritu Nuptiarum, nu.*123. *& ſeq.* Quid enim aliud fuit, niſi documentum à DEO datum, dum,

409 *Geneſis, ca.*1. dicitur, Maſculum, & fœminam creauit † eos, benedixitque illis DEVS, & ait, creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Sic etiam *Geneſis, cap.*9. habetur, Benedixitque Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos, creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Et benedictio erat illa ex fructu matrimonij, quam fecit DEVS Abrahæ, dum ei dixit, Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes Terræ. *Geneſ. cap.*22. et idem reiterauit *Geneſ. cap.*26. Et idem fecit Iſaac filio ſuo, dum dixit, Et benedicentur in te, & in ſemine tuo cuncte Tribus terræ. *Geneſ. cap.*28. Exemplum habe-

410 mus à Raguele dum tradidit Saram † filiam ſuam Tobiæ iuniori in coniugem, vt patet *Tobiæ. cap.*7. Et apprehendens dexteram filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicens, DEVS Abraham, DEVS Iſaac, & DEVS Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos, impleatque benedictionem ſuam in Vobis: Hinc fateri neceſſe eſt, quòd cum ſacramentum matrimonij à DEO fuerit inſtitutum, vt diximus, Ideo dicit ſcriptura, quòd Domus, & Di-

411 uitiæ dantur à parentibus † à Domino autem propriè vxor prudens, vt dicit *Salomon Prouerb. c.* 19. Inſtructus etenim fuerat à Dauid Patre ſuo, quòd non ſine cauſa dixerat. *Pſalm.*127. Vxor tua, ſicut vitis abundans in lateribus Domus tuę, filij tui, ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſę tuæ.

412 Et propterea B. Clemens Romanus † *Conſtitutionum Apoſtolicarum lib.*6. *cap.*28. dicit, Nuptias commendauerunt, benedictas eas appellantes, quoniam benedixit eis DEVS, Adiungam ijs, quod ex Imperatore Leone dicit *Gerardus Maynardus in Deciſion. Tholoſan.* 55. *nume.*12. *lib.*4. In primis nuptijs Sacerdotis benedictionem in tan-

413 tum † requiri, quòd matrimonium aliàs factum, nullum ſit allegat. *l. ſancimus. C. de nuptijs.* quæ eſt Iuſtiniani. Nec in Codice Theodoſiano illa reperitur. Verum eſt inter *Nouellas.* 119. cu-

414 ius iſta ſunt verba. Sicut adhibitis † Sacris precationibus, adoptionem perfici præcepimus, ità etiam Sacræ benedictionis teſtimonio, matrimonium confirmari iubemus. Quòd ſi aliter matrimonium contrahatur, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos, qui contraxerunt, matrimonij Iure potiri volumus.

Offert Parochus, ſiue Sacerdos preces, & ſa-

415 crificium, dum benedicendi † in Eccleſia ſe offerunt, comitati comitiui parentum, conſanguineorum, coniunctorum, affinium, & amicorum, & in Sacrificio altaris proſequitur preces oratio-num, in hunc modum.

DEVS, qui tam excellenti miſterio coniugalem Copulam conſecraſti, vt CHRISTI, & Eccleſiæ Sacramentum præſignares in fœdere nuptiarum, præſta

quæſu-

416 *quæsumus, vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur.*

Super illos dicit

Propitiare Domine supplicationibus nostris, & institutionibus tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste, vt quod te authore iungitur, te auxiliante seruetur.

DEVS, qui potestate virtutis tuæ de nihilo cuncta fecisti, qui dispositis vniuersitatis exordijs, homini ad imaginem DEI facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, vt fœmineo corpori de Virili dares carne principium, docens quod denuò placuisset institui, nunquam liceret dsiungi.

DEVS, per quem mulier iungitur viro, & societas principaliter ordinata, ea bene ✠ dictione dotatur, quæ nec sola per originalis peccati pœnam, nec per Diluuij est ablata sententiam.

Super Sponsam solam

Respice propitius super hanc famulam tuam, quæ maritali iungenda consortio, tua se expetit protectione muniri, sit in ea iugum dilectionis, & pacis, fidelis, & casta, nubat in CHRISTO, imitatrixq; sanctarum permaneat fœminarum, sit amabilis, vt Rachel Viro suo, Sapiens, vt Rebecca, longeua, & fidelis, vt Sara, nihil in ea ex actibus suis ille author prævaricationis vsurpet, nexa fidei, mandatisq; permaneat vni Thoro iuncta, & tactus illicitos fugiat, muniat infirmitatem suam robore disciplinæ, sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis cœlestibus erudita, sit fœcunda in sobole, sit probata, & innocens, & ad Beatorum requiem, atque ad cœlestia Regna perueniat.

Super vtrosque

Et videant ambo filios filiorum suorum vsque ad tertiam, & quartam generationem, & ad optatam perueniant Senectutem. Pax Domini sit semper vobiscum.

Super eosdem

DEVS Abraham, & DEVS Isaac, & DEVS Iacob, sit vobiscum, & ipse impleat benedictionem suam in vobis, & videatis filios filiorum vestrorum vsque in tertiam, & quartam generationem, & posteà vitam æternam habebitis sine fine, adiuuante Domino nostro Iesu CHRISTO, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat DEVS per omnia secula seculorum. Amen.

417 Et ista Oratio, & Benedictio, quæ † fit à Sancta Ecclesia, sumpta est, ab illa *Tobiæ. cap.* 7. vt supra allegauimus. Et hodie iam damnantes matrimonij benedictiones, & alias cæremonias, quibus Ec-

418 clesia † vtitur anathemate afficiuntur vt *per Concilium Tridentinum session.* 24. *de sacramento matrimonij Canone* 11. *In c. Si quis dixerit prohibitionem.*

Secundas nuptias, siue bigamiam contrahen-

418 tes mulieres, benedictiones de nouo habere † non debent cum eadem benedictio iterari non debeat *Alexander Tertius in c.* 1. *& Vrbanus.* 3. *in c. Vir autem, extr. de secund. Nupt. Ioannes Sotteallus in summa Pœnitentialium. §. Nuptiæ, n.* 3. Et hæc iteratio tamquam semel facta, quoad mulierem reiterãda non est, cum illa habuerit benedictionẽ per orãtionem supradictam *Incip. Respice propitius.* respiciens tum in prole ex eius persona suscipienda, in qua Ecclesia sancta expleuit, & cõpleuit solemnitates suas, ne videatur in illa benedicenda, defectiuam fuisse, licèt multa quoad hoc dixerit *Martin. Nauar. in summa confessar. cap.* 22. *sub nume.* 83. cuius dictis, quoad hoc respondere minimè congruit. Orationes autem benedictionis supradictas faciendas esse in Virginibus nubentibus, quæ nunquam illas habuerunt, non arbitrarer malum, quod post *D. Thomam, & Astesanum.* voluit *Henricus Bohic. in dicto c. vir autẽ* sequitur *Menochius de Arbitrar. Iud. quæst. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 417. *n.* 10. *D. Thom. hoc* tenuit *in* 4. *sent. dis.* 42. *& sequitur Angel. Clauas. in Verb. Nuptiæ.* quid enim si virgo nuberet cum viro viduo, quo mortuo iterum nuberet, an debebit stare sine alia benedictione si nuberet viro, qui aliam vxorem non habuit? benedictiones quas in nuptijs

419 Adam, & Abrahæ reiterauit DEVS † in Noe, & filijs, ac in nuptijs Saræ vxoris Thobiæ Iunioris, fuerũt iteratæ, licèt habuisset septem viros, quamquam illorum nullus matrimonium consumauit. dico *infra Titul.* 2. *in Verb. secundæ nuptiæ, nu.* 25. *& sequentib.*

Sponsaliorum causa efficiens est voluntas, &

420 consensus contrahentium, per † verba futuri temporis expressus. *l. sufficit l. sponsalia. ff. de sponsalib.* per quę inducitur promissio futurarum nuptiarum, & fortè accedat Anuli subharratio, Iuramen-

421 tum, & fortè accedat datio arrharum, vel non *c.* 1. *Vbi. DD. extra de sponsal. duor.* causa materialis

422 † personæ contrahentes masculi, & fœminæ per se, vel per alios. *l. In sponsalib. ff. de sponsalib.* Cau-

223 sa † formalis, sunt verba prolata, quæ expressserunt consensum, & voluntatem, de quibus su-

234 pra diximus. Causa † finalis, vt per sponsalia contracta fiant nuptiæ, siue matrimoniũ per sponsalia promissum. *c. penul. extra de sponsalib. Ioachim. Hopperus de Vera iuris prudentia. lib.* 10. *Titul.* 2.

Matrimonij efficiens remota causa est, DEVS,

425 qui, vt diximus, matrimonium † in Paradiso instituit. *capit.* 1. *extra de frigid. & malefic. capit. mulierem.* 33. *quæst.* 5. Sed propinqua causa est ius diuinum, ius naturæ, ius gentium, ius ciuile, ius canonicum. Nam matrimonium quoad institutio-

426 nem, est † iuris Diuini; Quoad coniunctionem,

427 est Iuris naturæ; † Quoad consensum, est iuris

428 gentium, † Quoad pacta dotalia, & stipulationes, est iuris ciuilis; Et quo ad solemnitates, & prohibitiones certorum graduum, est Iuris Diuini

429 simul, & Canonici. Propriè, tamen per verba de præsenti consensus declaratus, est causa ef-

430 ficiens matrimonij, † vt dicitur in *capit. suffi-*

431 *ciat.* 27. *quæst.* 2. Causa † materialis est † vnus

432 masculus, & vna fœmina, sub vno nomine coniugum, ob indiuiduam Vitæ consuetudinem comprehensi, iuxta illud. *Genes. capit.* 2. Et erunt duo in carne vna, comprobatum. *Matthæi. ca-*

433 *pit.* 19. causa formalis sunt † illa verba de præ-

ſenti, & ſolemnitates Eccleſiaſticæ ſupra narratæ, ſubharratio anuli, dos, donatio propter nuptias, conuentiones, nuptialis celebratio, ad Eccleſiam traductio, oblatio, benędictio Sacerdotis. & alia, de quibus *in c. Sponſus. c. aliter. c. nullum, c. qualis.*
434 30. *q.* 5. in his enumerabuntur, liber † homo, ætatis legitimæ, eiuſdem conditionis, & ſectæ, in gradu non prohibito, & alijs legitimis conditionibus ad contrahendas nuptias conuenientibus,
435 de quibus dictum eſt. Cauſa finalis † eſt ſobolis procreatio, & fornicationis vitatio, & ſunt principales cauſę, de quibus poſt *Apoſtolum Paulum* habetur *in cap. In præſentia. extra de Sponſalib. & matr. c. pen. de Frigid. & Maleficialis* de his omnibus agit *Magiſter Sententiarum lib. 4. Diſtinct. 27. per Totam. & ibi DD.* & optimè declarauit præfata omnia *Doctiſſimus Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 4. Titul. 1 per totum. Gloſſ. in c. Tuanos. in Verb. Hæc forma, de Sponſal.* tenuit, quod ver
436 ba ſint forma, † & conſenſus ſit materia. *Riccard. autem in dicto 4. ſententiarum diſtinct. 26. q. 2. Articul. 4. dixit*, quòd Verbum primo prolatum ſit materia. Et verbum ſecundo prolatum, eſt forma,
437 quia † ſicuti verbum accedens ad elemenrum facit ſacramentum, ſic verbum accedens ad verbum precedēs, qui dicit accipio te in meam vxorem, eſt forma huius, ſcilicet dicēdo, & Ego te accipio in meum virum, vel è contrario. quos ſequitur *Angel. de Clauaſio in ſumma.* §. *matrimonium. il* 1. *nu.* 2. & quoad materiam, & formam Matrimonij, videtur idem ſentire *D. Thomas de Aquino in dicto lib. 4. ſentent. Diſtinct. 26. q.* 2. *Articul.* 1. *Didacus Spino in Specul Teſtamentor. Gloſſ.* 15. *nu.* 13. ſed benè explicat *Ioſephus Angles Florum Theolog. Titul. de Eſſentialibus Matrimonij. qu.* 1. *Articul.* 4. *Diffinit.* 2. *Incip. Variæ ſunt.* Videndus eſt etiam *Martin. Nauar. in Summa Confeſſar. cap.* 22. *nu.* 20. Dicere, quod Matrimonium non habeat materiam, neque formam Hæreticum eſſe dicit *Paulus*
438 *Griſal. Deciſion.* † *Catholicar.* §. *Matrimonium. n.* 36. quia de illis loquitur *Concilium Florentinum, & eſt opinio tantorum Sanctorum, & Doctorum, licèt ſit opinionum diuerſitas, in quibus conſiſtat.*

Omni anni tempore Matrimonij ſacramētum,
439 & illius ſolemnitates fieri poſſe, prętерquam † in quadrageſima, vt in anno Domini Noſtri. IESV CHRISTI 364 in Cōcilio Laodiceno apud Laodiceam Phrigiæ Pacatianę ciuitatem per Aſiæ Epiſcopos habito, poſtmodum Cōprobato in Sex-
440 ta † Synodo Generali apud Trullum habita. Inquo *Concilio Loadiceno. cap.* 52. Ita habetur. Non oportet in quadrageſima, aut Nuptias, vel quæli-
441 bet † Natalitia celebrare. cuius diſpoſitio habetur. *in c. Non oportet.* 33. *q.* 4. *& ibidem c. Non licet. & c. Non oportet.* quod fuit habitum ad Illerdam Hiſpaniæ Vrbem, in quo ità diſpoſitum, quoad nuptias fuit. Non oportet à Septuageſima, vſque
442 ad octauam † Paſchę, & Tribus Hebdomadibus ante feſtiuitatem Sancti Ioannis Baptiſtæ, & ab Aduentu Domini vſq; poſt Epiphaniam nuptias celebrare, quod ſi factum fuerit, ſeparentur. & habetur *in cap. Capellanus. extra de Ferijs* Sed ſacrum *Tridentinum Concilium* ità cauit. Ab Aduentu Domini Noſtri IESV GHRISTI vſque in Diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vſq; ad Octauam Paſchatis incluſiuè, antiquas ſolemnium Nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſeruari, Sancta ſynodus præcipit. In alijs verò temporibus, nuptias ſolemniter celebrari permit-
443 tit, quas † Epiſcopi, vt ea, qua decet, modeſtia, & honeſtate fiant, curabunt, ſancta enim res eſt matrimonium, & ſanctè tractandum. ita habetur *in Concil. Tridentino. Seſſion.* 24. *de Reformat. Matrimonij. cap.* 10. *Incip. Ab aduentu. & habetur ibidem in Canone.* 11. de his *Martin. Nauarr. in Summa Confeſſar. cap.* 22. *nu.* 71. *Ioannes Sotteallus in ſumma Pontificalium.* §. *nuptiæ. nu.* 5. *Antonius Gubertus de Sponſalibus, & Matrimonijs. Titul. de Ritu Nuptiarum. num.* 20. *Angel. de Clauaſio. in ſumma.* §. *Matrimonium.* 3. *Impedimento.* 2. *in princip.*

Tempora tamen, Quòd Sponſalia, vel matrimonium per verba de præſenti, his etiam temporibus fieri poſſunt, ſolum modo benedictio Sacerdotalis, & traductio coniugis ad domum illis tem
444 poribus prohibita † ſunt. vt poſt *D. Thomam. & Petrum de Palude in 4. ſent. Diſtinct. & Caietanum, ac Sylueſtrum* voluit *Nauar. in dicto cap.* 22. *nu.* 71. Quibus adde *Gloſſ. & Panor. in dicto. c. Capellanus. de Ferijs. Aſteſan. in ſumma. lib.* 8. *titul.* 30. *Angel. de Clauas. in ſumma. in dicto.* §. *matrimonium.* 3. *Impedimento* 2. *nu.* 2. dum dicit, his diebus impe-
445 diri ſolemnitates nuptiales & ſolemnes † traductiones, & nouam carnis commixtionem, vbi an peccetur mortaliter? de quo vide *eundē Nauarrum vbi ſupra.*

Tempera Secundò, quòd licèt contrahens matrimonium his temporibus prohibitis, ſeparentur
446 † tamen intelligitur temporariè, non perpetuò. vt in dicto *cap. Non oportet. il* 2. 33. *q.* 4. voluit *gloſſ. ibidem in Verb ſeparentur.* & dicam infra.

QVARE Nuptias celebrari his duobus temporibus ſancta Eccleſia prohibuerit, Ab Aduentu Domini ad diem vſq; Epiphaniæ. Et à Die quar-
447 ta † cinerum, ſcilicet primo die quadrageſimę, ad diem vſque octauum Paſchatis incluſiuæ? Vt aliquam rationem reddere valeam, altius aliqua tangenda ſunt, ex quibus pateat Sanctam Eccleſiam, quę Spiritu Sancto, dirigitur, cōgrua ex cauſa id feciſſe.

DEVS Optimus Maximus, ex ſuo imperſcruta bili, & altiſſimo iudicio ad opprimendam antiqui hoſtis Diaboli, arrogantiam, atque pro humani
448 generis † ſalute filium ſuum Vnigenitum in ſacra antiqua ſcriptura, Sanctorum Patrum, ac Prophetarum medio, Idq; ex ore Iacob patriarchæ dixit *Geneſ. cap.* 49. Non auferetur (inquit) ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium, & prophetijs alijs, mittere promiſit à Die æternitatis, de quo Dauid *Pſalm.* 2. Filius meus es tu, Ego

hodię

hodie genui te. *Et Pſalmo.49.* DEVS manifeſtè
veniet DEVS noſter, & non ſilebit, & iterum ad-
uentum illius ſollicitans *Pſalm. 79.* inquit Excita
potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos.
Vocat illum Sponſa *Canticorum. capit. 5.* Veniat
(inquit) dilectus meus in hortum ſuum, & come-
dat fructum pomorum ſuorum. Promittebat fi-
lium ſuum Dominum noſtrum IESVM CHRI-
449 STVM apud *Eſaiam c.7.* dum dixit. Ecce † Vir-
go concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen
eius Emanuel, vt ſciat reprobare malum, & eligere
bonum. *Et apud Aggeum cap.2.* dicit, Et veniet
deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum
iſtam Gloria. Hic tandem à Mundi creatione tam
450 diù expectatus, figuratus † in Aduentu Dauid
in Nobæ. Moſis in Ægypto, Ezechielis ad Apoſta-
tas, Heliæ ad Acab, Neemiæ in Iudea, Eſaiæ in Hie-
roſolyma, Iſaac in Gerara, Abacuch in Babilonia,
Ionæ in Niniue. Et tandem tempore congruo à
DEO determinato, promiſſa impleta ſunt iuxta il-
451 lud Salomonis † *Sapientiæ capit. 18.* Cum enim
(inquit) quietum ſilentium tenerent omnia & nox
in ſuo curſu medium iter haberet Omnipotens ſer
mo tuus exilienr de cælo à Regalibus ſedibus ve-
nit. de cuius aduentu teſtantur *Matthæus.cap. 1. &*
cap.2. Lucas.cap. 1. & cap.2. dum in eius Euangelio
ſcriptum eſt, Paſtoribus Angelum dixiſſe, Nolite
timere, ecce euãgelizo vobis gaudium magnum,
quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie
Saluator, qui eſt CHRISTVS Dominus in Ciui-
tate Dauid. *Et Ioannes cap. 1.* dum dicit, Verbum
Caro factum eſt, & habitauit in nobis. Dum ſuper
Cantic. capit.2. Homelia 38. Natiuitatem, aduen-
tumq; Domini ſcribetet *Gregorius* Vultis (inquit)
ſaltus eius agnoſcere, de Cælo venit in vterum,
452 † de vtero venit in præſepium. Idem *Gregorius*
lib.3. Moralium. Mediator (ait) DEI, & hominum,
vt culpas noſtrę tranſgreſſionis extingueret, venit
mortalitatis noſtræ flagella tolerare, & qui patri
æqualis eſt per Diuinitatem, propter nos venit ad
flagella, per carnem. *Et Ioannes Chriſoſtomus Ho-*
453 *milia.5.* Scio, † quòd caro verbum factum eſt, &
quomodo factum ſit neſcio. Mirans, quia ego ne-
ſcio, omnis creatura ignorat. *Ambroſius contra Hæ-*
454 *reticos* inquit, Scrutari nos non licet † diuina mi-
ſteria, licet ſcire, quod natus ſit, non licet ſcire, quo
modo natus ſit, hoc enim quærere metus eſt, ineffa-
bilis enim eſt illa generatio, Vnde Eſaias, Gene-
455 rationem eius, quis enarrabit † Hæc humanum
ſenſum, & intelligentiam Mundi excedit, hoc non
capit humanæ Intelligentiæ ratio. Vnde *Bernar-*
dus ſuper Cantica. Fratres generationem iſtã, quis
456 enarrabit, Angelus † nunciat, Virtus obumbrat,
ſubuenit ſpiritus, Virgo credit, Virgo parturit,
Virgo permanet, quis non miretur? Naſcitur Ver-
bum infans, & agnoſcitur, *Hugo de ſancto Victore*
in lib. de Sacramentis. Nulla (inquit) cauſa venien-
457 di fuit, niſi peccatores † ſaluos facere, Tolle mor-
bos, Tolle Vulnera, & nulla cauſa eſt medicinæ.
458 *Caſſiodorus ſuper illud Pſalm. Hæc Dies.* † Licèt
DEVS cunctos dies creauerit, tamen hunc diem
feciſſe dicitur ſingulariter, qui CHRISTI Domi-
ni Natiuitate ſacratus eſt, in quo meritò exultari
conuenit, & lętari, quoniam in eo, & Diabolus ius
perdidit, & ſalutem Mundus accepit. Et vt Do-
mini Aduentus mũdo innoteſceret, & manifeſtus
fieret, Trium Regum Aduentu voluit teſtimonio
comprobare, qui Stella Duce ab Oriente profecti
459 Hieroſolymam, Vidente † Herode Magno Rege,
ac Templi Sacerdotibus, omniq; populo, vt ſolet
in acceſſu tot magnorum Principum peruenien-
tes; inde in Bethleem Supplices puerum adorant,
ei munera, Aurum, Thus, & Myrrham offerentes
460 Thus † Vti DEO, Myrrham, vt homini, & Au-
rum Vti Regi. patet *Matthæi cap.2.* de His *Athana-*
ſius Variarum quæſtionum lib q.2. Tertullianus con-
tra Marcionem. li.3. D. Antoninus. Parte 1. Titul.6.
Paulus Oroſius Hiſtoriarum libr.6. cap 18. libr.7. in
Proœmio. Eutropius Rerum Romanarum li.7. cap.2.
inquit, Natus eſt CHRISTVS, cuius Aduentui
461 pax famulata eſt, † In cuius ortu audientibus
hominibus exultantes Angeli cecinere, Gloria in
Excelſis DEO, & in terra pax hominibus bonæ
voluntatis.

Hinc pro Dominici Aduentus lętitia, & gau-
dio, canere cępit Sancta DEI Eccleſia, Rorate cęli
462 † deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur
Terra, & germinet Saluatorem. Veni Domine, &
noli tardare, relaxa facinora plebis tuę. Item, Ho-
die ſcietis, quia veniet Dominus, & ſaluabit nos,
& manè videbitis gloriã eius. Item, Craſtina die
delebitur iniquitas terræ, & regnabit ſuper nos
Saluator Mundi. Lux fulgebit hodie ſuper nos,
quia natus eſt nobis Dominus, & vocabitur admi
rabilis DEVS, Princeps pacis, pater futuri ſæculi,
cuius Regni non erit finis. Item exulta filia Syon,
lauda filia Hieruſalem, ecce Rex tuus venit San-
ctus, & Saluator Mundi. Item, Puer natus eſt no-
bis, & filius datus eſt nobis, cuius Imperium ſuper
humerum eius, & vocabitur nomen eius, magni
Conſilij Angelus. Item omnes de Saba venient,
aurum, & Thus deferentes, & Laudem Domino
annuntiantes. iuxta dictum *Eſaiæ cap.60.*

His itaq; temporibus, Sancta DEI eccleſia, ob
natiuitatem & Aduentum Domini, magnas cu-
ſtodit, atque colit feſtiuitates, illis tamquam re-
463 bus † magni ponderis, & grauiſſimis, tamquam
memoria perenni dignis, tum lætitia, & gaudio
vacandum eſſe rectius iudicauit, & impediri pla-
cuit Nuptiarum feſtiuitates, vt maioribus, & Di-
uinis, reſpicientibus DEI particularem hono-
rem, vacarent, omiſſis tunc Nuptialibus, in qui-
bus aliqua fieri ſolebant, quæ non ſolum fieri, ſed
aſpernari, quandoq; deberent. Hinc in Templo
Domini, vt in diebus Feſtis cum lætitia, & gaudio
in illis Populus vacaret, & templi feſtiuitates ob-
464 ſeruarent † Viginti quatuor mille Cantores, vt
Domino organis canerent, quæ diuerſi generis
erant, Tubę, Cymbala, Pſalterij, & Cytharæ con-
ſtituit *Dauid lib. 1. Paralip. cap.23. & lib.2. cap.7.*

Sacer-

465 Sacerdotes canebant Tubis, † lęuitæ, & Cantores, qui erant ſub Aſaph, ſub Heman, ſub Idithun filij, ac fratres eorum veſtiti byſſinis, Cymbalis, Pſalterijs, & cytharis cõcrepabant ad altaris Orientalem plagam. Itaque voce, Tubis, & cymbalis, & organis diuerſi generis concinentibus, ac voces in ſublime tollentibus longè ſonitus audiebatur ita vt cum laudare cępiſſent, & dicere, Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſe-
466 culum † miſericordia eius. Implebatur Domus DEI nube. Quibus in Cęlo lętitiam fieri apparebat. Quanto plus hodie in Feſtiuitatibus Sanctæ Eccleſiæ gaudium ſit in Cælo, dum in toto orbe chriſtiano vnico, & eodem tempore, audiũtur tot preces, laudes, benedictiones, ſacrificia, odores, & ſuffumigia, Thuris, balſami, ſtoracis, aliorumque
467 Aromatum, Cantorum, † modulantium Voces, Tubarum, cymbalorum, & organorum ſymphoniæ, & Nolarum, ſiue Campanorum ſonitus, ſingulis horis, nocturnis, atque diurnis. Vnde dicere poſſumus, non mirum ſi iſto tempore, & diebus ſileant gaudia malorum, tamquam ſtulta, vt dicit *Auguſtin. de Agone Chriſt. cap.* 7. Et exerceantur
468 feſtiuitates, & gaudia Sacerdotum, † & perſonarum vacãtium in Eccleſijs, & monaſterus, cultui,
469 & ſeruitio Diuino dicatis. Et è conuerſo † à Die cinerum vſq; ad Paſchæ Reſurrectionis octauam sũt dies memorabiles quadraginta, numerus multiplicetur conſecratus, In deſerto enim Dominus annis quadraginta filios Iſrael Angelorum pane pauit. Quadraginta hebdomadas ſtetit in vtero Virginis. Quadraginta mẽſibus prędicauit. Quadraginta diebus in deſerto ieiunauit. Quod, & in eius figura fecerat Moſes. Sunt itaq; dies Ieiunij miſteriorum, & paſſionis Domini noſtri IESV CHRISTI, dies Planctus, & Lamentationum, ideo ſingulis annis librum Threnorum, & lamen-
470 tationum † Ieremiæ prophetę reiterando decantat, vt ieiunijs vacemus, oratione, & Eleemoſina. *Iob. cap.* 3. & ideo non mirum, ſi eo tempore feſtiuitates nuptiales prohibeantur, ex illis enim cum puellis, & mulieribus conuerſatio ſi continuaretur periculoſa illa eſſet, quia, vt dicit Hieronymus, Hoſpitiolum tuum, aut rarò, aut nunquam
471 mulierum pedes terant, quia † non poteſt cum toto corde cum DEO habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur. *c. Hoſpitiolum.* 32. *Diſtincti.* Nec enim decens eſſet, Eccleſiam luctui, & fletui vacare, & homines in ea eodem tempore Voluptatibus attendere.

Per hæc interualla, quibus nuptiales feſtiuitates ab Eccleſia interdictæ fuere, nonnulla euitabantur, partim probra, & Turpia, aut bonis moribus non conuenientia, quæ diuerſis modis fieri apud quaslibet nationes ſolebant. Dotis conſtitutio ante omnia fieri ſolebat in matrimonio, quia
472 Iuſtinianus Imperator improbat † Armeniorum mores, qui abſq; dote filias ſuas collocabant. vt patet *in Nouella.* 21. Vt etiam fuiſſe apud Germanos ſeruatum, narrat *Cornelius Tacitus de Moribus Germanorum.* neq; aliter matrimonium ſine dote
473 legitimum † erat. *c. Aliter. c. nullum.* 30. *q.* 5. Nunc autem matrimonium abſq; dote fieri poteſt. *l. cum multæ. in princ. C. de Donat. ante nupt.* cum amore,
474 & affectu nuptiæ contrahi debeant † *l. fin. C. de Repud.* & ſit patris officium filiam dotare, *l. fin. C. de Dotis promiſſ. l. obligamur. §. lege. ff. de actionib. & obligat. l. qui liberos. ff. de Ritu Nupt. Marcus Mantua Dialog. Denarrator. claſſe.* 4. *cap.* 28. *nu.* 1. *Petr. Gregor. ſintagmat. Iuris Vniuerſi. libr.* 9. *cap.* 18. *num.* 5. *Ioacchim. Hopper. de Vera iuris prudentia. libr.* 10.
475 *Titul.* 2. ſed dotis conſtitutionem † omni tempore fieri poſſe, nec ſub iſta Sanctæ eccleſiæ prohibitione nuptiarum illas comprehendi, de illa DEO duce in ſuo de Dote Titulo tractabimus.

Feſtis diebus apud Romanos Virgines nubere
476 non † poterant, quia ob memoriam, quòd die feſto raptæ apud Sabinos Virgines fuere, & quòd ob eam cauſam exortum bellum inter ipſos fuiſ-
477 ſet; Viduæ tamen nubere † poterant, quia diebus feſtis lętitiæ, & hilaritatis plena omnia eſſe debent, & idcirco conueniat iſta hilaritas viduis ſecundo, vel vltra nubentibus; Virgines autem dum nubunt doleant. vt reddit rationem *Plutarchus in Problem.* 105. & idcirco feſtis diebus non nuberent Virgines. Hanc Plutarchi rationem ego non probarem, quia & ſi videantur, dum Viduæ Nubunt, priſtinæ dulcedinis ſpem conſequi, & ad explenda carnis deſideria, viam ſibi denuo parari, non tamen adeo ſufficiens erit hæc conſideratio, quin maritum, quem tũc capturum parat confideret; Num primò ęqualis ſit, ac in omnibus coniugalibus actibus illi correſpondeat, ne fortè dicat, primum melioribus conditionibus fuiſſe, ac optimè illam tractaſſe. iuxta dictum *Accurſij. in gloſſ. in Verb. apparentem in Auct. ent. de fideiuſſ. in princ.* Memores ſunt viduæ locorum, in quibus
478 primę † Nuptiales actæ ſunt feſtiuitates, *hinc Phalaris Teucro ſcribens Epiſtola.* 115. Philodemi filiabus, quæ nupſerant, inquit, Aedes, in quibus, & Leontes, & Theano (nomina erant puellarum) primum coiere, vt nunc habent, in poſterum quoque habeant, permittas, neq; his Hymeneum laribus amoueas, vbi celebratus eſt, dignum donum, & quòd his, qui accepturi ſunt, probetur, eas arbitramur, Cariſſima enim coniugibus loca ſunt,
479 vbi prima virginitatis vincula † ſoluerunt. Ex quibus quandoq; ſcriptum reperimus, à viduarum nuptijs abſtinendum, de quo *Ioannes Neuizanus in ſylua nuptiali. lib.* 2. *§. ſeni non eſt nubendum. num.* 30. *cum pluribus ſeq.* quod, & dixerat *E-*
480 *zecchiel cap.* 44. qui viduam, † & repudiatam, ne Sacerdotes acciperent, prohibuit. de quo reddens rationem *D. Hieronymus in libr. de Veſtibus Sacerdotalibus ad Fabiolam*, dicit, ne illa priſtinarum
481 † meminerit voluptatum. Quod, & refert *Andr. Tiraquel. l. de Legibus connubialibus. l.* 6. *ſub. num.* 4. Licèt alia poſſit confiderari ratio, cum DEVS prohibeat Sacerdotes ne nubant viduis, non autem prohibuit viduas ſacerdotum. Quo verò ad Vir-

gines

gines quòd doleant dum nubunt, contrarium credendum eſt, *cum Gloſſa. in c. Viduas. il* 1. 27. *q.* 1. *in Verb. Vſæ ſunt, ex D. Hieronymo* dicat, Libido in
482 Virginibus † maiorem patitur famē, dum Dulcius eſſe putant, putant, quod neſciunt. Quod ſcripſit *Hieronymus in libello de Vitando ſuſpecto contubernio.* Ex quibus *ex D. Thoma de Aquin. in* 4. *ſententiarum referente D. Antonino Archiepiſcopo Florentino. in ſumma Parte.* 2. *Titul.* 5. *cap.* 7. *Matthæ. de Afflictis in Conſt. Regni incip. Si quis rapere. ſub nu.* 4. *verſ. ſed quæro, quæ ratio,* dicit, quòd Virgo for-
483 tius impugnatur † tentatione Carnis, quàm alij per modum curioſitatis, quaſi appetentes experiri quantitatem, & qualitatem delectationis Venereæ, quam non eſt experta. Ex quibus arbitror, non dolentes eſſe Virgines dum nubunt, ſed hila-
484 res † nec ſufficientem fuiſſe rationem à Plutarcho redditam, ſed cum *Lucius Moderatus Columella Rei Ruſticæ. lib.* 2. *cap.* 24. quòd Iure Pontificum Romanorum non licebat ferijs diebus foſſas No-
485 uas facere, ſed veteres tantum tergere † Verrius Flaccus Pontificij Iuris peritiſſimus, feſtiuiter dicere ſolebat, Ferias idoneas magis eſſe viduis, quàm Virginibus ad nubendum, tamquam foſſæ
486 Veteres ſint Viduæ, Virgines † Nouæ. cuius dicti meminit *Macrobius Saturnalior. lib.* 1. *cap.* 15, *& Philippus Beroaldus annotationum ad Columellam. in Verb. Foſſæ.* & alibi etiam retuli. Idibus, & Calendis, & Nonis, tamquam diebus feriatis ſimiliter Virginum nuptiæ deuitabantur. Macrobius in loco allegato, de quibus rationem ceddit *Feſtus Pompeius in Verb. Nonarum.* Quia Decreto Pontificum ij dies, Nonarum, Iduum & Calendarum
487 atri † iudicati ſunt, & à Nuptijs alieni habentur, quòd quotieſcunq; Romani Duces belli gerendi gratia his diebus ſupplicarunt, malè Rempublicam geſſere. De his Calendis, Idibus, & Nonis, & quòd Atri dicerentur Latè *Varro de lingua Latina. lib.* 2. Quare autem menſe Maio nuptiæ apud Ro-
488 manos non fierent, † de quibus loquitur *Ouidius lib.* 5. *Faſtor.*

Menſe malas Maio nubere Vulgus ait

de quo, plures conatur reddere rationes *Plutarchus in Problemate.* 86.

Ritus diuerſi Romanorum, aliarumque gentium Nuptiales, licet ſeneſcente quaſi Mundo, aboliti, vel ad meliorem, & honeſtiorem viuendi
489 vſum † deducti, ſummis Pontificibus, & Prælatis ſanctæ Eccleſiæ, Magnisq; Chriſtianis Principibus, ac Rebus publicis ad moderatæ, & optimæ normam Vitæ leges ordinando, ſuperſunt tamen adhuc quo ad Nuptias nōnulla antiquorum Nuptialium Rituum veſtigia, quæ, & ſi ſapiant, & habeant illorum quædam principia, fiunt tamen eo modo, & Ritu, quos à chriſtianis optimis moribus non admodum reprobentur, Anuli enim, do-
460 tes, donaria, † vt dictum eſt etiam nunc apud coniugatos, obſeruantur.

Viſitationes Amicorum, conſanguineorum, affinium copioſus ſemper numerus adeſt, concurrentes, de coniugijs lętantur, & Romanorum mo-
491 re † omnia bona, fauſta, fęlicia, & bene fortunata illis præcantur. Hoc fecerunt Hebręi cognati, dum Rebeccam ad ſuum Sponſum Iſaac miſe-
492 runt *Geneſis. capit.* 24. Creſcant † (dixerunt) in Mille millia, poſſideat ſemen tuum, portas inimicorum ſuorum. Et dū Booz vxorem duxit, *Ruth. cap.* 4. dicunt aſtantes, Faciat Dominus hanc mu-
493 lierem, † quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael, vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethleem, fiatque domus tua, ſicut domus Phares, quem Thomas peperit Iudæ, de ſemine, quod tibi dederit Dominus ex hac puella, Et ſic Raguel precatus filiæ, & Tobia
494 coniugi *Tobiæ.* 7. DEVS † Abraham, & DEVS Iſaac, & DEVS Iacob Vobiſcum ſit, & ipſe coniugat vos, impleatq; benedictionem ſuam in Vobis. Eodem modo Gabelus *Thobiæ. ca.* 9. dicit, Be-
495 nedicat † te DEVS, quia filius es optimi Viri, & Iuſti, & timentis DEVM, & elemoſinas facientis, & dicatur benedictio ſuper vxorem tuam, & ſuper parentes veſtros, & videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum, vſq; in tertiam, & quartam generationem, & ſit ſemen Veſtrum benedictum à DEO Iſrael, qui regnat in ſecula ſeculorum.

496 Conuiuia, & Cenæ Nuptiales † vſu fuere, nam *Geneſ. cap.* 29. Dum Iacob dixit ad Laban, da mihi vxotem meam, quia tempus impletum eſt, vt ingrediar ad illam, qui vocatis multis amicorum
497 turbis † ad conuiuium, fecit nuptias. Eodem modo Nubente Sampſone, vt patet *Iudicum. cap.* 14. *apud Tobiam, cap.* 9. Apud Tarentinos proximis vtrinque in conuiuium vocatis, manducantibus Sponſo, & Sponſa eadem manu, non tamen ſua, matrimonium perficiebatur, ità, vt cibus ijs ab alijs porrigeretur, aliter ſi feciſſent coniugium
498 nullum erat, † vt ſcribit *Ianus Iuuenis de antiquitate & varia fortuna Tarentinorum. lib.* 4. *cap.* 3. *in fin.* & ità intelligenda ſunt, quæ de illis ſcribit *Petrus Gregorius Sintagmatum Iuris Vniuerſi. lib.* 9. *cap.* 5. *nu.* 46. Nunc idem Ianus ibidem dicit, loco illius antiqui vſus eſt quòd vxor mariti domum ingreſſa, ab aliquo vtrique coniuncto ad os
499 coniugum porrigitur aliquod dulce † ex melle, vel Saccaro conditum quo, ſit boni ominis iudicium, eos in pace dulciſſimè conuicturos. Hinc autem non ſolum in Italia, ſed vt audio, apud omnes Chriſtianos vſus agitur, vt conuiuia lęto ani-
500 mo fiant in Nuptijs, in quibus † vtriuſque partis coniuncti, & amici cōgratulantur, ac ipſis coniugibus læta, ac fælicia precantur matrimonij bona, illisq; à DEO prętentur optimi annorum ſucceſſus. Sic Domini IESV CHRISTI Tempore, factæ ſunt Nuptiæ in Cana Galileę, ad quas ipſe acceſſit cum matre, & diſcipulis, quo in loco in conuiuio fecit ex aqua Vinum, vt habetur *Ioannis. cap.* 2.

Ad mariti domum vxores ducuntur, quaſi ad matri-

501 matrimonij domum, quæ vxoris † deductio erat firma matrimonij quædam probatio. *l. Mulierem. 5. ff. de Ritu Nupt. l. cum fuerit. 15. ff. de condit. & demonſtr. Ioachimus Hopperus de Vera iuris prudentia. lib. 10. Titul. 2. Hotom. lib. 4. obſer. 16. vide Maynar. in Dec. Toloſ. 96. lib. 3.* Iſta autem vxoris traductio ad domum Viri vbiq; gentium fit, *Gloſſ. in l. cum huic ſtatus §. ſi quis Sponſam. in Verb. præceſſerint ff. de Donat. inter Vir. & vxor.* coniugij ete-
502 nim ſocietatem Domus † ſeruat. *Cornelius Nepos* laudat Titum Pomponium, Acticum, & Plutarchus Scipionem Africanum Minorem, quod in vita ipſorũ domos ſibi ipſis, nec aliud vnquam ædificauerint. Ego video, vt in principio huius Tituli dixi, quòd DEVS optimus Maximus plantauerat Paradiſum in Eden, in quo tamquam in Palatio, & ſuprema domo Adamum, & Euam coniuges poſuit, & ſi illo eorum ingratitudine, & facinore fuerint eiecti. Nihilominus laude dignos arbitror eos, qui pro poſſe, & qualitatis, ac
503 generis intuitu competentes ſibi domos † ædificant, ſicuti laude aliqua dignos non iudico, illos, qui omnem exauriunt ſubſtantiam, vt domos Illuſtres, & ſplendidas conficiant, prout nonnullos id feciſſe conſpexi. Bonum itaq; Virum ducere ad domum ſuam vxorem, ædium enim pulchritudo
504 (vt Cicero dicit) Viri dignitatem † auget. Et optimè Ariſtoteles docuit, dum quemlibet Domum in primis pręparare debere, Mulierem, & Bouem aratorium, quia illa vxorẽ duceret. Nam alia eſt viri, alia vxoris domus adminiſtratio, Vi-
505 ri enim eſt acquirere, fœminæ † verò Domi ſeruare, vt dicit idem *Ariſtoteles Politicorum. libr. 3.*
506 *cap. 5.* Cantores, & Muſici etiam modò † adhibentur, vt antiquos obſeruaſſe ſcribi *Plautus in Caſina*, de quibus *Facuuius apud Nonium Marcellum*, inquit

Hymæneum fremunt æquales, Aulea reſonant crepitu muſico.

ſed pulchrius deſcribit *Auſonius in Edyllijs*, dum ait.

Tum ſtudio effuſæ matres ad limina ducunt,
Ac chorus æqualis, pueri, innuptæq; puellæ
Verſibus incomptis ludunt, & carmina dicunt.
O' digna coniuncta viro gratiſſima coniux
Sis felix, primos Lucinæ experta labores,

Et de Tripudijs, & ſaltationibus, quæ fiunt in Nuptijs idem *Auſonius in cana Nuptiali*, inquit

Sacra canunt, plaudunt choreas, & Carmina dicunt.

& poſt paùca ſequitur

Conſurgunt menſis, per limina læta frequentes
Diſcurrunt, variantq; vicos, populusq;, patresq;,
Matronæ, pueri, vocemq; per ampla volutant
Atria, dependent lychni quocaribus Aureis.

Pulchrè etiam *Pontanus lib. 3. de Amore coniugali in Nuptijs filiæ.*

Quin etiam canit, ad menſas Hymenæe Venito,
Te vocat ad thalamos nupta puella ſuos.

& paulo poſt inquit

Veſper adeſt, Hymenæus adeſt, conſurgite Menſis.
Veſper amat cantus, carmine gaudet Hymen.
Iam iuuenes ſimul ad choreas, ſimul ite puellæ
Et canite, & Phrygium carmina dicat ebur.

507 Saltationes iſtæ, & Tripudia, † & ſi in Magnorum Principum, & grauium virorum Domibus, ac Nuptialibus focis fieri ſoleant omni modeſtia, & honeſtate plena. Tamen exercitationes iſtæ ad
508 corporum ſalutem inuentæ † illæ fuerunt. *vt per Ariſtotelem. parte 5. Problemat. 1. & Problemat. 12. Galenus de Tuenda Valetudin. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 11. Cælius Aurelianus Chronic. lib. 5. cap. vltim.* Nunc potius tam per viros, quam per mulieres
509 fieri ob delicias, & obſcenas libidines † dicit *Hieronymus Mercurialis de Arte Gymnaſtica. lib. 5. cap.* 3. ſunt iſta Tripudia, & ſaltationes, malorum morum Principia, atq; obſcenarum libidinum incen-
510 tiua, † *Vnde Iuuenalis Satira. 11. inquit.*

Forſitan expectes, ne Gaditana Canoro.
Incipiet prurire choro, plauſuq; probatæ
Ad Terram tremulo deſcendant clune puellæ,
Irritamentum Veneris languentis.

511 Quamquam cantus, & ſaltationes † matrimoniorum appendices appellet Homerus teſte *Alexandro ab Alexandro Dierum Genialium. lib. 2. cap. 25. de quibus Atheneus Dipnoſophiſt. lib. 14. cap. 12. Iulius Pollux lib. 4. cap. 12.* Ideo documentum dat *Eccleſiaſticus cap. 9.* cum ſaltatrice, ne aſſiduus ſis,
512 nec audias illam, ne fortè pereas in † efficacia illius. Vndè *Cicero in Oratione pro Lucio Murena.* Nemo enim (inquit) ſaltat ſobrius, niſi fortè inſanit,
513 † neq; in ſolitudine, neq; in conuiuio moderato atque honeſto. Intempeſtiui conuiuij, ameni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſalta-
514 tio. Et puella Herodiadis filia ex ſaltatione † caput Sancti Ioannis Baptiſtę conſequuta eſt, vt habetur *Matthæi cap. 14. Marci. cap. 6.* Malefici inſuper, & maleficæ mulieres in loco congregationis ipſorum ex Demonum conſuetudine, quorum
515 perſuaſionibus inducuntur, conuiuijs vacant † vbi ſaltationes, & Tripudia, cũ ampliſſima Tympanorum, cymbalorum, aliorumque muſicorum inſtrumentorum ſonitu, cum dulcedine exercentur, hiſque illecebris delinquentes perdentes animas inferni pęnas ſibi acquiruntur. vt teſtatur *Paulus Grillandus de Sortilegijs q. 7. ſub nu. 25.* de his ſaltationibus plura ſcribit *Andr. Tiraquell. de Nobilitate. cap. 34. nu. 22. cum ſeqq.*

Nuces ſpargebantur varijs ex cauſis, de qui-
516 bus ſic inquit *Feſtus Pompeius.* † Nuces flagitantur Nuptis, & iaciuntur pueris, vt nouæ intranti domum noui mariti ſecũdum fiat auſpicium. Nuces non mirum ſic dictæ, quia Noceant, vt à Grammaticis ſic dictas, nonnulli dicunt, cnm capiti noceant, & pectori, ac tuſſim generent, & ſi de iſtis nucibus, quorum arbores Magnę ex horum Ta-
517 bulis, & menſas, & ſedilia † pulcherrima fiant, nocet illarum vmbra ſatis, vt dicit *Ouidius in lib. de Nuce,*

Quoniam ſata lædere credat

Imus

Imus in extremo margine fundus habet.

518 Venenis, † ſuccurrere, ita inquit *Galenus de Alimẽ*
torum facultatibus. lib. 2. ca. 28. Nucem ſiquis ante
cibum cum Ruta ſumpſerit, à lethalibus pharma-
519 cis haud lędetur, præſertim à Veneno † Piſcium
tuetur. *Vſus ſpargendarum nucum in nuptijs* teſta-
tur *Virgilius in Buccolicis Egloga. 8.* dum inquit

Tibi ducitur Vxor
Sparge marite Nuces.

Vbi Seruius inquit, id fieri ſolitum, vt Iouis omi-
ne fieri iudicaretur matrimonium, dicunturque
Nuces iuglandes, quaſi Iouis glandes, q̃ aſſererẽt
eſſe Nuces ſub tutela Iouis. Dicendum tamen eſt,
nuces appellari omnia tecta cortice duriore, vt A-
520 uellanę † Amigdalę, & Caſtaneę, & ita intelligi-
tur ex illo verſu *Virgily in Buccolicis. Egloga. 2.*

Caſtaneaq; nuces mea, quas Amarilli amabat.

vt declarat *ibidem Seruius*. amplè *Plinius. lib. 1.*
cap. 22. Columella de Arboribus cap. 22. de Glandi-
521 bus, & † Caſtaneis *Hieronymus Cardanus de Sa-*
nitate Tuenda. lib. 2. cap. 61. de Nucibus iuglandi-
522 bus, & † auellanis. *cap. 62.* de Amigdalis, Piſtac-
523 cijs, & Pineis † *cap. 63. Donatus Antonius Fer-*
rus medicus, & Philoſophus Doctiſſimus Ami-
cus noſter dum viueret *in Commentarijs de Poda-*
gra. Tract. 3. in Titulis de Amigdalis, Auellanis, Nu-
cibus, Caſtaneis ſub cap. 32. & vſu fuiſſe, quòd Nu-
ces ſpargerentur pueris, quòd per matrimonij
contractum, mariti puerilia relinquebant, quod
patet per illud *Perſij Satyra 1.*

Aſpexi, & Nucibus facimus quæcunque relictis
Cum Sapimus patruos.

524 Vbi optimè in Commentarijs † Ioannes Anto-
nius Vallonus Iurisconſultus Philocaſtrenſis Ca-
laber diuerſarum ſcientiarum cognitione inſignis
Nuces autem, & poma hodie in Nuptijs humi-
lium perſonarum offeruntur, Nobilium autem,
525 grauiorumq; perſonarum in matrimonijs † diu-
erſarum ſpecierum, ex melle, & ſaccaro maxi-
mi valoris dulciaria effunduntur. Et dum Philip-
526 pus Auſtrius Tertius † Rex Catholicus cum
Margarita Auſtria in Vrbe Valentina Nuptias
ſolemnes expleuit, effuſa eſt omni ex parte in-
dicibilis liberalitas, ſparſa donaria dulcia om-
nis generis, proiectę argenteę pecuniæ actum om-
nis hilaritatis, & lętitiæ ſignum ab Vrbe, Principi-
bus, & ipſo Rege.

Conditio, an impediat matrimonium, & ſit ob-
ſeruanda? Aduertendum, quòd hoc in loco, non
tractabo de conditionibus, niſi quoad ſponſalia,
527 & matrimonia, † non autem quoad alios con-
tractus. Et ſequendos eſſe quoad has difficultates
Goffred. de Trano. in ſumma de Condition. appoſitis,
quem ſequutus eſt *Hoſtienſis in ſumma eiuſdem Ti-*
tul. §. Quæ conditio in ſponſalibus. & alij infra alle-
gandi.

Conditio prima', quę adijci ſolet in ſponſali-
528 bus, & matrimonijs, eſt conditio Honeſta, & †
poſſibilis, quæ diuiditur in Voluntariam, & ne-
ceſſariam. Secunda dicitur inhoneſta, & poſſibi-
lis Tertia honeſta, & impoſſibilis. Quarta Inho-
neſta, & Impoſſibilis. has poſuit *Gloſſ. in c. fin. ex-*
tra de Condition. appoſ. Goffredus in ſumma Titul. co.
col. 1. verſ. ſpecies conditionum. Hoſtienſ in ſumma
eiuſdem Titul. §. Quæ conditio. Alexand. Carrerius
de ſponſalib. & matrim. libr 4. cap. 5. capit. 6. Daniel
Venator. in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 4. Titul. 5. §.
Quotuplex conditio. Ioann. Paul. Lancellott. Inſtitu-
tion. Canonic. lib. 2. Titul. de ſponſalib. § ſub condi-
tione. §. hoc tamen vbi gloſſa.

Quantum ad primam, quando in ſponſalibus,
529 & matrimonio apponitur conditio honeſta, † &
poſſibilis, puta contraham, vel contraho tecum
ſponſalia, vel matrimonium, ſi dederis mihi mil-
le, vel centum, vel ſi parentibus tuis placuerit, du-
cam te in vxorem, quam conditionem honeſtam
voluntariam appellat *Goffred. in loco allegato*, &
530 iſta conditio ſuſpendit † conſenſum, & interim
non extante conditione matrimonium ſubſiſtit,
nec fieri cogitur. *c. de illis. c. per tuas. de condit. ap-*
poſit. Goffred. & Hoſtienſ. vbi ſupra. Panor. in dicto.
c. de illis. Ioann. Paul. Lancellott. in dicto Tit. de ſpon-
ſalib. §. ſub conditione. Angel. de Clauas. in ſumma. §.
Matrimonium. 3. verſ. Impedimentum Tertium poſt
principium. Venatorius in dicto li. 4. Titul. 5. §. Quæ
dicitur poſsibilis Antonius Gubertus de Sponſalibus,
& matrimonijs. Titul. de Ritu Nuptiar. nu. 115. Io-
annes Brunell. de Sponſalib. & matri. in. Concl. 33. nu.
3. quem ſequitur Leander Galganettus in Tract. de
Conditionibus, & demonſt. cap. 77. vbi loquitur de
531 † conditione, ſi pater præſtet aſſenſum. Et quan-
tum ad conditionem, ſi dabis mihi centum, cum
non ſit contra matrimonij ſubſtantiam, ſub illa,
vt ſupra, tenet matrimonium, voluit *Gloſſ. in c. ſo-*
let. in Verb. nullus. 32. q. 2.

Limita ſi poſt contracta ſponſalia conditiona-
lia, vt ſupra, acceſſerint conſenſus ipſorum de præ-
532 ſenti, ſimiliter, ſi fuerit † carnalis copula conſe-
quuta, quia à conditione videtur receſſum, & ma-
trimonium validum erit, in quod ſtatim tranſie-
runt ſponſalia. *Goffr. & Hoſtienſ. vbi ſupra. Angel.*
de Clauaſio in dicto §. matrimonium. 3. verſ. Impedi-
mentum Tertio. Ioannes Paulus Lancellott. in dicto
§. ſub conditione. in Gloſſ. in Verb. commixtio, & in
Verb. receſſum. dicens per Carnalem copulam ipſo
facto, videri conſensum exprimere de præſenti
arg. dicti c. per tuas. licèt *Riccharduſ. 4. ſentent. Di-*
533 *ſtinct. 28. Articul. 1. qu. 3.* velit, quòd † quoad
DEVM, & rei veritatem ſine conſenſu reali de
præſenti, non poſſit eſſe matrimonium. Sed *ſan-*
ctus Bonauentura ibidem dicit diſtinguendo, Quòd
ſi copulatur ſibi affectu coniugali, ità quòd vir
credit copulari cum ſua vxore, & ſic copula facit
matrimonium propter cõſenſum tacitum de præ-
ſenti, quo videtur implere velle, quod promiſit,
ſcilicet eam accipere nunc de præſenti, vt antea
promiſerat de futuro. Aut eam cognouit affectu
534 fornicario. & ſic † non eſt matrimonium quoad
DEVM, ſed præſumptum quoad eccleſiam, con-
tra quam præſumptionem non admittitur proba-

tio in

tio in contrarium. Ita residet *D. Bonauentura.* quem refert, & sequitur *Angel. de Clauasio. in §. matrimonium. 2. num. 6. vers. vtrum consensus. & §. matrimonium. 3. Impedimento. 3. vers. Primus si pendente* Idem etiam tenet *Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. lib. 4. Titul. 5. §. Quis finis, & effectus.* dicens, si ante euentum conditionis hone-
535 stæ, & possibilis † appositæ, carnalis copula intercedit, purum matrimonium efficitur, & eo ipso à conditione recessum videtur. *c. per tuas. c. de illis. ex. de conditionib. appos.*

Declara, quòd sponsalia contracta sub conditione honesta, & possibili, habent rationem sponsaliorum de futuro, ergo permittunt facultatem
536 † pœnitendi, vt post *Abb. Panor. in c. per tuas. extra de conditionib. appos.* voluit *Daniel Venatorius in loco supra allegato. versicul. Quarto sponsalia sub honesta.*

Declara Secundò, q; sponsalia sub honesta, & possibili conditione contracta, inducunt iustitiam
537 publicæ honestatis, per quam † inter Sponsam, & consanguineos Sponsi, vel inter sponsum, & consanguineos sponsæ, Impeditur matrimonium contrahendum. *vt in cap. Sponsam alterius. extra de sponsalibus.* vbi hoc voluit *Abb. Panor. nu. 2. vers. Et ex his nota, & Daniel Venatorius in loco allegato. vers. Quinto sponsalia sub honesta.*

Declara Tertiò, quòd si contrahuntur sponsalia sub conditione honesta, possibili, & necessaria, vt si dicat christianus Iudeę, vel hęreticę, contraham tecum, si efficiaris christiana, vel redieris ad
538 fidem † catholicam, quia si non adijciatur illa conditio, contractus erit nullus, & nihil agitur. *c. Non oportet. 28. q. 1. Goffredus in summa Tit. de condit. appos. col. 1. versic. Honesta necessaria est, pulchrè Gloss. in c. solet. 42. q. 2.*

Declara quartò, si fuerit conditio honesta necessaria extitura, ponunt exemplum in dicente, accipio te in vxorem, si sol fuerit in Cancro hac ę-state, qua stante, matrimonium statim tenet, cum
539 sit conditio necessariò extitura, quia † similia futura sunt præsentia in causis suis. *l. si pupillus. §. 1. ff. de donat.* quod, & tenent *S. Bonauentura in 4. sent. Distinct. 28. qu. 3. Sanct. Thom. de Aquin. in 4. sent. Distinc. 29.* licèt aliqui tenuerint contrarium, quos refert. *Angel. Clauas. in dicto. §. Matrimonium. 3. Imped. 3. vers. secundus casus.* Declarationem tenent *Panor. Cardinal. & Præpos. in cap per tuas. de cond. appos. Martin. Nauar. in summa confes. cap. 22. nu. 67. Alexand. Carrerius de Spons. & matr. lib. 4. cap. 6.*

Quoad secundam conditionem inhonestam, sed possibilem, & dicitur illa, quæ manifestam continet turpitudinem, tamen factu possibilem, & non difficilem, sed contra substantiam matrimo-
540 nij, Vt ego contraham, vel contraho tecum, † si prolem non feceris, vel illam vitaueris; si te adulterandam tradideris. Si meliorem te non inuenero, sub istis conditionibus, nullus est consensus, nec matrimonium. *c. solet. c aliquando 32. q. 2. cap. fin. de Condit. appos.* Volunt *Goffred. & Hostiens. in locis allegatis. Anton. Gubert. & Venatorius vbi supra. Ioan. Paulus Lancellott. Institut. Canonicar. lib. 2. Titul. de Sponsalib. §. si tamen, vbi gloss.*

Declara, quòd si fuerit conditio turpis, inhonesta, sed possibilis, puta non contra substantiam matrimouij, dicendo, cõtraham tecum si furtum, vel rapinam feceris, hominem occideris, quæ cõditio cum matrimonij naturę non repugnet, illa
541 vitiatur, & reijcitur, & pro non adiecta † habetur, & matrimonium valet. *cap. 1. cap. fin. de condition. appos. Gloss. in dicto c. solet. Goffred. Hostiens. in locis supra deductis. Venatorius in dicto loco.*

Quò verò ad Tertiam cõditionem, Honestam, & impossibilem, puta contraham, si cęlum digito tetigeris, si Imperium mihi dederis, si mare exhau-
542 seris, hę conditiones † nullam continent turpitudinem, sed solum impossibilitatem continent, ità vt adimpleri nequeant, Ideo Sponsalia nõ vitiant, sed matrimouij fauore pro non adiectis habentur. *dicto c. fin. de condit. appos. Gloss. in dicto c. solent Hostiens. in dicto. §. Quæ conditio in sponsalibus. vers. Aut est honesta, & Impossibilis Bartol. in l. sub impossibili nu. 14. ff. de condit. Instit. Panor. in dicto c. fin. nu. 3. vers. secunda regula.* quem sequitur *Ioan. Paul. Lancellott. Instit. Canonicar. libr. 2. Titul. de Sponsalib. §. Hoc tamen Daniel Venatorius. vbi supra. §. Quid est conditio honesta, & impossibilis. §. Quis finis & effectus. versic. Septimo conditio honesta. Sebastian. Medices de casibus Fortuitis. Parte 1. q. 5. nu. 39. 40.*

Quantum ad quartam, si conditio fuerit inho-
543 nesta, & impossibilis reijciuntur † fauore matrimonij. *dicto cap. 1. c. fin. de condit. appos. Hostiens. Lancellott. & Venatorius in locis allegatis.*

Impedimenta matrimonij plura sunt, puta fe-
544 riarum quantum ad ferias, quoad festiuos † dies enumeratos supra ab Aduentu vsque ad diem Epiphanię, vt diximus supra *hoc eodem Titulo. vers. Quare nuptias celebrari. nu. 447.* Impedimentum contractum per Sponsalia, & matrimonium contractum sub conditione, de quo dixi supra *hoc eodem Titul. Versicul. Conditio, an impediat matrimonium nu. 527.* Impedimentum Erroris, de quo dixi supra *hoc eodem Titulo Vers. Errorum species nu. 246.* Impedimentum aliud dicitur esse Votum,
545 de quo distingunt, an sit solemne, † vel simplex, de quo amplè scripsere *Goffred. de Trano, & Hostiens. in summa, Titul. Qui clerici, vel vouentes.* Et Regula est, vouentem continentiam, castitatem, vel Religionem, non posse, si sit solemne, matrimonium fieri, si verò non fit solemne præstat im-
546 pedimentum, sed post contractum † tenet. vt habetur. *in c. consuluit. c. Rursus. c. Insinuante. extra eod. Tit. habetur in c. Vnico. de Voto in 6. c. Præsbiteris. §. Hic distinguendum est*, in quibus declaratur
547 solemne votum † esse quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam, vel tacitam factam alicui religioni, ex illis, quæ sunt per sedem Apostolicam

appro-

approbatæ, reliqua non ſunt ſolemnia, iſta non ſo-
548 lemnia non dirimunt † contracta, alia ſolemnia, vt ſupra dictum eſt, Impediunt contrahendum, &
549 † dirimunt contractum. *Angel.de Clauas. in ſumma. §. Matrimonium.3. in Verb.Impedimentum.5. Marian. Senior.in conſil.61. Incip.In præſenti conſultatione.col.4.verſicul.ex quibus infertur. Vol.1. Bartholom.Fumeus in ſumma Armilla. §.Matrimonium. numer.8.Martin.Meſnartius in epithome legum Pontificalium. libro 4. titulo 6. §. ſed ſi mulier.§.In ſumma. §.ſolemne, Daniel Venator. in Analyſi Iuris Pontificij. libro 4. titulo 6. verſicul. Vouentium. Nauarrus in ſumma confeſſarior. capitulo 22. numero 35. Ioan.de Vanquel in dicto cap. vnico. concluſ.2.3 de Voto in 6. Ioann. Paulus Lancellott. Inſtitut. Canonicar. libro 2. titul.quæ matrim. impedir.poſſ. §.Item Voti.§.ſecus vero.*

550 Conſanguinitatis, & affinitatis † Impedimentum, an matrimonium impediat, & vſq; ad quem gradum, & an comprehendantur ſpurij, & aliæ plures quęſtiones hanc materiam concernentes dixi *in Tract. de Compromiſſis. §.1. gloſſ. 4. per totum.* Et plenius *in Commentarijs de Regis Catholici præſtantia. capitulo 16. per totum.* Similiter de Impedimento cognationis ſpiritualis, proueniente ex ba-
551 ptiſmo, Cathechiſmo, & confirmatione, † ac de cognatione legali, proueniente ex Adoptione latiſſimè dixi *in dicto capitulo 16.* ad quæ dicta lectores remitto, nunc addo *Ioacchimum Hopperum de Vera iuris prudentia.lib.10. titul.2.*

Quia quantum ad impedimentum Matrimonij ſunt antiqui illi verſus relati à Goffredo de
552 Trano, † antiquiſſimo Iuris conſulto, & Canoniſta excellentiſſimo, quos ſequutus eſt, qui ſemper illum imitatus eſt *Hoſtienſis ambo in ſumma eiuſdem Tituli de Sponſalibus, & matrimonijs Goffredus in §. ſequitur videre. col.1. verſicul. Impedimenta Matrimonij. Hoſtienſ. in §. Qualiter Impediatur. verſicul.quæ autem ſunt hæc Impedimenta verſiculi verò ſunt.*

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus Diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, honeſtas,
Senſus, Affinis, ſi fortè coire nequibis.

Tetigimus ſupra de Errore, Conditione, Voto, & de cognatione, nunc dicemus de crimine.

Crimina, quæ matrimonium impediunt tan-
553 tùm modo, ſunt diuerſa à criminibus, quæ † impediunt faciendum, & contractum dirimunt. Matrimonium faciendum impediunt, & contractum dirimunt, ſunt infraſcripta, ſiquis per Adulterium aliquam polluerit, habens vxorem, & illi, quam polluit, fidem dederit, quòd poſt mortem
554 † primæ vxoris, quam habet, ipſam ducet in vxorem. ſic etiam ſi de facto contraxit, ac polluit. *cap.fin. extra de eo, qui Duxit in matrim. quam polluit per Adult & cap cum haberet.§.Noſti enim quòd Leo. eod. titulo. Hoſtienſ. in dicto §. Qualiter Impediatur. verſic. Quinto crimen.* Eodem modo ſi ma-
555 chinatur in mortem † primæ vxoris, vt caperet ſecundam, dum viuente prima, ſecundam polluerit. *ita habetur in cap. 1. Incip. laudabilem. extra de conuerſ. Infideli. ità poſt Goffred. Hoſtienſis. & Barthol. Fumeus in Summa Armilla. §. matrimonium. numero 30.31. ante ipſum Angel.de Clauas.in dicto. §. Matrimonium 3. verſicul. Impedimentum 9. numero 5. Martin. Nauar. in Summa Confeſſariorum. capitulo 22.numero 29.30.31.46.qui allegat S.Thomam 4. ſentent. Diſtinct. 34.* quem refert & ſequitur *Simon Maiolus de Irregularitate libro 3. capitulo 25. in Verſ. crimina, Impedientia*, & quantum ad hoc impedimentum contrahendi, vel contractum dirimendum, ſunt nonnulla particularia iura reſpicientia diuerſos caſus, qui ſuccedere ſolent, de
556 quibus † habetur *in Toto Titul. de eo, qui duxit in matrimon. quam polluit per adult. & per Goffred. & Hoſtienſ. in locis allegatis. Armill. in ſumma. §. Matrimonium. num. 30. 31. Sebaſtianus Medices in ſumma Decreti.31.q.1.Articul.1.*

Inceſtus crimen, dum quis cognoſcit ſcienter
557 conſanguineam, vel affinem ſuam † *cap. ſiquis viduam.cap.qui dormierit.cap.concubuiſti.32.quæſt. 7.& toto titul.de eo, qui cognouit conſang.vxoris ſuæ. cap. lex illa. §. Inceſtus. 36. quæſt.1. l.ſi adulterium cum inceſtu. ff. de Adult. §. Ergo. Inſt de Nupt.* Ideo
558 inceſtuoſi facultate † contrahendi matrimonij priuantur. *vt in dicto c.1. de eo, qui cognou. conſang. vxor. ſuæ. Hoſtienſ. in ſumma titul. de Matrimon. §. Qualiter impediatur colum.2. verſicul. Inceſtus. Panor.in dicto.cap.1. Angel.de Clauas.in Summa §.Matrimonium 3. Impedimento 9.& in §.Inceſtus.numero 3. Sebaſtianus Medices, in dicta Summa Decreti. 31.queſt.1. Articul.1. Simon Maiolus de irregularitate. libro 3. capitulo 25.ſub numero 13.verſicul.Crimina impedientia matrimonium. Nauarr. in Summa Confeſſar.capitulo 22.numero 74.75. Alexand.Carrerius de Sponſalibus. & matrimonijs libro 5. capitulo 22. capitulo 23. Ioann.Paul.Lancellott. Inſtiut. Canonicar. libro 2.titulo de Diuortijs §.ſed, & ſi machinationem.* Nuptiæ quæ cum præfatis conſanguineis, & affinibus contrahuntur naturæ contra-
559 riæ, atque Nefarię appellantur † ab Imperatore *in §. ſancimus igitur. Authen. de Inceſtis, & nefar. nupt.* & à Summo Pontifice ſimiliter. *in cap. cum ſecundum.de Hæreticis.in 6.* Cimon Athenienſis vxorem duxit Elpinicem ſororem, vt dicit *Ae-*
560 *milius Probus in eius Vita.* Attamen † per Oſtraciſmum, & Teſtulas, quòd inceſtuoſum actum commiſerit, damnatum fuiſſe ad tempus; ſcripſerunt *Androcides in Oratione contra Alcibiadem. Suidas in Cimone. & Athæneus Dipnoſophiſtorum libro 13.* & Antoninus Caracalla quòd Iuliam nouer-
561 cam inceſtu † duxerit, ſcribit *Aelius Spartianus in Caracalla.* Sed *Leuitici capitulo 20.* ſtatutum
562 fuit, dicens, qui ſupra vxorem † filiam duxerit matrem eius ſcelus operatus eſt, Viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio Veſtri. *Deuteronomij. capitulo 27.* dicitur, Maledictus, qui dormit, cum vxore patris ſui. Et iterum *Leuitici. capitulo 20.* Qui dor-

mit cum nouerca ſua, & reuelauit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo. Et iterum *Deuteronomy. capitulo* 27. Maledictus, qui dormit cum ſoror e ſua. Item Maledictus, qui dormit cum ſocru ſua. *Arnobius aduerſus Gentes lib.* 8. damnat quoddam Perſarum Ius, quod cum matribus
563 † miſceri permittit. Cuius Iuris ſcribens *Philo Iudæus in lib. de ſpecialibus legibus*, ita inquit, eadem lex Perſicum quoq; morem execratur, vt inceſtiſſimum, Honoratiores enim Perſæ cum matribus
564 † contrahunt matrimonia, & natos indè arbitrantur nobiliſſimos, Regioq; (vt ferunt) dignos ſolio, quo nihil excogitari poteſt magis impium, conſpurcari defuncti patris thalamum, cui maxima debebatur religio matri exhiberi nullam reuerentiam, filium eundem, & maritum fieri, matrem viciſſim, vxoris nomen aſſumere. Sic Thyeſtes Pelopeiam
565 † filiam, & Europam Atrei fratris ſui vxorem ſtupro affecit, quem vidiſſe ea ex cauſa Æneam in Inferno ſimulat. *libr.* 6. *Æneidos dicens ait Virgilius.*

Hic Thalamum inuaſit natæ, vetitoſq; hymenæos.
Auſi omnes immane nefas, auſoq; potiti.

Seneca in Octauia cap. 6.

Inceſta genitrix detrahit generi fidem.
Animuſq; nunquam coniugis vinctus mihi.

566 de hoc plura † dicerem, ni multa, & ſcitu digna dixiſſem *in cõmentarijs de Regis Catholici Præſtantia cap.* 16. *Adde Anton. Gammam in Deciſ. Luſitan.* 352. *Ioachimum Hopperum de Vera Iuris prudentia, lib.* 10. *Tit.* 2. *Ioannem Paponum in commentario c. Non mechaberis, cap. de Inceſtu.*

Raptor Virginum, ac mulierum non poterat de
567 Iure † ciuili cum rapta matrimonium contrahere. *l. vnica. C. de Raptu Virg.* De Iure Canonico matrimonij contractus impediri non poteſt *c. cum cauſa. c. fin. de Raptorib.* †*Hoſtienſ. in ſumma tit. de Matrimonio* §. *qualiter impediatur, col.* 2. *verſicu. Raptor Andr. Barbat. in conſil. Vltimo, col.* 2. *verſic. Capio modò alia duo, vol.* 2. quem refert, & ſequitur *Cardinal. Pariſ. in conſil.* 170. *num.* 6. *vol.* 4 dicens hodie inter
568 ipſas perſonas raptoris, & captæ de Iure Canonico
569 poſſe matrimonium contrahi, † & ipſum contractum tenere, & validum eſſe per Iura canonica ſupra allegata, & ità tenere *Hipoly. de Marſil. in Rep. dict. l. vnicæ, num.* 190. *C. de Raptu Virg. Anton. Gomez in l. Tauri.* 80. *nu.* 41. quos ſequitur *Iulius Clarus, in* §. *Raptum, num.* 8. *Hippolyt. Bonacoſſa. Opin. Commun. Criminal parte* 1. *in verb. Raptor cum Rapta. Martin. Nauar. in ſumma confeſſar. cap.* 22. *num.* 74. *cap.* 27. *num.* 150. *verſic. Quinquageſima tertia. Simon Maiolus de Irregularitate, libr.* 3. *capit.* 25. *ſub nu.* 17. *Sebaſtian. Medices, in ſumma peccator. Capitalium. Parte* 2. *Titul.* 8. *q.* 33. §. *fin. Tiberius Decian. in Tract. Criminal. libr.* 8. *capit.* 8. *num.* 3. *Volum.* 2. *Ioan. Paponus in Comment. c. Non mechaberis, capit. de Raptu.*

Declara tamen *ſecundum Conſil. Tridentin. ſeſſ.* 24. *capit.* 6. *de Reformat. matrimon.* dum dicit, inter Raptorem, & raptam, quamdiù ipſa in poteſtate
570 raptoris manſerit, † nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Quòd ſi raptà à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat; & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes, ſint ipſo iure excomunicati, ac perpetuò infames, omniumq; dignitatum incapaces, & ſi clerici fuerint, de proprio decidant; Teneatur præterea raptor mulierem
571 raptam, ſiue eam vxorem duxerit, ſiue non † duxerit, decenter arbitrio Iudicis dotare. Sequitur *Nauar. in dicto cap.* 22. *numer.* 74. *in dicto capit.* 27. *numer.* 150. *verſicul. Quinquageſimo tertio. Sebaſt. Medices in dicta ſumma Peccator. Capital. part.* 2. *Titul.* 8. *q.* 33. *Simon Maiolus de Irregularitate, libr.* 3. *ſub, num.* 17. *lib.* 5. *quæſt.* 42. *num.* 1. 2. *Alfonſus Vuald. in Candelabro Titul. de Matrimonio, numer.* 103. *Anton. Scappus de Iure non ſcripto, libr.* 5. *capit.* 146 alios plures allegans. *Petr. Cenedo Collectan. Iuris Canonici. Parte* 2. *collectan.* 92. *num.* 1. *Antonucius in cathech. Neapolitan. capit.* 25. *fol.* 53. *Gregorius Sayrus in Florib. Deciſion. libr.* 4. *Deciſion.* 5. *vide Petr. Caball. in Reſolut. crimin.* 96. & diſpoſitio iſta Concilij Tridentini eſt obſeruanda. Raptus
572 autem ſemper eſt habitus pro delicto † execrabili, & atroci, & ex illo peſſimi exitus ſucceſſere. Vt fuit Raptus Dinæ filiæ Iacob ex Lia, quæ cum eſ-
573 ſet rapta † à filio Nemor, Sichimitarum Principe, Simeon Leui, fratres vrbem ingreſſi, ſororem recuperarunt illos occiderunt, & alij fratres vrbem depopularunt, nulliq; pepercerunt, vt habetur. *Geneſ. capit.* 34. quod deſcribens Ioſephus *Antiquitatum Iudaicar. libr.* 1. *cap.* 18. dicit, quòd noctu inuaſos cuſtodes trucidarunt, & occiſo Sichem Rege & Emor illius patre, non niſi mulieres reliquerunt, *Chriſtianus Adrichomius in Theatro Terræ*
574 *Sanctæ, In Ephraim, numer.* 90. Helenam † primò Raptuit Theſeus virgunculam, quæ ſic reſtituta Caſtori, & Polluci, de quo raptu, & alio per Paridem tentato loquitur *Ouidius in Heroidis in Epiſtola Paridis ad Helenam*, dum inquit.

Ergo arſit meritò, qui nouerat omnia Theſeus.
Et viſa eſt tanta digna rapina viro.

Et paulo poſt ſequitur dicens.

Quòd rapuit Laudo, miror quòd reddidit vnquam.
Tam bona conſtanter præda tenenda fuit.

De quo Helenæ Raptu ſcribit *Paulus Oroſius. lib.* 1. *capit.* 17.

Et Pontanus de Amore coniugali, lib. 2.

Ornabat faciem ſolo contenta pudore.
Felix, ſi nunquam rapta lacena foret.

Ex cuius Helenæ raptu, vt orta bella fuere, & Ilij
575 excidium Regniq; † Troiani deſtructio, quam nonnulli diuerſimodè ſcripſere Græci, & Latini de illo tamen *Virgilius lib.* 2. *Æneidos* inquit.

Troianas vt opes, & lamentabile Regnum.
Eruerint Danai.

Et poſt multa ſequitur.

Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Et breuiter concludit *Ouid. in Heroidis ſub perſona*

Penelo-

Penelopes ſcribentis Vlyſſi.
Iam ſeges eſt vbi Troia fuit, riſecandaq; falce
Luxuriat Phrygio ſanguine pingui humus.

Cauſa etiam bellorum inter Romanos, & Sabinos,
576 Raptus fuit ſabinarum † virginum Romuli arte
à Romanis operatus, quem deſcribit *Liuius lib. 1. Paulus Oroſius lib. 2. cap. 5. Eutropius, lib. 1. capit. 4. Dionyſius Halicarnaſſeus Hiſtoriarum lib. 2. Plutarchus in Romulo. Plinius Nepos, de viris Illuſtribus, cap. 2. Lucius Florus de Geſtis Romanorum lib. 1. ca. 1. Alexander ab Alexandro dierum Genialium libr. 5. cap. 26.* Dixi aliqua *ad Bellugam in Specul. Principum. Rubr. 11. §. viſo. in Apoſtill. in verb. Mulierum.* Ex Rapinis vt plurimum infinita mala ſuccedunt vndè optimè dicit, Nulli, cui rapina fæliciter ceſ-
577 ſit, gaudium rapti durauit † in poſterum *Seneca ad*
578 *Lucillum Epiſtola. 75.* Non immeritò † contra Raptores Iura conclamant *in dicta l. vnica. C. de Raptu virgin. & in l. ſi quis non dicam rapere. §. de Epiſc. & cleric. Albert. Gand. in Tract. Malefic. in tit. de Multis quæſt. dependentibus à ſtatut. nu. 20. 21. Auguſtin. Bonfranciſc. ad Angel. in Tractat. Maleficior. in verb. che hui adulterato la mia donna, n. 57. verſ. An autem perſequens matrimoniũ. Bonifac. de vitalinis, in Tract. Maleficior. titul. de Raptoribus, plenè A Egid. Boſſius in Tract. crimin. tit. de Raptu mulieris. Raphael Comens, in conſil. 95. Incip. Chriſtophorus. Petr. de Rauenna in ſingul. Incip Raptus. Decius in conſ. 234. Incip. In effectu, nu. 8. Ioan. Neuizan. in Sylua Nuptiali, lib. 4. nu. 46. cum ſeqq. Bartholomæus Cepol. in conſ. crimin. 57. Incip. ſuper quærela. Marcus Mantua Dialogo Hiſtorolog. 25. per totum Claſſe. 2. Simon Maiolus in tract. de Irregularitate, lib. 5. ca. 42. Thomas Grammat. in conſil. criminal 48. nu. 5. Matthæ. de Afflict. in Deciſion. Neapol. 276. nu. 2. Latè Lancellott. Conradus de offic. Prætor. in cauſis criminalibus, lib. 1. cap. 9. §. 3. titul. de Raptoribus.* Sed dicam Latius DEO Auſpicie *in titul. de Adulterijs, & ſtupro, vbi tractabitur quid Iura Regni Neapolitani diſponant.*

Quoad impedimenta matrimonij ob aliqua a-
579 lia crimina, plura enumerantur † *ab Hoſtienſe, in dicto titul. de Matrimonio. §. qualiter impediatur, col. 2. & à D. Thoma de Aquin. in 4. ſentent. Diſtinct. 35. à Barthol. Fumeo, in ſumma Armilla §. Matrimoniũ, nu. 35. Sebaſtian. Medice in ſumma Dec. 31. q. 1. Articul. 1. Simon. Maiolo de Irregularitate, libr. 3. capit. 25. ſub, numer. 16. verſicul.* Crimina impedientia, quoad homicidium ſimplex, vel aliud delictum, regulariter non impedire matrimonium
580 † notat *Franc. Marc. in Deciſion. Delphin. 737. num. 1. vol. 2.*

Diſparitas cultus, an matrimonium Impediat,
581 videri poſſunt quæ dixi ſupra † *hoc eodem titulo, verſicul. Alia verba diffinitionis.* Quæ ibidem videri poſſunt, *numer. 141. cum pluribus ſequentibus.*

Vis facta, coactio, & mætus ad matrimoninm
582 Impediendum ſufficiunt, cum, vt ſupra † dictum pluries fuit, conſenſus in matrimonio liber, & voluntarius eſſe debeat, nec aliqua violentia intercedente procuratus, vis enim, & coactio impediunt
583 faciendum, & dirimunt † contractum. *c. cum locum. c. veniens. 2. c. requiſiuit extra de Sponſalib.* quia non eſſent liberè, & voluntariè contracta, vt eſſe debent. *c. Gemma. eod. titul.* voluerunt *Goffred. de Trano in ſumma Titul. de ſponſalibus. §. ſequitur videre. col. 2. verſ. Vis. Hoſtienſ. in ſumma. Titul. de Matrimon. D. Thom. de Aquin. in 4. Sententiar. Diſtinct. 19. Articul. 2. Articul. 3. Abb. Panor. in dicto. c. cum locum. Angel. de Clauas, in ſumma. §. matrimonium. 3. in verb. Impedimentum vndecimum, num. 1 & ſeqq. Bartholom. Fumeus in ſumma Armilla. §. Matrimonium, num. 41. Alexan in conſil. 99. Incip. in caſu prædicto, per totum, vol. 3. quod eſt duplicatum in conſil. 47. vol. 4. in conſil. 48. Incip. Quoniam per excellentiſſimum, per totum, vol. 4. Ioan. Calderin. in conſil. 2. ſub. Titul. quòd mat. cauſ. Riminald. ſenior in conſil. 15. num. 8. vol. 1. Auguſtin. Berous. In conſil. 35. nu. 21. vol. 1. Siluester de Prier. in ſumma. § Matrimonium. 8. q. 11. Nicol. Boer. in conſil. 20. num. 43. 50. Aym. Crauett. in conſil. 253. Cardin. Pariſ. in conſil. 53. num. 4. in conſil. 58. num. 56. in conſ. 60. volum. 4. Didac. Couar. in epithome de ſponſalibus Parte 2. capit. 3. §. 5. num. 1. Ferdinand. Vaſq. Controuerſ. Illuſtr. cap. 25. num. 17. Dominicus de Soto, lib. 4. ſententiar. Diſtinct. 29. quæſt. 1. Articul. 1. Alfonſus Veracruz in Specul. coniug. parte 1. Articul. 7. Articul. 8. Franciſc. Monald. in conſil. 13. num. 1. vol. 1. Franciſc. Burſat. in conſil. 72. num. 21. vol. 1. Ioan. Franciſc. de Ponte, in conſil. 44. num. 8. vol. 1. Ioan. Botta in conſil. 2. nu. 7. 9. Hieronym. Gabriel. in conſil. 186. num. 12. volu. 2. poſt Ricchard. & Palud. Marcus Anton. Cucchus Inſtitution. Canonicar. Maior. lib. 5. titul 12. num 11. Sebaſtian. Medices in ſumma Decreti. 31. q. 2. Articul. 1. Petr. Cenedo Collectaneorum Iuris Canonici, parte 1. cap. 20. nu. 6. Ioſephus Angles Florum Theologal. Parte 1. de conſenſ. liber. matrim. concluſ. 1. fol. mihi 302. Emanuel* Suarez *in Theſauro Receptar. ſentent. §. Mætus, num. 148. Fab. Turretit. in conſil. 28. num. 1. vol. 1. Ioan. Baptiſta Laderch. in conſ. 17. nu. 1. 2 vol. 1. Andr. Gaill. Pract. obſeru. Camer. æ Imperial. lib. 2. Obſeru. 93. Martin. Mesnartius in epitho. legum pontificalium lib. 4. titul. 1. §. ſi tamen.* Et ità Iu-
584 dicatum in Ciuitate Venetiarum iuter † duos Nobiles Venetos, vt teſtatur Argumentum *ſupra in dicto conſil. 48. Alex. vol. 4.* Et facit *Thomas Triuiſanus in Deciſion. Veneta. 63. numer. 1. 3. libr. 1.* & ego in caſu arduo conſului, & ſcripſi *in conſil. 44. numer. 50. 51. 119. Centuria. 2.* Et fuit illa cauſa Terminata in Rota Romana coram Illuſtriſs, & Reue-
585 rendiſſimo Domino Hermano † Ortembergio tunc Auditore, nunc Cardinali meritiſſimo, & fuit condemnatus Donnus Lælius Cinnamus Canonicus, & Decanus Epiſcopalis Campanienſis ad quandam ſummam, & in exilium triennale pro coactione & mætu illato ex parte ſuæ Neptis Domino Annibali Sappullo, ad præfata etiam *D. Graſſus in Deciſion. Nouiſſima Roman 561. nu. 3. Vol. 1. Et ideo Paulus in l. ſi mulier. 21. §. Quod mætus. ff. de eo quod mæt. cauſa*, inquit, Quod mætus cauſa

586 geſtum erit, nullo tempore Prætor † habebit ratum, & ex Prætore *Vlpianus in l.1.ff. eod.titul. Sebaſtian. Medices de caſibus Fortuitis Parte 1.q.7.num. 45. Simon Maiolus de Irregularitate,lib.4. cap.15.nu. 1.& ſeq. Regens Tapia de Rebus Religioſis in verb.Ingreſſi,c.12.nu.6.7.cum ſeq.*

Declara primò, dicendum eſſe vim, violentiam, & coactionem eſſe debere talem, quæ fiat per mæ-
587 tum, qui cadat † in conſtantem virum. *l. mætum.la.2.ff. de eo,quod mat. cauſ. geſtum eſt;* Et licèt ibi dicat in conſtantiſſimum. Tamen *text.in dicto.c. Veniens.lo.2.& c.conſultationi,eod. Tit. de ſponſalib.* dicunt in Virum Conſtantem, & illud Superlatiuum reſoluitur in poſitiuum, vt conſtantiſſimum declaretur, Conſtantem. §.*fin.vbi gloſſ.Inſtitut. locati.l.Diuus,ibi,honeſtiſſimum.ff.de Tutorib. & curat.dat. ab his. Hieronym. Cagnol. §. poſt originem, num.242.ff. de origin. Iuris. Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudicum quæſt.lib.2.centur.2. caſu.135. num.2.* Et ſufficit in hac matetia matrimoniali, quòd iura dicant in virum conſtantem, excludentia mæ-
588 tum cadentem † in virum inconſtantem, puta qui eſſet modicæ conſiderationis mætus, vt in dictis Iuribus allegatis. *Placentinus in ſumma Eod.lib. 2.Titul.20. Azo ſimiliter. lib.2. Titul.20.* vbi dicit, mætum cadentem in hominem miſerum, timidum vel inconſtantem, & voluit *Alexand in dicto Concil.99. col.1.verſic. Et in caſu noſtro.Vol.3.& in dicto conſil.47. vol.4.* Et voluit ſimiliter in cauſa matrimoniali. *Bartholom. Cepell.in conſil.ciuil.2.Incip.in cauſa matrimoniali,nu.11. & in Conſil.4. Incip.ſuper cauſa matrimoniali, ſub,nu.3.verſic.circa ſecundum, poſt Sanctum Bonauent.4. ſentent. Diſtinct.46. q.1.* voluit *Pelbartus à Themſuar. in Roſario Sacræ Theologiæ,in verb.Matrimonium ſecundo.§.17.verſ.vtrum conſenſus coactus. Angel.de Clauas.in Summa,in verb. Matrimonium 3. verſic. Impedimentum vndecimum, in princip. Armilla in Verb.Matrimonium. nume.41. Bernardinus Alfanus in Collectan. 877. Paul. Æmil. Verall in Deciſion.221.nu.5.parte 2.* vbi loquitur in ſpecie de cauſa matrimoniali *Vdelinus Schellinck Actionum, & exceptionum Forenſium cap.57. Incip. pro mætu. Riminal.Senior.in conſil.15. nu.8.Volu.1. Ioan.Baptiſta Laderch.in conſil.17.ſub nu.1.Volu.1. Chriſtophorus Torniola in conſil.53.nu.29. Hierony. Treutlerus Diſputation.ſelectar.Parte 2.Diſputat.6. Theſi.5. D.Tapia in loco allegato,nu.8.9.*

Subdeclara primò mætum, qui cadat in Virum
589 conſtantem dici oportere, non † quem libet mætum, & timorem, vt Labeo, ait, ſed maioris mali, *vt in l.mætum.1.ff.de eo,quod mat.cauſ.vbi Accurſius in gloſſ.Declarat,* ideſt magni mali, ſuppleri debet, cui malo reſiſti non poteſt, *l.2.ff.eo. tit.* quod dicit *Azo in ſumma dicto titul.20 verſic.vis autem eſt maioris.* alludit illud *Senecæ. lib.2. de beneficio capit.8.* Cum (dicit) eligendum dico, cui debeas, vim maiorem, & mætum excipio. Super quo *Siluester Prierius in ſumma in verb. Mætus.q.1.* dicit, conſiderari
590 debere magnum malum † per comparationem ad minus malum, & hoc dicunt eſſe mætum conſtantis viri, nõ autem vani hominis, vt dicit *Caius in dicta l.mætum* 2. vani hominis ideſt vacantis, & læuis. Qui cadat in conſtantem hominem, ideſt
591 robuſtum, & fortem † vt declarat *Placentinus in ſumma codicis lib.2. titul.20.* ita de mætu ſequitur *Roffr. Beneuent. in Tract. de libell. parte 1. titul. de Action. quod mat. cauſ.nu.1. Decius.in conſil.42. Incip. profaculiate,nu.5. verſ. circa tertium. Petr. de Anchar. in conſil.410. Incip. Ponderata in princ.* Non
592 autem in perſonam † vilem, & puſillanimem, vt habetur ex textu *in l.mætus autem.ff. Ex quib. cauſ. maiores* vbi dicitur, Mætus autem cauſa abeſſe videtur, qui iuſto timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus abeſt. Quo in loco *Alber. de Roſate poſt Ricchard. de Malumbre,* dicit, quòd maior mæ-
593 tus exigitur in † milite, & conſtante, quàm in puſillanimi, & vile, *vnde Imperatores in l. Interpoſitas.C.de Tranſact.* dixerunt, mętum dici vbi eſt Salutis periculum, & corporis cruciatus, *Et ijdem Imperatores in l.Si donationis.§. Quod mætus cauſa,* appellarunt, mætum mortis, vel cruciatum corporis, & capitales minas, & horum occaſione. Matrimonium contractum ab illo, qui ſtabat recluſus in camera, & cuſtoditus cum hominibus armatis, fuiſ-
594 ſe, † & eſſe nullum, vti factum ab homine coacto, ſuper quo ſcripſit *Cornæus in conſil.41. Incip. Videtur in hac conſultatione,col.2. litera.h. verſic. & cruciatus corporis,vol.2.Andr.Barbatia,in conſil.54. nu.22. vol.1.* vbi loquitur de illo, qui eſt recluſus
595 in loco, è quo non † poteſt exire. Sic etiam in caſu, de quo ſcribit *Alexand. in dicto conſil.99. col.2. verſ.Amplius puto, vol.3.* vbi agitur de illo recluſo, & de Armorum timore, & mætu ſtantibus, & ex-
596 torquentibus conſenſum ad † matrimoniũ, quem ſequitur *Cardinal. Pariſ.in conſil.60.nu.12.cum pluribus ſeqq.vol.4. Hippolyt.Riminald. in conſil.77.nu. 19.vol.1.Alexand. de Neuo in conſil.12. num.2.* qui conſuluit in eodem Caſu, ſuper quo conſuluit *Alexandr.in dicto conſil.99. Angel.in conſil.379. Incip. Optimè. Paul. Merenda in conſil.53. nu.2. Hippolitus de Marſil. in ſingul.578. Incip. Mætus. Martin. Nauar.in ſumma confeſſ.cap.22.nu.51. Franciſc.Sarmientus ſelectar.Interpretat.lib 2.cap.11.nu.1. Marian.Iun.in conſ.77.nu.44.45.vol.1. Ioan. Baptiſta Laderch. in conſ.17. ſub nu.4. verſ.ſexto in caſu ſtrictiori,vol.1. Marcus Anto.Cucchus Inſtitut.canonic. Maior.l.5.tit.42.nu.157. Ioſephus Ludon.in Dec.Lucenſ.18.n.5. Matth.de Afflic.in Dec.Neap.336.n.5.* di
citur mætus in conſtantem virũ, & etiam ſi portans
597 arma † illis non vtatur, vel depoſitet in loco, & illis poſſit vti, *l.3.in princ.ff.de vi,& vi armat.vbi Bartol.Cucchus,vbi ſupra,& nu.159.*

Subdeclara ſecundò, quod tum reſpectu mali, id eſt minoris, tum reſpectu perſonæ, minor mætus
598 ſufficit in fœmina, † quam in viro, quia non ea conſtantia requiritur in fœmina, quæ requiritur in homine, vt poſſit dici conſtans, ſed ſicut eſt homine fragilior, ita fragiliori mætu illa concutitur. *Gl.commun.recepta in c.cũ locũ,in verb. Mætus, extr. de ſponſ.* quam dicunt ad hoc ſingularẽ ibidem. *Ant.*

de Butri.

de Butri. Panormitan. Cardinal Alexandrin. Idem voluit *Deci. in c. cauſam matrimonij. col. 1. de offici. deleg. Ioan. Andr. in c. conſultationi. de Sponſalib. Carol. Ruin. in Conſil. 98. nu. 24. Vol. 1. Bartol. Socin. in Conſil. 263. Incip. Capio primam col. 4. verſ. Ad prædicta etiam. Vol. 2. Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus. l. 9. nu. 260. verſ. Propterea dicit. Franciſc. Burſat. in conſil. 72. nu. 31. Vol. 1. Nauar. in loco ſupra allegato. ſub nu. 51. verſ. contra quam diffinitionem. Sarmientus in dicto cap. 11. ſub nu. 19. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſtion. libr. 2. Centur. 1. Caſu. 135. num. 4. 5. Sfortia Oddus de Reſtit. in integrum q. 7. Articul. 9. nu. 107. parte 1. Dixi in conſil. 4. nu. 38. Cent. 1. Franciſc. Aret. in conſil. 24. col. 1. Riminald. Senior in conſil. 15. num. 22. Vol. 1.* minorem
599 † mętum afficere mulierem dicit *Ioan. Cephal. in conſil. 384. num. 51. Vol. 1. Petr. Rebuff. ad Conſtitution. Galliæ. Tomo 2. Titul. de Reſciſſ. contr. Articul. 1. Gloſſ. 12. nu. 3. dum dicit, quòd in mulieri ſufficit*
600 *mętus fragilis*, † *& leuis pro qualitate mulieris. Ludouic. Moroti. in conſil. 75. num. 8. Vol. 1.* & alios
601 allegans *Ioann. Baptiſta Valenzuela Velaſquez* † *Regens* meritiſſimus, & Iuriſcōſultus, ſcientiarum omnium, & vitæ irreprehenſibilis integritate cōſpicuus *in conſil. 29. nu. 35. 36. Vol. 1. Silueſter Aldobrandin. in Conſil. 71. nu. 25. Vol. 1. Nicol. Boer. in Deciſion. Burdegal. 100. num. 2.* Quàm pulchrè hoc declarauit *Placentinus in ſumma Codic. lib. 2. Titul.* 20. dum dicit, parentes magis terreri in liberis per
602 eorum corpora, † quia ſi preſens fuerit puella, Tori matura, facie decora, & ſtramina ſint ſibi parata. Quòd ampliat *Azo ibidem. col. 1. verſ. punitur mętus.* dum inquit, Hoc tamen, *vt ait Placen-*
603 *tinus* eſt ſi puella † ſit preſens, quia mętum oportet eſſe præſentem, ſubiunxit Azo, Fortè nec exigitur quòd omnino, ſit Tori matura, vel facie de-
604 cora, vel ſtramina † ibi parata ſint. Stramina pro lecto humili. *Iuxta illud Propertij Eleg. 17.*

Straminea poſſet Dux habitare caſa
& Ouidius lib. 2. Amorum. elegia. 9. inquit,
Roma, niſi immenſum vires promoſſet in Orbem,
Stramineis eſſet nunc quoq; denſa caſis.

Forſitan loqui voluit de lecto geniali, de quo loquitur *Alexander ab Alexandro Dierum Genialium* Nubenti dari ſolito. *lib. 1. cap. 5.* de quo *Cicero in*
605 *Oratione pro A. Cluenſio.* dum ait, Lectum † illum Genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari, atq; ſterni, expulſa, atque exturbata filia iubet. *de hoc pulchri Iouinianus Pontanus de Amore coniugali lib. 2.*

Claudite iam poſtes, iam lectus capit amantes
Mutua quid teſtes gaudia differimus?
Solus ades Genialis Hymen, te murmura teſtem
Te lacrymas, riſus, prælia noſſe decet.

Subdeclara tertiò vim intelligi debere, non de vi Ablatiua, Expulſiua, neq; turbatiua, ſed tan-
606 tum, quòd compulſiua † obſtet matrimonio quia, vt dicit *Iuriſconſultus in l. 1. ff. de eo, quod mętus cauſa.* hodie Titulus, non dicit de Vi, ſed dicebatur antea, quia hodie cum dicat de mętu, cum ea, quæ mętu fiant, vi fieri dicantur, & declarat
607 *Gloſſ. in Verb. Vi atroci*, ideſt † compulſiua, ſiue inquietatiua. & ſimiliter *in l. 2. ff. eo. tit.* & ſic ante Accurſium dixerunt. *Placentinus in dicta ſumma Codicis. lib. 2. titul. 20. verſic. Quippe quod, & Azo in ſumma lib. 2. titul. 20. in princ.*

Subdeclara quartò, mętum, qui cadat in vi-
608 rum conſtantem, eſſe debere præſentem in † actu, qui agitur, vt patet *ex. l. 1. §. mętus. ff. de eo, quod mętus cauſa.* ibi (inſtantis periculi) declarari enim debet periculi inſtantis, ideſt præſentis. In-
609 ſtans enim tempus, † accipi debet pro præſenti, vel proximè imminenti. *Ità apud Saluſtium in Catilinario*, dum dicit, Optimum factum ratus, noctem, quæ inſtabat ante capere, ne quid eo ſpacio nouaretur. & hoc firmatur melius ex *text. in l. mętum. 3. in princip. ff. eo. tit. ibi*, Mętum autem præ-
610 ſentem † accipere debemus, & ita voluit *Placentin. in ſumma Codic. lib. 2. tit. 20. col. 1. verſic. Item oportet mętum eſſe præſentem. Idem in ſua ſumma. lib. 2. titul. 20. vol. 2. verſ. Eſt autem mętus, voluit Azo*, dicens. Et nota quòd licèt nō ſit neceſſarium
611 periculum eſſe præſens, tamen † exigit mętum eſſe præſentem.

Subintellige dictam declarationem, mętum non ſolum præſentem, ſed etiam durare; ſemel e-
612 nim illatus, durare ſemper † præſumitur, voluit *Angel. in l. ad inuidiam. C. quod męt. cauſa, vt poſt Iaſon. Afflict. Marſil. Neuizan. & alios*, quos allegat, voluit *Iacob. Menoch. in conſil. 1. nu. 287. vol. 1. Bartol. in l. ſi ob turpem. num. 7. ff. de condict. ob turp. cauſ. Calderin. in conſil. 2. ſub Titul. de eo quod męt. cauſ. Bartholomæ. Socin. in conſil. 263. col. 3. volum. 2. Deci. in conſil. 498. num. 15. Aym. Crauett. in conſil. 461. num. 25. 38. Franciſc. Purpurat. in conſil. 579. num. 14. vol. 2. Iacobus Mandell. in conſil. 77. nu. 13. Burſat. in dicto conſil. 72. nume. 26. volu. 1. Franciſc. Monald. in conſil. 13. nume. 7. volum. 1.* Qui dicunt
613 † durare ſaltim modico tempore poſt minas. *Ioan. Vincent. de Anna. in Allegat. 114. Hieronym. de Laurentijs in Deciſion. Auenionenſi. 113. in fin. Franciſc. Veggius. in conſil. 27. nu. 1. volu. 1.* Vbi inquit, quòd qui ſemel mętum intulit, ſemper inferre
614 † præſumitur. *Ieremias Setſerus de Iuramentis. lib. 1. cap. 21. nu. 7.* Maximè vbi adeſſet probabi-
615 lis cauſa, ſuſpicio, & timor eiuſdem mętus † imminentis. *Bald. in l. interpoſitas. in fin. C. de Tranſact. Ludou. Roman. in dicta l. ſi ob turpem. nume. 10. Petr. Rebuff. ad conſtit. Galliæ. tom. 2. titul. de Reſciſſion. contr. articul. 1. Gloſſ. 22. num. 6. Syluester Prier. in Summa. §. Mętus. q. 1. Maſcardus. de Probat. concl. 1055. num. 16. Ioan. Baptiſt. Villalobos. in Commun. Opin. §. Mętus. nu. 70. Octauian. Cacheran. in Deciſi. Pedemontan. 179. nume. 11. 12. Paul. Merenda in conſil. 53. num. 8. 9.*

Et ideo etiam ſi præcedant ſponſalia de futuro, non id circo validabitur matrimonium, vi, ac
616 mętu † contractum, *vt poſt Didacum de Couarr. in Epiſtolam, de ſponſalib. parte 1. cap. 4. numer. 6.* voluit *D. Matthæus Burattus in Deciſion. Nuperrima*

Roma. 643. numero 29. parte 1. tomo 2.

617 Limita tamen ſupradicta, niſi poſt † mætum fuerit facta purgatio, & idem mætus purgatus per actus contrarios expreſſos Iuxta plura quę cõcludit, & allegat *Octauian. Cacheran. in Deciſio. Pedemontan. 179. nu. 10. & pluribus ſeqq.* Ac etiam per

618 actus Tacitos, ſcilicet per lapſum longiſſimi † tẽporis triginta, vel quadraginta annorum, quod intelligitur dummodo ceſſata fuerit cauſa mætus, quia ſi eadem ſubeſſet, nunquam cenſeretur per lapſum longiſſimi temporis, purgatus mætus. vt per *Alexandrum in dicto conſil. 99. Vol. 3. Decium in dicta. l. In omnibus. num. 12. 13. & in conſil. 219. num. 7. 10.* voluit *Idem Octauian. Cacher. in dicta Deciſ. Pedemon. 179. nu. 11. 12. Vincent. Hondedeus in conſil. 23. nu. 41. Vol. 1. Ioan. Petrus Surdus in conſil. 301. nu. 23. Vol. 3. Ludouic. Morotius in conſil. 75.*

619 *nu. 8. 11.* Maximè dum viuit is, † qui mætum intulit. vt dicit *Morotius, ſub dicto nu. 11. Marian. Iun. in conſil. 77. num. 62. Vol. 1.* & volunt præfati, quos ſequitur *D. Ioannes Baptiſta Coſta de Facti ſcientia, & ignorant. Diſtinction 91. ſub nu. 5. 6. 7. Carolus Ruin. in conſil. 12. num. 18. Vol. 4. cum alijs relatis per Hierony. de Laurentijs in Deciſion. Auentonenſi. 113. ſub nu. 4. Felin. in conſil. 14. nu. 4. Sebaſtian. Medices de Caſibus Fortuitis. Parte 1. q. 7. ſub nu. 8. Paul. Merend. in conſil. 53. nu. 8. 9.* & dicam infra *hoc eodem titul. verſic. Intelligendum erit. nu. 874.*

Subdeclara quintò, requiri, vt qui mætum inferunt non ſunt perſonæ debiles, aut impotentes,

620 puta mulier † ſenex, vel Infirmus, atq; inermis, ſed ſint Iuuenes, & fortes, qui facilè formidentur, quòd de his timor habeatur quòd poſſent minas exequutioni demandare. *Gloſ. in l. mætum in Verb. iactationibus. C. de his quæ vi met. cauſ. fi. Bald. in l. mætum. nu.... C. eo. tit.* vt de homine ſeuero, & ſolito violenter agere. *Deci. in conſil. 151. col. fin. in conſil. 189. nu. 14. Iacob. Mandel. in conſil. 77. num. 19.* de ſenibus, debilibus. *Felyn. in c. quoniam frequenter. col. penult. Vt lite non conteſt. Ludouic. Gomez in Regul. Cancellar. de Infirm. Reſign. q. 7. in fin.* Hinc ſenes non coguntur ad præſtandam cautionem

621 de non offendendo, quia † de ſene, & ſenis mętu vanus eſt Timor. vt dicit *Franciſc. Herculanus in Tract. de Cautione de non offendendo. cap. 47. n. 32.* Et quoad ſubdeclarationem *Roland. à Valle in cõſ. 83. num. 28. Vol. 2. Marc. Anton. Cucch. Inſtitution. Canonic. maior. lib. 5. Titul. 12. num. 165. Riminald. Senior in conſil. 15. nu. 12. Vol. 1.* dicens mętum pro-

622 bari illatum † ab eo, qui ſit impotentia offendendi. *Paulus Merenda in conſil. 53. nu. 3.*

Subdeclara ex his ſexto, qualiter mætus ex minis etiam procedens, vt nocere valeat, probandum erit, mætum inferentem, ac minantem ſoli-

623 tum eſſe minas † exequutioni demandare, & idcirco facilè mætuendum, pro vt *ex Alberico, Baldo, Imola, Socino, Blancho, Milleo, Gramatico, Marſilio, Nouello, Follerio, Plaza, & Claro* dixi *in conſil. 45. num. 10. & ſeqq. Centur. 1 Adde Paulum Merendam in conſil. 53. nu. 3. in conſil. 88. nu. 4.* ad quæ faciunt, quæ poſt *Hondede. Reuſnerum, Boerium, & Magonium* ſcribit *Ioan. Baptiſta Coſta de Facti ſcientia, & ignorantia. Inſpectione. 1. nu. 33. 34.*

624 Ordinis ſacri impedimentum † iam clarum eſt, matrimonium impedire, & contractum dirimere patet ex *textu in c. 1. c. 2. c. meminimus. c. Rurſus, c. Inſtanter, ex. Qui clerici, vel vouent.* quod intelligitur de Epiſcopis, Presbiteris, Diaconis, & ſub-

625 diaconis, non autem de ordinibus † minoribus, quod etiam habetur *in c. vnico, de Voto, & Voti red. in 6. Clem. Vnica, de conſanguinitate, & Affinit.* Hoc idem voluit *Goffred in ſumma in dicto Titul. de ſponſalib. §. ſequitur videre, col. 2. verſicul. Ordo Sacer. Hoſtienſ. in ſumma Titul. de Matrimonio. §. Qualiter impediatur, col. 2. verſic. Octauo ordo. Angelus de Clauaſio, in ſumma. §. Matrimonium. 3. Impedimento. 12. Bartol. Fumens in ſumma. §. matrimonium, nu. 8. 42. verſicul. Octauum Impedimentum. Ioan. Paul. Lancellott. Inſtitution. Canonicar. lib. 2. Titul. Quæ matrimon. Impedire poſſ. §. Item voti. Ioan. de Vanquel. in dicto c. Vnico, concluſione. 2. de Voto, in 6. Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij, lib. 4. Titul. 6. per totum. Anneus Robertus, Rerum Iudicatarum, lib. 2. cap. 18. à Verſicul. Seius Mauiam vxorem, cum ſeqq. aliqua per Stephan. Auffer. ad Capell. Tholoſ. in Deciſ. 235. Simon Maiol. de Irregularit. lib. 5. cap. 34. verſ. Quinimmo ſi clericus. ſub nu. 4. 5. Martin. Nauar. in Summa Confeſſarior. cap. 22. nu. 52. Franciſc. Marcus in Deciſion. Delphinal. 676. num. 2. Vol. 2.*

Amplia ſupradictam declarationem, procede-

626 re etiam concluſionem, vt impediatur † matrimonium contrahendum, & contractum dirimatur per profeſſionem expreſsè, vel tacitè factam in aliquam ex religionibus per Apoſtolicam ſedem approbatis. *vt in dicto. cap. Vnic. de Voto, & voti redempt. in 6. vbi Gemin. ſub nu. 10. 11. & Philipp. Francus. col. 2. Idem cauetur. dicto cap. meminimus. c. conſuluit. extra Qui clerici vel Vouent. & ibidem Abb. Panor.* Idem voluit *Ioan. Paul. Lancellott. Inſtitution. Canonicarum lib. 2. Titul. Quæ matrimon. Impedire poſſunt. vbi Gloſ. in Verb. ſolemnis Ioann de Vanquel in dicto c. Vnico concluſ. 2. de Voto in 6. Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 4. Titul. 6. verſ. Vouentium. Angel. de Clauaſio. in ſumma. §. Profeſſio. nu. 1. in fin.*

Intellige primò ſupradictam ampliationem, non

627 *procedere, niſi in voto ſolemni, non autem † in Voto ſimplici, ſolemnis Voti emiſſio eſt ſuſceptio ſacri ordinis, illorum ordinum, de quibus ſupra proximè diximus in Verb. ordinis ſacri, nu. 524.* Et emiſſio Voti religionis, ſuſcepto habitu illius, & profeſſionis factæ expreſsè, vel tacitè. Voti emiſſio ſimplicis

628 eſt, dum quis habitum ſuſcipit † abſq; profeſſione ſubſequuta; Et ſumma eſt per Votum ſimplex impediri matrimonium cõtrahendum, per ſolemne autem, vt dictum eſt, dirimi etiam contractum,

629 quia ſic † Eccleſiæ placuit. *vt in dicto c. Vnico. de Voto. in 6. & dicto c. meminimus. c. conſuluit. c. Rurſus. extra. Qui clerici. vel Vouent. in quibus Abb. Panor.*

nor. præſertim in c. Rurſus. nu. 6. Vanquel. Lancellot. & Venatorius in locis ſupra allegatis Fumeus in ſumma Armilla. §. matrimonium. Verſ. Tertium impedimentum. n. 8. Notando etiam, quòd apud DEVM ità votum ſimplex obligat, quemadmodũ ſolemne, cum indiſtinctè dicat ſcriptura. *Dauid Pſal. 75.* vouete, & reddite Domino DEO veſtro. Sancta enim Eccleſia, quæ Spiritu Sancto gubernante, regitur, cum fecerit conſtitutionem ſuper ſolemni voto, idcirco maiori Vinculo, & pœna obligatur, qui ſolemni voto obſtrictus eſt, quam qui ſimpliciter vouerit, quaſi in primo capite contemplerit conſtitutionem Eccleſiæ, & grauius puniatur, vt contractum etiam matrimonium dirimat. *arg. dicti. cap. Rurſus.* & voluit *nouiſſimè Vincenti. Mancin. de Iuramento. parte. 1. q. 10. nu. 18.*

Intellige ſecundò in voto ſolemni, cum requiratur profeſſio expreſſa, vel tacita, eadem profeſſio fieri debet coram illius religionis ſuſceptæ
630 † ſuperiore, poteſtatem habente, quæ facienda eſt ſuper altare, *vt in dicto c. conſuluit.* Profeſſionis faciendæ modos quinque poſuit *Cardinalis in cle. cos. q. 2. de Regularib. & Archidiac. in c. quod interrogaſti. 27. Diſtinct. Specul. in Titul. de ſtatu monachor. Verſic. Decimonono quæritur, nu. 24. & Idem Cardinal. in cle. 1. §. ſanè, de Statu, monach. Verum Abb. Panor. in dicto c. conſuluit, num. 2.* dicit ſecundum Opinionem Doctorum, Profeſſionem fieri
631 ſuper altare, & valere ſciente ſuperiore, & permittente, nam de more quarundam Religionum eſt, vt profitendus ſcribat profeſſionem manibus proprijs, & ſic conſcriptam ponat ſuper altare, præſente toto conuentu, & acceptante, nam non poteſt quis ſeipſum incorporare religioni, ſed o-
632 portet, quòd interueniat, conſenſus † præſidentis in illa, *vt in c. Ad apoſtolicam, ſupra de Regular.* & vide, quæ ibi dixi. Hæc Panormitanus, vide etiam *Angelum de Clauas, in ſumma. §. Nouitius, num. 3. §. Profeſſion. nu. 1.* Sed de hoc dicam DEO volente, in Titul. de Regularibus. Sed interim pluſquam alius *Carolus Tapia* Marchio Belmontis, & Regens apud Catholicam Maieſtatem *de Rebus Religioſis, in verb. Ingreſſi. cap. 2. per totum.*

Ratio autem, quare Ordo ſacer, ac profeſſio in
633 Religione impediat contrahendum † matrimonium, & contractum dirimat, eſt, Quia DEO ſemel oblatum, illi debetur, hinc vt breuiter pertranſeam eccleſiaſticę res, alienari regulariter prohibentur. Qui ſacros ordines ſuſcipiunt, vel religionum habitum, ac profeſſionem emittunt, DEO, & Religioni illi ſe obligant, & illi obnoxij
634 ſunt, habemus enim DEI præceptum † Moyſi datum, *Leuitici, cap. 27.* Omne (inquit) quod Domino conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non veniet, nec redimi poterit, quicquid ſemel fuerit conſecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. Vnde tam qui ſacrum ordinem ſuſcipiunt, quàm etiam, qui Vota emittunt, ſua ſponte
635 ſe obligant, non enim, qui ordinatur † coactè poteſt ordinari, & ordinatio non eſt valida. *Armilla in Verb. Ordo. nu. 13.* Itaq; ordinatio voluntariè fit,
636 ac † fieri debet. Sic, & hi, qui religionem ingreſſi
637 ſunt caſtitatem, & continentiam † vouent, de qua *Henricus Bohic in c. quod ie, de clericis coniug.* quem refert, & ſequitur *Carolus Tapia. de Rebus Religioſis. in ver. ipſo ingreſſu, cap. 2. per totum,* Vouerunt itaq; DEO, & qui ſacros ordines ſuſceperunt, & qui Religionem ingreſſi, & profeſſi ſunt. Ideo reddere tenentur. *Leuitici cap. 7.* dicitur, quòd
638 qui † voto, vel ſponte obtulerit dare tenetur. *& cap. 22.* Qui obtulerit oblationem ſuam, vel vota ſoluens, vel ſpontè offerens, quicquid illud obtu-
639 lerit ſpontè in holocauſtum Domino † vt offeratur. *& cap. 27.* Homo, qui votum fecerit, & ſpoponderit DEO animam ſuam, ſub æſtimatione
640 dabit † precium. *Numeri cap. 6.* & in eodem libro pluries. *Deuteronom. cap. 12. cap. 23. & Iob. cap. 22.* Vota tua reddes. *Dauid Pſalm. 21.* Vota mea reddam in conſpectu Timentium eum. *Pſalm. 49.* Redde altiſſimo vota tua. Omittuntur infinitæ ſcripturę ſacrę authoritates, de his alibi dicendum erit, ſi DEVS voluerit. Ex his concludendum erit, quòd cum ſacris ordinibus inſigniti, & Diuinę religioni addicti, per ſua vota DEVM in conſortem, & illius religionem antea elegerint, indecens, indecorum, & iniuſtum eſt à promiſſis, & à primo viro recedere. Propterea rectiſſimè à Sancta Eccleſia prouiſum, & ante omnia in ſancta ſexta Synodo Nicena decretum fuit, quòd ſi-
641 quis eorum, qui ad clerum accedunt, † voluerit nuptiali lure mulieri copulari hoc ante ordinationem ſubdiaconatus faciat. *vt in c. ſi quis eorum. plenè in c. ſubdiaconibus. c. erubeſcant. c. placuit 32. Diſtinct. & in Concilio Carthaginenſi. c. cum in præterito. vbi optima gloſſa. cap. cum de quorundam. 84. diſtinct. D. Ambroſius ad Virginem Lapſam. cap. 5.* Quæ ſeſe (inquit) ſpopondit CHRISTO, & San-
642 ctum velamen † accepit, iam nupſit, iam immortali iuncta eſt viro, & iam ſi voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat. *D. Hieronymus ad Heliodorum Epiſt. 1.* Tu (inquit) perfectum te fore pollicitus es, nam quando relicta militia te caſtraſti propter Regnum cęlorũ, quid
643 aliud, quàm perfectam † ſequutus es vitam. *Et Tertullianus de Velandis Virginibus* inquit, Nupſiſti CHRISTO. Illi tradidiſti carnem tuam. Illi ſponſaſti maturitatem tuam. Qui voto ſimili contraueniunt; audi quid dicit *D. Cyprianus ad Pomponium. lib. 1. Epiſtola. 11.* CHRISTVS Domi-
644 nus, & iudex noſter, † cum Virginem ſuam ſibi dicatam, & ſanctitati ſuę deſtinatam, inire cum altero cernit, quàm Indignatur, & iraſcitur, & quas pœnas inceſtis eiuſmodi coniunctionibus cõminatur. Itaque ſimilibus votis attentis, non mirum ſi, vt ſupra dictum fuit Matrimonium ſimplici voto faciendum Impediatur, ſolemni verò, & faciendum impeditur, & factum dirimatur, nam
645 etiam Ethnici dixerunt; Sancta vota † reddunto. *Cicero de legibus. lib. primo.*

Ligamen vnius matrimonij ſemel legitimè cõtracti,

tracti, impedit aliud matrimonium, faciendum, quia contracto legitimo matrimonio per verba de præſenti, etiam ſi primum non ſit conſumatum, &
646 cum ſecunda copulam † commiſerit, debet ad primum redire, *c.licet. c.fin. de ſponſ. duor.* Ligatus enim vni vinculo, alteri coniungi non poteſt, *vt ex D. Hieronymo de Virginibus contra Iouinianum, l.1.* habetur *in c. Quomodo virginibus.* 31.*q.*1. *c. Nuptiæ.* 32.*q.*1. Idem firmarunt *Goffred. in ſumma. Titul. de ſponſal.* §. *ſequitur videre de ſecundo, col.*2. *verſicul. ligamen impedit. Hoſtienſ. in Titul. de matrimonio.* §. *Impediatur, col.*3. *verſic. Homo ligamen. Angel. de Clauaſio in ſumma.* §. *Matrimonium.* 3. *Impedimento.*13. *Barthol. Fumeus. in ſumma Armilla.* §. *matrimonium, num.*43. *verſic. Nonum Impedimentum Ioan. Paul. Lanceſlott. Inſtitution. Canonic. lib.*2. *Titul. de Sponſalibus* §. *ſi quis igitur eam. Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij, lib.*4. *Tit.*4. *Martinus Mesnartius in Epithome legum Pontificalium, lib.*4. *Titul.*1. *verſ. In ſumma ſi inter*, ſed ſufficit, quod plenè dixi *ſupra hoc eodem Titul. Verſ. Declarandæ ſunt ipſius, nu.*13.

Honeſtatis publicæ iuſtitiæ impedimẽtum, im-
647 pediens matrimonium Iure † antiquo, & illa obſeruantia declaratur à *Goffredo, & Hoſtienſe in locis proximè allegatis, & ab Angelo Clauaſio, in ſumma.* §. *Matrimonium.* 3. *Impedimento.* 14. Sed ſub iſto colore totus Chriſtianus Orbis turbatus eſt, ex figurato huius iuſtitiæ publicæ honeſtatis colore, dum Henricus Octauus Angliæ Rex illud impedimẽtum figurauit cum Regina Catherina Catholici Regis filia, de quo ad longum dixi *in commentarijs de Catholici Regis Præſtantia. capit.*16. Quo ad
648 hoc tamen † Impedimentum ſeruari nunc debet diſpoſitio *Sacri Concilij. Tridentini. Seſſion.*24. *de Reformation. cap.*3. *Incip. Iuſtitiæ. Armilla, in ſumma.* §. *Matrimonium, num.*46. *verſicul. Decimum. Martinus Nauar. In Summa Confeſſariorum. Cap.* 22.*num.*57. *Lancellott. Inſtitut. Canonic. lib.*2. *Titul. quæ matrim. Imped. poſſ.* §. *Publicæ quoque Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib* 4. *Titul.*1. *in Axiomatibus.* §. *Publicæ honeſtatis.*

Senſus dicit verſus, & apud aliquos dicit furor, quia furioſus ſiue mas, ſiue fœmina furentes, non
549 † contrahunt matrimonium, ſed impediuntur. *c. Neque.*32. *q.*7. *Gloſſ. & Doctores in c. dilectus. de Sponſalib.* Contractum tamen non dirimitur *l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt, vel alien. Iur. l. Oratione.* §. *fin. ff. de Ritu nupt. l. furor. ff. de ſponſalib. Hoſtienſ. de Matrimonio.* §. *qualiter Impediatur. col.*1. *verſ. furioſus. col.*3. *verſ. Vndecimo furioſus. Antonius Gubertus. de ſponſalibus, & matrimon. Titul. de His, qui Nupt contrah. poſſ. nu.*126. *Ioan. Paul. Lancellot. Inſtitutionum Canonicar. lib.*2. *Titul. Quæ matrimon. Imped.* § *furor quoq;* benè *Alexand.* quem nemo allegat *in Conſil.*54. *Incip. Ad quæſitum breuiter. Vol.* 1. *Barthol. Socin. in Conſil.*47. *Incip. Facti narratione. nu.*9. *verſic. Capio Secundam difficultatem. Vol.*3. *Petr. Nicola. Mozz. in Tractatu de Contractib. Titu. de Matrimonio.* §. *Qui poſſint contrahere matrimonium, vel non num.*5. plures allegans *Petrus Cened. Collectaneor. Iuris Canonici parte.*3. *cap.*148. *nu.*1. *Nicolaus Boerius in Deciſion. Burdegal.*23. *num.*68.

Quia, vt diximus ſpõſalia, & matrimonium con-
650 ſenſum † requirunt. *l. Nuptias. ff. de Regul. Iur.* §. *cum ſolum. c. cum apud. de Sponſal.* & dixi *ſupra hoc eodem Titulo. Verſicul. ſequitur coniunctio, notandum. nu.*107. *cum ſeq.* dixi *in conſil.*4. *num.*57. *Cen-*
651 *tur.*2. furioſus autem cum conſenſum † non habeat, matrimonium contrahere non poterit, videatur *Iacob. Menoch. de Præſumptionib. lib.*6. *Præſumpt.*45. *per totam, & alij*, quos allegat *Regẽs Valenzuela Velaz quez. conſ,*31. *nu.*1. *lib.*1.

Affinitatis Impedimentum, ità dicendum eſt, pro vt dixi ſupra *hoc eodem titulo, verſicul. Conſan-*
652 *guinitatis, & affinitatis. nu.*450. & ad illa † quæ ibidem refero ad alia mea ſcripta *in commentarijs de Regis Catholici Præſtantia. cap.*16.

653 Impotentia coeundi, an ſit impedimẽtum † matrimonij? Reſponderi poteſt, quòd attento matrimonij fine, ob quod fuit à Principio à DEO factum, ob ſuſceptionem prolis, & illius multipli-
654 cationem † in Paradiſo, vt patet *Geneſ. cap.* 2. quando DEVS Adamo dixit, Creſcite, & Multiplicamini, & complete terram. *c. omne itaq;* 27. *qu.* 2. *c. cum igitur. in princ.*35. *qu.*1. *cap. deinde.*26. *diſtinct. Goffred. in ſumma. Titul. de Sponſal.* §. *ſequitur videre. verſ. Tria ſunt bona. vt dixi plenè ſupra hoc eodem Titulo. verſ. Quamquam ex iam dictis. n.*
655 189. Vndè cum ex matrimonio generis † propagatio ſperetur. *cap. DEVS.*31. *q.*1. Et ex impotentia non aſſequatur is finis, ad quem eſt conſtitutus, ſequitur, quòd ad matrimonium conſequendum non admittitur, & ſi de facto contraxerit idipſum ob coeundi impotẽtiam impeditur. vt autem hæc Materia rectè intelligatur procedam per concluſiones, vt vna quęque enucleata ſciri poſſit, qua quiſq; lector indigeat, nam ex cauſa impotentiæ,
656 matrimonium † à principio validum eſſe voluit *Panor. & alij in c. puberes, de deſponſ. impub.* cuius contrarium tenuit *Siluest. Prierius in Summa. in Verb. Matrimonium. n.*7. vel potius diſſoluendum, Et ex poſt facto declarari nullum, vt concludit, *Seraphinus Cardinal. Oliuarius in Deciſ. Nouiſſim. Rom.*689. *Tomo*1.

Prima concluſio, quòd impotentia in actibus
657 matrimonialibus nil aliud † eſt, niſi vitium, natura ipſa nouercante, vel ex accidente cõtractum, quo quis in procreandi munere, vel alteri carnaliter commiſceri impeditur. *c. ex literis. de frigid. & Malef.*

Secunda concluſio eſt, quòd impotentia duplex eſt. Naturalis, & Accidentalis. Et iterum Accidentalis impotentia duplex eſt, ſcilicet violenta, & occulta. Naturalis contingit ratione ætatis,
685 vel nimiæ frigiditatis in Viro, † vel arctitudinis in muliere, habetur *in c. quod ſedem. extra. de Frigid. & malefic.* §. *vnico.*30. *q.*2. Accidentalis verò
659 Violenta † impotentia, quæ vel gladio, vel alio
660 inſtrumẽto virilia ſunt amputata, occulta, † quæ male-

maleficio, vel alio modo *c. ſi per ſortiarias. 33. q. 1. Specul. in Titul. de Frigidis, & malefic.*

Tertia concluſio, quòd impotentia coeundi al-
661 legari poteſt, etiam nõ ſpecificata qualitate † impotentiæ. *c. quod ſedem de Frigid. & malefic. Abb. Panor. in Rubr. eadem. & in dicto c. quòd ſedem. num. 3. Ioan. Paul. Lancellott. Inſtitut. Canoni. lib. 2. Tit. quæ matrim. Impedir. poter. in* §. *Item frigiditas. & ibidem in gloſſ. in Verb. Impotentia.*

Quarta concluſio, Naturalis impotentia ratio-
662 ne ętatis, puta in Impubere, ſicut enim † puer nõ poteſt reddere debitum, ſic non aptus coniugio, eodem modo qui impotentes maximè apti ad contrahendum matrimonium non reputantur. *dicto c. quod ſedem. vbi Panormit.* dicit, puerum intelligi vſque ad decimum quartum annum, debet tamen intelligi, quod adueniente ætate, illæ qualitates natiuæ ob immaturam ętatem frigidę, poſtea inca-
663 leſcere, & vigere incipiunt, & ceſſat cauſa † proueniens ex ætate, & tunc matrimonium minime impeditur. *Daniel Venator. in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 4. titul. 15.* §. *Quotuplex impotentia coeundi, cum* §. *ſequent.* §. *Quis finis Borgnin. Caualcan. in Deciſ. Fiuiza. 17. ſiue. 64. num. 5. parte 2. Alexand. Carrerius. de ſponſalib. & matrim. lib. 5. cap. 15.* Et iſta impotentia ratione ętatis non eſt mirum, quòd ſit in pueris, quia ſemine carent pueri propter in-
664 crementum, abſumitur enim † totum alimentum in corporis deſiderium, priùſquam aliquid excrementi remaneat. vt voluit *Ariſtoteles de Generat. Animalium lib. 1. cap. 18.* cum deſcendere, & diſtillare in Vaſis ſuis ſemen, ſiue ſperma incipiat in ho-
665 mine quando Incipit mutatio Vocis, & pili in † Inſtrumentis coitus. vt dicit *Albertus Magnus de Animalibus. lib. 5. Tract. 2. cap. 1.* Nec prętatis obſtabit, quod retulit *D. Hieron. in Epiſtola ad Vitalem, quæ eſt Tomo 3.* vbi demonſtrat Vitalem ab illo quæſiuiſſe, quo modo probare poſſet Salomonem Decimo, vel Vndecimo ætatis anno genuiſſe
666 Roboam filium, & Achaz eiuſdem ætatis † genuiſſe Ezechiam filium, & de puero nouem annorum qui grauidam fecerit. Quia vt dicit *ibidem Hieronymus*, quod ſic placuit DEO, & non valet natura contra Naturę Dominum, nec poteſt Vas figulo dicere, quare me ita feciſti. ſunt enim iſta Diuina miracula, quæ rarò fiunt. & ad ea, quæ rarò accidunt Iura non adaptantur. *l. Nam ad ea ff. de legib.*

Cum atem loquamur de Impedimento ætatis,
667 poſſetq; de Senibus dubitari, an ſenectus † Impedimento ſit, vt ſenex matrimoniũ contrahere prohibeatur? ſuper quo breuiter dicendum eſt, hoc à Iuſtiniano fuiſſe prouiſum maiores, vel minores
668 ſexagenario poſſe matrimonium † contrahere. *vt in l. ſancimus. 2. C. de Nupt. & in l. ſi maior. C. de legitim. hæred. Raph. Fulg. in conſil. 212. Incip. quædam mulier. col. 2. in primo dubio.* ad quod facit illud, quòd nemo eſt adeo ſenex, quin aliquando
669 calere poſſit, natura, vel artificio, vel medicinis. vt dicit *Gloſſ. in c. Nuptiarũ. in Verb. In quibuſdam. 27. q. 1.* quam refert, & ſequitur *Andr. Tiraquell. de legibus. connub. l. 6. parte 6. nu. 19. ſed, & ſi fortè. Barthol. Soci. in conſil. 65. in princ. Vol. 3.* ſequitur *Ioann. Neuiza. in conſil. 34. Roland. à Valle de lucro. Dotis. q. 14. n. 18. Borgnin. Caualcan. in Deciſ. Fiuiz. an. 64. num. 6. parte 2. Franc. Marc. in Deciſi. Delphin. 677. ſub num. 17. in addit. Alexand. Carrer. de ſponſal. & matrimo. libr. 5. capit. 15. in fin. Alexand. de Neuo in conſil. 9. num. 2.* Vndè ſenex in maxima ſenectute conſtitutus, poteſt contrahere matrimonium, licèt
670 non ſit aliqua ſpes ſuſcipiendæ prolis, & tenet † matrimonium in humanitatis ſolatium, vt poſt *Gloſſ. in dicto. c. nuptiarum. arg. l. fin. C. de Nupt.* ſequitur *Anton. Gomez in l. Tauri. 9. ſub num. 57. verſ. Tertio pro hac ſententia. allegat tex. in l. ſed eſt quæſitum. in princ. ff. de lib. & poſth.* in quo habetur, eum qui generare facile non poſſit, poſſe licitè vxorem
671 † ducere. faciunt notata *per Didacum de Couar. in Epithom. de ſponſalib. parte 2. cap. 8.* §. *2. nu. 10. cum multis*, quos allegat *Petr. Duen. in Regul. 350. limitat. 1. Ioan. Brunellus de ſponſalib. concluſ. 2. Ampliat. 1. num. 21. Andr. Gail. Practicar. obſer. lib. 2. obſeruation. 141. nu. 8. Anton. Gubertus de ſponſal. & matrimon. Titul. de his, qui nuptias contraher. poßunt ſub num. 64. verſ. Dubium ergo.* dicit, dubium ergo non
672 eſt nuptias conſiſtere etiam inter † ſenio confectos, qui ob valde prouectam, vel decrepitam ætatem, videntur non poſſe generare, tunc enim nuptiæ, non tam ſunt incontinentię remedium, quàm humanitatis ſolatium, fieri autem poteſt, vt maſculi etiam valdè ſenes, qui membra integra, & valida habent, ſi ſemel incaluerint ſedula operatione liberorũ operam nauent. Et iſtud iam exem-
673 plis comprobatur, quia Maſſiniſſa † Rex Numi dię octogeſimo, & ſexto anno, filiũ genuit, vt poſt Ciceronem retulit *Valerius Maximus. lib. 8. cap. 14.* ſic & Catonem Vticenſem octogenarium generaſ-
674 ſe † ſcriſperunt. *Plin. lib. 7. cap. 14. & Solinus in Polyhyſtore. capit. 4. Borgni. Caualcan. in dicta Deciſ. Fiuiz. 64. n. 6. parte 2.* qui dicit Iacopinum patruelem ſuum generaſſe in anno octogeſimo quarto, & anno nonageſimo pedibus ibat venatum cum rete ad collum. Et licet dixerit *Ricchardus lib. 4. ſen-*
675 *tentiarum. Diſtinction. 33.* ſenectutem † non Impedire, quãdo poteſt iuuari, aliàs Impediret, quem ſequitur *Angel. de Clauas* §. *Matrimonium. 3. Impedimento 6. nu. 2. Inſtiniani Chriſtiani Principis celeberrimi dictis legibus ſcilicet. l. ſancimus. 2. C. de Nuptijs. l. ſi maior. C. de legitim. Hæredib.* quas allegauimus, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ continuatus tam diù vſus, ſenes ad Matrimonij ſacramentum admiſit, & hoc Iure vtimur, à quo diſcedendum non eſt.

Dum cõtra illam legem Papiam fecit has leges Iuſtianianus Imperator, oſtendit certitudinem non
676 habuiſſe, quis † fuerit illius author, dicens (Iuliam, vel Papiam) & nihilominus, cum eſſet Imperator, & vicinior illis temporibus, quibus condita illa lex fuit, Quanto magis excuſandi erunt ſcriptores, qui poſt illum fuerunt, & maiori nos excuſatione digni ſumus, ſi fortè errabimus; Hiſtoriæ

tamen

tamen ex omnium scriptis veritatem afferre conabimur. *Exscriptis Aymari Rivallij Historiæ Iuris ciuilis. lib.* 2. vbi de lege Papia. *Ex Vldarico Zasio in Catalogo legum antiquarum. In Titul. de lege Iulia. vel Papia de Maritandis ordinibus, & ibidem Ludouici Charondæ in additionibus. Ex Francisco Hotomano in Indice Legum Romanorum, in Papia, Ex Fastis*
677 *Cassiodori,* † *Caroli Sigonij, & Honophrij Panuinij, aliisq; scriptoribus,* qui supradictam legem rogatam dicunt diuersas personas assignantes. Ego, vt hoc
678 † per transitum absoluam, assero, Anno Vrbis. 761. fuisse Consules Q. Sulpitium. & C. Poppæum secundum Cassiodorum, quos tam apud Dionem, quàm apud Lapidem capitolinum, & Cuspinianum, vocari video Q. Sulpitium Camerinum, & C. Poppeum Q. F. Sabinum. & illos quinquennio antequam Augustus vita excederet consulatū gessisse. Et ideo mendosum arbitror textū *Plinij lib.* 7. *cap.* 48. dum cum Q. Sulpitio dicit Cn. Pompeium & ab eo *Aymarus Rivallius in loco allegato, & à Suetonio in loco infra allegando.* cum dicere deberet C. Poppeum. cum in dicto anno in Magistratu mortuus fuisset Q. Sulpitius, & in eius locum suffectus. M. Papius Mutilus, qui administrauit consulatum cum C. Poppæo Secundo à quibus M. Papio Mutilo, & C. Poppæo secundo dicta fuit lex Papia Poppæa. Quæ in effectu concludebat, Ne sexage-
679 narij vxorem † ducerent, quasi generare nō possent, cuius meminit *Suetonius Tranquillus in Claudio. cap.* 23. *& post Senecam Lactantius Firmianus. de Falsa Religione. cap.* 16. inquit, Quid est quare apud poetas Salacissimus Iuppiter desierit liberos tollere? vtrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit? an impetrauit Ius trium liberorum? quem refert, & sequitur *Vdalric. Zasi. in catalogo. legum antiquarum. in loco allegato. Rivallius in Historia Iuris ciuilis. lib.* 2. *in l. Papia, Franciscus Hotomanus in eadem. Carolus Sigonius in Fastis Anni Vrbis.* 761. vbi post. Q. Sulpitium Q. F. Q. H. Camerinum, ex calēdis Iulij illius anni, fuisse suffectum M. Papium M. F. M. N. Mutilum. Idem etiam ponit *Honufrius Panuius tum in Fastis, tum in Commentarijs Fastorum*, in quibus ambo concor-
680 des sunt. Tiberium Cæsarem hoc caput legis † Papiæ approbasse, ne maiores sexagenario vxorem ducerent, sed illud à Claudio Cæsare fuisse abrogatum, ostendit Locus *Suetonij in Claudio. cap.*
681 23. *supra allegato.* Dum † ait, Capiti Papiæ Pompeiæ Legis à Tiberio Cæsare, quasi sexagenarij generare non possent, edito, abrogauit, de abrogatione facta per Claudium Cæsarem meminit *Alexād. ab Alexandro dierum Genilium libr.* 4. *cap.* 22. Non
682 tamen † negauerim senibus, & Viris, & mulieribus, si quando desiderarent matrimonia in senectute contrahere, si fiat desiderio prolem suscipiendi, dubiam illam esse, & ambiguam spem, si habeant insuper illecebrā cupidinem, illos errare aliquo incontinentiæ vitio posse, tunc illis dicendum est secundum Paulum, melius est nubere, quàm vri, & sperent cum Abraha, & Sara coniugibus, qui *Genes. cap.* 17. dixit, Putas ne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Et tamen hac ætate filium Isaac susceperunt. Apud DEVM
683 omnia possibilia † & facilia sunt, non tamen in exemplum trahenda, vt obseruat *Regens Valēzuela Velazquez cons.* 96. *num.* 19. *&* 20. Quamquam *Seneca Declamationum lib.* 2. *Declamation.* 6. dicat, quòd Iuuenis luxuriosus peccat, senex luxuriosus
684 † insanit. Papiæ legis, fuisse in Viro annum sexagesimum, in vxore quinquagesimum. Meliorem
685 authorem, non proferam, nisi Domitium † Vlpianum. Qui de illa loquitur. *In Titul. de solidi capacitate inter virum, & vxorem.* Nec illi legi nomen imponi aliud debet, quia Papiam Poppeam nominat idem *Vlpianus. in Titul. de Bonis libertorum.*

Quinta conclusio sit, quòd si impotentia sit
686 ex causa violenta, puta abscissio † Virilis membri, fit per inspectionem peritorum, siue expertorum virorum, quibus hoc munus per iudicem
687 committatur; Quò verò ad mulieris † impedimentum, & arctitudinem, adhibendæ sunt matronæ, quæ licitam, & honestam faciant inspectionem, illæq; sint fide dignæ, & ipsæ honestæ, referantq; atq; asserant ipsam matrem fieri non pos-
688 se, matrimonium impeditur, & factum † dirimitur, assertione matronarum absque Iureiurando. *c. fraternitatis. vbi gloss. in Verb. Matronas. cap. fin. de Frigid. & malefi. c. proposuisti. c. causam matrimonij. extra de probat. Hostiens. in summa Titul. de Frigid. & Malefi. §. qualiter, & quando. Ioan. Paul. Lancellot. Institution. Canonicar. libr.* 2. *Titul. quæ matrimon. Impedir. poss. §. Item frigiditas. Daniel. Venator. in Analysi Iuris Pontificy. lib.* 4. *titul.* 15. *Quib. mod. rescind. Martinus Mesnartius in epihom. Legum Pontifical. lib.* 4. *titul.* 15. *§. hæc de Impotentia. §. Itaque si mulier. Francisc. Marc. in Decision. Delphi.* 678. *Vol.* 2. quæ Iura, & Doctores id asserunt quando mu-
689 lieri succurri non † potest adiutorio medicorum absq; Vitæ periculo. Secus verò si vir dicat cognouisse mulierem, illa verò dicat adhuc esse Virginem, nec potuisse, nec esse cognitam ab eo frigida, & impotente, & ita illa, & septem mulie-
690 res † iurent, illam non esse cognitam, licèt vir iuret contrarium. vt *in dicto c. proposuisti.* possunt
691 tamen illæ septem † mulieres reprobari. *dicto c. causam matrimonij. de prob.* Hæ tamen inspectiones mulierum, nunquam mihi placuerunt, nec leges hoc permittentes mihi optimè factas videri, & processus, in quibus hæc facta fuerunt, semper aliqualis malignitas operatur à partibus.

Sexta conclusio est, quoad impotentiam, quòd
692 qui est quoad vnam frigidus, & cum † alijs potest coire, non est frigiditas ex natura, sed est ex maleficio, sed si non potest membrum erigere, nec semen emittere dicitur Impotens à natura, & isto
693 casu impedimentum militat, & fit † separatio; primò autem casu, cum sit maleficiatus expectari debet triennium, si maleficium fuerit ante matrimonium, & attendere debent ad facienda Ieiunia, orationes, confessiones sacramentales, pœniten-

tias,

tias, & ad suscipiendum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & demum cum deuotione accedere ad actus coitionis coniugalis, si possunt se ipsos simul compati, aliàs si conuersatio inter illos esset odiosa, ita, quòd non possent iungi ad simul cohabitandum, & experientiam faciendam, tunc possent separatim his christianis actibus vacare, & triennum transigere, quo transacto, si eadem im
694 pedimenta subsisterent, dicerentur † maleficiati in perpetuum, & matrimonium posset separari, & quilibet ipsorum cum alio contrahere. hęc omnia habentur. *per c. laudabilem. c. fin. extra de Frigid. & malef. c. si per sortiarias. vbi Gloss. & Archid. 33. q. 1. Specul. in Titul. de Frigid. & Malefic. nu. 3. 4. & per totum, & est solemnis doctrina. Capell. Tholos. in Decis. 380. Incip. Item fuit quæsitum quidam ætatis.* & habetur *in c. 1. c. ex literis. vbi Henricus Bohic. eod. Tit. de Frigid. & Malef. Roland. à Vall. de lucro dotis. q. 104. numer. 4. 6. Pract. Papiens. in form. libell. quo vxor. agit ad dotem. in gloss. Matrimonium num. 26. Francisc. Marcus in Decis. Delphin. 673. nu. 1. 2. cum seq. in Decision. 677. num. 3. 13. 14. 15. Vol. 2. Borgnin. Caualcan. in Decis. Fiuizza. 17. siue 64. num 1. vsque ad Octauum. parte 2. & in Repertor. Decisionum in Verb. Matrimonium. fol mihi 1091. 1092. Francisc. Vivius in Decis. 272. num. 3. cum pluribus seq. D. Francisc. Cardinal. Manica. in Decision. 371. nu. 4.*

Notandum erit in hac materia, quòd esto quòd vir esset impotens, & contractum fuerit matrimo-
695 nium, † nihilominus à principio illud validum erit, vt voluerunt *Abb. Panor. & alij in c. puberes. de Despons. impub. contra gloss. ibi,* & maximè volenti-
696 bus † coniugibus matrimonium tenet *ità D. Seraphinus Cardinalis Oliuarius in Decision. Nouiss. Romana. 689. nu. 2. Vol. 1.* & dicam statim.

Septima conclusio, quòd si de Impedimento vnius, potens alter ante matrimonium contractum,
697 sciebat alterius Impedimentum † & nihilominus contraxit, vt dictum est non tamen impedit matrimoninm, nec contractum dirimit, quia cum alter ipsorum impotentiam sciret, sibi imputet. *c. 1. c. ex literis. de frig. & malefic.* Imputare enim sibi debet si impotenti personæ coniuncta sit *l. fin. C. de sponsalib. Glo. & text. in c. si quis acceperit. 33. q. 1. Fran. cisc. Vivius in Decision. 272. nu. 12.* & voluit *D. Ioann. Baptista Costa de Facti Scientia, & Ignorant. Distinct. 72. nu. 5. 6. Centur. 1. Francisc. Marcus in Decision. Delphinal 677. num. 3. Vol. 2. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Canonici. li. 4. Titul. 15. §. Quis modus rescindendi. vers. aduerte tamen.*

Extende ex supradicta cõclusione haberi, quòd resoluto matrimonio per impotentiam vt supra, si maritus dederat mulieri, localia, vel alia donaria
698 vxori, minimè illi † restituuntur, quia cum sciuerit impotentiæ Impedimentum, videtur donasse illa vxori, & quia sciens dolo actum nullum gessit, & eadem repetere non potest: *l. Quod Viri. ff. de Donat. inter Vir. & Vxor. l. cum hic status. §. siquis Sponsam. eod. Titu.* faciunt notata *per Nicolaum Bellon. in consil. 84. per Totum. Francisc. Purpurat. in consil. 366. num. 3. Vol. 1. Thanuccius in Tract. de lucro Dotis. Gloss. 3. nu. 11. Borgnin. Caualcan. in Decis. Fiuizan. 17. siue 64 nu. 23. parte 2. Regens Lanari in consil. 86. Vincent. de Franchis in Decis. Neapo. 52. per Totam.* quos refert, & sequitur *D. Ioannes Baptista Costa. de Facti scient. & ignorant. Distinct. 82. num. 5. cum pluribus seqq. Centur. 1.* arridet etiam *Alexand in Rubr. soluto Matrimon. num. 18. si autem*
699 mulier sciuerit aliquid † lucrabitur ex bonis viri, sicuti vir sciens non lucrabitur in casu statuti de bonis vxoris. *Paulus Grillãdus de pœnis omnifariam coitus. q. 14. in fine. Rodericus Suarez in l. 1. in princip. sub num. 17. versicul. Cogitabam si posset. Titul. de las Ganancias. Didacus Couar. in Epithom. de sponsalib. Parte 2. cap. 7. §. 1. n. 8. Ioan. Sainxon. in Consuetud. Turonensi. Titul. 29. De Douaire de femme Nobles. Articul. 8. Ioann. Cephal. in consil. 390. num. 73. 74. Vol. 3.*

Octaua conclusio est, quòd & si vir erectam virgam habeat, non tamen semen emittat, poterit tamen matrimoniũ contrahere, quia is dicitur, quòd satisfacit mulieri, siue resoluat, siue non resoluat, &
700 quia non † semper in matrimonio sit filiorũ procreatio, quia sufficit viro, quòd non cuitet prolem. Ita residet *Gloss. in cap. ij, qui matrimonium. 32. q. 7.* quam sequitur *Francisc. Marc in Decis Delphinal. 677. sub nu. 17. Vol. 2.* & ex alijs concludit *Alexander de Neuo in Consil. 9. nu. 5.* Licèt contrarium teneat *Abb. Panormitan. in c. 2. sub nu. 5. de Frigid. & Maleficiat.* vbi dicit, quòd potest vxor dicere ego
701 Volo esse mater. † Quamquam ego arbitrarer, quòd bona mulier contentabitur cum Viro suo agitari in illo actu, voluptate attenta omisso desiderio suscipiendę prolis, cum Democritus dixerit, periculosam rem esse liberorum educationem, Maximè illud considerando, quod his Versiculis dixit *Euripedes in Oenomao,*

Dubius equidem sum, neq; dijudicare possum,
Vtrum melius sit progigni liberos,
Mortalibus, aut sterili vita frui,
Istos enim, quibus liberi nulli sunt, miseros esse video.
Econtra illos, qui prolem genuerunt, nihilo feliciores,
Nam si mali fuerint, extrema calamitas est.
Rursus si probi euadant, magnum pariunt malum,
Affligunt enim genitorem, dum nequid patiantur, metuit.

Nona conclusio ex proximè dictis insurgit, vt tractemus, de Spadonibus, Castratis, & Eunuchis,
702 † ac similibus, an matrimonium contrahere possint? quod, vt distinctè faciam, & absoluam, Genus illorum, ac species describam, vt ijs, quo decet ordine, descriptis, vera decernendi instructio ha-
703 beatur. Genus itaq; cum sit illud, quod † de pluribus specie differentibus in eo, quod quid est prędicatur. *vt docet Aristoteles Topicorum libr. 1. cap. 4. Porphirius in lib. 5. Vocum. cap. 2. Et ibidem Ammonius in commentarijs.* Sed non eo modo, quo apud Philosophos, & Dialecticos, semper Genera, &

spe-

704 ſpecies † ita, & apud noſtros Iuriſconſultos capi oportet, vt hi, qui Iuriſconſulti ſunt, & Dialecticę, ac Philoſophiæ, quandoq; vacarunt teſtes ſunt vt pro exemplo in Dialectica, Animal genus; ſpecies plures, homo; leo; lupus; equus; Homo ſpecies, habet ſpecies ſpecialiſſimas, Indiuidua, Socratem, Petrum & alios. apud noſtros autem aliter procedi-
705 tur, quia quandoq; ſpecies † pro genere, & indiuiduum pro ſpecie. de quibus *optimè Petrus Gregorius Sintaxis artis mirabilis. lib. 2. cap. 10. lib. 17. cap. 1. Ioannes à Reberteria, Topicorum Iuris. libr. 1. cap. 7. & alij*, quos omitto.

706 Spadonem itaque pro genere poſuit † *Vlpianus in l. Spadonum. 128. ff. de verb. ſignifica.* habet tamen has impotentiarum ad coeundum ſpecies, ſcilicet, Caſtratos, Thlibias, Thlaſias, & Eunuchos. Sed
707 omnes iſtas, ſpecies † appello, impotentiæ coendi, quam tamen loco generis ego ſtatuo.

708 Spado matrimonium † contrahere poteſt, vt ſcribit *Vlpianus in l. ſi ſerua. 40. §. ſi ſpadoni. ff. de Iure dot.* Si Spadoni (inquit) nupſerit mulier, diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit, nec ne? vt in caſtrato dicas, dotem non eſſe. In eo; qui caſtratus
709 non eſt, quia eſt matrimonium, & dos, & dotis actio eſt. Ex quo textu colligitur in ſpadone † non dari caſtrationem, quia Spado non eſt caſtratus, & ideo *Bartholom. Socin. in l. 1. nu. 26. ff. ſolut. matr.* dicit, cum Spadone eſſe Matrimonium, quia eſt po-
710 tens ad coeundum, ſed non ad generandum † pro quo facit *text. in l. 2. §. Illud vtriuſque ff. de adopt. vbi Caius* inquit. Illud vtriuſque adoptionis commune eſt, quòd hi, qui generare non poſſunt, quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt, à quo ſumptũ eſt idẽ à *Iuſtiniano in §. ſed, & illud. Inſt. de adoptio.* Hoc idem ſenſerunt. *Accurſ. ibi Ioan. Faber. Ioachimus Mynſingerus. num. 3. 4. Ioan. Otnotomus, num. 5. Franciſcus Hotomanus, & in Comment. Verbor. Iuris in Verb. Spado, Ioan. Ferrarius Montanus in dicto. §. ſed & illud, Verum vbi ſupra Accurſ. in Verb. Spadones*, dici illos, quibus teſticuli, vel genitalia abſciſ-
711 ſa † ſunt cultello, vel Spatha. Et hoc verum non eſt, quia Spadones ſunt ſic nati, non caſtrati, quia,
712 & ſi cum vno teſticulo ſint, generare † & coire poſſunt. *l. Pomponius. 6. §. ſpadonem. ff. de edilit. edict.* ſuper quibus videndus eſt *Conſtantinus Harmenopolus. lib. 2. cap. 8. Franciſc. Connan. Commentarior. iuris ciuilis. lib. 2. cap. 15. num. 9. His concinit in l. ſed eſt quæſitum. §. ſpadonem. ff. de liber. & poſthumis, quo in loco, Vlpianus* dicit, ſpadonem poſſe
713 poſthumum hęredem inſtituere, † ex ſententia Labeonis, & Caſij, quoniam nec ętas, nec ſterilitas ei impedimento eſt. Sed, & ſi caſtratus ſit, Iulianus Proculi ſententiam ſequutus, non putat poſthu-
714 mum hęredem poſſe † inſtituere. corroborat ſupra dicta quæ ſcripſerunt *Andreas Alciatus. Ioannes Brechæus, & Gulielmus Fornerius. in dict. l. ſpadonum 128. ff. de Verbor. ſignific. Cælius Rhodiginus Antiquarum Lectionum. libro 2. capitulo 37.* Idem voluit *Ludouic. Romanus in ſingul. 634. Incip. Bononiæ dum eram, in fin. Martin. Nauarrus in Conſil. 3. numero 1. 11. ſub Titul. de Frigid. ex Maleficiatis. Gregorius Sayrus in floribus Deciſionum lib. 4. titul. 9. Deciſion. 3. Franciſc. Marcus in Deciſ. Delphinal. 677. nume. 17. volum. 2.* Sed de ijs *Galenus.*
715 *de Vſu partium. lib. 15.* dixit, Spadones † generationis Impares prorſus eſſe, vt quia fœcundum ſemen non habeant, ſed in virgæ flexibus hærens, efferri nequaquam poſſit; Quare frequenter erecta ſunt mentula, ſed tamen ſpermatis nihil emittunt. Proinde eſt conſiderandum quod in ſcriptura ſacra dicitur *Sapientiæ, cap. 3.* Et Spado, qui non ope-
716 ratus eſt per manus † ſuas iniquitatem. Sed & notanda eſt authoritas *Eccleſiaſtici, cap. 20.* dicentis. Concupiſcentia Spadonis deuirginabit Iuuencu-
717 lam. † *& Eccleſiaſtici, cap. 30.* Videns oculis & ingemiſcens, ſicut Spado complectens Virginem, & ſuſpirans. Quare autem Spadones vocem acutiorem habeant, *Ariſtoteles Problematum, ſectione 11.*
718 *Problemate. 16.* dicit, quòd vox acuta, quæ tenuis eſt, quia prolifico illi ſemine carent. *Et ſectione 10. Problemate 41.* reddens rationem, quare ſpadones crura habere ſoleant putrida, & vlceroſa, dicit, quod mulieres crura habẽt eiuſmodi, ſpadones hoc etiam morbo laborant, quia effęminati ſunt. An quia hoc accidat, q, ſicuti mulieribus calor deorſum ſe vertit, quòd, & menſtrua declarant, Vndè
719 fit, vt præ nimio humore, neq; † Spadones, neq; mulieres pilis valeant redundare. *Alexander Aphrodiſeus lib. 1. Problemate. 4.* Dicit, Spadones citius caneſcere, quia non amplius ſemen excernunt,
720 † ſed excrementum illud ſeminis genitale, cum pituitoſum ſit per totum corpus mixtum cum ſanguine digerunt; Quòd ſpadones coeant, & coitus
721 illi prolem, & fructum non producant, † idcirco *Moderatus columella Rei Ruſticæ lib. 4. c. 10.* ſur-
722 culum vuam non † producentem, ſpadonem vocat quod, *& Alexander ab Alexandro Dierum Genialium, lib. 11. cap. 10.* probauit. Ex his conſtat,
723 quòd ſi caſtratus † fuerit, matrimonium non contrahit,

724 Thlibiæ, qui teſticulos habent, † attritos, Thlaſiæ, qui fractos illos habent, de quibus *in dicta l. Spadonum 128.* vt ibi declarant, *Alciatus, & Brechæus.* Et idem declarat. *Ioannes Ferrarius Montanus. in §. Minorem. Inſt. de Adopt.* Thlibiæ à Græco. Θλίβω ideſt attero Thlaſiæ à Græco Θλάω ideſt frãgo. Illos in ſumma eſſe dicit, quorum teſticuli col-
725 liſi ſunt, & confracti † *Petrus Gregorius ſintagm. Iuris Vniuerſi. lib. 36. cap. 16. nu. 1.* ſed non differre Thlibam à Thlaſia, contra *Baptiſtam Pium* ſcribit *Ferrandus Adcduenſis Explicationum lib. 1. cap. 47.* vbi optimè loquitur. Et quibus ſunt execti, com-
726 preſſi, & contuſi teſtes, † gignere nequeunt, quia vel teſtium irradiatione carent, vel obducto callo, intercipitur materiæ ſeminali via, itaq; haud equidem ſemen, ſed viſcidum tantum quendam humorem emittunt (cum voluptatis tamen aliquo ſen-
627 ſu) qui proſtratis grandulis † continetur, *vt dicit Ambroſius Paræus lib. 23. de Nominis generatione. capit. 37.*

Caſtrati

728 Caſtrati ſunt quibus genitalia, † ſiue virilia ſunt amputata, & exciſa, Nam caſtrationem virilium amputationem appellat *Columella lib. 26 cap. 26.* Caſtratos Alciatus dicit eſſe illos, qui pœnitus non
729 arrigunt, † ſiue quia naturaliter ſine teſtibus progeniti ſint, ſiue quia exciſi, & illis genitalia mẽbra exciſa ſunt, vt proſequitur *Brechæus. Ioannes Ferra-*
730 *rius Montanus in dicto. §. Minorem.* Caſtrati (inquit) dicuntur, qui natura impotentes, atq; cuirati ſunt, ita vt ad concubitus apti nec fuerint, nec vnquam fieri potuerunt. Et breuibus *Ioan. Brechæus. in dicta. l. Spadonum. ſub n. 2.* dicit, Caſtrati quidem
731 ſunt, † quibus genitalia mẽbra exciſſa ſunt. Caſtrari etiam dicitur ille, cui ferro † diminuta ſunt Virilia. *l. ſi ſeruus ſeruum. §. & ſi puerum. ff. Ad legem Aquil. per quem text.* ità dicit *Alciat. in dicta. l. Spadonum.* In Brutis animalibus fit Caſtratio equorũ,
732 qui non † in re bellica erunt, ſed vt in alijs illos haberent placidos, illorum Caſtratio fit demptis teſticulis, & fiunt quietiores, & ideo, quòd ſemine
733 † carent, ij Canterij dicti ſunt. vt dicit *Varro de Re Ruſtica. lib. 2. cap. 7. in fine. & poſt Catonem. cap.* 149. voluit *Georgius Alexandrinus in Enarratione Priſcarum Vocum Ruſticarum. in verb. Canterij Feſtus Pompeius. lib. 3. Alexander ab Alexandro. Dierũ*
734 *Genialium. lib. 2. cap.* 10. Ex Tauro Caſtratus † fit
735 Bos, ex ſuibus verribus Caſtrati fiunt † Maiales, ex Gallis Gallinaceis, fiunt Capi. vt dicunt
736 ijdem authores, ex Hircis † Caper, ex ouibus; &
737 ouiũ Agnis fit Aries † & ſic ſimpliciter *Brechæus.*
738 *in loco allegato* tranſit. Caſtrandi modos † duos *Ariſtoteles* docuit. *de Hiſtoria Animalium. lib. 3. cap. 1.* quia aut (inquit) teſticulos nouellos adhuc fran-
739 gunt, † aut adultos iam, firmosq; excidunt duas etiam caſtrãdi rationes per colliſionem, & exciſionem ponit *Paulus Aegineta de Arte medendi. lib. 6. c. 86. tit. de caſtrandi ratione*, Caſtrandi autẽ Bouis
740 modum † ſcribit *Palladius. Rei Ruſtica. lib. 6. tit. 7.* Caſtratio hominum mortis pœna punitur, etiã an-
741 tequam chriſtiani † Principes illã prohibuiſſent, fuit ab Adriano Imperatore legis Corneliæ de ſicarijs pœna ſtatuta, de qua meminit *Marcellus Iuris Conſultus. in l. eiuſdem. §. qui hominem. Vlpianus in l. lege. Cornelia. §. Idem Diuus Adrianus Paulus. in l. Hi quoq;. Venuleius in l. is, qui ſeruum. ff. Ad leg. Cornel. de ſicarijs. in l. 1. l. 2. C. de Eunuch. Cataldinus. de Boncompagnis de Syndicatu. nume.* 89. quem ſequitur *Iulius Clarus in Practica Criminal. quæſt. 68. nume.* 8. & nos meminimus *in Commentarijs de Magiſtratuum edictis. lib. 2. capit. 8. nume. 95.*

742 Eunuchi, an matrimonium † contrahere valeant? Si ſcripturę ſacræ libros inſpiciamus, Phutipharem Eunuchũ Pharaonis Regis Ægiptiorum videmus, cui mercatores Iſmaelitę vendiderũt Io-
743 ſeph filium Iacob, cuius forma Phutipharis † vxor capta, illaq; eum interpellaſſet, vt ſecum dormiret, illeque id facere recuſaſſet, ob quod cum amorem in odium vertiſſet, & viro retuliſſet ab illo vim in eam intentatam, & inde carceratus, & DEI miraculo poſt duos annos carceris, liberatus ob ſomnij interpretationem, à Rege ſublimatus, illi Aſeneth Phutipharis filiam, in vxorem dedit, quæ omnia, & longe Plura habentur *Geneſ. ca. 37. cap. 39. c. 41.* ex qua Hiſtoria patet Eunuchum habuiſſe vxorem, & filios. Sed non videtur dubium, in ſcriptura ſacra de pluribus Eunuchis mentio-
744 nem fieri, vt de Vagão † Eunucho Holofernis, de cuius actionibus habetur. *Iudith. cap. 12. cap. 13. cap. 14.* Et de Eunuchis Aſſueri Regis, Mauman, Bazatha, Narbona, Bagatha, Zethar, & Cargas. *Eſther. cap. 1. cap. 7.* & de Egeo Eunucho eiuſdem
745 † Aſſueri, qui erat Cuſtos virginum. *Eſther. cap. 2.* omitto alios plures diuerſis in locis in ſcriptura nominatos. Nec de alijs nominatis proximè conſtat, an matrimonia contraxerint, & prolem generа-
746 rint. Quinimmo, & Phutiphar ille, † cum vxorem habuiſſet, & illam filiam Aſceneth, aut antequam Eunuchus eſſet id factum fuerit, conſiderandum eſt, aut erat id dignitatis nomen, cum & apud Perſas Eunuchos Regnaſſe, ſcribat *Plinius. lib. 13.*
747 *cap. 4.* Sic Narſes Eunuchus † pro Iuſtiniano Imperatore illius Cubicularius in Italia miſſus contra Gothos, res præclaras geſſit, vt eſt Author *Pandolphus Collenucius Hiſtoriarum Neapolitanarum. lib. 2.* & nouiſſimè *Carolus Sigonius de Imperio Oc-*
748 *cidentali. lib. 20.* Poſſidonius † fuit Meſſalinæ Imperatricis Eunuchus, vt eſt author. Sextus Aurelius Victor; ac alij nonnulli. Vndè dicere poſſũmus, vt ſupra de Caſtratis, quod Eunuchi illi dicã-
749 tur, quibus ſint attriti, vel † amputati teſticuli, & abſciſſum veretrum, quos ab Eccleſia excludi ſcriptum eſt. *Deuteronomy. cap. 23.* & cum his nul-
750 lum eſſe † debere, vel poſſe matrimonium, nulli dubium. Declarauit hoc melius Dominus Noſter
751 IESVS CHRISTVS *apud Matthæum* † *capit. 19.* dicens, Alij ſunt Eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt; Eunuchi qui facti ſunt ab hominibus; & Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt. Quod perperam interpretarunt Leontius, & origenes. Nam
752 Leontius † Laodienſis Prẽsbiter, vt ſuſpicionem euitaret impudicæ conſuetudinis cum Euſtolia muliere formoſiſſima, maluit virilitatem manibus proprijs amittere, quam illam ablegare, vt tamquam mulier dum liberè cum ea verſaretur, & commoraretur, & ideo cum non minor ſuſpicio fieret, dignitate meritò exauctoratus, vt teſtantur *Socrates lib. 11. capit. 26. Sozomenus. libr. 7. cap. 30. Nicephorus lib. 9. cap. 26.* cuius Decreti meminit eleganter è noſtris. *Petrus Aeredius Decretorum ad Thuanum. lib. 1. cap. 8.* quam Hiſtoriam retulit etiam *Anneus Robertus Rerum iudicatarum lib. 4. cap. 10.* dicens, ob illam cauſam Antiocheno Præſulatu priuatum. Origenes verò, & ſi
753 † ſibi virilia amputaſſet ob Euangelicam literam, vt tutius abſque calumnia poſſet inter fœminas prædicare, Eccleſia tamen orientalis Scandalum paſſa eſt, ea ratione, quòd fuerat ad ſacerdotium promotus, Demetrius enim Alexandri-
754 næ Eccleſiæ Epiſcopus, Dionyſium † ſeuerè re-

darguit, quòd Origenem, postquam sese amputauerat, promouisset. vt refert *Eusebius Ecclesiastica Historia. lib.5. cap.6.* Et istam Origenis actionem damnabilem reputauit *Ioan.de Fauentia. Distinct. 55.in princ.* quem refert *Simon Maiolus de Irregularitate.lib.1.cap.15. sub nu.2. versicul Idcirco.* videtur incidisse in errorem Valesiorum hæretico-
755 rum, à Valente quodam † Arabe, qui non solum se ipsos, sed etiam illos, quos hospitio recipiebant, castrabant, credentes sic DEO debere seruire. vt testatur *Augustinus de Hæresibus. cap.37. Epiphanius. lib.2. contra Hæreses. Gabriel Prateolus de Vitis, & sectis Hæreticorum in Valesys. Alphonsus de Castro Aduersus Hæreses. lib.6. titul. de Eunuchis. hæres.1. Damianus Roscius de Hæreticis Propositionibus. §. Eunuchus. & in libr. de sectis Hæreticorum.*
756 *in titul. de Valesijs.* Abeant † ergo Valesij, inquit Alphõsus de castro, & animas suas à praua voluntate castrent, & corpora intacta relinquant. *Et Paulus Grisaldus, Decisionum Catholicarum §. Eunuchus,*
757 dicit † valeat iste, & castretur. Inuehit cõtra istos *Lactantius Firmianus. lib.3. cap 9.* Qui virilia sua ferro metant, & quod est sceleratius, vt sint religionis antistites. Super hac sui ipsius castratione, afferam antiquum Magistratus Romani Decretum.
758 Genutius liber homo † sibi ipsi genitalia amputauerat, postea Neuianus Surdinij libertus heredem illum fecerat, & à Cn. Orcste Prætore bonorum possessionem secundum tabulas accepit. Surdinius M. AEmilium lepidum Mamercum appellauit tamquam Consulem, dicens Genutium ex personæ turpitudine testamento capere, nec in iudicio stare, aut experiri potuisse. Illum non virum, non mulierem esse, sed monstrum, aut tertium hominum genus, cuius voce Tribunalia pollui non debebant, quia, & si aliquando fuerint in precio, & si seruos occidere licebat, nõ tamen illos castrare. Vndè similibus, & alijs auditis M. AEmilius lepidus Mamercus Consul senatu consulto pronunciauit Genutium videri, lus, actionemq; restitutionis in iure postulandæ non habuisse, neq; obtinere debuisse, iràque Iure Appellatum. Quod retulit *Valerius Maximus lib. 7. cap. 7.* Eunuchorum vero
759 † vsus apud nonnullos præsertim Principes pessimus olim erat, pueros enim castrabant, & Eunuchos faciebant, vt illos in libidinis delicijs haberent. ad hunc sensum spectat *text. in l.3. §. Qui hominem. ff. Ad leg. Cornel. de sicar.* vbi Marcellus Iurisconsultus, modestè loquutus, (vt in sceleribus, & flagitijs faciebant) duas causas annotauit contra
760 hominem castrantem ex † causa libidinis, & ex causa commercij. Quoad causam libidinis, vide quid sub Labieni persona dicat *Seneca Controuersiar. lib 6. Controuersia. 33.* Principes viri contra naturam diuitias exercent, castratorum
761 greges † habent, exoletos suos, vt ad longiorem patientiam impudicitiæ, idonei sint, amputant. *Diuus Cyprianus de Spectaculis.* Videte (inquit) cõtra fœdus, lusq; nascendi, patientiam incestæ turpitudinis laboratam. Euitabantur mares, honor omnis, & vigor sexus eneruati corporis dedecore, mollitur, plusq; illis placet, quisquis virum in fœminam magis fregerit. *Diuus Hieronymus in Matthæum. cap.18.* dicit, secundam Eunuchorum speciem à CHRISTO ibidem nominatam, illos esse, quod vel captiuitas facit, vel deliciæ matronales, alludens, quòd matronæ sub custodiæ intuitu, illis vtebantur, vel essent in aliquorum hominum delicijs tamquam matronę, & mulieres. Erant Eunuchi seruandis Regum, ac Principum cubilibus prępositi, eatenus, vt matronæ, & magni nominis
762 † mulieres, non fine magna earum pudicitiæ nota infamarentur, de quo Iuuenalis *Satyra 6.* sic inquit

Sunt quæs Eunuchi imbelles, & mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbæ,
Et quòd abortiuo non est opus, illa voluptas
Summa tamen, quòd iam callida matura iuuenta
Inguina traduntur medicis, iam pectine nigro.

Qua ex causa in commercium illorum qualitas,
763 proxenetæ deduxerant, vt † quo specie, & forma essent pulchriores plus venderentur, istiq: venditio-
764 res Mangones † dicebantur, *de his Plin. l.7. c.39.* inquit, sed hoc prętium belli, non hominis, tam herclè, quam libidinis non formę Pęzontem è spadonibus Seiani. III.M.D. Mercãte Sutorio Priscos *Fabius Quintilianus. l.5. c.12.* Mancipiorũ negociatores puerorum excisa virilitate lenocininantur. *& Declaratione 340.* Quàm multa facere possit aduersus puerum mango iratus, aut illi fortasse precium excisa virilitate producet, aut ad in fælicis patientiæ contumeliã, etiã suæ vęnibit in aliquod Lupa-
765 nar. Vndè serui Eunuchi † maiori præcio ęstimãtur *à Iustiniano. in l. fi. §. ne autem. C. de commun. ser-*
766 *uo manumiss.* Sic Sporo puero † Eunucho vsus est in vitijs, vt non dica delicijs Nero ille fax humani generis appellatus à Plinio, de suis huius modi flagitijs scribit *Suetonius Tranquillus in illius vita cap. 28. c.29.* Duces Persæ à Dario Persarũ Rege missi,
767 captis Ionum † ciuitatibus, formosissimos quosq; pueros castrauerunt, exectis testibus facientes Eunuchos, & ad Regem trãsportarunt. vt est author. *Herodotus lib. 6.* quam optimè Adrianus vt dixi-
768 mus hominum † castrationem prohibuit. Quod
769 & Domitianus † Imperator vetuit dicente *Tranquillo in illius vita cap.7.* Castrari mares vetuit. de quo sic dicit *Ammianus Marcellinus. lib. 18.* Iuuat veterem laudare Domitianum, qui receptissima inclaruit lege, qua minaciter interdixerat, ne intra terminos Iurisdictionis Romanæ, castraret quisq; puerum. cuius legis Domitiani meminit *Philostratus de vita Apollonij lib.6. cap.17. dum ait,* Per ea tempora Domitianus Romanorum Imperator, le-
770 gem tulerat, ne quis homines faceret † Eunuchos. Alexander Seuerus Imperator Eunuchos,
771 † quos Heliogabalus, & in Cõsilijs turpibus habebat, & promouebat, donauit amicis addito elogio, vt si non redijssent ad bonos mores, eosdem liceret occidi sine authoritate iudicij. *vt scribit Aelius Lampridius in illius vita.*

Malesi-

772 Maleficij cã dari impotentiã †coeũdi inter coniuges, idque afficere solere viros, potiusquam mulieres, clarũ est. DEO permittente fiunt ista per incantationes, quæ procurãtur Dominis auxilio, habemus exẽpla in scriptura sacra, quãdo DEI iussu
773 Moyses, & Aaron corã Pharaone † faciebant mi-
774 racula, & sapientes, & malefici sui per † incantationes faciebant simile, vt habetur *Exodi c. 7. cum*
775 *pluribus seqq.* Spiritus etiã † malus agitauit Saul, vt patet 1. *Regum. cap. 16.* Quanta fecit Iob, de quibus, & Demonum potentia dicit *ibidem c. 41.* Non
776 est super † terram potestas, quæ cõparetur ei, qui factus est, vt nullũ timeret. Omne sublime videt, ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ. Idcirco Apostolus *ad Ephesios. c. 6.* Induite vos (inquit)
777 armaturam DEI, vt possitis stare † aduersus insidias Diaboli, quoniã non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarum harum. Sic Dominus noster IESVS CHRISTVS eiecit Dæmonium de lunatico, siue Dæmo-
778 niaco, † *Matthæi. c. 17.* Vnde quinq; modis contra coniugatos dæmones impedire vsum coniugalem,
779 † scribit *Petr. de Palude. lib. 4. sententiarũ. Distinc.* 34. *q. 2. Articul. 3.* primò, Ne se appropinquent ad
780 coitum, illos secernẽdo † ne inuicem corporibus
781 adglutinẽtur, secundò, refrigerando † coniungen
782 di appetitum, & desiderium. Tertiò † Phantasias mouendo, & menti obijciendo, & æstimari faciẽdo vxorem videri faciendo in mentẽ illã deformem, vt viro eam reddat odiosam, & habeat inuisam.
783 Quartò † operatur dum intendit vir ad vxorẽ armatus accedere, reddit illi ea arma debilia, languida, floccida, & ad opus illud inhabilia. Quintò,
784 † quia spiritus viro necessarius ad explendum il-
785 lum actum, impeditur. Quos ad decem † modos amplè declarauit. *Leonardus Vairus Monachus ordinis Diui Benedicti Episcopus Puteolanus, in Commẽtarijs de Fascino. lib. 3. cap. 9.* Paludanum sequitur *Anton. Gubertus de sponsalibus, & matrimonijs. titul. de his, qui nuptias contrahere possunt. nu. 103.* Exemplum habemus validum, dum contraxit matrimoniũ cũ Sara Tobias filia Raguelis in Rages ciuitate Medorũ, quia timebat mori, sicut Diabolus se-
786 ptem, qui volebant cum ea cõtrahere, occidit, ne idẽ sibi accideret Raphael Archangelus dixit illis Audi me, & ostendã tibi, qui sunt, quibus pręualere potest Dæmoniũ, Hi namq; qui coniugiũ ita fuscipiunt, vt DEVM à se, & à sua mente excludant,
787 & suæ libidini ità vacent, sicut † equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatẽ dæmonium super eos. Ad quod optimè dicit *Lactantius Firmianus. li. 2. c. 14.* Qui sunt spiritus tenues, & incomprehensibiles, insinuant se corporibus ho-
788 minum, & occultè in visceribus operti † valetudinem vitiant, morbos citant, somnijs animos terrent, mentes furoribus quatiũt, vt homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere. qua authoritate vsi sunt *Antonius Gubertus de sponsalibus, & matrimonijs. titul. de His, qui matrimonium contrahere possunt. nu. 102. & Alexander Carrerius. de sponsal. & matrimon. lib. 5. c. 18.* Executores tamen actuum ipsorum sunt personę nequissimę, vt de his inquit *Fernelius de Abditis rerum causis lib. 2. c. 16.* Horum Dæmones authores sunt, scelerati, perditique homines ministri, omnisq; eorum trans naturam est ratio, proinde statuenda sunt trans naturã remedia, quorum alia diuina verè sunt, alia verò magica. An vero istud impedimentum matrimo-
789 nio contracto obstet dicendum erit, † vt scripsi *supra hoc eodem titul. versicul. sexta conclusio. n. 592. Et solemnem doctrinam Capellæ Tholosanæ. in Decis. 380. Martin. Nauar. in summa Confessariorum. c. 22. nu. 59. Iacob. Sprenger in Malleo Maleficar. Parte 1. q. 8. Angel. de Clauas. in summa. §. Matrimonium, 3. Impedimento 16. nu. 11. cum seqq. Bartholomæus Fumeus in summa Armilla in Verbo. Matrimoniũ. nu. 47. cum ribus seqq. Marcus Antonius Cucchus Institution. Canonicarum. Maiorum lib. 5. titul. 12. nu. 286. Petrus Gregorius Syntagmat. Iuris Vniuersi. lib. 9. cap. 12. num. 5. 6. 9. Martin. Delrius Magicarum Disquisitionum. Parte 1. lib. 3. q. 4. Alexand. de Neuo in consil. 9. nu. 6.*

790 Dissoluantur, ne spõsalia † de futuro, & quibus modis? Quia omnia matrimonia, & sponsalia præsertim in Italia, non fiunt, nisi mediantibus vtrinq; promissionibus, maiori ex parte cum instrumentis publicis, iuramento firmatis, aut saltim mediantibus capitulationibus priuatis per scripturam priuatam firmatã subscriptionibus partium, ac testiũ, quo casu instrumenta faciunt fidem indubitatam,
791 † vt longè, latèq; dixi *in titul. 18. de Fide Instrumentorum. nu. 84. cum pluribus seqq. & in toto titulo tomo 2.* & præsertim *de instrumento Dotali. in titul. 19. de Instrumentorum executione, & liquidatione in hac Summa Decisionum Vniuersarum. tomo 2.* Propterea dicendum, & respondendum erit, quòd à
792 sponsalibus discedi potest, & illa † dissoluantur pluribus modis & decem, & septẽ enumerauit *Pelbartus à Themesuar in Rosario Sacræ Theologiæ. in verb. Matrimonium secundo. §. 9. versic. Vtrum sponsalia. tomo 4.* & eosdem decem, & septem modos scripsit *Angelus de Clauasio. in summa §. sponsalia. nu. 2. cum pluribus seqq.* quę omnia ponam prout ipse scribit, & cum ipsis inferere conabor, decem modos, quos retulit *Antonius Gubertus de sponsalibus, & matrimonijs. de effectu sponsaliorum, numero 8. cum seqq.* quos, vt verum fatear habuit *ab Hostiens. in sum. titul. de spons. & qualiter dissoluantur.*

793 Primo dissoluuntur sponsalia, per mutuum † ipsorum consensum, etiam si fuerint iurata. *vt per Abbat. Panor. in cap. præterea. extra de sponsalib. vbi gloss.* tenet non posse fieri sine peccato. *Sed Innocentius in dicto c. sic distinguit,* scilicet, aut iurauit in-
794 tuitu DEI aliquam mulierem † accipere in vxorem, & non potest illam remittere, si verò, non intuitu DEI, sed propter eius complacentiam sic se possunt absoluere. Hæc dicit *Pelbartus.* verumtamen *Hostiens. in summa in tit. de sponsalib. §. & qualiter dissoluantur. col. prima. & col. 2.* super hoc tame dubio,

dubio, & capite, nunc ego supplementi loco dico, quòd sponsalia, & matrimonium solo consensu
795 † contrahuntur. *c. cum locum extra de sponsalib. c. matrimoniũ. c sufficit. 27. q. 2.* & pluries dictum est supra *hoc eodem titul.* Et præsertim consensu solo
796 † sponsalia contrahuntur *l. sufficit. l. sponsalia. ff. de sponsal.* eodem modo solo cõsensu dissoluuntur,
797 quemadmodum solo consensu † societas dissoluitur *l. actione. §. diximus. ff. pro socio. §. manet. Insti. de societat.* societas autem, & cõmunicatio dantur inter sponsos, vt diximus supra. Regula enim est, q
798 omnis res p quascunq; † causas nascitur per easdem dissoluitur *c. 1. omnis ext. de Reg. Iur.* Nihil. n. tã naturale est, quàm eodem genere quidq; dissol-
799 uere, quo colligatum † est. *l. Nihil tã naturale. 35. ff. de Regul. Iur. l. omnia quæ Iure. 100. ff. eod. tit.* Quibuscunque modis obligamur, ijsdem in contrariũ actis liberamur. *l. ferè. ff. eo. tit.* & ideo cõtrario dis-
800 sensu tolluntur † sponsalia. *c. 2. de sponsalib. c. præterea. il 1. de sponsal.* quem dicit *posi Tancredum, & Goffred* procedere de Iure communi *Hostiens. in dicto. §. & qualiter dissoluantur. col. 1. vers. Item octauo. Otorad. in consil. 241. Panor. in c. 2. de sponsalib. nu. 5. & ibi Felin. n. 16. Couar. in Epi. de sponsal. parte 1. cap. 5. nu. 1. Francisc. Gratian. in compendio Iuris Canonici. parte 5. vers. vnde dicimus.* idem voluit *Angelus de Clauasio. in dicto. §. sponsalia. nu. 20. Pelbartus in loco allegato. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. lib. 4. titul. 1. §. quæ pugnantia. vers. Decimotertio dissensus. & in Axiomatibus post titulum. vers. sponsalia de præsenti. Anton. Gubertus de sponsalib. titul. de sponsaliorum effectu. nu. 8. vers. Hodie propter.* Et ita tenuerunt *Petr. de Anch. in dicto c. 2. de sponsalib. num. 4. Panor. nu. 5. Siluest. de Prierio in summa in verb. sponsalia. q. 11. Martin. Nauar. in summa confessarior. cap. 22. sub num. 25. 28.* quos sequitur *Francisc. Monaldus in consil 39. nu. 2. 3. vol. 1. Petrus Gregorius Syntagmat. Iuris vniuersi. lib. 8. cap. 9. nu. 3. Ioannes Paul. Lancellott. inst. Canonic. lib. 2. titul. de sponsalib. §. Initiantur. Marcus Anton. Cucch. Instit. Canonic. maior. lib. 5. tit. 10. nu. 60. Alexand. Carrer. de sponsalib. libro 1. cap. 15. vers. soluuntur quinto. Menoch. de Arbitr. iudic. quæst. lib. 2. Centuria 2. casu 103. nu. 2.*

Limita primò supradictum primum modũ non procedere in matrimonio, quia matrimoniũ solo
801 vtriusq; consensu contrahatur, vt † supra dictum est *eodem titul. vers. Censu vtriusq. n. 205. & habetur in cap. sufficit. 27. q. 2.* Tamen solo dissensu non
802 † soluitur. *c. licitè. 32. q. 7. Gloss. in c. omnis res scilicet. cap. 1. in verb. omnis res. de Regul. Iur. in antiq.* Regula est a CHRISTO *Matt. c. 19.* Quos DEVS
803 coniunxit homo † non separet. *ca. 2. de Translat. prælator. c. an quod 14. q. 2. c. ex parte. de Conuers. coniug.* cuius occasione ita concludit *Dec. in dicta l. Nihil tam naturale. nu. 7. vers. Et ideo.*

Limita secundò non procedere eundem primũ
804 modum, nisi in sponsalibus de futuro † secus autem in sponsalibus de præsenti *vt in cap. si inter de sponsalib. et voluit Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. in Axiomatibus. vers. sponsalia de Præsenti.*

Secundò, soluuntur sponsalia, per transitum
805 † alterius ad religionem, etiam si in illa Religione, aliquam professionẽ non fecerit, quia solus ingressus sufficit *c. commissum. ext. de sponsalib. c. ex publico. ext. de conuers. coniug. Hostiensis in summa titu. de sponsalib. §. qualiter dissoluantur. col. 1. vers. Itẽ sexto si sponsus. Ang. de Clauasio. in summa §. sponsalia. n. 22. Pelbartus. in dicto verb. Matrimonium, secũdo. §. 9. vers. secundo quando alter. Antonius Gubertus de sponsalib. tit. de sponsaliorum effectu sub nu. 8. vers. secũdo monastica professione. Daniel Venatorius in Analysi Iuris pontificij. lib. 4. tit. 1. §. quæ pugnantia. vers. septimo transitio ad religionem. Siluester Prier. in summa, in verb. spõsalia q. 19. casu 2. Martinus Nauar. in summa confessariorum c. 22. nu. 27. & Alexand. Carrerius de sponsalibus, & matrim. lib. 1. cap. 15.* quo in loco optimè refellit opinionem *Ioannis Brunelli in Tract. de sponsalibus. Concluf. 8. n. 1.* dicas tamen, vt dicam *infra hoc tit. vers. prima limitatio erit. n. 867.*

Tertio modo soluũtur sponsalia de futuro, si cũ
806 alia, vel alio sit contractũ per verba † de præsenti. *c. si qui. c. si inter §. verum. de sponsalib. c. 1. de sponsa duor. Hostiẽs. in loco allegato. vers. Item quinto propter fortius Vinculum Pelbart. vbi supra. vers. Tertio quando alter. Ang. in summa in verb. sponsalia. n. 23. vers. Tert. Daniel Venatorius in loco supra dicto. vers. Quinto superuenientes fortius. Ant. Gubertus* in dicto *tit. de sponsaliorũ effectu sub n. 8. vers. Tertio nuptijs Francisc. Grattan. in Compendio Iuris Canonici part. 5. tit. de Nuptijs. vers. septimus Iacob. Philipp. Portius in consil. 171. num. 21. Francisc. Menald. in consil. 42. num. 18. vol. 1. cum alijs allegatis per Ioann. Baptist. Costam in Tract. de facti scient. & ignorant. subdistinct. 40. Cent. prima in dicto consil. nu. 38.*

807 Declara primo hunc tertiũ modum tunc † procedere, quando antequam contraxisset cum secunda, cognouisset per carnalem copulã primam, cum qua contracta erant spõsalia per verba de futuro, quia isto casu per carnalem copulam subsecutam, eadem sponsalia de futuro transeunt in matrimonium, dicto *c. is qui extra de sponsalib. c. de illis. c. pertuas. de conditionib. apposit.* & voluerunt propterea sponsalia prima non esse dissoluta, si non interuenit copula, sed illa obseruari debere, nulla habita ratione eorum, quæ secunda vice fuerunt subsequuta. *Hostiens. Angel. de Clauasio, Pelbartus, Anto. Gubert. & Daniel Venatorius in locis allegatis. Marianus Socin. Senior in consil. 28. Incip. circa primum quæsitum. col. 1. vers. Item quia ex quo vol. 1. Francisc. Monald. in consil. 112. nu. 3. vol. 1. Alexander de Neuo in cons. 6. num. 7. Rota in Nouis in Deci. 462. Inc. Dubitatur si duo. Paul. Aemil. Verall. in Decis. 211. num. 2. parte 2.*

Amplia dictam declarationẽ procedere, etiam si sponsalia, vel matrimonium secundo loco contractum fuisset per carnalem copulam consumatum, non dicentur prima sponsalia contracta, & per subsequutam copulam consumata, aliquo mo
808 do soluta, sed prima esse valida † & separari

secun-

ſecùndum ſic informe, & de facto contractum. vt notatur. *in c. ſi inter. in primo reſponſo, de ſponſalib. c.1. c.2. c. licet. de ſponſa duor. Angel. de Clauaſio. in dicto. §. Sponſalia. nu.24. verſicul. ſed quid ſi cognouit. Alexand. in conſil.149. Incip. Viſo proceſſu cauſæ. col. 1. verſ. moueor principaliter. vol.5.*

Subdeclarandum tamen eſt, tunc ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium quando vera, &
809 & certa † copula eſt probata, non tamen per copulam præſumptam, non per nixum ad copulam, nec per traductionem ad domũ viri, vt voluit *Abb. Panor. in c. fin. in 1. notabili. & iterum in col. fin. de ſponſalib.* quem refert, & ſequitur *Ioan. Baptiſt. Ferrett. in conſil.51. num.11.*

Quartò, ſi ſponſalia contracta fuere appoſito tẽpore, quo erat matrimonium contractum, ipſo
810 † enim elapſo, per illum, per quem non ſtetit, ſoluta erunt ſponſalia, & poterit alteri nubere, abſq; periurio. *c. ſicut ex literis. vbi gloſſa extra de ſponſalib. Hoſtienſ. in ſumma titul. de ſponſalib. & matrim. §. & qualiter diſſoluantur. in princ. Angel. de Clauas. in ſumma in dicto. § ſponſalia. nu.27. verſicul. Quinto quando. Martin. Nauar. in ſumma confeſſar. ca.22. ſub num.27. verſ. ſeptimo per lapſum. Bartol. Fume. in ſumma Armilla. §. ſponſalia. nu.12. Didac. Couar. in Epithom. de ſponſal parte 1. cap.5. num.8. Pelbart. in Roſar. Sacræ Theolog. §. Matrimonium ſecundo. §.9. verſ. Quinto quando certus. Daniel Venatorius in Analyſi iuris Pontificij. lib.4. titul.1. §. Quæ pugnantia. verſicul. Tertio. Lapſus temporis conuentionalis.* illi tamen viro, ſiue mulieri, per quem ſtetit, quin in conuento termino, quo promiſſio facta erat, non fuerit matrimonium contractum de mentita fide
811 † imponitur pœnitentia, vt habetur *in dicto. cap. ſicut ex literis.* & voluit *Hoſtienſ. in loco proximè allegato. Martin. Nauar. in ſumma confeſſar. cap 22. ſub nu.27. verſ. ſeptimo per lapſum. Menoch. de Arbitrar. Iud. quæſt. lib.2. Centur.5. caſu 455. nu.8. Alexand. Carrer. de ſponſalib. lib.1. cap.15. verſ. ſoluuntur quarto. Franciſc. Gratianus in Compendio Iuris Canonici, parte 5. verſicul. Primus.*

Declara dictum quartum modum, ſecus eſſe, quando ſponſalia à principio fuiſſent purè contracta, & poſtea conueniſſent, & partes appoſuiſſent
812 † diem faciendarum nuptiarum, nam per lapſum illius diei, nõ liberatur alter, quia terminus ex poſt facto, fuit appoſitus ad ſollicitandum implementum promiſſionis antea factæ, & puræ, non ad finiendum promiſſionem, ſecũdum Theoricam *Anton. de Butrio in dicto c. ſicut ex literis.* quem refert, & ſequitur *Angel. de Clauaſio. in dicto. §. ſponſalia. nu.27.* & idem tenuit *Panor. in c. de illis. ſub num.5. verſ. & intelligo quãdo à principio. de ſponſal.* & idem probat *in dicto cap. ſicut ex literis. num.2. dum dicit,*
813 *ſponſalia de futuro purè contracta † per lapſum temporis non diſſoluuntur.*

814 Quintò ſoluuntur ſpõſalia, ſi ſponſus † ſe tranſfert ad aliam regionem longinquam, & remotiorẽ, nec eſt ſpes, quòd ſit de proximo reuerſus, quia ſponſa poterit liberè cum alio contrahere, etiam ſi ſponſalia fuerint iurata *c. de illis. vbi Panormit. de ſponſalib. Pelbartus in dicto verb. matrimonium ſecundo poſt principium. Angel. Clauas. in dicto. §. ſponſalia. nu.26. Franciſc. Gratianus in compendio iuris Canonici, parte 5. verſicul. ſextus. Anton. Gubertus de ſponſalib. tit. de ſponſalior. effectu. ſub numer.9. verſ. Octauo propter migrationem. Venatorius. in Analyſi. lib.4. titul.1. §. quæ pugnantia verſiculo eſt autem legale tempus. Martin. Nauarr. in ſumma confeſſarior. cap.22. nu.26. verſ. Quarto per alterutrius. Alphonſ. Vuald. in Candelabro parte 1. titul. de ſponſal. cap.5. num.36. Alexand. Carrer. de ſponſal. libr.1. cap.15. verſic. ſoluuntur tertio. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſt. lib.2. centur.5. caſu 455. numero 7. Cucch. Inſtitution. Canonicar. maior. libr.5. Titul. 10. numero 64.*

Limita ſecus eſſe ſecundum Ius ciuile, quia de-
815 bet expectare virũm † per biennium, ſi in prouin-
816 cia *l.2. C. de ſponſalib.* aut ſaltim per † triennium ſi extra prouinciam, *l.2. C. de Repudijs.* ſed videndus eſt *Panormitan. in dicto c. de illis. ſub nu.5. Marcus Anton. Cucchus Inſtitutionum Canonicar. maiorum. lib.5. titul.10. num.64. Menochius in dicto caſu 455. numer.7. Syluester Prierius. in verb. ſponſalia. q.10. caſu 4.* DEO volente latius dicendum eſt in Titulo de Repudijs.

817 Sextò diſſoluuntur ſponſalia ſi aliquis † ipſorum, lepra, vel paralyſi, aliove morbo contagioſo corripiatur, nec priſtinę ſaluti reſtituatur, poteſt enim ipſorum aliquis, ſponſalia diſſolui facere. *c. literas de coniug. leproſ. cap. quemadmodum extra de Iureiur. Hoſtienſ. in ſumma titul. de ſponſalib. §. & qualiter diſſoluantur. col.1. Abb. Panormitan. in dicto cap. quemadmodum. Clauaſius in dicto. §. ſponſalia. num.28. verſ. ſexto quando alter. Pelbartus. in dicto. §. ſponſalia num.28. verſ. ſexto quando alter. Pelbartus. in dicto. verb. Matrimonium ſecundo. §.9. verſ. ſexto. Anton. Gubert. de ſponſalibus, & matrim. Titul. de ſponſaliorum effectu. nu.9. verſic. Quinto elephantiam. Venatorius in Analyſi Iuris pontificij. libr.4. titul.1. §. quæ pugnantia. verſicul. Primo morbus contagioſus. Petrus Gregorius Syntagmat. Iuris Vniuerſi lib. 8 cap.9. nu.4. Marc. Anton. Cucchus Inſtitution. Canonicarum lib.5. titul.10. nu.63. Franciſc. Gratian. in compendio Iuris Canonici parte 5. verſ. Decimus ſextus. Martin. Nauar. in ſumma confeſſar. cap. 22. ſub num.27. verſic. octauo per ſuperuenientem.* lepra
818 † aſſecti non ſolum ab Eccleſia, ſed ab hominum cętu excluſi ſunt. *Leuitici. cap.13. cap.14. cap. 22. Numeri. cap.12. Deuteron. cap.24.* & tamquam abhominabiles promoueri ad ſacros ordines non debent. *D. Thom. 4. ſent. Diſtinct. 9. Artic.4.* cui ſi-
819 milem reddit † ſcabiem, & pruriginem *text. Deuteron. cap.28.* cuius meminit *Thom. Gramat. in Deciſ. Neap.56. nu.8.* Paralyſis eſt membrorum reſolutio, de qua *D. Tho. 3 ſent. q.82. articul. vltim. Andreas Paræus lib.8. cap.12.* Morbus Gallicus, alijq; morbi ſontici.

Septimò ſimiliter maiori ratione, ſolui poterunt ſponſalia, ſi ipſorum alter, aliquod corporis mem-

brum amiserit, puta aliquis oculus erutus, nasus
820 † incisus, manus, vel pes amputatus, ex quo magna corporis deformitas successerit, potest alter sponsalia futura ad effectum non ducere. *vt in dicto c. quemadmodum, & dicto c. literas. Clauasius. Pelbarus, Gubertus, Venatorius, & Petr. Gregorius post Hostiensem. vbi supra,* dixerunt. *Martinus Nauar. in loco allegato. Alphonsus Vualdus in Candelabro. Parte. 1. titul. de sponsalibus. cap. 5. num. 40.* Idcirco ego Magistratum gerere volentem, non debere eligi
821 corpore † Vitiatum, sed honesta, & decora facie ex multis comprobaui, *in Commentarijs de Magistratuum edictis. libr. 1. cap. 3. per totum.* Philippus secundus Rex Catholicus promouerat ad senatum Neapolitanum fauore suffultum, visu mini-
822 me probatum Iureconsultum Consaluum † Lermam Hispanum, vno lumine carentem, & altero pede læsum, & amplissimo ordine contradicente, Rege informato, electio effectum non habuit, de quo sic antea pulchro disticho luserat Iulianus Barrada Calaber.

Lerma placet Veneri, quid ni? cum Caecus Amorem,
Et referat, Claudus crura retorta Viri.

De quo etiam *Franciscus Gratian. in compendio Iuris Canonici. Parte 5. versicul. secundus.*

Ex quibus arbitror, minus benè dicere illos, qui attentarunt, quòd non possint dissolui sponsalia
823 † de futuro, nisi eruti sint ambo oculi, nec sufficere fuisse erutum vnum, nam, & carentem vno
824 tantum oculo amoueri à sacrorum † ordinum susceptione, *habetur in c. si euangelica. 55. distinct.* Et in actu sponsaliorum consideratur deformitas, & ideo habemus exemplum, quia Iacob recusauit
825 Liam, quia erat lippis † oculis, & voluit in coniugem Rachelem, quæ erat facie decora, & venusto aspectu. *vt habetur Genes. cap. 29.* & tamen illa habebat ambos oculos, & ex illorum lippitudine deformis habita, & reputata, & lex à DEO Moysi data, ne Aaron summus Sacerdos ad diuinum Tē-
826 pli ministerium acciperet aliquem, si cæcus † fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo. vt scriptum est *Leuitici. cap. 21.* sunt hæc à DEO delarata deformia. Non mirum igitur si eodem modo, ista post sponsalia de futuro superuenientia etiam mulierem, quę quando sponsalia facta sunt, erat pulchra nimis, vt post
827 superueniens deformitas, & pulchritudo † cessauerit, quòd sponsalia similiter dissoluantur *cum gloss. 1. in dicto c. literas.* dicat, quòd quemadmo-
828 dum lepra superueniens tollit † sponsalia, eadem ratione quælibet alia deformitas. *argum. dicti cap. quemadmodum* quem textum ita intelligit. Et ita concluserunt hi, quos supra allegaui. Et dum *tex. in dicto c. quemadmodum.* loquens de oculis, non de oculo, dicit ibidem notabiliter *Innocentius. col. 1. in ver. Profecto.* Hec (inquit) vult dicere, quòd vxorem iam ductam per verba de præsenti, non potest dimittere propter aliquam causam, vel deformitatem superuenientem. Sed sponsam de futuro, etiam interposito iuramento, non tenetur ducere, dicens non venire in hoc casu contra iuramētum, quia illud iuramentum habet conditionem taci-
829 tam annexam, scilicet si permanserit † in eodem statu, cum non sit apta facere illud propter quod ducitur, scilicet tollere viro occasionem fornicandi, quia ad eam tam deformem accedere nō vult. *Hæc Innocentius.* Sponsalia viri, vt plurimum ex mulierum forma, & pulchritudine moti contrahunt cum
830 pulchritudo bonum † D E I donum appelletur *ab Augustino de Ciuitate D E I lib. 15. cap. 22.* Itaque mutata, & sublata pulchritudine, non est res integra, quia, vt dicit *Iuuenalis satyra 6.*

Facies, non vxor amatur.

mutatur decora, & pulchra mulieris facies, quam habebat dum vir sponsalia facit, factaq; deformis, non mirum si cessante amoris causa, ob quam promiserat illam suscipere, cesset futurum matrimonium, vt dixerunt omnes Doctores, quos supra in sexto, & septimo modo dissoluendi narrauimus. Simulauere fabulatores, quòd cum Peneus pater rogaretur à Dafni filia, quòd illa cum alijs Virgi-
831 nibus suam posset Virginitatem custodiri & † replicauerit pater, quòd cum pulchra esset sponsalibus, & matrimonio digna, debebat à Virginitatis voto abstinere, de quo sic inquit *Ouidius Metamorphoseos. lib. 1.*

Sæpe Pater dixit. generum mihi filia debes.
Sæpe Pater dixit, debes mihi nata nepotes.
Illa velut crimen tædas exosa iugales
Pulchra verecundo suffundens ora rubore,
Inq. patris blandis hærens ceruice lacertis.
Da mihi perpetua, genitor Carissime dixit,
Virginitate frui, dedit hoc pater ante Dianæ,
Illi quidem obsequitur. Sed te decor iste quod optas
Esse vetat, Votoq; tuo tua forma repugnat
Phœbus amat, visæq; cupit connubia Dafnes,
Quodq; cupit sperat.

Pulchritudo itaque sponsalia facienti procuratur, & inspicitur, quæ cum diuersimodè mutetur, nec maneat in eodem statu, vt dicit *Seneca in Hercule Oetæo. cap. 3.*

Vt alta syluas forma vernantes alit
Quas nemore nudo primus inuestit tepor:
At cum solutos expulit Boreas Notos,
Et sæua totas bruma decussit Comas,
Deforme solis aspicit truncis nemus:
Sic nostra longum formas percurrit iter,
Deperdit aliquid semper, & fulget minus.

832 Ob deformitatem itaq; pulchræ † mulieri superuenientem, dissolui sponsalia *etiam Dominicus de Soto voluit lib. 4. sententiar. Distinct. 27. q. 2. Articul. 5. Nono casu.* Ea ratione etiam, ne coniuges sibi in-
833 uicem displiceant, & † matrimonium sic contractum aliquem infælicem, vt solet, habeat exitum, quod ex verbis confirmauit sibi *D. Thomas in dicto lib. 4. sentent. Distinct. 27. q. 2. articul. 3. ad 3.*
834 Octauò sponsalia dissoluuntur † ob alterius fornicationem, quia qui est innocens poterit liber remanere, & cum alia contrahere. *dicto c. quemadmodum.*

dum. de Iureiurand. quia qui eſt fornicatus, non po-
835 teſt reſilire, ſi alter innocens † nollet ſecum contrahere. *c. 2. de Tranſlat. prælator. Hoſtienſ. in ſumma. titul. de Sponſalibus. §. Et qualiter diſſoluantur. col. 1. ſub verſicul. Item ſecundo & col. 2. verſ. ſecunda fornicatio Carnalis. Angel. de Clauaſio in ſumma. in §. ſponſalia. nu. 29. verſ. ſeptimo quando. Pelbar. in Roſario Sacræ Theologiæ verb. Matrimonium ſecundo. §. 9. verſicul. ſeptimo quando alter Dominic. de Soto in 4. ſent. Diſtinct. 27. q. 2. Articul. 5. verſic. ſeptimo diriminuntur. Martinus Nauar. in ſumma Confeſſariorum. cap. 22. ſub nu. 27. verſicul. Nono per ſuperuenientem. Syluester de Prierio in ſumma. §. ſponſalia. q. 10. caſu 6. Didacus Couar. in Epithome de ſponſalib. q. 10. caſu 9. Didacus Couar. in Epithome de ſponſalib. Parte 1. cap. 5. nu. 2.* quem refert, & ſequitur *Iacob. Menochi. de Arbitrarijs iudicum quæſtion. lib. 2. centur. 5. caſu 455. n. 2. verſ. ſecundo iuſta. Alphonſus Vualdus in Candelabro Parte 1. Titul. de ſponſalib. cap. 5. num. 34. Anton. Gubertus. de ſponſalib. & matrimon. Titul. de ſponſaliorum effectu. ſub nu. 9. verſicul. ſeptimo propter adulterium. Ioannes Brunellus de ſponſalib. Concluſion. 8. nu. 4. Alexander Carrer. de ſponſalib. & matrimon. lib. 1. c. 15. verſ. ſoluuntur demum. Franciſc. Sarmientus Selectarum Interpretationum lib. 1. cap. 5. num. 3. verſicul. Nec obſtat, quòd propter fornicationem. Marc. Anton Cucchus Inſtitutionum Canonicar. maior. lib. 5. titul. 10. num. 62. Petrus Gregorius Syntagmat. Iuris Vniuerſi. lib. 8. cap. 9. num. 8. verſ. ſi ex alieno. poſt Conſtantinum Harmenopulum. lib. 4. titul. 1. Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 4. titul. 1. §. quæ pugnantia. verſ. ſeptimò formicatio corporalis. Ioan. Paul. Lancellot. Inſtitutio. Canonicar. libro 2. titul. de ſponſalib. §. Facto hominis. Franciſcus Gratianus in Compendio Iuris Canonici. Parte 5. verſicul. Tertius.*

Amplia ſupra notatum modum, etiam ſi forni-
836 catio fuiſſet in mulierem violenter illata, quia † ſponſus poſſet illam dimittere, *vt poſt Gloſſ. Ioann. Andr & Abb. Panormitan. in dicto c. quemadmodum, & Hugonem in c. raptor. 27. q. 2. Pelbartus à Themeſuar. vbi ſupra. verſic. ſeptimo quando* voluit *Angel. de Clauaſio. in dicto. §. ſponſalia. num. 29. verſ. ſeptimo quando.* Dicens idem procedere ſi mulier tempore ſponſaliorum fuiſſet corrupta, cum ille credidiſſet,
837 † quòd eſſet Virgo, ſed fuiſſe corruptam eſſet difficilis probationis; melius tamen probaretur, ſi inueniretur gerens vtero ex alio, & hunc caſum credo voluiſſe dicere *Harmenopulum, & Petrum Gregorium in locis ſupra relatis.*

Nonus modus, quo ſponſalia diſſoluuntur, eſt ſi
838 ipſorum alter factus eſt hæreticus † *c. non ſolum. c. iam nunc. 28. q. 1. l. DEO nobis C. de epiſcop. & Cleric. l. ſi legibus. C. de epiſcopal. Audient. Pelbartus in dicto verb. Matrimonium ſecundo, verſ. Octauo quando quis eorum, Angelus de Clauas. in dicto. §. ſponſalia. num. 30. verſ. Octauo quando alter. Martinus Nauar. in ſumma Confeſſ. cap. 22. ſub nu. 27. verſicul. dixi ſuperuenientem Conſtantin. Harmenopul. libr. 4. cap. 1. Petrus Gregorius in dicto libro 8. cap. 9. num. 7. verſicul. ſexto ſi alter ex ſponſis. Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij. lib. 4. titul. 1. §. quæ pugnantia. verſ. Duodecimo fornicatio ſpiritualis. Ioannes Paulus Lancelloit. Inſtitut. Canonic. libr. 2. titul. de Sponſal. §. Idem erit ſi ſponſus.*

Decimò ſponſalia ab Impuberibus contracta, ſoluuntur, ſi aduenientè pubertate illa adimplere
839 † recuſent. *c. de illis. el 1. c. à nobis. de Deſponſation. Impub. Goffredus de Trano in ſumma titul. de Deſponſation. Impub. col. 1. Hoſtienſ. in ſumma. eiuſdem titu. §. Quid Iuris. col. 1. verſ. ſi verò impubes cum impubere. Innocent. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Petr. de Anchar. Anton. de Butr. Cardinal. & Abb. Panormitan. in dicto. c. de illis. Angel. de Clauaſio. in ſumma. §. ſponſalia. nu. 37. verſ. Tertiodecimo. Syluester de Prierio in ſumma. §. ſponſalia. q. 10. in Caſu 12. Barthol. Fumeus in ſumma Armilla. in verb. ſponſalia. num. 13. Alphonſus Vualdus in Candelabro. Parte 1. titul. de ſponſalib. cap. 5. num. 44. Didacus Couar. in Epitome de ſponſalibus. parte 1. cap. 5. §. 1. Pelbartus vbi ſupra. verſ. Tertiodecimo quando ſponſalia. Martin. Nauarrus in ſumma confeſſariorum. cap. 22. num. 27. verſ. ſexto per abſolutionem. Ioannes Paulus Lancellott. Inſtitution. Canonicarum. lib. 2. titul. de ſponſalib. §. de illis & ibi in gloſſa.* quem imitatus in titulo operis *Marcus Anton. Cucchus. Inſtitutionum Canonicar. maior. lib. 5. titul. 10. nu. 76. Idem Nauarrus in conſil. 1. nu. 2. & in conſil. 2. nu. 2. lib. 4. titul. de Deſponſat. Impub.* & ille, qui formauit Deciſiones ex dictis Conſilijs. *Gregorius Sayrus in floribus Deciſionum. Deciſion. 1. Deciſ. 2. & Deciſion. 3. lib. 4. titul. 2. Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudicum quæſt. libr. 2. Centuria 5. caſu 455. nu. 12. Franciſc. Gratianus in Compendio iuris Canonici. parte 5. verſ. Nonus.*

Deelara primò hunc diſsenſum faciendum eſſe ſtatim aduenientè pubertate, aliàs per tacitum
840 † conſensum cenſerentur ſponſalia confirmata, nec ab illis poſsèt reſilire, & ideo iſto expreſso diſſenſu incontinenti faciendo opus erit, *vt in dicto c. De illis il primo. & dicto. c. à nobis.* quia in vtroque
841 dicitur, † antequam ad annos *& in dicto. c. de illis. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anch. & Panor. Didac. Couar. in Epithom. de ſponſalib. Parte 1. cap. 5. §. 1. nu. 1. Nauar. in ſumma Confeſſar. cap. 22. nu. 26. verſ. ſexto. Angel. de Clauaſio. in dicto. § ſponſalia. num. 37.* Tempus iſtud ſtatim intelligunt per triduum ante, vel poſt pubertatem. *Hoſtienſ. Ioann. Andr. & Petr. de Anchar. in loco allegato.* per dictam dictionem (antequam) neceſse videtur vt pręueniat, quia iſta
842 dictio nil aliud denotat, niſi prius quàm † peruenìat ad ætatem matrimonio aptam diſsentiat, de qua dixi *obſeruationum ad iura Regni Neapolitani libr. 1. obſeruat. 9.* ne fortè cum factus ſit pubes, &
843 taceat, per taciturnitatem, videatur † conſenſiſſe, & non poſse reſilire, & ideo iſtud remittendum fore circumſpecti ſuperioris iudicio.

Declara ſecũdò, quòd per cohabitationem poſt
844 infantiam, & pubertatem, per † eos, qui contraxerant ſponſalia, factam, cenſentur illa confirmata, & non diſsoluta, vt voluit *Rota. in Nouiſ. in Decis. 462.*

cis.462. Incip. Dubitatur si duo. & istud corroborat supranotatam primam declarationem.

Declara Tertiò, quòd in casu fortiori, dum pu-
845 bes contraxit matrimonium cum impubere,† licèt expectare teneretur pubes impuberem, donec ad ætatem legitimam peruenisset *Gloss. fin. in fine. in dicto. c. de illis*. Tamen etiam si esset iuratum in primo, si contraxerit interim secundum matrimo-
846 nium,† validum erit si cum alia contraxit, vt concluserunt *Domini de Rota in Nouis in Deci.* 450. *Incip. si pubes.*

Subdeclara tamen intelligendam *dictam Decis.*
847 450. quòd in illa tractabatur de matrimonio †inter illos contracto, quod ob ætatis defectum, nullum erat, *c. accessit. de Desponsation. Impuber.* & cum matrimonium tamquam matrimonium dici non potuisset, idcirco secundum validum fuit declaratum, & illud primum Iuris fictione fuit habitum vti sponsalia de futuro. *per c. vnicum. de Desponsat. Impub. in 6.* Idcirco per contractum secundo loco factum, in quo faciendo matrimonium expressit suum consensum, per quem sponsalia sunt subla-
848 ta, & ideo remanet firma conclusio huiusmodi † decimi modi, ad quę faciunt scripta *Ioann. de Vanquel in dicto cap. Vnico. de Desponsat. Impub. in 6. concluf. 2. & concluf. 3.*

Declara Quartò, quòd quãuis ambo, qui sponsalia fecerint Impuberes fuerint, tamen etiam vnus ipsorum, qui prius ad pubertatem peruenerit, po-
849 test contradicere, & erunt † soluta ipsa sponsalia. *dicto. c. de illis, & c. à nobis. de desponsation. Impub. in c. de illis ibid. (siue alter) Innocen. Ioan. Andr. Cardin. Anchar. Panor. vbi supra Couar. in Epithome. de sponsalib. Parte. 1. cap. 5. §. 1. tom. 1. Angel. de Clauas. in summa. §. sponsalia. nu. 37. Sylvester Prier. in summa. §. sponsalia. q. 10. Casu 12. Martin. Nauarr. in summa confessarior. cap. 22. num. 27. vers. sexto per absolutionem. Fumeus in Armilla. nu. 13. Pelbartus in Rosario Sacræ Theologiæ. in verb. Matrimonium secundo. §. 9. Alphonsus Vualdus in Candelabro Parte 1. titul. de sponsalib. cap. 5. nu. 44. Marc. Anton. Cucchus Institution. Canonicar. Maior. lib. 5. titul. 10. nu. 76. Ioan. Paul. Lancellotus Institution. Canonicar. lib. 2. titul. de sponsalib. §. de illis & § Vtius quoque Antonius Gubertus de sponsalib. & matrimon. titul. de sponsaliorum effectu. nu. 8. vers. primo si repudium. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. lib. 4. titul. 1. §. quæ pugnantia vers. Decimotertio dissensus, Martinus Mesnartius in epithome legum Pontificalium. li. 4. titul. 2. vers. Quæ si impuberes.*

Declara sextò, dissolutionem sponsaliorum ob
850 dissensum factũ pubertate adueniente per † contrahentem, vel alterum ex eis fieri debere per iudicem. *notatur in dicto c. De illis. ibi (iudicio ecclesiæ poterunt ab inuicem separari) ibi gloss. in verb. iudicio Ecclesiæ, & Abbas Panor. in figuratione casus. & post alios Ioannes Paulus Lancellotus in dicto. §. De illis. vbi sua gloss. in verb. Iudicio Ecclesiæ.* quæ verba de-
851 clarant iudicem †Ecclesiasticum esse debere. *Angel. de Clauasio in summa. §. sponsalia. num. 42. vers. quæro vtrum in præfatis*, dicam tamen inferius *hac eodem Titulo in vers. apud Iudicem. nu. 865.*

Vndecimo, sponsalia ob superuenientem affini-
852 tatem soluũtur, puta sponsus † cognouit consanguineam sponsæ. *c. 2. de consanguin. & affinitate. c. veniens. il 1. c. veniens il 2. c. ex literis. c. præterea. de eo, qui cognouit consanguin. vxor. suæ. c. siquis sponsam. 27. q. 2. Pelbartus. in dicto. verb. Matrimonium secundo. vers. Vndecimo, quando superuenit. Martinus Nauarrus in summa Confessariorum. cap. 22. nu. 27. versicul. Quinto per superuenientem. Ioann. Paulus Lancellottus Institution. Canonicar. lib. 2. titul. de sponsalibus. §. Item si inter sponsum. Antonius Guber. de sponsalibus, & matrimon. titul. de sponsaliorum effectu. num. 9. versicul. Nono propter superuenientem. Angel. de Clauasio, in summa. §. sponsalia. nu. 34. versicul. Vndecimo quando superuenit. Martinus Mesnartius in Epithome legum Pontificalium. lib. 4. titul. 13. vers. Quòd si sponsæ. Fumæus in summa Armilla. in verb. sponsalia. nu. 12. versicul. Item si affinitas superueniat. Daniel Venatorius in Analysi. Iuris Pontificij. lib. 4. titul. 1. §. quæ pugnantia. vers. sexto affinitas superueniens. Francisc. Gratianus in Compend. Iuris Canonici parte 5. versicul. Quintus.*

Duodecimò ex superuenienti capitali inimici-
853 tia † inter sponsum, & sponsã, dissoluuntur sponsalia. *Hostiensis in summa titul. de sponsalibus. §. Et qualiter dissoluantur. colum. 2. versicul. Sed & si talis causa. Angel. de Clauasio in summa §. sponsalia. nu. 31. versicul. Nono propter Martin. Nauarrus. in summa confessar. cap. 22. nu. 27. versicul. Vndecimo per superuenientem. Fumeus in summa Armilla. §. sponsalia. sub num. 13. vers. potest addi, & alius modus.* Nulla (meo iudicio) indiget authoritate, ista conclusio, quo modo enim honestissimus, & castissimus coniugum amor, inter inimicitiæ actus posset licitè
854 conseruari ? Dum vixit † Iulia C. Cæsaris filia, Magni Pompei vxor, ac illud coniugium perdurauit, concordia inter socerum, generumq;, magna fuit Romanæ Reipublicæ tranquillitas, quo vinculo dissoluto, cum totius terrarum Orbis detrimento, truculentissimo tot bellorum ciuilium furore, fuit turbata. Omitto alia exempla, hoc vnum sufficiat, Totum enim terrarum Orbem istud tangit. Sed sic D E O placuit, sit illius nomen benedictum.

Decimotertiò, si per famam constat, quòd sit inter sponsos canonicum aliquod impedimentum
855 † sponsalia dissoluũtur. *c. cum in tua, extr. de sponsalibus. post Hostiensem, quem refert Angel. de Clanasio in summa. §. sponsalia. nu. 36. versicul. Duodecimo si fama. Pelbartus in verb. Matrimonium secundo. sub §. 9. versicul. Duodecimo si fama. Nauarrus in dicta Summa Confessariorum. cap. 22. sub nu. 27. versicul. Decimotertio per famam Bartholom. Fumæus in summa Armilla. §. Sponsalia. sub num. 13. versicul. Item si fama habet. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij. lib. 4. Titul. 1. §. Quæ pugnantia. versicul. Nono Canonicum impedimentum.*

856 Decimoquartò, si fuissent promissa † in sponsa-

libus

libus certa dotium quantitas, vel aliud quodlibet, & adimpletum minimè fuit, ob hoc illa soluuntur *c. quemadmodum de Iureiurand. Angel. Clauasius in summa. §. sponsalia, nu. 32. versic. Decimo Quando promisit. Pelbar. in Thesaur. in Rosario Sacræ Theologiæ. Verb. Matrimonium secundo sub. §. 9. versicul. Decimo quarto. Vol. 4. Nauarrus in dicta summa confessar. cap. 22. sub. numer. 27. versicul. Duodecimo per omissionē Implementi*, de hoc latius dicam DEO auspice, *in Titul. de Dote, Iacobus Menoch. de Arbitrar. Iudic. q. lib. 2. centur. 5. casu. 455. nu. 6.*

857 Decimo quintò, soluuntur sponsalia † per sacri ordinis susceptionem, *c. Scripsit nobis Theoberga. §. ecce. 27. qu. 2. Anton. de Butrio in Rubr. de sponsalib.* quem sequitur *Præpositus in c. de illis de sponsal. Angel. de Clauas. §. sponsalia, num. 37. versicul. Decimo quarto. Nauar. in dicta summa confessarior. capit. 22. sub. nu. 27. versicul. Decimo quarto*, vbi tractat quid de matrimonio? *allegans Extrauag. Ioannis. Papæ 22. Incip. Antiquæ, de voto.*

858 Decimo sextò, furor superueniens † tollit sponsalia de futuro, quia deficit consensus, *c. neq; furiosus. 32. q. 2.* vbi glos. reddit rationem, quia consentire non possunt *c. aliquos. 15. q. 1. Antonius Gubertus de sponsalibus, & matrimon. Titul. de Sponsaliorum effectu, num. 9. versicul. Decimo propter furorem, vide tamen de Iure ciuili l. furor. ff. de sponsalib. & Ioan. Paul. Lancellottum. Institution. Canonicarum, lib. 2. Titul. Quæ matrimon. Impedir. possunt. §. furor, & ibi Gloss.*

859 Decimo septimò, soluuntur † per simplex castitatis votum post sponsalia factum, *arg. c. veniens. Qui clerici, vel vouen. Ioannes Andr. in c. de illis de sponsalib. Impuber. Angel. de Clauasio, in summa. §. sponsalia, num. 40. versic. sextodecimo. Pelbartus, in dicto Verb. Matrimonium secundo. sub §. 9. versicul. sexto decimo.* Referunt tamen *Innocent. Goffred. & Hostiensis* dicentes, quod votum simplex castitatis,

860 non soluit sponsalia Iurata, † *quia æquale vinculum sit, Iuramenti, & voti*, & propterea, cum præcedat Iuramentum præstitum in sponsalibus, illa seruanda fuisse. Tamen concludunt tolli sponsalia, cum sequatur vita in cælibatu, & maius bonum sit continere, quàm nubere. Tanto plus, si hi, qui sponsalia contraxerunt virgines sint, & qui sponsalibus contradicit, virgo remaneat, pro quo nunc breuibus pertransire conabor, contentus dicto *Diui Athanasij, qui in libro de virginitate* sic dicit. Bonum

861 est (inquit) effugere turbas, & recedere † in solitudinem. Magna virtus continentia, magna gloria castitas, magna sunt virginitatis præconia, ò vir-

862 ginitas corona † immarcescibilis, ò virginitas templum DEI, & spiritus sancti domicilium, ò virginitas margarita præciosa, apud multos la-

863 tens, à paucis verò inuenitur, ò continentia † amica DEI, & apud sanctos laudata, ò continentia vulgo inuisa, sed his, qui te digni sunt, nota, ò continentia mortem, & inferos effugiens, & immortalitati adhærens, ò continentia gaudium prophetarum, Apostolorum gloria, ò continentia Angelorum vita, & sanctorum hominum corona, Beatus, qui te tenet, beatus, qui per sapientiam tibi constanter adhæret. *Hæc Athanasius*. Propterea *D. Thomas de Aquino Ethicor. lib. 7. lectione. 2.* dicit,

864 quod continentia habetur tãquan † magnum, & venerabile. *Nam, & Aristoteles Politicorum, lib. 7. c. 16.* inquit, quòd continentiæ prodest nuptias fieri seriores, intemperatiores enim esse videntur, cum puellæ veneri assuescant. Iam ad alia transeamus.

Apud iudicem Ecclesiasticum, diximus *supra versicul. Declara sexto, nu. 850.* conclusionem hanc esse debere, sponsalia dissolui non posse, nisi eccle-

865 siastici iudicis † decreto, *vt argumento, cap. 2. 33. q. 2. & c. multorum. 35. q. 6.* Quinque tamen limita-

866 tiones adducit, in quibus † ipso iure absq; iudicis ministerio sponsalia soluuntur, quas optimè posuit *Alexander Carrerius de Sponsalibus, & matrimonijs, lib. 1. c. 16. quas eo modo recitabo.*

Prima limitatio erit, quando aliquis ex ijs, qui fecerunt sponsalia religionem ingrederetur, quo ingressu, absq; hominis, ac iudicis ministerio, fit

867 sponsaliorum † dissolutio, ipso iure, *c. commissum de sponsal. c. ex publico, extra de conuers. coniugator. hactenus Carrerius. Comproba ex ijs, quæ diximus supra hoc eodem titulo ex Hostiense, Clauasio, Pelbarto, Guberto Venatorio, Priorio, & Nauarro, Versicul. secundo soluuntur sponsalia, nu. 713.* Ex quibus Iuribus allegatis constat matrimonium, ante illius copulam, dissolui per religionis ingressum, multo

868 magis dissoluantur † ipso Iure sponsalia. Matrimonium etenim carnale, ante illius per copulam consummationem, per religionis ingressum vnius illorum, etiam altero inuito dissoluitur, quod est de Iure ciuili. Consideratis dispositis *in Auct. de sanctissimis Episcopis. §. sponsalibus. l. Deo nobis. C. de Episcop. & clericis. c. de sponsatam. c. decreta. 27. q. 2. c. ex parte, de Conuers. coniugat.* Vnde rectè *Tridentinum Concilium Sessione 24. de Reformatione matrimonij. Canone. 6.* inquit, si quis dixerit matrimonium ratum, non consummatum per solemnem reli-

869 gionis professionem alterius † coniugum, non dirimi, Anathema sit: Olim autem, & si dubitaretur, an matrimonium dissolueretur per ingressum religionis altero coniugum non consentiente, *vt in c. scripsit. 27. q. 2.* Tamen *ibidem in §. ecce*, probatur contrarium. *Ex D. Hieronymi authoritate*, cò quòd

870 † B. Macharius præcipuus inter Christianos Eremitas, celebrato nuptiarum conuiuio, cum vespere esset thalamum ingressus, ex vrbe egrediens, transmarina petijt, & eremi solitudinem sibi elegit. Item Beatus Alexius Euphemiani Senatoris clarissimi filius, similiter ex nuptijs, diuina gratia

871 vocatus, sponsam deseruit, & nudus † CHRISTO famulari cœpit. Ex ijs sequitur, quòd sponsi sponsorum non requisito consensu, continen-

872 tiam † poterunt profiteri. Hæc referuntur, *in dicto c. scripsit*, quæ exempla si iungantur cum canone Tridentini Concilij, probabiliora erunt. *Quamquam hæc Diuor.* Macarij. & Alexij exempla non sufficerent iuxta *Innocentij, Hostiensis, & Abbatis*

Panormi-

Panormitan. in c. ex parte, ll. 2. de conuers. coniugat. *scripta* qui dixerunt, quòd si alter coniugum ad eremum transire vellet, vel continentiam vouere, & in propria domo permanere, quòd ad tollen-
873 dum matrimonium † non sufficiat, cum religionis ingressus, & ille profiteri teneatur, ex præfatorum Doctorum sententia *post glossam ibidem, quod, & post Ray. & D. Thomam dixit Ioann. Friburg. in Summa Confessor. libr. 1. Titul. 7. q. 39.* dicens hoc procedere, nec contrarium, nisi etiam in Eremo
874 substantialia Religionis † per professionem emitterentur. Et quoad exempla Maccarij, & Alexij, forsitan illorum tempora Ecclesiasticarum Religionum normæ, ac professiones introductæ non erant. Et dici potuerunt illi religiosi, & monachi iuxta dictum *D. Hieronymi ad Paulinum*. Si cupis (inquit) esse, quod diceris monachus, ideſt solus? quid facis in Vrbibus, ? quæ vtiq; non sunt solorum habitacula, sed multorum ? cuius dictum est
875 redactum, *in c. si cupis. 16. q. 1.* dicebantur † hi Eremitæ, Anachoreæ, & hesycastæ, vt refert *Iustinianus Imperator Nouella. 5. vbi Iacobus Cuiacius, de his scripsit Nicolaus Boerius Tractatum de statu, & vita eremitarum, de hijs vide Franciscum Duarenum, in Tract. de sacris Ecclesiæ ministerijs lib. 1. capit. 20. Anastasium Germonium Archiepiscoporum Tarantasiensem, in Commentarijs de sacror. immunitatibus lib. 2. cap. 3. n. 7. Carolus Tapia Iurisconsultus Celebris, Regens apud Regē Catholicum, Marchio Belmentis in Repetition. Authenticæ, Ingressi. C. de sacros. Eccles. in Verb. Monasteria. cap. 18. nu. 2. 3.* & in eo opere pluries, & nouissimè *Renatus Choppinus Omniscius Monasticon, siue de Iure Cœnobiorum. lib. 2.* Quoad tamen attinet ad limitationem, dicerem quantum ad
876 dissolutionem † sponsalium sufficere, quòd ipso Iure per religionis ingressum, vel castitatis votum absq; Iudicis ministerio, & absq; professione facta intelligatur, dum tamen copula non intercesserit. Secus verò quoad matrimonium, quo verò ad reliqua enarrata de Eremitis, dicemus DEO auspice in Titulo de Statu Regularium.

Ad ea, quæ dixi supra *hoc eodem titulo. versic. secundo soluuntur sponsalia, num. 805. & aduersic. Prima limitatio, num. 867.* dicendum est, secus esse de Iure canonico, per quod interueniente copula per ingressum monasterij vnius coniugis, non dissol-
877 uitur matrimonium † *c. veniens, c coniugatis. c. cum sis extra de conuers. coniugat. D. Franciscus Cantuccius in Decis. Nouiss. Roman. 92. nu. 13. Vol. 2.*

Secunda limitatio, quòd quando prima sponsalia per alia sponsalia de præsenti essent contracta, etiam si prima sint Iurata, eo casu censentur dissoluta, *c. si inter c. sicut, de sponsalib.* tunc ministerium Iudicis non requiritur. *Alexander Carrerius in dicto lib. 1. cap. 16.* de hoc ego dixi *supra hoc eodem titulo. Versic. Tertio modo soluuntur, nu. 806.* ex multis, quos ibidem allegaui. Et iterum quoad votum castitatis, & continentiæ *versicul. Decimo septimo sponsalia, num. 869.*

Tertia limitatio, dicitur in voto continentiæ,
878 quia fortius Vinculum tollit † sponsalia, vt supra ipso Iure, & non exigitur iudicis authoritas. *arg. dicti c. si inter. ità Carrerius in dicto lib. 1. cap. 10.* & ego dixi in *dicto versic. Decimo septimo sponsalia, nu. 859.* Et quamquam *Ioan. Andr. Cardinal. & Abbas Panormitan. in dicto c. Veniens. il 1. per c. commissum, de sponsalib.* hanc limitationem euertere nitantur, tamen optimè euacuando eorum rationes illam tuetur *Alex. Carrer. in dicto, c. 16.*

Quarta limitatio assignatur ab eodem Carre-
879 rio, non esse necesarium † iudicem, sed ipso iure sponsalia dissolui, per affinitatem nuper detectam. *c. ad dissoluendam, de sponsalib. Impub. Correrius in dicto lib. 1. ca. 16.* de hoc dixi supra *hoc eodem titulo, versic. vndecimo sponsalia, num. 852.* vbi hoc corroboraui *ex Antonio Guberto, Ioanne Paulo Lancellotto. Pelbarto, Clauasio, Mesnartio, Fumæo, & Venatorio.*

Quinta limitatio, quando sponsalia erant facta
880 sub conditione aliqua, † quia illa non impleta contractus habetur ac si contractus sponsaliorum, & matrimonij factus non esset, & ideo censetur dissolutus, *c. super eo. supra allegato, & c. quemadmodum, de Iureiurand.* dixit *Idem Carrerius in dicto lib. 1. cap. 16.* Vt faciunt per me dicta supra *hoc eodem titulo, versic. Decimo quarto si fuerint promissa. Ex Clauasio, Pelbarto, Nauarro, & Menochio.*

881 Matrimonium triplex est, scilicet, verum † præsumptum, & putatiuum: *vt ex Præposito in c. quod nobis, nu. 5. & in c. per tuas, nu. 15. qui fil. sint legitimi,* voluit *Iacob. Menoch. in Consil. 490. num. 1. vol. 5. Francisc. Monald. in Cons. 68. nu. 1. Vol. 1.*

882 Verum matrimonium illud esse dicitur, † vbi probatur per testes affirmantes, ipsos fuisse præsentes, quando verum, & legitimum matrimonium fuit contractum inter talem virum, & talem mulierem cum suis solemnitatibus, vel quando confectum fuit de dicto matrimonio tale instrumentum, *vt ex Dominico de Sancto Geminiano. in Consil. 27. col. 1. versicul. pro declaratione. Cardinal. Paris., Consil. 170. numer. 8. Vol. 4. Menoch. in dicto Consil. 490. num. 2. Francisc. Monald. in dicto Cons. 68. num. 2. Vol. 1.*

883 Præsumptum matrimonium † dicitur, quod per præsumptiones, & coniecturas à lege receptas probatur. *Ioan. Lopez in Tract. de matrimon. Parte 1. sub num. 51. Menoch. in dicto Consil. 490. num. 3. Vol. 5. Monald. in dicto Consil. 68. num. 3. Volum. 1.* & isto casu matrimonium, quod probaretur, ac si es-
884 set verum matrimonium † si probatio fiat per præsumptiones veras, & iuris, & de Iure, quia eo casu nihil distaret à vero, *vt ex Iacobo De Beluis; Bart. & Angel. in Auct. matri, & Auiæ. §. ad hoc. Panormitan. in c. is, qui fidem, nu. 2. de sponsalib. Menochi, in dicto Cons. 490. nu. 2. vol. 5.*

Declarandum tamen est tunc sufficere probationes præsumptiuas, læuiores, quando agitur
885 † de successione, & de succedendo, & de his similibus, & incidenter, & non principaliter de matrimonio, vt tunc sufficiant, & fidem faciant, *vt post*

Geminian.

Geminian. in dicto Consil. 27. voluit *Cardinal. Parisius, in Consil.* 57. *num.* 41. *vol.* 4. quem sequuta est *Rota apud Ioan. Mohedanum Episcopum Rauellensem in Decision. Nouissima Roman.* 66. *num.* 1. *lib.* 1. *Vol.* 3. Et iterum *idem Mohedan. in Decision.* 62. *li.* 2. *eodem Vol.* 3. quo in loco concluserunt *contra Marianum*

886 *Socinum* † *Seniorem, in Cons.* 39. *Incip. Visis, & inspectis, ac maturè. Vol.* 1. in quo eleganter, & subtiliter scripserat, quæ requirebantur ad probandum præsumptum matrimonium, & sufficere quæ diximus quotiescunq; de filijs natis ex matrimonio ad finem succedendi, & nouissimè in Rota fuit simili-

887 ter concluſum non ſolum ex † *Geminiano, & Parisio*, ſed etiam ex *Ioanne Baptista Ferretto in Consil.* 49. *nu.* 1. de quibus ſcribit *D. Iacobus Caualerius in Decision. Nuperrima Roman.* 198. *nu.* 1. *parte.* 1. *Tomo.* 1. dicens ſic decreuiſſe *Rotam in anno* 1556. *in causa Parmensis status. Et in anno.* 1576. *in causa Romana, siue Amerina Domus, & in Anno.* 1592. *in causa Parmensis status. Idem D. Caualerius in alia Decision. Nuperrima Romana.* 310. *eadem Parte* 1. *Tomo* 1. vbi plus allegat *Innocent. in c. ex parte, num.* 4. *de Restitut. Spoliat.* allegando aliam *Decisionem, in Anno.* 1577. *D. Franciscus Vbaldus in Decis. Nuperrima Roman.* 406. *nu.* 8. *parte* 1. *Tomo* 1. Ad quæ fortiter faciunt ſcripta *ipsius Menochij in dicto consil.* 490. *nu.* 22. *& per totum. Vol.* 5. dum tractat in probatione

888 † præſumpti matrimonij, quoad ſucceſionem, & quod magis erat ad iuſtificandam legitimitatem illius, qui promouebatur ad Epiſcopatum. Verum

889 tamen quoad matrimonium† præſumptum multa conſideranda ſunt de capitibus, & præſumptionibus, quas refert *Iacob. Menoch. in consil.* 199. *num.* 43. *cum pluribus seqq. Volum.* 2. & dicam *infra. Sed vide Ioan. Petr. Surdum in consil.* 364. *num.* 54. 55. *Volumin.* 3.

890 Putatiuum Matrimonium † dicitur, quando apparet verè, & bona fide ſolemniter factum, ſed ex aliquo impedimento detecto fuiſſe ignoranter contractum, & hoc caſu reſpectu prolis bene operari, *c. ex tenore. c. perlatum, c. quod nobis, extra. Qui fil. sint legitim.* comprobat optimè *Marian. Socinus Iunior. in Consil.* 63. *num.* 42. *cum pluribus seq. Vol.* 3. *Gabriel Cardin. Paleotus in Tract. de Notis, & spurijs. Cap.* 9. *num.* 1. *Curtius Iunior in consil.* 64. *num.* 10. *Menoch. in dicto consil.* 490. *num.* 4. *Vol.* 5. *antea idem Menoch. in cons.* 199. *num.* 35. 39. *Vol.* 2. *Monald. in dicto cons.* 68 *num.* 8. *Vol.* 1. *Cardinalis Puteus in Decision.* 72. *num.* 1. *lib.* 1. *in Decis.* 77. *num.* 8. *lib.* 2. &

891 ſicut non licet † violare verum matrimonium, ita nec putatiuum *l. si vxor.* §. *Diuus vers. sed si ea. ff. ad leg. Iul. de Adulter. voluit D. Ioan. Baptista Valenzuela Velasquez in cons.* 80. *nu.* 13. *lib.* 1.

892 Et ideo filios natos ex ſimili matrimonio † ſuccedere in Feudo *ex Bald. & alijs in c.* 1. §. *naturales, si de feud. fuerit controu.* admitti ad dignitatem Epiſcopatus, voluerunt *Bald. & Salycet. in l. qui contra. C. de Incest. nupt. & Abb. Panor. in dicto c. ex tenore,*

893 & excludere † ſubſtitutos, ac ad omnia iſta illos admitti, dicit *Idem Marian. Iunior in dicto Consil.* 63. *num.* 42. 43. 44. 45. *Vol.* 3. *Monald. in dicto Cons.* 68. *num.* 8. 9. *Idem Monaldus in consil.* 112. *num.* 34. *Volum.* 1. Et filios ex matrimonio putatiuo natos,

894 æquiparari filijs † ex vero matrimonio natis, *D. Cardinalis Bononiensis, in Decision. Nuperrima Roman.* 280. *num.* 1. *parte* 2. *Tomo* 1. præſertim quoad

895 reſpectum † legitimitatis, *Idem Cardinalis Puteus in Dicta Decision.* 77. *nu.* 8. *lib.* 2. *& Ioannes Baptista Ferrettus in cons.* 364. *nu.* 9. qui dicunt quoad

896 effectum legitimitatis filiorum, & ſuccedendi† ſequiores probationes ſufficere: *ex Baldo in l. filium, in secunda lectura, col.* 2. *ff. de his, qui sunt sui, vel alieni Iuris, & ex Saliceto, in l. Non nudis, col. fin. C. de Probation.*

Et iſta priuilegia, quæ iura tribuunt matrimo-

897 nio putatiuo, ad inſtar veri matrimonij † ſunt, quoniam bona fides, cum qua eſt contractum, id operatur, vt voluit *Phanuccius de Phanuccio in Tract. de lucro dotis. Gloss.* 3. *num.* 19. quem refert, & ſequitur *D. Cardinalis Blanchett. in Decis Nouissim. Roman.* 605. *num.* 5. *Vol.* 1.

Quoad Matrimonij probationem, ſi reſpectu validitatis loqueremur ſcilicet, an illud ſeruatis

898 † Eccleſiæ ſolemnitatibus, & requiſitis, præſertim concernentibus perfectionem matrimonij, probatione opus eſſet, tunc videnda ſunt, quę diximus ſupra *hoc eodem Titul. Versic. Matrimonia clandestina, num.* 338. 339. *cum pluribus numeris, & filijs sequentibus*, in quibus fortè eſt poſita ordinata cognitio totius clandeſtinatis matrimonij.

Verum ramen, ſi diſcordia ſit, an matrimonium factum, an non factum fuerit, & expectantur à partibus probationes, tunc videndum eſt, quo modo

899 probatio † facienda erit, ſponſalia enim ſcriptura, & ſine illa fieri poſſunt, *l. In sponsalib.* 7. *in princip. ff. de sponsal.* ſic, & nuptiæ, ac matrimonia. *l. Neq; sine nuptijs. C. de Nupt. vbi Bald. pro summario*

900 *dicit*, Inſtrumentum † non eſſe de matrimonij ſubſtantia, & habetur *in l. si donationum. C. eod. titul.* Quamquã ſi inæquales matrimonium contrahant, puta Scenica cum aliquo contrahat, eo caſu inſtrumenta conficienda erunt, *l. Imperialis, in princip. C. de Nupt.*

901 An matrimonium probetur Inſtrumento † publico? dico, quòd ſi inſtrumentum de contractu matrimonij mentionem facit, quòd ſine dubio matrimonium ex illo probatur, nam (vt poſt modum dicendum) ſi teſtibus matrimonia eſſe facta probantur, dicendum tanto magis Inſtrumento probari, aliàs ſi teſtes, qui matrimonio interfuiſſent, modi-

902 co interuallo morerentur, ſequeretur, quòd matrimonij coniunctio euaneſceret, & mulieres omnes, quæ nupſiſſent, teſtibus mortuis, aut ſublatis dicerentur, vel concubinæ, vel meretrices, quod quàm ſit abſurdum, nemo negabit. Iſtæ capitulationes matrimoniorum, quibus totus mundus vti-

903 tur, quas † tabulas vocabant antiqui, vt illas appellauit *Papinianus. l. donationes in concubinam.* 32. *in princ. ff. de Donat. & Probus Imperator in l. si vicinis, ibi (Nuptiales tabulæ) C. de Nuptijs*, illas etiam

nuptia-

nuptiales Tabulas appellauit *Tertullianus ad vxorem lib.2.* loquitur ibi de gentilium matrimonijs. Nunquid (inquit) tabulas nuptiales de illo, apud tribunal Domini proferemus, & matrimonium ritè factum allegabimus. *Innocentius, in c. Illud, de Præſumpt. in Verb. Inſtrumentum, dicit.* Inſtrumen-
904 to autem † ſoli non ſtatur, quia confectum eſt ſuper dote, & non ſuper marrimonio, ergo ſi confectum eſſet ſuper matrimonio, illi ſoli ſtaretur. Et hoc mihi videtur in dubitabile, quòd ſi fiat inſtrumentum de matrimonij contractu illud ex eo probari, cum regulariter Inſtrumenta faciant proba-
905 tionem probatam, & liquidiſſimam †. *Bartol. in l. prima, n.8. ff. de oper. noui nunciat. & ex Deciſionum ſcriptoribus Grammatico, Cacherano, Milaneſio, Barzio, Sacrato, Pamphilio, Vbaldo, Ludouico, Bellono, Verallo. Francho, Gamma, Gratiano, Remboldo, & alijs compluribus* dixi, *in hac ſumma Deciſionum vniuerſarum totius Orbis. Titul. 18. nu. 84. Tomo 2. licèt* di-
906 cant procedere, quòd probet inter † ipſas partes, non autem, ſi agatur contra tertium, ſcilicet contra aliud matrimonium, *ſecundum Bald. in l. 2. in fine, num. 13. C. de Execut. rei Iudic. Felin. in dicto c. illud ſub numer. 5. verſ. Et poſita iſta,* quia eo caſu verba enunciatiua in matrimonio non probant contra tertium, *vt poſt Socin. ſeniorem, & Decium* voluit *Verall. in Deciſ. 248. num. 4. parte 3.* niſi verba fuerint prolata præſente viro & vxore, *vt ibidem in dicta Deciſ. 245. num. 5. dixi in dicto Titul. 18. nume. 273. Tomo 2.*

Ampliatur primò procedere, etiam ſi in Inſtru-
907 mento dotali fiat mentio † matrimonij, quòd ex eo matrimonium probetur, vt dixi ſupra proximè ex dicto *Innocen. in dicto c. Illud* & voluit *Bald. in c. ſeries, de Teſtibus,* dum inquit, quòd ſi in inſtrumento continetur, quòd Berta promiſit Baldo decem
908 nomine dotis pro † matrimonio inter eos contracto, quòd non ſolum probatur promiſſio dotis, ſed etiam probatur matrimonium, licèt tunc temporis factum non fuerit, quem iſta referens, ſequitur *Decius. in Conſil. 35. Incip. Præſtantiſſimè doctor, num. 2.* ſequitur *Felin. in dicto c. Illud, ſub num. 5. Cardinalis Pariſius in Conſil. 170. num. 8. Vol. 4.* Et ex Inſtru-
909 mento receptionis dotium † probari matrimonium ex authoritate *Decij allegata voluit D. Franciſc. Cantuccius, in Deciſ. Nouiſſima Roman. 130. nu. 6. Volum. 2.*

Hanc ampliationem intelligendam eſſe, ſi inſtrumentum dotes, dicat, & faciat mentionem de matrimonio contracto, vel contrahendo, ſecus ſi
910 nihil diceret † de matrimonio. *Bald. in Rubr. C. de Priuilegijs Dot. nu. 16. verſ. quæro vtrum vir petens,* quo in loco voluit, quòd ſi dicit pro matrimonio contrahendo, non probetur matrimonium, ſi verò
911 pro matrimonio contracto, tunc matrimonium ex inſtrumento probatum erit. Quod probabile eſt, dum enim dicit pro matrimonio contracto, notat tempus præteritum, & iam adimpletum, quando autem dicit, pro matrimonio contrahendo denotat futurum tempus, per gerundium in ablatiuo
912 caſu † denotante futurum tempus, & conditionem adimplendam, vt poſt multos ſcripſi *in Conſil. 47. num. 61. 62. Centuria 1.* quo caſu iſta conditio poteſt fieri, & non fieri, & ideo abſonum eſſet eo caſu dicere, quòd dicatur pro facto, & contracto ac probata, quod nunquam extitit, quod ita etiam explicauit *idem Bald. in l. Ab executione, numer. 22. verſ. Pone ſtatuto cauetur. C. Quor. appellation. non recip.* quem retulit, & ſequitur *Felin. in dicto c. Illud, ſub num. 5. verſ. ſecundo intellige,* vbi tandem dicit primam opinionem veriorē eſſe, cuius dictum mihi non ſatisfacit.

Intellige ſecundò poſt dictum Baldi, quòd ſi quæratur, an Inſtrumentum fidem faciat quoad
913 dotis reſtitutionem, † & tunc inſtrumentum plenè probet, *arg. §. Illud, in Auct. Vt fratrum fil.* Aut ad
914 probandum matrimonium, & tunc faciet † ſemiplenam probationem, ità dicit *Ludouic. Roman. in ſingul. 446. Incip. Nunquid per Inſtrumentum,* vbi dicit hanc eſſe veritatem, & dicit eſſe duas gloſſas *in l. In concubinatu. ff. de Concubin.* & alteram *in leg. pen. C. de fideiuſſor.* quem ſequitur *ibi Ioan. Baptiſta Caſtellion. in apoſtill.*

915 Si teſtibus facienda † eſſet matrimonij probatio, tunc accuratius procedi oportet, poſſent enim inuicem vir, & vxor contenti matrimonio, fortè diſſentientibus aliquibus coniunctis, ſicut è conuerſo poſſet inter eos eſſe diſcordia, & ſic diuerſimodè de matrimoniali cauſa agi, cumq; ſit res grauiſſima, & magni ponderis, ideo cautè, & cum veritate tractanda eſt, & in illa plenariæ exiguntur
916 † probationes, & neceſſariæ, & cautè in illa procedendum eſt, *vt poſt Gloſſ. in c. mulieri, de Iureiur.* voluit *Bald. in Conſil. 196. vol. 3. Cardinal. Pariſ. in Conſil. 54. num. 15. vol. 4. Decius in Conſil. 153. Incip. viſo pro ceſſu, & ſententia, nu. 2. 3. & in Conſil. 310. Incip. Viſis diligenter atteſtationibus, nu. 1.*

917 Teſtes in cauſa matrimoniali debent eſſe † omni exceptione maiores, *vt per gloſſ. in c. 1. vbi Doctor. de conſanguin. & affin. Abb. Panor. in c. ſi pro debilitate, notabili vltim. de offic. delegat. Felin. in c. 1. col. 2. Vt lite non contest. Alexand. in Conſil. 146. Incip. in cauſa, & lit. col. pen. verſicul. Præterea teſtes deponentes. Vol. 5. Andr. Barbatia, in conſil. 54. col. 3. verſicul. Præmitto. Vol. 1. Felyn. in Rubr. de ſponſalib. num. 15. verſ. Quarto in cauſa. Aymo Crauet. in conſ. 169. nu. 2. Vol. 1. Dec. in dicto conſ. 133. num. 3. in dicto conſil. 310. ſub num. 1. Cardin. Pariſ. in conſil. 53. num. 9. in conſ. 55. num. 19. in conſ. 57. num. 38. in conſ. 58. nu. 20. Vol. 4. Ioan. Baptiſta Ferrett in conſ. 48. num. 1. in conſ. 374. nu. 20. Thom. Gram. in conſil. crimin. 26. num. 49. 50. Ioan. Ceph. in conſ. 540. num. 53. Vol. 4. Alexander de Neuo in conſ. 11. num. 14. D. Cardinal. Mantica. in Deciſ. 135. num. 1. & in Deciſ. 372. nu. 15.*

Qui maiori ex parte dicunt, quòd iſta qualitas de-
918 bet † probari, ſed iſtam aſſertionem, an ſit probanda qualitas, & identitas latius ego preſequutus ſum in *hac ſumma Deciſionum Vniuerſarum. Titul. 16. nu. 3. cum pluribus ſeqq. Tomo 2.*

Intellige tunc requiri in cauſa matrimoniali,

quòd

919 quòd testes sint omni exceptione maiores, † quãdo tractatur de præiudicio alterius matrimonij, vel de dirimendo matrimonio, sed alio casu non requiruntur omni exceptione maiores, neque magis idonei, vt declarauit Rota in causa matrimoniali grauis ponderis *vt per Aldobrandinum post modum Pontificem in Decisione Nouissima Romana. 26. sub num. 5. vol. 3. D. Card. Mantic. in Decis. 372. numer. 1.*

Potest poni exemplum, quando incidenter tra-
920 ctatur de matrimonio ad finem legitimitatis † filiorum, vel quando agitur de succedendo, cũ tunc leuiores probationes sufficiant, vt dictum est supra *hoc eodem titulo, versic. Declarandum tamen est, nu. 885. cum pluribus seqq. vbi ex Geminiano, Parisio, Mohedano, Ferretto, Caualerio, Menochio, & alijs* docui hanc conclusionem seruari solitam in Amplissima Rota Romana, quod confirmatur ex dictis *D. Christophori Cardinalis Robusterij. in Decis. Nouissim. Roman. 79. nu. 2. Vol. 1. & in Decisio. 340. n. 1. Vol. 2.* & claram iuris conclusionem esse, quòd
921 quando causa matrimonialis non † principaliter, sed incidenter, & per modũ causæ ad effectum legitimitatis, & successionis deducitur, qualibet probatione præsumpta, & coniecturali probari potest, vt eleganter probat *D. Franciscus Caniuccius in Decision. Nouissima Romana. 34. numer. 19. Vol. 2.* vbi dicit sic fuisse seruatum in Rota *Coram D. Iulio Oradino in anno 1558. in causa Colonien. status. & in anno. 1560. D. Cæsar Grassus in Decis. Nouissim. Roman. 357. nu. 10. Vol. 1.*

922 Cum vno teste, & fama, matrimonium † probari, *ex Gloss. in c. 1. de appel. & in c. veniens. il 2. de Testib. & Innoc. in c. illud. de Præsump. & in c. preterea. de Testib. & ex Capell. Tholos. in Dec. 171. Incip. Item fuit quæsitum an si in causa, Voluit Anton. Faber in Codic. Fabriano lib. 4. titul. 14. definit. 8. in princ. Vol. 1.* cum quadam declaratione, de qua postea dicam. *Francisc. Monald. in consil. 69. nu. 10. Vol. 1.*

Alij dixerũt volentẽ probare matrimoniũ cum
923 vno teste admitti, cum † Iuramento necessario, siue suppletorio, *vt ex Hostiẽse, & Collectari. in c. mulieri. de Iureiurand.* voluit *Capella. Tholosan. in dicta Decis. 171.* declarãdo istã conclusionẽ procedere, quãdo esset ad fauorẽ matrimonij, secus si esset
924 contra matrimonium, † vel fieret præiudiciũ alteri matrimonio. hoc idẽ confirmat *in Apostill. Stephanus Aufrerius* cum quibusdã circumstantijs, arbitrio Iudicãtis. Quinimmo probato matrimonio per vnum testem, cum fama, probato secundo per
925 duos testes in facie † Ecclesiæ attenditur *sm. Ioan. Baptista Ferrett. in cons. 187. n. 5. in cons. 318. n. 6.*

Ego tenui quod in causis arduis non sit locus
926 iuramento † suppletorio *ex Doctoribus in l. Admonendi. ff. de Iureiur. & ex Alexandro, Ruino, Natta, Gozadino, Rolando à Valle, Papono, Afflicto, Marsilio, Gaillo, Vrsillo, Anton. Augustino, Cornazano, Gourreo, Sebradero, Surdo, Turretto, & Bertazzolo,* cum quibusdam limitationibus, vt dixi *in hac summa Decisionum Vniuersarum. Titul. 54. num. 38. cum*

927 *pluribus seq. Tomo* 1. Matrimonialem verò † causam grauem, & arduam esse dicit *Decius. in Consil. 310. in princip. Thomas Grammat. in consil. crim. 26. num. 17. Ioann. Cephal. in consil. 384. num. 1. vol. 3. Ioan. Baptista Ferret. in consil. 196. num. 2. & in consil. 374. nu. 20. in consil. 392. nu. 7. D. Cardinalis Paleotus, in Decis. Nouiss. Romana. 431. nu. 3. lib. 3. vol. 3. Alex. in consil. 152. Incipiente. Viso processu. col. 3. versicul. Sed testis infamis. vol. 5.* Et idcirco in specie *in dicto Titul. 54. nu. 48.* tenui *post Iason. Marsil. Barth. Socin. Gratum, Ferrettum, Seraphin. Pasethum, Scappum, Marcum, Gaillum, Cucchum, Reusnerum, & Surdum,* quòd in causa matrimoniali non sit locus
928 Iuramento † suppletorio. Et cum ex vtraque parte possent rationes, & iura proferri, tamen id relinquo voluntati cuiusque. Idcirco non esse locum iuramento suppletorio in simili causa tenuit *Decius in dicto consil. 310.* dicens non deferri iuramentum
929 in causa † matrimoniali in defectum probationis quantumcunque persona honesta sit.

Ad matrimonij tamen probationem, sufficere regulam Diuinam, Canonicam, & Ciuilem, suf-
930 ficere † numerum duorum, vel trium testium quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum, vt de Iure Diuino habetur *Deuteronomij, cap. 17. cap. 19. Matthæi. cap. 18. & Pauli Apostol. 2. Corinthiorum, capit. 13.* De Iure Canonico. *habetur in cap. licet. de Testibus, & attestation. cap. plurales. de Regul. Iur. in 6.* Et de Iure Ciuili, habetur *in l. vbi numerus. ff. de Test ib. l. Inter illam. §. fin. ff. de verb. signif.* de quo *Hippolyt. de Marsil in singul. 47. in singul. 433. & in singul. 528.* & in specie in matrimonij probatione duos testes sufficere, notat *gloss. in summa 2. q. 5. quæ summa incipit. Quòd vero quarto loco.* quia corruptè apud aliquos allegatur. quod tenet *Abb. Panormitan. in cap. super eo. 2. numero 2. de Testib. & attestat.* quem refert, & sequitur *Deci. in consil. 163. Incip. In causa matrimoniali, numero 1. Franciscus Monald. in consil. 112. numer. 1. Vol. 1. Ioann. Baptista Ferrett. in consil. 319. numero 6.* & est de mente *Francisci Aretin. in consil. 13. in Tertio dubio.* quam opinionem in probatione matrimonij tenuit *Marian. Iunior. in consil. 31. numero 33. cum seqq. Vol. 2.* Et ista opinio est de Iure
931 ante Concilium † Tridentinum, quia *(excepto Monaldo)* omnes supra dicti Doctores præcesserunt Concilium Tridentinum, à quo apparet idem esse statutum *Session. 24. de Reformatione matrimonij. capit. 1. Incip. Tam, & si.* in quo dicitur, sufficere, quòd coram parocho, & duobus, aut tri-
932 stibus testibus, matrimonium factum † probetur. *de quo Martinus Nauarrus in summa confessarior. cap. 16. num. 36. 37. cap. 22. numer. 69. 70.* & voluit *Iacob. Menoch. in consil. 199. numer. 3. 4. Vol. 2.* concinit *D. Cardinalis Paleotus in Decision. Nouissima Roman. 431. numer. 2. libr. 3. Vol. 3.* vbi tractauit de probatione matrimonij ex duobus testibus, vno homine, & altero muliere. Quinimmo etiam duas
933 fœminas pro testibus † sufficere *post Cardinalem. Paris. in consil. 58. nu. 6. Vol. 4. & Roland. à Valle in*

consil.93. num. 4. vol. 3. voluit *D. Matthæus Burattus in Decision. Nuperrim. Roman. 772. nu. 1. Parte 2. Tomo 2.*

Libro Parochi an probetur matrimoniũ ? Pro-
934 bari matrimonium per librum † Rectoris, siue Parochi, cum contineat, quæ concernunt eius officiũ. *c. cum inhibitio, de Clandestin. desponſ.* & ita voluit *Rota in Decision. Nouiſſim. Romana apud D. Chriſtophorum Cardinalem Robuſterium in Deciſ. 340. nu. 1. 2. vol. 2. quem refert, & ſequitur. Franciſc. Viuius. in Deciſion. 489. numer. 9.* aliqua ſcribit *Iacob. Menochius in conſil. 199. ſub num. 3. vol. 2. D. Franciſcus Vbaldus in Deciſion. Nuperrima Roman. 434. ſub numer. 1. Parte 1. Tomo 1. D. Alphonſus Manzanedus in Deciſion. Nuperri. Roman. 390. numer. 3. parte 2. Tomo 1.* cum hac opinione ſimpliciter pertranſiui *in ſumma hac Deciſionem Vniuerſarum. Titul. 22 numer. 27. Tomo 2.* quorum libris probari
935 ſolent † ætates, & Baptiſmata. de quibus *Cardinal. Pariſius. in Conſil. 10. numer. 58. vol. 2. Antonius Cioffus in Conſil. 118. numer. 8. Vol. 2. Polydorus Ripa in Tract. Obſeruation. 147. numer. 1. Ioan. Petrus Surdus. in Conſil. 1. numer. 52. Vol. 1. D. Ioannes Baptiſta Coccinus in Deciſion. Nuperrima Roman. 132. numer. 2. Parte 1. Tomo 1. D. Hieronym. Cardinal. Pamphilius in Deciſion. Nuperrim. Romana. 647. nu. 5. Parte 2. Tomo 2. D. Alphonſus Manzanedus in Deciſion. Nuperrima Roman. 481. nu. 4. parte 1. Tomo 1. & iterum. in Deciſion. Nuperrima Roman. 699. nu. 2. parte 2. Tomo 2.*

Intelligunt tamen libro Parochi probari matri-
936 monium, ſi ille contineat, fuiſſe † factas proclamationes, ſiue denunciationes, quòd libri ſeruentur ſub tuta cuſtodia, & quòd de Iure ſemper fuit illis fides habita, & quando tractetur incidenter de Matrimonio, vt dicit *D. Cardinalis Robuſter. in dicta Deciſion. 340. Vol. 2.* Verum hæc nõ enumerat *D. Franciſcus Vbald. in Dicta Deciſi. 434.* cum quo pertranſeo.

Per cedulam, ſiue Apocham, vel priuatam, ſcri-
937 ptam manu † vnius ex coniugibus probari matrimonium fuit decretum à ſupremo Romanæ Rotæ Auditorio teſtatur *D. Cardinalis Gabriel Paleotus in Deciſione Nouiſſima Romana. 431.* vbi fuit prima vice propoſita. & demum *in Deciſion. 444. per totam. lib. 3. Vol. 3.* tuit tamen ibidem diligenter recognita, & ibi dicit interueniſſe alia etiam adminicula.

Coniugum confeſſio, ſtantium pro matrimo-
938 nio, deſiderantes in illo perſeuerare, † ſuper quo ex officio iudex inquireret, vel tertius matrimonium accuſaret, ſufficiet vtriuſque teſtificatio, & confeſſio, cum impedimento ex fama, dummodo non ſit conſanguinitatis impedimentum. *cap. ſuper eo. extra de eo, qui cogno. conſ. g. vxor. ſuæ. c. ſi duo viri. 35. q. 6. Abb. Panormit. in dicto c. ſuper eo. num. 5. cum ſeqq. c. Atteſtationes. de Deſponſ. Impub. Bald. in l. ſi fideiuſſor. nu. 5. vbi idem fatetur Andr. Barbat. in Apoſtill. in verb. Pone quidam. C. de Fideiuſſ. Didacus Couar. in Epithome de ſponſalib. Parte 1. capit. 4. §. 1. numer. 4. Ioſephus Maſcardus de probat. concluſ. 1035. numer. 23. Curtius Iun. in conſil. 27. numer. 2. Iacob. Menoch. de Arbitrarijs Iudicum quæſt. lib. 2. Centur. 2. caſu 103. numer. 9. Martinus Meſnartius in Epithom. legum Pontifical. libr. 4. titul. 13. verſ. Multo fortius.* Et eo caſu ſi vtrique deſiderent perſeuerare in matrimonio, tamen ambo fateantur, & acceptent impedimentum, ſufficiet tamen, vt
939 poſſit matrimonium dirimi, † confeſſio ſit colluſiua inter eos, *Panor. in dicto cap. ſuper eo. numer. 7. Didac. Couar. in loco allegato. Ioan. Brunell. de ſponſalibus concluſion. 29. numero 4. Maſcard. in dicta concluſ. 1035. numer. 31.* Iudicis arbitrium ſuper
940 his † teſtificationibus admodum operari debet. vt apud *Menochium in dicto caſu 103. per totum.*

Coniunctæ perſonæ ad probandum matrimo-
941 nium, & domeſtici admittuntur, admittuntur † enim parentes, ac teſtes inhabiles. *vt ex cap. ſuper eo. il ſecondo. extra de Teſtib. & atteſtat. vbi Doctores.* & voluit *Ioſephus Ludouic. in Deciſion. 95. numero 4. 24. Iacobus Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſtionib. libr. 2. Centur. 2. Caſu 102.* quos retuli *in hac ſumma Deciſionum Vniuerſarum Titul. 15. ſub num. 355. verſ. Fallit quarto. Tomo 2.* quibus nunc adde *Martinum Meſnart. in Epithome Legum Pontificalium. libr. 2. Titul. 20. verſ. Firmatum itaque. D. Matthæum Burattum in Deciſion. Nuperrim. Roman. 772. num. 11. parte 2. tom. 2.*

Intellige tamen non admitti coniunctas perſo-
nas, quando maxima inæqualitas adſit inter eos,
942 qui coniuges † dicuntur, quoad dignitatem, Nobilitatem, familiæque ſplendorem, ac diuitiarum vt dicunt *Doctores in dicto c. ſuper eo Alex. in Conſilio. 152. Incip. Viſo proceſſu cauſæ. col. 5. verſicul. Nec obſtat id, quod habetur Vol. 5.* ſecus verò quando
943 adeſt paritas † viri, & mulieris, & conditionis illorum, quia tunc procedit ſupra narrata concluſio, quòd conſanguinei, & ſanguine iuncti admittuntur. *Idem Alex. in Conſil. 154. Incip. Viſo Themate. poſt Principium, eod. Vol. 5.* ſequitur *Deciſ. in conſil. 133. Incip. Viſo proceſſu, & ſententia numer. 4. verſicul. ſecundo dicta Margarita. Andr. Alciatus in Tract. Præſumptionum, Regul. 1. Præſumptione 2. num. 4.*

Copula carnalis inter virum, & vxorem, ve-
944 rè, directò, & concludenter probari † non poteſt. *cap. præterea. de Teſtib. vbi Doctor. cap. literis. c. Tertio loco. de præſumptionib. cap. Nec aliqua. 27. q. 1.* Ideoq; ex pluribus præſumptionibus, & ad-
945 miniculis † ſolet probari, ſimul iunctis. *l. 2. §. ætas. ff. de excuſat. tutor. l. excipiuntur. ff. Ad ſenat. conſult. Syll. Ludouic. Roman. in conſil. 7. Incip. Viſis neceſſarijs. num. 3. & in conſil. 127. Incip. Poſito quod dominium. nu. 1. And. Barbat. in conſil. 8. col. 5. Vol. 2. in conſil. 11. col. 3. in conſil. 88. col. 3. Vol. 4.* Et in Specie copulam probari oportere ex pluribus admi-
946 niculis, & præſumptionibus ſimul † iunctis, voluit *D. Franciſcus Cantuccius in Deciſione Nouiſſima Romana 95. nu. 3. Vol. 2.* ex cuius dictis referam

capi-

capita,& adminicula carnalis copulæ, & quo modo ab alijs corroborentur.

Adminiculum primum copulæ erit per confeſ-
947 ſionem viri dicentis ipſam cognouiſſe. † *c. continebatur.de deſponſatio.impuber. c.quod autem interrogaſti.27.q.2.c.ſi quis receperit vxorem.33.q.1.D. Franciſc.Cantuccius in dicta Deciſ nouiſſim. Roman. 95.nu.3.& ex Innocent. in c.ex parte.num.4. in fin. Ioan.And.nu.9.Anton. de Butr.nu.31,de Reſtit.ſpoliator.& ex Panormitan.in c.1. num.3. de Clandeſt. deſpon.* voluit *D.Franciſc.Cardinal.Mantica.in Deciſ.371.num.5.*

Adminiculum ſecundum eſt matris aſſertio ip-
948 ſius mulieris dicentis quòd vir illam † cognouerit,quæ multum operatur *cap.videtur. Qui matrimon.accus.poſſ.c.ſuper eo.il 2.vbi DD.de Teſtib.*

Adminiculum Tertium erit, teſtis dicens ſe ac-
949 ceſſiſſe ad oſtium cubiculi mulieris, † ibiq; audiuiſſe rumorem inter virum , & vxorem, qui locus eſt cubiculo propinquus, & ideo potuiſſet videri. *c.præterea,vbi DD.de teſtib.*

Adminiculum quartum,eſt reciprocus amor co-
950 gnitus inter Virum, & Vxorem, † magnum carnalis copulæ ſignum *Carol.Ruin.in conſil.53.nu.3. Verſic.& licet.Vol.5. Fely.in dicto c.præterea.num.3. quia,* vt inquit *Seneca in octauia.*

Amor perennis coniugis caſtæ manet.

Dicit enim *Paulus Apoſtolus ad Epheſios. cap.* 5. vt viri diligerent vxores ſuas. *& ad Coloſſenſes. cap.3. ſimiliter .*

Adminiculum quintum, Acceſſus viri multi-
951 plicatis Vicibus ad † domum vxoris,& commorationem aliquarum horarum cum dicta Vxore. *dicto.cap.literis. ibi Clocis ad hoc commodis, & horis electis. de Præſumpt. Martin. Laudens. in conſil. 17. numer.9. verſicul.præterea. in Volum.Conſilior. matrimon. diuerſor.* Hi namque maritales actus, qua
952 prima vice inchoantur, ſecretis, & nocturnis † congreſſibus fieri ſolent. Hinc faces, quibus noua nupta ad viri domum comitabatur, portabantur,
953 de illis †loquitur *Virgilius in Buccolicis Egloga.*8. dum inquit.

Mopſe nouas incende faces,tibi ducitur vxor.

Eam verò facem,ideo accenſam ferebant, quia ni-
954 ſi ſub noctem,& in tenebris,priſcis † ſeculis inire coniugium non licebat. vt inquit *Alexander de Alexandro Dierum Genialium.lib.2.cap.5.* Vndè *Plutarchus in lib.Problematum. cap.* 65. Quid eſt (inquit)
955 q maritus primo ſponſæ,non † in luce, ſed in tenebris iungitur? An quia eum pudet,q antequam coeat, alienam putat? An,ad propriam verecundè accedere meditans,& aſſuefaciens? An quê admodum Solon ſcripſit,malo Cydonio deguſtato,thalamum ingredi ſolitam, vt primus cõplexus, nihil triſte,aut iniucundum haberet,ſic Romanus legiſlator, ſi quid abſurdũ, ac deforme corpori aderat, occultauit? An Calumnia,quædã,& accuſatio illicite Veneris erat,quod fiebat,cũ legitimis,ac iuſtis connubijs,pudor quidẽ, & verecundia nõ adhibebatur. Optimè itaq; poſt *Barthol. inquit Polydorus Ripa in Tract.de Nocturno tempore.c.34.n.1.* q ma-
956 ritus de nocte † debet cõmorari cũ vxore , de his nocturnis Nuptialibus Thalamis , pulchrè luſit *Iouinianus Pontanus de Amore coniugali.l.3.dũ inquit,*

Sed numeros mutare licet, nam Veſper Olympo
Conditur,& ſomnos imperat alma Venus.
Intrauit thalamos fœlix Hymenæus,& omen
Ipſe dedit,lecto virgoq; ,Virq; cubant.
Ducite fœlices, concordi fœdere noctes,
Dulciaq; vnanimi carpite poma manu.
Ver flores,ſegetes ætas, Autumnus,& Vuas,
Delicias thalamus tempus in omne dabit.
Serpite in amplexu,certent pugnantia linguis
Oſcula,blanditijs abſit vtrinq; modus,

Adminiculum ſextum erit,ſi probetur fuiſſe de-
957 ductam mulierem ad domum † viri,quia ſi præcedunt ſponſalia,per hanc deductionem præſumitur copula.*Ita Bald.in l.Deo nobis in princip.num.7. verſic.Vlterius nota,ibi,Aut hoc non apparet.C.de Epiſcop.& Cler.* quem ſequitur *Riminald. Senior. in conſil.487.Incip.Dubium facere.nu.9.Vol.3.* Sed tamen aduertendum eſt, quòd *Bald.*in loco allegato,
958 dicit † hoc non procedere, ſi nõ eſt traducta,quia non præſumitur copula in prima domo ipſius mulieris per Iura, & argumenta per eum relata. adde ad adminiculum *Gerardum Maynardum in Deciſ. Tholoſ.96.ſub nu.3.lib.3.*

Adminiculum maius eſſet,ſi matrimonij nomine,& intuitu Vir,& vxor decem annorum ſpacio, in ſimul cohabitaſsẽt, & communis fuerit illorum
959 † lectus,ac Thalamus, communis etiam mẽſa,& coniuges ſe in aliquo inſtrumento nominauerint, & inter vicinos ita per famam ſemper dictum fuerit,ex his probari matrimonium,notatur in *c.illud. extr.de Præſumpt.quo in loco Felin.nu.6.* dicit,quòd ad probandum matrimonium carnale,multum o-
960 peratur diuturna cohabitatio , cum † fama. Sed melior omnibus , ſupra dicta omnia cum vero intellectu confirmat *Abb.Panor.ibidem ſub n.8. verſ. vnde dico ponendo* . dum dicit hoc formaliter. Per hoc puto,quòd ſi probatur diutina cohabitatio,& fama de matrimonio,ac per teſtes probantur actus particulares matrimonij , puta quia eam in lecto , Tabula, ſeu Menſa, & alijs cõmunibus,tractabat,
961 vt vxorẽ , quòd ſatis † probetur matrimonium , abſq; alijs adminiculis. ad hæc faciunt notata *per Decium in conſ.409.Incip.Viſo conſilio.n.6. cum pluribus ſeq.* vbi ob tẽporis diuturnitatem omnia præ-
962 ſumuntur †ſolemniter acta, quod pro regula ponit *Andr.Alciatus de Præſump.Regul.3.Præſumptione 10.n.1.Ioan.Cephal.in conſil.47.n.12.13.Vol.1.*

Hinc ex prædictis, ſpacio annorum triginta , ſi eſt facta obſeruatio, quòd aliqui tamquam coniuges cohabitarunt , & habuerunt filios indè natos ,
963 vti eorum filios, matrimonium probari † cenſeatur , voluit ampliſſima *Rota Romana vt per D. Franciſcum Vbaldum in Deciſion. Nuperrima Romana.406.numer.3.Parte 1.Tomo 1.* Volens præſertim reſpectu filiorum matrimonium eo modo dici, eſſe probatum . Quinimmo per dicti tem-

poris cursum, non solum prædicta, sed etiam di-
964 spensationem † interuenisse presumetur, *vt ex Ludouic. Gomez Episcopo Sarnensi in Regul. de Trien nali. q. 10. vers. sed aduertendum, quod, & Achill. de Graff. decis. 197. Incip. Dispensationem. titul. de Præsumptionibus.* voluit *D. Francisc. Pegna. in Decision. Nuperrima Roman. 71. nu. 5. Parte 1. Tomo 1.* quæ ad finem legitimitatis prolis, & filiorum, dicunt esse facilia.

Quantum ad cohabitationem, notandum erit,
965 quòd matrimonium metu † cõtractum licèt fuerit, tamen metus purgatur per spontaneam cohabitationem tãti temporis, quo præsumi possit, fuisse sublatam timoris causam, & accessisse spontaneum consensum. *Siluester de Prierio in Summa. in verb. Matrimonium 8. nu. 11. Andr. Alciatus. in cons. 5. nu. 9. Didac. Couar. in Epithom. de sponsal. parte 2. cap. 3. §. 6. num. 1. Petr. Nicol. Mozzius in Tract. de Matrim. §. de Substantialibus, & essentialibus matrimonij. num. 10. Iacob. Menoch. in tract. Præsumption. lib. 3. Præsumpt. 4. nu. 24. Ioseph. Mascardus de Probat. Conclus. 105. num. 35.* quos refert, & sequitur *Petr. Cened. Collectaneorum Iuris Canonici. Parte 2. cap. 93. nu. 2.*

Intelligendum erit, tunc per cohabitationem metum purgari, quando cohabitatio post metum
966 † fuisset, & cessauerit illa, quæ præcedebat metus causa. vt voluit *Martin. Nauar. in c. statuimus. 19. 3. Menochius in dicto lib. 3. Præsumption. 4. nu. 24. Petrus Cenedo. in dicta Parte 2. Collectan. 93. nu. 3. & nos diximus supra hoc eodem Titul. vers. Et ideo etiam. & versicul. seq. Incip. Limita tamen supradicta nu. 616. 617. & seqq.*

Clerici in sacris ordinibus constituti si matri-
967 monium contrahunt, præsumuntur † errare in fide, & ideo contra ipsos potest procedi per inquisitorem hæreticæ prauitatis, *per allegata à Iacobo Simanca. In Institution. Catholicarum. titul 40. num. 8. 9. Francisc. Pegna ad Bernardum Comensẽ in Lucerna inquisitorũ. §. matrimonium. nu. 2. vers. quidam professus.*

Si ad bellum vir processerit, indeq; non est reuersus, vel in hostium potestatem peruenerit, nec certitudinem vxor habere potuerit, post lapsum
968 quinquennij tẽpus illa † de Iure Digestorum alteri nubere poterat *per l. vxores. ff. de Diuortijs.* quæ lex correcta erat *per l. vxor. & auct. Hodie de Repudijs*, & magis correcta à Iustiniano Imperatore *in §. etiam in Auct. de Nuptijs. quo in loco Bartol. nu. 1.*
969 idem dixit. Sed magis illas leges correxit † Clemens Tertius summus Pontifex, qui nullo annorum numero transacto, voluit sufficere ad contrahendum aliud matrimonium, donec non habuerit certum de illius morte nuncium. *in c. in præsentia. extra de sponsalib. & ibi Collectar. & Ioan. Andr. c. Dominus de secundis nupt. Collectar. in c. quoniam frequenter Vt lit. non Conteft.* quos refert, & sequitur *Cspell. Tholosan. in Decision. 316. Incip. Item fuit quæsitum, an mulieri. & Martin. Mesnartius in Epithom. legum Pontificalium. lib. 4. Titul. 1. §. Præterea tametsi.* dicit, Præterea tametsi vxor virum captiuum fortè, vel peregrinum diu præstolata fiet ni
970 tamen, de eius † morte certum nuncium recepit, ad alterius consortium, ne conuolato, neue conuolare permittitor. Idem concludit *Ioann. Paul. Lancellott. Institution. Canonicar. lib. 2. titul. de Diuortijs. §. Et quamuis illi, Bartholus. in summa Armil. §. Matrimonium. nu. 45. Daniel Venatorius in Analysi Iuris Pontificij titul. 1. lib. 4. in Axiomate. Incip. vxor, & si vir longissimo. Didacus Couar. in Epithome de sponsalibus. Parte 2. cap. 7. §. 3. nu. 4. Roland. à Valle. in consil. 93. nu. 1. vol. 3. Hieron. Magon. in Decision. Lucens. 44. num. 14. 15. vbi optimè Fabius Timæus in Apostill.*

Declarant tamen istam probationem remitti
971 Iudicis Ecclesiastici arbitrio, † *vt post Panor. in dicto c. In præsentia. Stephan. Aufrer. ad dictã Tholosan. Capellæ. Decis. 316. Didacus in loco allegato nu. 4. & Iacobus Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæstion. lib. 2. Centuria. 5. casu 420. nu. 128. 129. Idem Magonius in dicta Decision. Lucens. 45. num. 15. & ibi Timæus.*

Quoad matrimoniorum fœtem, essent multa dilucidanda ob dispensationes, quas faciunt summi Romani Pontifices in prohibitis gradibus, con-
972 sanguinitatis, affinitatis, † & alijs, cum tamen de his, & nonnullis arduis eiusdem materiæ quæstionibus scripserim *in commentarijs de Regis Catholici præstantia cap. 16.* idcirco ibi lectores remitto.

Cum tamen Summi Pontifices, potestate sibi à IESV CHRISTO Domino nostro eis tradita, non
973 † abutantur, obseruando Dercetum ab illo prolatum *Matthæi cap. 19.* Quos DEVS coniunxit, homo non separet. Sequitur quòd matrimoniũ iuxta solemnitates, & Ritus Sanctæ Ecclesiæ cõtractum, & carnali copula consumatum, summus Pontifex
973 non dissoluat, nec illud † dissoluere, nec super illius dissolutione dispensare. *Gloss. Hostiens. Ioannes Andr. Cardinal. Antonius de Butrio, Abb. Panormit. & alij. in c. ex publico. de conuers. coniug. Bald. in l. Deo nobis. nu. 7. C. de Episcop. & Cleric. Lapus in Allegation. 86. Incip. In causa, & quæstione. nu. 7.* & optimè, & subtiliter loquentem *Petr. de Anchar. in consil. 239. Incip. Parum dubitationis. per totum*, ac dicentem, quòd illud, quos DEVS coniunxit, & cæ-
974 tera, debet † intelligi de matrimonio consumato per carualem copulam, non initiato per cõsensum dumtaxat. *arg. c. ex publico. §. sane de conuers. coniugat. vbi gloss.* dicit expressè tenens, & dicens, quòd latissima est potestas Papę circa tale matrimoniũ,
975 non † firmatum carnali copula; *hæc Ancharanus. & idem Petr. in consil. 409. Incip. Viso, & diligenter inspecto. col. 2.* loquendo de summi Pontificis potestate, quia fuit non solum in vtroq; Iure, sed in Canonibus, & diuinis doctor maximus, ideo refero eius verba substantialia, nam in dicto *consil. 409. vers. Idem potest, inquit.* Idem potest circa matrimonia initiata (sed non consumata carnali copula) de
976 † præsenti, quæ Papa potest dissoluere per suam constitutionem, & concessionem, vt notatur *in c.*

ex pu-

publico. de conuers. coniugat. circa autem matrimo-
977 nia consumata carnali † copula, non videtur, quòd Papa possit illa dirimere, quia scriptum est, quos DEVS coniunxit. Hæc etiam *idem Ancharanus.* & in specie illum sequitur *Deci. in consil.* 112. *Incip. in præsenti consultatione per totum. & versicul.* Sed tamen prædictis non obstantibus, in casu, de quo tractat, scilicet de matrimonio nondum con-
978 sumato, dicens Papa dispensare potest, vt † dissoluatur, quia in tali matrimonio non dum consumato Papa latissimam habet potestatem. *& nu. 6. versicul. Non obstāt allegata in contrarium,* quod dicitur de illa authoritate, quos DEVS coniunxit,
979 nemo separet, quia intelligitur in matrimonio † consumato, prout est *tex. in dicto c. ex publico,* secus in matrimobio nondum consumato. *Hæc Decius.* volui hæc inculcare, pro iuuenibus, quia viri graues vnico verbo veritatem conclusionis intelligunt. Itaq; conclusio clara erit, Summum Pontificem matrimonium copula non consumatum posdissoluere, & super eo latissimam habere potesta-
980 tem, consumatum † verò non dirimitur, vt est Doctorum omnium, qui de ea re tractauerunt cōmunis opinio, scilicet *Gloss. in dicto cap. ex publico. vbi Hostien. Ioan. Andr, Cardinal. Anton. de Butrio. Abb. Panormitan. Insuper Archidiacon. in c. quia propter. 27. q. 2. Innoc. in dicto c. ex publico. Lapus. in dicta allegation. 86. Petr. de Anchraran. in consil. 239. & in consil. 409. Præpositus in c. finali extra de sponsal. duor. Deci. in dicto consil. 112. in princip. & nu. 6. in consil. 603. incip. viso puncto. nu. 7. Cardinal. in c. inter corporalia. col. 3. de Translat. epis. Ioan. de Imol. in c. fin. de Transact. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. sub nu. 36. de Constit. Didacus Couar. in epithom. de sponsalib. Parte 2. cap. 7. §. 4. nu. 15. Aaton. de Rosellis in Tract. de Concilio. fol. 367. num. 32.* Quos sequitur, & allegat *D. Franciscus Cantucc. in Decision. Nouissim. Roman. 101. nu. 7. lib. 2. vbi ex Abb. Panor. in dicto c. ex publico. sub nu. 14.* dicit hanc esse com-
981 munem † opinionem, & eam esse veriorem, & magis communem dicit *ibi Sebastian. Sapia.* Quibus adde *Aluarum Pelagium de Planctu Ecclesiæ. li. 1. cap. 45. col. 4. versicul. Circa matrimonium. Quintilian. Mandos ad lapum in dicta Allegatione. 86. in in verb. consumatum. Marcum Anton. Cucchum Institution. Canonicar. Maiorum. lib. 5. titul. 12. nu. 271. Barth. Fumeum in summa Armilla. §. Desponsatio. n. 8. Curti. Iuniorem in Consil. 170. nu. 1. Ludouic. Gozadin. in consil. 2. num. 4. Syluestr. de Prierio. in summa. in verb. Diuortium. q. 4. Marian. Socin. sen. in consil. 28. Incip. Circa primum. col. 3. versic. Verum his non obstantibus. vol. 1. Iacob. Philipp. Port. in consil. 154. nu. 7.* his iungitur *Lelius Zanch. de Casibus reseruatis. Casu. 62. Incip. Matrimoniū per verba. Ioan. Baptista Villalob. opin. commun. in verb. Pap. nu. 25. Martin. Nauar. in summa Confessarior. c. 22. nu. 21. Lancellott. Conrad. in Templo omn. Iudic. lib. 2. cap. de Pontifice. in verb. Papæ potestas in matrimonio. nu. 27. 28. 29.* de quo *Marcinus Mesnartius in Epithome legum Pontificalium. lib. 3. titul. 3. in versic. Idcir-*

co, quæ viro. in fin. dicit, quod de non dimittenda
982 vxore, nisi ob fornicationis † causam à Domino dictum est, de Matrimonio carnali copula consummatum intelligitur.

Et si fuerint nonnulli, qui dixerunt Pontificem non posse dirimere, & dispensare matrimonium
983 † etiam solo consensu vtriusq; contractum absq; causa, quod communiter per prædictos, & alios non fuit receptum, & fuere etiam alij, qui matrimonium præfatum sic initiatum, & contractum, & subsequuta etiam copula carnali, consummatum, posse per Papam dirimi, & super illo dispen-
984 sare, quod communiter † non amplectitur, & arbitror eos, qui hanc opinionem tradiderunt, à nullo summorum Pontificum, coram quo ista dixissent, fuisse aures præstitas, quia istæ opiniones adulatoriæ, quæ sunt cibationes aliquorum malorum
985 Principum secularium † à summis Pontificibus, qui à Spiritu Diuino reguntur, minimè audiūtur. Pro supra dicta opinione ponam casum pro illis, qui hanc litem, & Historiam nesciunt, cuius memini aliàs *in Commentarijs de Regis Catholici Præstantia.* & post modum inferam sententiam, *& Decisionem* inde emanetam à summo Pontifice.

Casus

986 Henricus septimus † Angliæ Rex, Duos filios habens Infantilis, & primæ ætatis Arthurum primum; & Henricum alterum, Nuptias contraxit cum Catherina Catholicorum Regum Hispanorum filia, quam Arthuro dedit, qui ambo in minori ætate constituti repperiebantur, Arthurum infirmitate, in ætate tenera constitutum, nō valente matrimonium consumare, mors rapuit. Pater perrecta Summo Romano Pontifici supplicatione, pro contrahendo cum altero filio Henrico matrimonio, cognitoq; negotio, cum tractaretur de
987 Impedimento † publicę honestatis, deq; illo non consumato, medio aliquorum Sanctæ Ecclesiæ Cardinalium veritate cognita, dispensatione Pontificia interueniente matrimonium inter illos contractum fuit, Illudq; Pompa, summa cum lętitia, & Regali liberalitate coniunctum, qui simul viginti circiter annorum spacio cohabitarunt, & filios habuerunt. Ex improuiso Henricus Catheri-
988 nam repudiat, † sub ficto colore, quòd vxor fratris sui fuerit, verum aliud illum mouebat, scilicet vt Annam Bolenam eius loco duceret. Erat autem hæc vxoris Thomæ Boleni filia, quia Rex Thomam biennio in Francia legatum apud Regem tenens interim grauida illa cum esset, eo tempore partum edidit, quo nec conceptio, nec partus Thomæ esse poterat, & interim Henricus Rex illam adamādo cognouerat, nec Rex solum, sed alij plures fuerāt liberalitate sui corporis participes, itaq; dubium erat, an Anna Regis, vel alterius filia esset, & Ideo cùm Thomas cogitaret de vxore vindicare, aut saltem de Repudit aqua coram Cantuarien sis Archiepiscopi officialibus, verum Rex Marchionis Dorcestriæ medio Thomam, vt à Vindicta, & lite abstineret, vt vxori parceret tra-

ctauit, illa coram viro in genua prolapſa illum rogat, vt ſibi parcat, dicens Annam Regis filiam eſſe, nec eſſe vlterius, niſi fidelem ſe in futurum promittit, quo audito Thomas Annam, vt filiam educat. Interim Rex concubuit cum Maria Vterina ſorore Annæ. Anna iam adulta facta eſt cum ea matrimoniũ viuente Catherina Regina Rex tractauit, vt vtrumq; facere poſſet, cauſam corã Pon-
989 tifice proponit, declarari non † fuiſſe ſuum matrimonium cum Regina Validum, vt declarari petijt, & Annam ducere in vxorem poſſe. Cauſa hæc grauis fuit, vt non ſolum Angliam, ſed totum Chriſtianũ Orbem turbauit. Quam cauſam cum pluribus annis agitatam à pluribus totius Chriſtiani Orbis Viris Doctiſſimis mundus vidiſſet, tandem à Summo Pontifice Clemente 7. aſſiſtente toto Cardinalium ſupremo collegio ita fuit Romæ in Anno 1533. tenoris huius modi prolata ſententia.

Sententia cauſæq; Deciſio

CLEMENS PAPA

Septimus.

990 CVM pendente lite corã nobis, dilecto filio Capiſucco cappellano † nro, ac ſacri Palatij Apoſtolici cauſarũ Auditore, & Decano, à nobis in conſiſtorio Reuerẽdiſſimorum commiſſa, inter Chariſſimos in CHRISTO filios noſtros Catherinam, & Henricũ Octauum Angliæ Reges, de, & ſuper validitate matrimonij inter eos contracti, præfatus Henricus dictam Catherinam ciecerit, & de facto cum quadam Anna matrimonium contraxerit, contra mandata, & decreta, tam admonitionis, quàm inhibitionis in literis in forma Breuis, etiam de conſilio fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium emanatis, contẽta, temerè, & de facto attentauit, Idcirco nos de illius poteſtatis, quam CHRISTVS Rex Regum, nobis, licèt immeritis, in perſona Beati Petri conceſſit, plenitudine, in Throno iuſtitiæ pro Tribunali ſedentes, & ſolum DEVM præ oculis habentes, per hanc noſtram ſententiam, quam ex noſtro mero officio, ac de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Conſiſtorialiter, coram nobis congregatorum Cõſilio, ferimus, Eiectionem, & Spoliationem dictæ Catherinæ Reginæ à quaſi poſſeſſione Iuris coniugalis, & Reginalis dignitatis, in qua tẽpore huiuſmodi motæ litis erat, & matrimonium inter prædictum Henricum Regem, & Annã prædictam contractum, cum prædicta omnia notoria, & manifeſta ſint, pro vt ita eſſe declaramus, nulla, iniuſta, & attentata fuiſſe, & eſſe, ac nullitatis, & iniuſtitiæ, attentatorumq; vitio ſubiacuiſſe, & ſubiacere, prolemq; ſuſceptam, ſeu ſuſcipiendam, illegitimam fuiſſe, & eſſe, præfatamq; Catherinã Reginam, ad ſuum priſtinum ſtatum, & quaſi poſſeſſionem iuris coniugalis, & Reginalis dignitatis reſtitui, & reponi debere, dictumq; Regem dictam Annam à cohabitatione ſua, & quaſi poſſeſſione Iuris coniugalis, & Reginalis, eijcere, & amouere debere, in his ſcriptis pronunciamus, decernimus, & declaramus, reſtituimus, reponimus, eijcimus, & amouemus; Eademq; noſtra ſentẽtia, & ex conſilio, & mero officio noſtro prædicto, præfatũ Henricum Regem; maioris excommunicationis, & alias cenſuras, & pœnas in dictis literis contentas, ob earum non paritionem, & cõtemptum damnabiliter incurriſſe, & incidiſſe, ac ab omnibus CHRISTI fidelibus euitandum fuiſſe, & eſſe, declaramus, & mandamus. Et nihilominus volentes cum eodem Henrico Rege, nomine Pij patris, benignè, & clementer agere, cenſurarum prædictarum declarationem, vſque, & per totum mẽſem Septembris proximè futurum, ad hoc, vt ſententiæ, & mandatis noſtris prædictis commodius parere poſſit, ſuſpendimus. Et ſi infra dictum tempus parere diſtulerit, ac dictam Catherinam in priſtinum ſtatum, quo tempore litis motæ erat, non reſtituerit, præfatamq; Annam à ſua cohabitatione, & quaſi poſſeſſione Iuris coniugalis, & Reginalis non abiecerit, & dicta Attentata cum effectu non purgauerit, nũc prout ex tunc, præſenti declarationi locum eſſe volumus, & Decernimus, & Ita pronunciamus.

Hęc ſententia eſt ſolẽniter deſcripta, vt diximus
991 *ex libro primo de Schiſmate Anglicano Nicolai † Sãderi viri grauiſſimi.* Ex qua deciſione ſolidatam videmus concluſionem ſupradictam, ſummos Pontifices Matrimonia communi conſenſu contracta, & conſumata, non diſſoluere, nec contra illa diſpenſationes emittere ſolere. Non paruit ſententiæ Henricus, qui poſt modum Annam, Alteramq; eiuſdem nominis occidi permiſit, cauſæ notæ ſunt apud Hiſtoricos, quæ geſta toti chriſtianæ Reipublicæ diſplicuerunt.

Firma tamen concluſio in iſta materia erit, quòd
992 matrimonium in prohibito gradu † contrahendi nulli facultas conceditur, ſed ſoli Romano Pontifici diſpenſatio, nulli alteri competit, qui magna cauſarum conſideratione ad illas in caſibus debitis
993 concedendas ſoli † procedunt, *c. quia circa. c. non debet, de conſanguinit. & affinitat. c. fin. vbi gloſſ. in Verb. ſacramentum, extra de Tranſact. c. quædam. c. quod ſcripſi. 35. q. 3. Specul. in Titu. de legato. §. Nunc oſtendendum, ſub num. 44. verſicul. Quinquageſimo primo, & ſub, num. 48, verſicul. ſeptuageſimo quinto,* ipſe ſolus. *Abb. Panormitan. in c. quod dilectio, nu. 5. de conſang. & Affinit. poſt gloſ.* ibi dicit, ſolum Papam poſſe diſpenſare in caſibus humana lege prohibitis, quem ſequitur *Lancellot. Conrad. in templo omnium Iudicum, lib. 2. cap. 1. de Pontifice Maximo. §. Papæ poteſtas in matrimonio, num. 11. verſ. Notandum eſt hic. Cardinal. Pariſius in conſil. 68. num. 138. 139. vol. 4.* vbi meminit de Diſpenſatione matrimonij facta per Iulium ſecundum ſummum Pon-
994 tificem cum † Rege Angliæ, de quo proximè diximus, quam feciſſe Iulium ſecundum voluit *idem*

Nicol.

Nicol. Sanderus de Schiſmate Anglicano, lib. 1. & pro concluſione ſcribit *D. Ioannes Baptiſt. Coſta de Remedijs ſubſidiarijs. Remedio.* 35. *numer.* 1. *Marcus Mantua Dialogor. lib.* 1. *capit.* 14. *verſicul. Dixi ſed aliter.*

995 In Mortis articulo poſſe matrimonium † contrahi, voluit *Bald. in l. Gallus in princip. col.* 3. *verſ. ſexto, & vltimo quæritur, vbi Angel.* quem ſequitur *ibidem Alexand. nume.* 13. *verſ. Item ex hac lege. ff. de liber. & poſthum. Bartholom. Socin. in conſil.* 8. *Incip. Viſo eleganti conſilio. col.* 1. *verſicul. Et nulla infirmitas. vol.* 3. *Ioannes Cephal. in conſil.* 276. *nu.* 33. *vol.* 2. *alios allegans Polydorus Ripa in Tract. de Actis in articulo mortis. cap.* 2. *num.* 1. vbi plures retulit, & nouiſſimè *Thomas Actius. in Tract. de Infirmitate. par.* 2. *in Verb. Matrimonium, num.* 2. Nec fundanda eſt concluſio in eo, quod dicunt Bald. & alij, quia eſt aptitudo naturalis, quòd conceptio partus fieri po-

996 teſt † eodem, quo moritur die, tamen eo die potuiſset quis ſanus concipere, & poſtea eodem die eſset occiſus aut veneno, vel improuiſa, morte ſublatus, ſed quoad infirmum & morti proximum, & animi agentem, dicit *Ariſtoteles, lib.* 1. *de Generation.*

997 *Animalium. cap.* 18. quòd † ægri, morboſi, & ſenes ſemen non habent, quia ægri propter Imbecillitatem, ſenes, quia non poſsent eorum natura concoquere. Et illa aptitudo non poſset deduci ad actū,

998 & ideo eſt † vana. Et ſi concederemus quòd Vl-

999 timo vitæ die poſset generare, hoc † intuitu mala mulier, eodem die, ac nocte poſset cum alio iſtum actum operari. Ideo poſse matrimonium fieri, non ob conceptionem, vel prolis ſuſceptionem, ſed ob liberum conſenſum, quia ex Regula, Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. *l. Nuptias. cum concordantijs. ff. de Regul. Iur.* Vnde cum *Bartholom. Socin. in dicto conſ.* 8. ab ijs abſtinēdum, ad euitandas

1000 fraudes, pro † quibus procurātur, & etiam quia honeſtati non conueniunt.

ARGVMENTVM.

Nuptiæ ſecundæ, & vlteriores contrahi poſſunt, & ſunt permiſſæ, reiecta opinione Hæreticorum, & antiquorum. Harum tamen cognitio pertinet ad Romanos Pontifices, non ad Imperatores, non ſunt benedicendæ ſi primæ fuerint benedictæ; ob matrimonij libertatem fuerunt à Pontificibus ſublatæ penæ tranſeuntium ad ſecundas nuptias infra annum luctus. Tranſeuntes tamen tenentur conſeruare filijs bona quæſita ex primis nuptijs, non tranſeuntes acquirunt ſibi omnia lucra; pœnæ tamen impoſitæ ſecundo nubenti ſi filij conſentiant, (dummodo non ſint pupilli, & minores) euitantur.

SVMMARIVM.

1 *Corinthij Sanctum, & Solemne Iudicabant, fœminas viro mortuo, ſecundas nuptias non contrahere.*

2 *Imperatores Græci fœminis ſecundas nuptias contrahentibus pœnas nonnullas ſtatuerunt.*

3 *Cataphryges, quorum Principes Montanus, & Apelles hæretici cum Priſca, & Maximilla incedebant. num.* 4. 5. 103. 106.

6 *Montanus Hæreticus falsò aſſerebat Spiritum Sanctum non Apoſtolis. ſed ſibi infuſum, & alia delira nu.* 103. 106.

7 *Tertullianus eos perſequutus, ſed poſtea dubitatum, ne in errorem illapſus fuerit.*

8 *Eorum opinio, qui dixerunt hæreſim eſſe, contrahere ſecundas nuptias, vera non eſt, ſed poſſe contrahi ſecundas, Tertias, quartas, quintas, & vlteriores nuptias permiſſas eſſe nu.* 108.

9 *Vnus contraxit matrimonium cum vigeſima ſecunda vxore, quæ habuerat viginti viros, ex D. Hieronymo, & alijs.*

10 *Abraham Sara vxore mortua, duxit ſecundam vxorem Ceturam.*

11 *Mortuo Mahalon viro Ruth, duxit illam Booz, è quibus natus eſt Obed pater Iſai patris Dauid.*

12 *Apud veteres, in ſcriptura ſacra cauebatur, vt mortuo fratre, qui cum fratre habitabat, ſine filijs, frater alter vxorem illius ducere tenebatur.*

13 *Viuente Viro vxor ſi cum alio commiſcebatur, adultera dicebatur, ſin autem illo mortuo, quare ſecundum Apoſtolum, dicebatur, lege Viri ſoluta nu.* 16.

14 *Nouatiani hæretici apud primum Nicenum Concilium, qui ad Eccleſiam Catholicam redire intendebant, ante omnia per ſcripturam facere intendebant, ſe in omnibus Eccleſiæ Catholicæ conſentire, & communicaturos cum ijs, qui ſecundas nuptias experti erant.*

15 *Secundas, Tertias, quartas, & vlteriores nuptias, in Concilio Florentino permiſſas, dum tamen impedimentum non obſtat, licèt abſtinentes à coniugio laudabiles ſint nu.* 16.

17 *D. Hieronymus non damnat Bigamos, neq; Trigamos, ſi dici poteſt octogamos, quas non tam appeti, quam concedi, quid Euſebius Pamphilus, Nicephorus; Hieronymus, Guido Carmelita, Alphonſus de Caſtro, Prateolus, Roſcius, Sotteallus, Griſaldus, & Venatorius ſentiant? nu.* 18.

19 *Secundas, & Vlteriores nuptias permiſerunt Sacroſancta Concilia, Nicenum, Toletanum Secundum, & Florentinum, & ab illis deciſas, à Summis Pontificibus Alexandro Tertio, Lucio Tertio, Vrbano Tertio, & Innocentio Tertio Confirmatas.*

20 *Sanctiſsima Anna mater Glorioſiſsimæ Virginis, contraxit tria matrimonia, vt demonſtrantur. Declara. nu.* 21.

21 *Arbor materni generis Glorioſiſsimæ Virginis MARIÆ, & declaratur, ac optimè explicatur.*

22 *Conſtantinus Porphirogenitus Imperator Conſtantinopolitanus non potuit ſe intromittere, quoad ſecun-*

cundas, Tertias, & vlteriores nuptias, quia hoc spectant ad Romanos Pontifices. nu. 23.

23 Matrimonij cognitio ad summos Pontifices pertinet.

24 Quoad secundas, & vlteriores nuptias quid dixerit Felicianus Capitonus.

25 Secundæ nuptiæ, an benedici debeant, si fuerint benedictæ primæ? declara nu. 26. 27.

27 Sacerdos benedicens secundas nuptias suspenditur ab officio, & beneficio, cuius suspensionis dispensatio ad solum Pontificem spectat. declara. nu. 30.

28 Goffredi de Trano opinio, an secundarum nuptiarum benedictio posit reiterari,

29 Diui de Aquino, & aliorum opinio super eodem dubio.

30 Pœnæ mulieribus ab Imperatoribus statutæ si ad secundas nuptias transirent.

32 Quibus quærebantur bona mulierum contrahentium secundas nuptias?

33 Intra annum viri mortem lugere tenebatur vxor, nec nubere, alioquin Infamiam incurrebat.

34 Quoad luctum, et habitum lugubrem, pœna fuit sublata, non quoad transitum ad secundas nuptias.

35 Summi Romani Pontifices decreuerunt, quòd mulieres impunè ad secundas nuptias transeuntes, abolentes pœnas, & si intra annum nuberent. Licet castrensis dixisset hoc non spectasse ad summos Pontifices. nu. 36. Declara. num. 37. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48.

38 Pœnæ secundarum causarum ad fauorem filiorum, an sint sublatæ? declara nu. 45.

39 Opinio Raynerij de Forliuio, & Pauli de Ieazarijs, quare intra annum nubere prohibebantur? Ob sanguinis perturbationem. Sed quomodo debeant intelligi declarat author. n. 40. 41. 42. 43. 44. 46. 47. 48.

41 Superfetatio quid sit

42 Numerosi partus vnico conceptu fiunt.

43 Os uteri mulieris à conceptione statim clauditur, ita, vt nihil ingrediatur, ex opinione Sabiniani Aretæi, & Ioannis de Valuerde medicorum. n. 44.

46 Intellectus. l. liberorum. §. non solent. ff. de his, qui notant. Infama. declara nu. 47. 48.

49 Pater, & mater transeuntes ad secundas nuptias, bona quæsita ex primis nuptijs, successione filiorum primi matrimonij, dum viuunt habent vsumfructum, restituere tenebuntur filijs primi matrimonij, qui supererunt, & nullam habent alienandi licentiam. Declara. nu. 50. 51. 52. 53.

54 Vbi ex primo matrimonio non sunt filij, non amittitur illud. quod ex eo habitum est.

55 Azo opinionem Placentini solet referre, quando ab illa vult discedere.

56 Perseuerantes in primis nuptijs, scilicet non transeuntes ad secundas, omnia lucra illis quæruntur.

57 Mulier contrahens sponsalia per verba de præsenti iuxta formam Concilij Tridentini, nec subsequutus actus vlterior per copulam carnalem, nec traductio ad domum subsequuta, vt secundas nuptias contraheret, contractæ tamen intelliguntur, & ad pœnas binubiorum tenetur.

58 Mulier intra annum luctus transiens ad secundas nuptias, nullis extantibus ex primo matrimonio liberis, priuatur tamen impuberum filiorum successione, etiam in bonis, in quibus maritus ab eorum Auo in vsufructu tantum institutus fuerat.

59 Galli extollunt Amanelli scripta, vtinam sic facerent nostri.

60 An maritus possit dare licentiam vxori conuolandi ad secundas nuptias, etiam, vt euitet pœnas? contradictio Ludouici Romani. Declara. n. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72.

63 Nubens infra annum luctus, an faciat iniuriam primo viro? & an sit contra bonos mores? nu. 64. 65. 67. 68. 69.

69 Animæ defunctorum beatæ, an compassione afficiantur.

70 An contristetur anima defuncti, dum transit vxor ad secunda vota remissiuè.

73 Pœnæ adiectæ mulieri secundo nubenti ad fauorem filiorum, an filij si consentiant, euitentur? num. 74. 75. 76. 77. 78. 79.

80 An mulier transiens ad secundas nuptias, amittat per illam quæsita, non ex causa lucratiua, sed onerosa? nu. 81.

82 Bona quæ tenetur mulier reseruare pro filijs, quæsita ex Lucris primi Viri, non tamen includuntur bona ab extraneis donata.

83 In Gallia mulieres intra annum luctus nubentes in supremo Parisiensi senatu, æquitate attenta illi remittuntur Iuris Ciuilis, à Senatu autem Tholosano, secus. nu. 84.

85 Filia si in ampla forma renũciauit & cum iuramento bonis, paternis, & maternis, poterit agere super bonis, quæ pater amisit ad secundas nuptias conuolando nu. 86. 87.

87 Ieremias Setserus de Authore bene sentit.

88 Pro viri homicidio egit vxor contra homicidam. fuit condemnatus ad enormem quantitatem dandam mulieri, transiuit ad secundas nuptias, moritur, litigant filij primi matrimonij pro pecuxia habita cui debeatur. Senatus Tholosanus excluſit filios à tota pecunia, Author contradicit. Declara. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98.

92 Litis contestatio Lapis angularis Iudiciorum omnium, & requiritur etiam in causis criminalibus. nu. 93.

94 Actiones pœnales in bonis esse incipiunt lite contestata.

95 Actio criminalis, quæ competit ad Vindictam, & actio rei familiaris persecutoria intra annum experiri poterunt, & vna aliam non Impedit.

96 Filijs competit accusatio pro nece patris, vt suam, & suorum iniuriam prosequantur.

97 Occiso viro, damna, sumptus, & expensæ sunt pro alimentis vxoris, & filiorum.

98 Sumptus Vulnerato, vel occiso occurrentes, an resici ab homicida debeant.

99 Si vir, & vxor matrimonium contrahentes inuicem donationem sibi faciunt, si mortuo altero ipsorum, spreta

ſpreta viduitate, ſecundas nuptias contrahat, an donatione priuetur? Declara, num. 100.101.102. 103.

100 *Lege Iulia Miſcella quid caueretur? nume.* 101. 105.

101 *Cautio Mutiana quid prouideat? & an à Iuſtiniano Imperatore fuerit ſublata? num.* 102.

104 *Eudoxia Conſtantini Ducæ Imperatoris Conſtantinopolitani vxor, quid fecerit contra promiſſionem ſecundo nubens, illius, & Patriarchæ Hiſtoria. num.* 109.

105 *Promiſſio de non contrahendo ſecundas nuptias, an ſit ſeruanda, & de Iudicio in hac re dato à Supremo Pariſienſi Senatu.* 107.

110 *Vir, vel vxor ad ſecundas nuptias tranſeuntes, non non poſſunt ſecundo Viro, vel vxori, per teſtamentum, vel codicillos aliove titulo dare, niſi quantum vni ex filijs primi matrimonij.*

111 *Intellectus. l. Hac edictali. C. de ſecund. nup. nu.* 116. 135.136.

112 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias, ſi non petierit ante tutorem filijs, ſucceſſione illorum priuatur, nu.* 113. *Declara. nu.* 114.115.

116 *Matre ad ſecundas nuptias tranſeunte filijs primi matrimonij debetur portio dotium ſuarum. nu.* 117. 118.

117 *Dos eſt patrimonium mulieris.*

118 *Matre moriente ſucceſſio ab inteſtato eſt prima cauſa filiorum.*

119 *Mulier poteſt de dote teſtari.*

120 *Muliere nubente ſecunda vicē nōn in loco primi viri, ſed alterius Iuriſdictionis ſuccedent æqualiter primi filij, non obſtante ſtatuto contrario in ſecundo loco. num.* 121.

122 *Legatum factum mulieri, ſi vidua permaneat, an ſit perpetuum, vel temporarium, nu.* 123.124.125. 126.127.128.129.130.

130 *Legatum, an debeatur cum fructibus.*

131 *Dictio permanebis, quid ſignificet, nu.* 132.

133 *Perſuadere plus eſt quàm compelli, & cogi.*

134 *Perficere verbum, ſignificat ad finem ducere. Dictio per denotat actus conſumationem.*

135 *Legatum relictum vxori ſecundæ, à marito contra. l. Hac edictali. C. de ſecund. nupt. & vltra illum modum, habetur pro non ſcripto, numero* 136.

137 *Pœnæ ſecundo nubentium ſtatutæ, à l. generaliter. C. de ſecund. nup. locum habent in illos, qui contrahunt Inceſtas nuptias.*

138 *Pœnæ omnes ſtatutæ contra ſecundo nubentes, locum habent, ſi mulier non nupſerit, ſed viuat cum Amaſio, & contra omnes, qui non honeſtè viuunt.*

TITVLVS SECVNDVS.

De ſecundis Nuptijs.

NARRAT *Pauſanias. lib.* 2. apud Corinthios, ſanctum, & ſolemne fœminis fuiſſe, viro mortuo, ſecundis † nuptijs abſtinere. Nō mirum igitur ſi Imperatores noſtri, præſertim Græcæ nationis, in illarum quodammodo odium, nonnullas aduerſus eas contrahentes, pœnas ſtatuerunt † *vt in toto Titulo. C. de ſecundis nuptijs, & alibi* demonſtrarunt. Hinc illorum ſecta emerſit, qui primas nuptias admittebant, ſecundas autem tanquam ſtupra, & fornicationes damnabant. Hi Cataphryges, † quorum Princeps Montanus, & Apelles quidam fuerunt, cum Priſca, & Maximilla eorum Prophetiſſis, quæ illos ſequebatur. Cataphryges, quia Montanus Phryx erat ex oppido, cui nomen Ardaba, Pepuzani, ſiue Pepuſiani *(vt apud D. Hieronymum)* dicti, Hic eſt ille *(vt Apollonius ait)* qui matrimonia dirimere docuit, † qui ieiunia legibus latis ſanxit, hic, qui Pepuzam & Tynium parua Phrygiæ oppida, vbi vndequaque ad ſe pertraxiſſet † homines, Hieruſalem nomi nauit, hic, qui æruſcatores, & pecuniarum exactores inſtituit, qui ſub prætextu oblationis, auaritiæ ſordes, & munerum emunctiones arte quadam inuenit, qui ſalaria verbū eius prædicantibus enumerauit, vt per vētris curam doctrina eius inualeſceret, atque confirmaretur. *Hæc Apollonius ſcriptor Eccleſiaſticus.* Hic Montanns, Spiritum † Sanctum ſibi, non Apoſtolis, infuſum prædicans, multos in ſuam protraxit hæreſim, adeo quod illas mulierculas Priſcam, & Maximillam, vt relictis viris ſuis, eum ſequeretur, eius inſpiratione Spiritum Sāctum ſe habere credentes, ſibi ipſis matrimonio, hæreſique ſociatas tanquam ex Paracliti inſpiratione editas, paſſim iactabat, & in hunc modum à Veſano ſpiritu vterque agitatus, ſeipſos ſeorſum ſuſpenderunt, & eodem modo ad inſtar Iudæ proditoris vitam finierunt. Floruerunt hi circa annum Domini noſtri IESV CHRISTI. 182. S. Eleutherij Summi Pontificis, & Commodi Imperatoris Tempore, de Montano meminit *D. Hieronymus in Epiſtola ad Marcellam aduerſus Montanum.* Et Tertullianus, qui licèt prius hunc errorem perſequeretur, *in lib. quem de Monogamia fecerat, tandem in* eundem errorem lapſus eſt, quem † ſequuti ſunt Nouatus, & Cathari, & ideo dixit hunc eſſe errorem Græcorum Guido Carmelita in ſumma de Hęreſibus, de his *Euſebius Cæſarienſis, lib.* 5. *cap.* 15. *cap.* 18. *lib.* 7. *cap.* 19. *Nicephor. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, lib.* 4. *c.* 23. *Gabriel Prateolus de vitis, & ſectis hæreticorum. Damianus Roſcius, de Vitis, & ſectis Hæreticorum, in Cataphrigis, & in Maximilla. in Montaniſtis.*

ſtis. Alfonſus de Caſtro aduerſus Hareſes, in verbo Nuptiæ, num. 2.

Contrarium tamen verum eſt, quòd hæreſis ſit contra illos, qui tenuerunt dictam opinionem negando ſecundas nuptias, cum Iura diuina, & hu-
8 mana † velint, & concedant non ſolum ſecundas nuptias, ſed, & tertias, quartas, quintas, & Vlterius, nam aliàs *ex D. Hieronymo, & Nicolao Boerio in Deciſion. Burdegalens. 186. nu. 4.* diximus *in Tract. de compromiſſ. §. 2. gloſſ. 4. ſub num. 22.* quòd vnus dum viginti duas habuiſſet vxores duxerit alte-
9 ram quæ duos, & viginti † habuerat viros, quam hiſtoriam recitat etiam *Gulielmus Benedict. in Rep. cap. Raynutius in Verb. Qui cum alia matrimonium contrahens, num. 221. de Teſtament. Simon Maiolus de Irregular. lib. 1. c. 33. in fin.* Hæc concluſio exemplis ſcripturæ ſacræ confirmatur, nam cum mortua eſſet Sara vxor Abrahæ, duxit vxorem ſecundam
10 † Ceſuram, vt patet *Geneſ. cap. 25.* Exemplum aliud, mortuo enim Mahalon viro Ruth Moabiti-
11 dis, illam † duxit Booz, ex quibus natus eſt Obed. qui genuit Iſai, & Iſai Dauid Regem, vt *habetur Ruth cap. 4.* Quin immo in ſcriptura ſacra præce-
12 ptum † fuit, vt ſi ex fratribus, qui ſimul habitabant aliquis moreretur abſq; liberis, defuncti fratris vxor nubere tenebatur ſui viri præmortui fratri, vt habetur *Deuteronomij, cap. 25. D. Apoſtolus Paulus* ſcribens *ad Romanos cap. 7.* dicit, Quæ ſub viro eſt
13 mulier, viuente viro † alligata eſt legi, ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluuta eſt à lege viri, igitur viuente viro, vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro, ſi autem mortuus fuerit vir eius liberata à lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro. *Et iterum 1. Corinth. cap. 7.* Mulier (inquit) alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit, quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt, cui vult nubat, tantum in Domino. Vndè, & *apud Nicenum Concilium primum, cap. 8.* dicitur, quòd Nouatiani hæretici, qui ad Eccleſiam Catholicam redire intendebant, ante omnia per ſcripturam confeſſionem
14 facerent, ſe cum † conſenſu Eccleſiæ Catholicæ in omnibus omnia obſeruaturos, & comunicaturos ſe, & his, qui ſecundas nuptias experti ſunt. *In concilio Toletano Secundo, cap. 10.* Viduas, & Virgines ſtatutum eſt, poſſe liberè copulari. Vltimo loco in Concilio Florentino, hoc decretum, & hæc Deci-
15 ſio in Spiritu Sancto † facta eſt. Nono, Quoniam eſſeritur nonnullos, quartas nuptias, tanquam condemnatas res puere, ne peccatum vbi non eſt, eſſe putetur, cum ſecundum Apoſtolum, mortuo viro,
16 mulier ſit ab eius † lege ſoluta, & nubendi, cui vult in Domino, habeat facultatem, nec diſtinguat, mortuo primo, ſecundo, vel tertio, declaramus, non ſolum ſecundas, ac tertias, ſed, & quartas, & vlteriores, ſi aliquod canonicum impedimentum, non obſtet, licitè contrahi poſſe. Commendatiores tamen dicimus, ſi vlterius à coniugio abſtinentes, in caſtitate permanſerint, quia ſicut virginitatem viduitati, ità nuptijs caſtam viduitatem, laude, ac merito præferendam eſſe cenſemus. *Hactenus Concilij ſententia.* Hoc idem *D. Hieronymus in Apologia ad Pammachium pro libris aduerſus. Iouinianum.* Aperiant quæſo (inquit) aures
17 obtrectatores mei, & videant me † ſecundas, & Tertias nuptias conceſſiſſe in Domino, qui ſecundas, & tertias non damnaui, Et poſt multa ibidem dicit, Deniq; Bigamiæ, & trigamiæ hoc calce ſignauimus. Omnia licè vt, ſed non omnia expediunt. Non damno digamos, imò nec trigamos, & ſi dici poteſt octogamos. *Et idem Hieronymo in Epiſtola ad Marcellam aduerſus Montanum.* inquit,
18 Nos ſecundas nuptias, non tam † appetimus, quàm concedimus, Paulo iubente, vt viduæ adoleſcentulæ nubant. Hanc itaq; opinionem *Euſebius Pamphilus, Nicephorus, D. Hieronymus, Guido Carmelita. Alfonſus de Caſtro, Gabriel Prateolus, & Damianus Roſcius* firmarunt *in locis allegatis idem tenuerunt Ioannes Sotteallus in ſumma Pontificalium conſtitut. §. Nuptiæ. Paul. Griſald. in §. matrimonium, n. 4. Daniel Venator. in Analyſi iuris Pontific. lib. 4. Titul. 21. in princ.* eſtq; ab omni chriſtiana Republi-
19 ca in viridi obſeruatione, à ſanctiſs. Concilijs † Niceno, Toletano ſecundo, & Florentino deciſa, à ſummis Pōtificibus Alexandro Tertio, Lucio Tertio, Vrbano Tertio, & Innocentio Tertio, comprobata. Vno exemplo nos hanc concluſionem firma-
20 bimus ſanctiſſima etenim † Anna mater glorioſiſſimæ, & immaculatæ Virginis Mariæ, mortuo Ioachimo, illius viro, nupſit ſecunda vice Cleophæ, à quorū cōiugio nata eſt altera filia, quę Maria Cleophæ appellata, nupſit Alpheo, à quibus nati ſunt Iacobus minor, Ioſeph iuſtus, Simon Cananæus, & Iudas Thadeus. Tertia vice Anna Salome nupſit, è quibus nata eſt altera Maria, quæ à nomine patris Salomè eſt appellata, & hæc Zebedeo nupſit, è quibus nati ſunt Iacobus maior, & Ioannes Euangeliſta. Ex quibus ſecundis, ac Tertijs nuptijs, & illorum linea, cum tam ſanctiſſimi viri propagarint, DEO acceptiſſimi, vana, & inutilis redditur
21 illorum † hæreticorum traditio, & opinio.

Ex Iſachar, ſiue Stolone, & Emerētiana cōiugibus naſcitur Sanctiſſima Anna, ac Iſmeria. Anna primū virum habuit Ioachimum, ex quibus naſcitur Glorioſiſſima MARIA Virgo, Mortuo Ioachimo primo viro, nubit Anna Cleophæ ſecundo viro, ex quibus naſcitur altera Maria dicta Cleophæ à nomine patris. Tertia (ob mortem Cleophæ) Vice nubit Salome tertio viro, & ex eis nata eſt altera Maria dicta Salome. Et prima MARIA virgo DEI voluntate deſponſata eſt Ioſepho viro Sancto, Ex qua de Spiritu Sancto natus eſt IESVS CHRISTVS Dominus noſter. Maria Cleophæ nupſit Alpheo, è quibus nati ſunt, Simon Cananæus, Ioſephus Iuſtus, Iacobus minor, Iudas Thadeus. Tertio Maria nupſit Zebedeo, è quibus nati ſunt Iacobus maior, & Ioannes Euangeliſta. Ex hijs conſtat, quæ proles ſanctiſſima ex primis, ſecundis, ac Tertijs nuptijs orta eſt, cætera alia nota ſunt.

Propte-



Propterea conſtitutio Imperatoris Conſtantini Porphyrogeniti, quæ diſponit circa tertias, & quartas
22 Nuptias † nonnulla, fieri minimè potuit, diſponendo quoad Sacramentum matrimonij, & ſic de
23 ſanctiſſimo Eccleſiæ Sacramento, quia iſta † cognitio pertinet ad ſummum Pontificem, de qua Conſtitutione habetur *Iuris Orientalis, lib. 1. Titul. de Polygamis apud Enimundum Boneſidium*. Ante, quam concluſionem iſtam finiam, dicam verba quæ protulit *Felicianus Capitonus Explicationum Catholicarum Parte 3. Explicatione 41. num. 6.* Verum (inquit) non poteſt mihi venire in mentem,
24 præcipuos viros † ſine iuſta ratione hæc dixiſſe. Nam non ignorabant, Matrimonium procreandis filijs ad DEI gloriam, tanquam ad primum finem, & poſtea ad euitandam fornicationem tanquam ad finem ſecundarium fuiſſe inſtitutum, quæ duo bona non minus in ſecundis, quàm in primis nuptijs habentur. Deinde ſi per indulgentiam velit Paulus innuptas, & viduas nubere, & hoc, vt euitent fornicationem, & propter hanc rationem, ſecundæ Nuptiæ non cenſentur bonæ, Ergo neq; primæ probabuntur, propterea, quòd ſe continere non poſſunt ? Arbitror ego, quod ardenti quodam deſiderio virginitatis, & caſtitatis prædicta dixerint, vt omnes ad continentiam prouocarent. *Hæc Capitonus*.

Secundæ Nuptiæ eorum, qui ſemel fuere bene-
25 dicti, iterum benedicendæ † non erunt *cap. 1. c. vir autem, extra de ſecundis nuptijs. Ioan. Sotteallus in ſumma Pontifical. conſtitution. §. Nuptiæ, num. 3.* Diximus per tranſitum, *ſupra in hac ſumma Deciſionum vniuerſarum Titul. 1. verſic. ſecundas Nuptias, num. 418. 419.* Voluit *Simon Maiolus, de Irregular. lib. 3. cap. 15. ſub num. 7. verſic. Iteratio quoque. Ioan. Paul. Lancellott. in inſtit. canonicar. lib. 2. Tit. de Diuort. §. fin. Gerardus Maynar in Deciſi. Tholoſ. 100. num. 2. lib. 3.* Rationem reddit *text. in dicto c. vir au-*
26 *tem*, quia † cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio iterari non debet. Sacerdos autem illas iterando benedicens ſuſpenditur ab officio, beneficioq; *c. 1. de ſecund. nupt.* cuius ſuſpenſionis diſpen-
27 ſatio † ſoli Papæ competit, *vt ibidem Hoſtienſis* dicit, quem ſequitur *Bernardus Diaz in Pract. crimin. Canonicar. capit. 68.* qui dicit pœnam eſſe arbitrariam, ſequitur *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudicum quæſtion lib. 2. Centur. 5. caſu. 417. ſub, num. 9. Goſfredus autem de Trano in ſumma hoc titul. poſt princi-*
28 *pium*, tenuit † ſecundas nuptias poſſe benedictione iterari. Verum *D. Thomas de Aquin. lib. 4. ſenten.*
29 *diſtinct. 42.* tenuit virginem, quæ nuberet † bigamo debere benedici, quem ſequitur *Aſteſan. & Henric. Bohic. in dicto c. vir autem. Angel. de Clauaſio in ſumma. §. Nuptiæ. Mench. in loco allegato, num*

10. &

10. & hoc videtur satis rationabile, cum ijs, quæ dixi in loco supra allegato, reseruo tamen summorum Pontificium iudicio.

Declara istam suspensionis pœnam, intelligi in sacerdote benedicente secundas nuptias, viuente
30† prima, vel altero, vt declarauit *Ioan. Andr. in dicto cap.* 1. quod ante eum dixit *Gloss. in dicto, cap.* 1. *ibi*, sed illud intelligitur, primo viuente, & hoc dicit esse verius *Angelus de Clauas. in summa, in verb. Nuptiæ, sub, num.* 1. *& voluit Abb. Panormit. in dicto cap.* 1. *num.* 5.

Ponamus pro basi, quòd de Iure dispositum est quoad ineuntes secundas Nuptias, & post modum subijciamus hodiernam apud omnem christianam Rempublicam obseruantiam, quibus positis, habebitur omnium ambiguitatem in hac materia occurrentium resolutio. Statuerunt Imperatores,
31 quòd mulieres, viris illarum mortuis, intra † luctus annum, si nuberent secunda vices infamiam incurrerent. Quòd secundo viro vltra tertiam suorum bonorum partem, nec Titulo dotis, non testamento, non etiam donatione inter viuos tranferre possent. Incapaces etiam fierent omnium Hæreditatum, Fideicommissorum, legatorum, donationum causa mortis, ac successionum ab intestato ipsis obuenientium, à personis vltra tertium gradum illis sibi coniunctis, inter viuos autem capere possent. Et quæ à prioribus viris prædefunctis habuerunt, vel & vltima voluntate Iure sponsalium, amittant. Quæruntur tamen prædicta de-
32 cem † personis, scilicet Filio, Filiæ, Nepoti, Nepti, Patri, Matri, Auo, Auiæ, fratri, sorori, Mariti præ defuncti gradibus inter eos seruatis, quibus non extantibus, vel nolentibus. Fiscus ea bona capit. Hæc omnia habentur, *in l.* 1. *l.* 2. *C. de secundis Nupt. in quibus Glossæ, & Doctores omnes.* Non lugenti vi-
33 rum intra annum luctus erat statuta † vxori infamia, & sic nubenti durante illo tempore *l.* 1. *l. Genero. l. liberorum. §. non solent. ff. de His; qui notant.*
34 *Infam.* Quæ pœna quoad luctum, si habitum † lugubrem, fuit sublata, remanente firma quantum ad pœnam transitus ad secundas nuptias, *vt in l. Decreto. C. ex quib. caus. Infam. Irrog.*

Summi tamen Romani Pontifices ex eorum amplissima potestate, ex Auctoritate Diui Pauli Apo-
35 stoli supra relata, decreuerunt, † quòd mulieres impunè ad secundas nuptias procedere possent, nulla habita ratione pœnarum intra annum Luctus statutarum, & præsertim abolerunt infamiam à ciuilibus legibus inflictam, sic ordinauit Vrbanus *Tertius, in c. super illa, & Innocentius Tertius in c. fin. extra de secund. Nupt.*

Paulus de Castro in dicta l. Decreto, post gloss. ibi, in fine, dicit quòd nec ad Apostolicum, neq; ad conditorem canonis pertinet corrigere leges ciui-
36 les, vbi non est quæstio † de peccato, sed de moribus.

Contrarium verò, quòd pœnæ iam dictæ nubentium inrra annum luctus sint sublatæ, & præ-
37 sertim † infamiæ, & quòd per summos Pontifices fieri potuit ista prouisio, voluit *Gloss. Iuris ciuilis in dicta, l. liberorum, & in dicta, l.* 1. *C. de Secund. nupt. & gloss. canonum in dicto c. fin. ext. eodem tit.* & hanc opinionem optimè corroborat *Lucas de Penn. in l. mulieres, col.* 4. *vers. sed cum hæc sit mera pœna. C. de Incolis, lib.* 10. Quo verò ad pœnas secundarum
38 nuptiarum, quæ fauorem filiorum † primi matrimonij concernunt, non esse sublatas, quæ sunt impositæ de Iure ciuili, præsertim *in l. Fœminæ, & in l. Hac edictali. C. de secund. Nupt. &* ità communiter voluerunt *Canonistæ Innocent. Hostiens. Ioan. Andr. Henricus Bohic. Anton. de Butr. Abbas Panor. Præpos. & cæteri, in dicto c. final. de secund. Nupt. Bartol. Bald. Angel. & Salycet. in dicta l.* 1. *Idem Bald. in dicta l. Decreto, num.* 2. 3. vbi dicit, vidisse *Consilium Raynerij de Forliuio, & Pauli de Leazarijs*, distin-
39 guentium, quòd aut † tempore, quo nubit, poterat esse periculum perturbationis sanguinis, & tunc sit Infamis. Aut non potest esse periculum, & non est infamis, subiungit *Bald.* quòd istud esse posset post tres, vel quatuor menses, *arg. d. l. liberorum. §. & si talis* Quo verò ad illud, quod dixerant *Raynerius, & Leazarius*, nec videtur mihi in casu simili
40 considerabile, quòd † ob sanguinis primi viri, cum sanguine secundi perturbationem incurreretur infamia, vltra quòd mihi videtur præsuppositum in casu isto non conuenire, nihilominus videretur quòd illi tenerent, dari superfætationem, quæ cum
41 nil aliud sit, nisi secunda quædam † conceptio, cum scilicet grauida iam mulier, iterum viri concubitu vsa, aliud concipit, quod fieri posse tradidit *Hippocrates in peculiari libro, de Superfætatione*, & de hac sanguinis perturbatione potuissent intel-
42 ligere, vnica enim seminis emissione † etiam partus numerosi concipiuntur, & statim à concepti vteri, siue matricis os illius clauditur, effuso enim spermate, à conceptu statim eius orificium arctis-
43 simè constringitur, ità vt nihil vlterius † ingrediatur, vt post *Sabinianum Arctæum in commentarijs ad Hippocratem in dicto loco*, voluit *Ioannes Valuer-*
44 *dus de Anatome humani † corporis, lib.* 3. *cap.* 14. adeo quòd vana est huiusmodi sanguinum perturbatio. Vndè vera est conclusio supradicta, sublatas esse pœnas nubentium intra annum quantum ad infamiam, non autem esse sublatas pœnas binubentium masculorum, & fœminarum, respicien-
45 tes vtilitatem filiorum † primi matrimonij, hoc idem tenuit *Bartol. in dicta l. liberorum, in princip. num.* 2. *Ludouic. Roman. in Consil.* 182. *Incip. In casu proposito. Federicus de Senis, in consil.* 36. *Petrus de Ancharan. in consil.* 101. *Incip. Ex prædicto Themato, col.* 1. *Decius. in consil.* 87. *Incip. Pro resolutione, col.* 2. *num.* 2. *vers. restat ergo tertius, in consil.* 206. *Incip. Quæritur, an diuisio, col.* 1. *vers. sed tamen supradictis. numer.* 3. *in Consil.* 230. *Incip. Proponitur quòd ex Petro. col.* 1. *versic. circa primum. Alexander in Consil.* 68. *Incip. circa præmissam, col. Vltim. versic. Quia etiam potest statutum vol.* 4. *Petr. de Anchar. in consil.* 21. *Incip. pro solutione dubiorum col.* 2. *vers. Ad hoc dico quòd postquam, & in Consil.* 278. *Incip. præmittam*

mittam casum. col. 1. vers. Ego saluo consilio. Aymo Crauett. in consil. 36. Incip. Amedeus. Ioan. de Garronis de secundis nuptijs. num. 10. versicul. Duodecima pœna est. Matth. de Afflict. in Decis. Neapol. 75. nu. 5. 6. Paul. AEmil. Verall. in Decision. 25. nu. 4. parte 2. Matthias Colerus in Decision. German. 64. num. 1. in Decis. 176. num. 51. 52. Gerard. Maynardus in Decision. Tholosa. 87. in Decis. 88. in Decis. 90. lib. 3. & in decis. 93. eodem lib. 3. Ioan. Anton. de Nigris in c. Regni. Mulier dotarium. sub nu. 37. vers. Nunquid autem pœna Anton. Fab. in Codice Fabriano. lib. 5. titul. 5. Defin. 13. Et quod dixi, quoad sanguinis
46 turbationem pareant mihi manes Raynerij, † Leazarij, & aliorum, quia non dederunt verum intel-
47 lectum *d. l. liberorum. §. & si talis.* † Cum dicat Vlpianus. Prætorem respexisse ad id tempus, quo vir elugeretur. Et declarans causam, subiunxit, qui solet elugeri propter turbationem sanguinis. Quæ verba minimè de sanguine vxoris intelliguntur, sed quod ob deficientiam luctus, fit sanguinis turbatio, scilicet sanguine coniunctorum, consanguineorum, quorum appellatione veniunt omnes de Familia, & affines, & consanguinei, vt dixi *de compromissis. §. 1. gloss. 3, nu. 4. cum seqq. & gloss. 4. nu. 1. eum seqq.* sanguinis enim turbatio, de hominibus
48 † intelligitur, sic illud. *Dauid Psalm. 93. Et sanguinem innocentem condemnabunt, & illud Matthæi cap. 27. Peccaui tradens sanguinem iustum.*

Sed vt huius Tituli materia clarior, & lucidior habeatur, per conclusiones declarabimus, quid apud diuersa suprema tribunalia decretum fuerit.

Prima conclusio, quòd tam pater, quàm etiam mater transeuntes ad secundas nuptias, omnia bona acquisita ex primis nuptijs successione filiorum primi matrimonij, dum viuunt habent vsumfructum, restituere tenentur filijs primi matrimonij
49 qui supererunt nullamque licētiam † habent alienandi. *l. fœminæ. §. illud. l. Generaliter. C. de secund. Nupt.* & habetur. *in §. Hinc nos alia. vers. sed quanta quidem ex paterna. vbi gloss. in Verb. Vsum in Auct. de Nuptijs. Gloss. in dicto. §. illud in verb. Possessione delata vbi Angel. & Salycet. & notatur. in §. Quia verò. vbi Angel. in Auct. de Non eligend. secund. nub. Bald. in l. si liberis. C. de secund. nup. Deci. in dicto consil. 87. nu. 3. Ludo. Roman. in consil. 182. Incip. In casu proposito. num. 1. Petr. de Anch. in consil. 278. Incip. Præmittam casum. col. 1. versicul. Ego saluo. Francis. Aretin. in consil. 72. col. 1. vers. Circa secundam. Barthol. Socin. in consil. 293. Incip. Capio primum. col. 1. vers. Circa secundam Vol. 2. Marc. Anton. Natt. in consil. 466. nu. 1. Vol. 2. Roland. à Val. in consil. 62. num. 10. Vol. 1. Marian. Socin. Iunior in consil. 103. num. 24. Vol. 1. Ioan. Dilect. Durant. de arte testand. titul. 6. caut. 18. Petrus Gregor. Sintagmatum iuris Vniuersi lib. 9. cap. 26. num. 38. Anton. Gabriel. in commun. opi ni. Titul. de secundis Nuptijs. conclus. 3. n. 1. 2. & conclus. 7. Paul. AEmil. Verall. in Decis. 25. nu. 1. parte 2. D. Matth. Burattus in Decis. Nuper. Roman. 638. nu. 1. Parte 1. tomo 2. Francisc. Cremens in singular. 74. Incip. Si maritus. in primis verbis dicti singularis. Ioan. Petrus Surdus in cons. 164. nu. 19. in cons. 196. nu. 11. 31. 34. 35. 42. & per totum. Vol. 2. in Decis. Mantuan. 99 nu. 1. Non relinquam Nicolaum Vigellium in Methodo Iuris ciuilis. lib. 4. cap. 3. nu. 1. vers. Dominium Gerard. Maynardum in Decis. Tholos. 96. lib. 3. Didac. Couar. in Epith. de sponsalib. parte 2. cap. 3. §. 9. sub nu. 7. Tiber. Decian. in cons. 35. nu. 4. Vol. 1. in cons. 11. nu. 7. Vol. 2. in cons. 82. sub n. 7. Vol. 3. Vinc. de Franchis. in Decis. Neapol. 428. nu. 4. Villalob. Com. opin. §. Binubis. nu. 13.*

Ampliatur eadem prima cōclusio, vt procedat, siue successio, & acquisitio bononorum, fuisset ha-
50 bita, ac obtēta † antequam transitus factus fuerit, vel post ad secūdas nuptias, vt si prius vel post successionem, fierēt secundæ nuptiæ. *§. cū igitur. Auct. de nō elig. secund. nub. §. Hinc nos. Auct. de Nupt.* voluit *Angel. in l. si mater. C. Ad Senat. Consult. Tertul.* quē sequitur *Frācisc. Aretin. in dicto cons. 72. Incip. Præsupponitur in facto. col. 1. Vers. ad secūdum respondeo. Marianus Senior in cons. 34. Incip. Prosequendo Ordinem. col. 5. vers. Videamus ergo vtrū. col. 5. vers. Videamus ergo vtrum Vol. 1. Carol. Ruinus in cons. 20. nu. 4. Vol. 3. Thobias Nonius in cons. 74. n. 2. Roland. à Valle in cons. 95. nu. 10. Vol. 1. Anton. Gabriel. commun. opin. Titul. de secund. nuptijs. concl. 3. Ampliat. 4. Matthæus de Afflict. in Decis. Neapol. 75. num. 4. Guido Papæ in cons. 44. Incip. Omissa. in 2. dubio. Nicol. Boer. in Decis. Burdegal. 185. num. 5. vers. Et hoc nisi pater. Cæsar Vrsill. in Decis. Neapol. 75. nu. 9. D. Matthæus Burattus in Decis. Nuperrima Romana. 628. sub nu. 3. Parte 1. Tomo 2.*

Amplia secundo, vt in eadem restitutione inclu dantur donata propter nuptias per virum vxori,
51 vt † *in dicta l. fœminæ, & Doctores allegati in dicta prima conclusione* dixerunt. Quod etiam in arrhis
52 datis per virum, vxori, vt † illæ seruari debeant filijs primi matrimonij, à quorum patre habita fuerant. Quod voluit *Rodericus Suarez in Titul. de las Arrhas num. 74.* Contrarium tenuit *Aluarus Vallascus in Consultat. 16. nu. 6.* de cuius veritate dicam si D E V S voluerit, *in Titul. de Donat. propter nuptias.* & non solum in præfatis, sed in antiphernis,
53 & quicquid † dotium lucratur per transitum ad secundas nuptias, debetur primi matrimonij filijs, nec communicari filijs secundi matrimonij, nisi in vsufructu ex *Baldo, Butrigario, & Cremense* voluit *Petr. Gregor. Sintagma. Iuris Vniuers. lib. 9. cap. 26. nu. 17.* super quo considera.

Secunda conclusio est, quòd per transitum ad secunda vota, vbi non sunt filij ex primo matrimonio, non amittitur illud, quod ex primo viro
54 † habitum est. *l. fœminæ. in fin. C. de secund. nupt. & §. si vero expectet. Auct. de Nupt.* sequitur *Alexan. in cons. 111. Incip. viso themate suprascripto. in princip. Vol. 2. Matth. de Afflict. in Decision. Neapol. 61. sub numer. 6. Gerard. Maynardus in Decision. Tholosan. 98. sub n. 1. lib. 3. Ioannes de Garronis. in dicta l. 1. n. 19. Quæ omnia prius dicta sunt antea à Placentino in summa Codicis. lib. 5. Titul. 9.* quē sequitur per eadem verba, ipsum non allegans, nisi dū ab illius o-

55 pinione diſcedit † *Azo in eadē ſumma Codicis, lib. 5. Titul. 9. Nicolaus Vigellius in Methodo Iuris Ciuilis. lib. 4. cap. 3. ſub num. 1. verſ. ſi nulli ſuper ſint liberi. Decius. in Rub. C. de ſecundis nuptijs in fin.* quem refert, & ſequitur *Aymo Crauett. in conſ. 36. in fin. Borgnin. Caualcan. de vſufructu mulier. relicto, ſub numer. 114. Petr. Gregorius ſintagmat. Iuris vniuerſi lib. 9. cap. 26. num. 41.*

Tertia concluſio eſt, quòd ſi non fiat tranſitus ad
56 ſecundas nuptias ceſſabunt pœnæ, & bona † lucrabuntur per ſuperſtitem mulierem ad ſecundas nuptias non tranſeũte, & ad alios iuxta diſpoſitionem dictæ, *l. fœminæ, in princ. l. cum alijs, in princ. l. Generaliter, in princ. l. hac edictali, in princ. l. In quibus l. ſi quis prioris, in princip. C. de ſecundis Nuptijs l. Iubemus. §. ſi verò ſine culpa. C. de Repud. Nouellæ. 22. Nicolaus Vigell. in Methodo Iuris ciuilis, lib. 4. c. 3. n. 1. verſ. ſi non iterauerit, & verſ. De omni re.*

Quarta concluſio erit, quòd & ſi mulier contra-
57 xerit per verba de præſenti ſponſalia, ſeruata † forma ſolemnitatum Concilij Tridentini, nec ſubſequutus vlterior per copulam carnalē actus ſit, hæc traductio ad domum ſequuta fuerit, & ſecundas contrahat nuptias, pœnæ binuborũ cõmiſiſſe intelligitur, vt per ampliſſimum ordinē Tholoſani Senatus prouiſum fuit, vt ſcribit *Gerardus Mainardus in Deciſ. Tholoſana. 96. n. 6. lib. 3.* quod, & placuit *Antonio Fabro in codice Fabriano l. 5. Tit. 5. Defin. 4.*

Quinta concluſio elicitur, quòd mulier intra annum luctus ad ſecundas nuptias conuolans, etiam nullis ex primo matrimonio extantibus liberis, priuatur filiorum impuberũ ſucceſſione, etiam in bo-
58 nis, in quibus † maritus ab eorundem Auo in vſufructu tãtum inſtitutus fuerat. *Ex Amanelle de Claris Aquis, in ſingul. 101.* ſcribit *Gerardus Maynardus in Deciſ. Tholoſ. 86. in fi. l. 3.* Iſti Iuriſconſulti Galli admodum etiã minimos ſcriptores eorum nationis
59 extollunt, † non q̃ velim Amanellum, vel ſua ſcripta contemnere, ſed vellem q̃ ſic facerent noſtri.

Sexta concluſio eſt, quòd ſi de licentia mariti ſecunda vice nubat mulier, etiam poſt annum, licèt incideret in pœnas, de quibus in dicta, *l. fœminæ, & in l. generaliter. C. de ſecundis nupt.* Tamen ſi adeſſet
60 † mariti licentia, dãdo in ſuo teſtamento, quod nubat poteſtatem, per eam dicitur, non incurri pœnas ſecundarum nuptiarum, ita cenſuit *Bald. in l. filium quem habentem, numero 5. verſicul. Vnde poteſt teſtator. C. Famil. herciſc. & in l. 1. ſub nu. 6. verſ. ſed pone prior maritus. C. de ſecund. nupt. Ludouic. Roman. in ſingul. 248. Incip. Tuſcis quòd ſi mulier, & in cõſ. 219. Incip. Ex themate, ſub nu. 1. Anton. Gabriel. in commun. opin. Titul. de ſecundis Nuptijs, concluſ. 1. nu. 29. verſ. ſexto limit. nu. 32. verſ. 1. ſublimita. Stephanus Gratianus, in Deciſ. Marchiæ. 168. nu. 12. Barth. Cepolla in cautela. 235. Incip. Si mater. Ioan. Coraſius in dicta l. filium quem habentem, nu. 30. 31. & Miſcellaneor. lib. 3. cap. 1. nu. 12. Cardin. Pariſ. in conſ. 29. nu. 84. vol. 3. Roland. à Valle, in conſ. 62. nu. 26. in conſil. 95. nu. 20. vol. 1. Io. Bapt. Villalob. opin. com. §. Binubis, n. 15. Phanuc. de Phanuc. ĩ tract. de lucro dotis, Gloſ. 5. nu. 46.* põt eñ Maritus in teſtamento id vxori concedere, *Raph. Fulgoſ. in conſ. 63. Incip. Blaſius Conda in col. 2. verſ. ſuper eo, quod primo loco. Anton. Faber in Cod. Fabriano lib. 5. Tit. 5. Defin. 5.* Reddit rationem *Bald. in d. l. filium quem habentem*, quia teſtatoris diſpoſitio dantis licentiam, quòd ſecundò nu-
61 bat, eſt ſua diſpoſitio † §. *Diſponat. Auct. de Nupt. & in dicta, l. filium.* litera dicit (reſtituere ſanxit teſta-
62 tor) & ſic diſpoſitionem teſtatoris † appellari ſanctionem, & eſſe illam legis ſanctionem, *l. ſanctio legum. ff. de Pœnis*, & ideo illa obſeruata, pœnas tanquam lege teſtatoris remiſſas, nõ deberi. *Sed Ludouic. Roman. in dicto ſingul. 248.* dicit, ſuam concluſionem eſſe veram, quòd, aut maritus dicit, † quòd
63 vxor nubat infra annum, & tunc non euitat pœnas iuris, ea ratione, quia nubere infra annum eſt contra bonos mores de Iure ciuili, dicta *l. 1.* ſed in hoc
64 teſtator non poteſt † diſponere. *l. Turpia, & l. ſi quis inquilinis. ff. de leg. 1.* cur de viri permiſſione ſi nubit poſt annum, & tali caſu, non incidit in pœnas, *dicto. §. diſponat.* Quo verò quando nubit poſt annum, dicit, quòd facit iniuriam animæ
65 primi † viri, *vt in §. qui verò verſicul. Nos igitur*, ſed marito permittenti nulla fit iniuria, *l. 1. §. vſq; adeo. ff. de iuiur.* ideo ceſſat pœna. *Hæc Ludouicus.*

Quoad primum Ludouici dictum, non prodeſſe
66 mariti licentiam, nec idcirco euitari pœnam † nuptiarum ſecundarum iure ciuili ſtatutarum, quòd nubere intra annum ſit contra bonos mores, nam dicendum eſt, ſummos Pontifices optimè declaraſſe in Concilio Florentino vlteriores nuptias poſt primas probaſſe tempore aliquo non adiecto itaq; merito primo conſentiente, boni mores erunt ſi ſequantur ſacri illius Concilij decreta. Quo autem ad aliud caput, de nubente poſt annum, quòd
67 fiat iniuria † animæ defuncti, ſufficeret reſpondere ſecundum vulgarem Regulam, quòd mortuo
68 † non fit iniuria, Tamen ad hoc notari poteſt illud *D. Thomæ de Aquino lib. 4. Sententiarum diſtinction. 45.* dum dicit, Animas Beatas non affici com-
69 paſſione † aliqua, quia ità repletæ ſunt gaudio beatitudinis, quòd nullo modo dolor locum habet in eis. Sed quoad intellectum *dicti. §. quo verò, & §. Nos igitur. In Auct. de Nuptijs*, & quantum ad dictum, quod contriſtetur anima defuncti, dum tranſit mulier ad ſecundas nuptias? nos
70 plenè † diximus, & ex Theologis declarauimus *in Neanomologia. capit. 28. per totum.* Sed aduerten-
71 dum quoad dictum *Ludouici Romani † in dicto Singulari. 248.* quòd ſua opinio non ſeruatur apud eos, qui tenent opinionem iuris Pontificij, quo ſublatæ fuerunt pœnæ ſecundò nubentium à iure ciuili conſtitutam, & apud Gallos, quod ipſe dicit, non ſeruari.

Amplia, quòd ſi vir legatum fecit vxori, ſi vidua maneret, ſiue iterum nuberet, quod eo caſu,
72 etiam legato vnius nummi, cenſetur † licentiam contrahendi ſecundas nuptias dediſſe. *Anton. Faber in Codice Fabriano lib. 5. Titul. 5. Definit. 8.*

Septima concluſio erit, ad ſimilitudinē eorum,

quæ

quę proximè diximus, mulieres ad ſecũdas nuptias tranſeuntes, ad aliquas pęnas ſtatutas, reſpicientes fauorem filiorum, non teneri, ſi filijs conſen-
73 tientibus † ad illas contrahendas acceſſerint. *Gloſ. in §. Et ſi quidem. in Verb. Copulantur. in Auct. de Non eligen. Secun. nub.* dicit, copulantur, inuita filia, Et ſic illa volente, tranſitus ad ſecunda Vela, erit Impunibilis. quam ſequitur *Angel. in l. Mater. C. Ad Senatus Conſult. Tertull.* quem refert *Ludouic. Romanus. in dicto ſingul. 248. Incip. Tuſcis, quòd ſi mulier in fin.* ante eos *Bald. in dicta. l. Mater. ſub*
74 *num. 4.* dicens, quid ſi filius inſtituiſſet in ſuo † teſtamento matrem hæredem, quam ſciebat, ad ſecundas nuptias tranſijſſe, videtur ei pænam tacitè remiſiſſe. *arg. dicti. §. diſponat.* Secus ſi contraxiſset ſecuuda Vice nuptias poſt mortem filij, non vide-
75 tur ei tunc hanc pęnam remiſiſſe, quia non † dum erat contracta culpa per matrem, & dolus futurus non videtur remitti, ſed præteritus ſic, vt diximus *in conſil. 18. num. 7. Centur. 1. Ludouic. Roman. in dicto conſil. 219. num. 3. Bartholom. Veronenſis. in Cautel. 235. Incip. ſi mater. Angel. in conſil. 366. Incip. Doctor inſignis, col. 2. Barthol. Socin. in Tract. Fallentiarum. Regul. 272. Fallen. 1. Ioan. de Amicis. in conſil. 5. num. 22. Nicol. de Vbaldis in Tractatu de ſucceſſionib. ab Inteſtato. parte 2. num. 10. Iaſon. in dicta. l. filium quem habentem. num. 13. Cardinal. Pariſius in conſil. 29. num. 81. Vol. 3. Deci. in conſil. 206. num. 4. in conſil. 604. num. 5. in conſil. 646. numer. 4. Roland. à Valle in conſil. 81. num. 12. Vol. 3. Iacob. Menoch. in conſil. 155. num. 13. Vol. 2. Ioannes Petrus Surdus. in Deciſ. Mantua. 100. num. 1. 2. Ioannes de Garron. de ſecundis Nuptijs. num. 116. Ioann. Coraſ. Miſcellan. Iuris Ciuil. lib. 3. cap. 1. num. 11. Stephanus Gratianus in Deciſion. Marchiæ. 158. ſub num. 10. 11. D. Matthæus Buratt. in Deciſion. Nuperrima Roman. 638. num. 6. 8. parte 1. Tomo 2.* quo in loco, licet *Bald. & cæteri alle-*
76 *gati* tenuerunt ſufficere tacitum † conſenſum, ipſe deducit in dubium, dicens inſuper minorem
77 non poſſe hanc licentiam † dare matri. Sed ad principalem cõcluſionem *adde Marianum Iunior. in conſil. 71. nume. 211. Vol. 2. Nicol. Boer. in Deciſion. Burdegal. 185. num. 20. in deciſ. 191. num. 1. Matth. de Afflict. in Deciſ. Neapol. 75. nu. 3. 4. Phanucius in Tract. de Lucro dotis. in dicta Gloſſ. 5. nu. 46. Franc. Viuius in Opin. com. 535. nu. 23. Roland. à Valle. in dicto conſ. 62. nu. 26. Vol. 1. in conſ. 81. nu. 11. Vol. 3. Ioann. Dilect. Durant. de Arte tectand. titul. 6. cautel. 18. Iacob. Menoch. in conſ. 308. nu. 12. Vol. 4. Franc. Burſat. in conſ. 12. nu. 42. Vol. 1. Anton. Fabrum in Codic. Fabrian. lib. 5. tit. 25. Diſtin. 5.*

Ampliant nihilominus ſupraſcriptam concluſionem, etiam ſi tacitè filijs conſentiant, non † aliter ſe conquerentes de matre ad ſecundas nuptias tranſeunte, *Bald. in dicta. l. mater. ſub num. 4. C. Ad Senatus conſult. Tertull. Nicol. Boer. in dicta Deciſ. Burdegalesij. 185. ſub nu. 20.* id corroborans ex dicto *Decij. in conſ. 191.* quod non dicit *Deci. ibidem, ſed dicit in conſ. 206. Incip. quæritur, an diuiſio. num. 4. cum ſeqq. Anton. Gabrielius commun. opin. Titul. de ſecund. Nuptijs concluſ. Prima. nu. 34. Franciſc. Burſat. in dicto conſ. 12. nu. 42.* quos ſequitur, ac refert *Conſtantinus Capriolus in Tract. de ſucceſſion. ab Inteſtato. lib. 1. nu. 574. Anton. Faber in Codice Fabriano lib. 5. titul. 5. Definition. 5.*

79 Limita ſupradicta concluſionem † ſi filius ſit pupillus, & minor, quia nec tacitè, nec expreſsè poſſet conſentire, & idcirco pęna locum haberet *Ioannes de Garronis de ſecund. Nuptijs. verſ. ſecundum remedium. quem retulit, et ſequitur Nicol. Boer. in Deciſ. Burdegalens. 185. num. 23. Anton. Gabriel. Titul. de ſecund. Nupt. concluſ. 4. num. 48. Surd. in Deciſ. Mantuæ. 100. nu. 2. cum ſeq.*

Octaua concluſio eſt, quòd diſpoſitio legum imponentium pęnas mulieribus ſecundò nubentibus perditionis bonorum illorum, quæ à primis viris conſequutæ fuerunt, locum non habet in ac-
80 quiſitis titulo † oneroſo. vt argumento. *l. ſi liberis. C. de Donat. ante nupt.* voluit *Bald. in Auct. In donatione. num. 1. verſ. Quare hic. C. de ſecund. Nupt.* dicens, quòd ſi mulier acquirit à marito non ex contractu lucratiuo, puta ex emptione, permutatione, vel locatione, vel alio contractu non lu-
81 cratiuo, illud non perdit mulier per tranſitum † ad ſecunda Vota, quem refert, & ſequitur *Ludouic. Roman. in conſ. 218. Incip. Ex themate. num. 4. verſ. Vltimo pars iſta.*

Nona concluſio aſſignatur, quamuis mulier teneatur pro filijs reſeruare bona quæſita, & lucrata tempore primi matrimonij, non tamen illa,
82 quæ prouenerunt ex donationibus † factis ab extraneis perſonis etiam ſi ſecundò nupſerit *Bald. in dicta Auct. in donatione. poſt princip. Ripa in l. fœminæ. num. 52. C. de ſecund. nupt.* etiam ſi illæ viri contemplatione ipſi donatæ fuiſſent. vt voluit *Deci. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 35. de Conſtitution. &* communem dicit *Ioann. Baptiſta Villaboſ. Opinion. Communium. in Verb. Binubis, num. 26. Lud. Roman. in conſil. 405. Incip. Præſuppoſitis. num. 7. Ioann. de Garronis. in Auct. ex teſtamento. num. 44. C. de ſecund. nupt. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 5. titul. 5. Defin. 2. Vincent. de Franchis in Deciſ. Neapol. 18. nu. 7.*

Decima concluſio affertur, quòd in binubo-
83 rum materia in Gallia diuerſimodè agitur, † nam Parlamentum Pariſienſe humanitate, & æquitate potius vtitur, nam mulieres ſecundò nubentes, etiam ſi ante anni luctus lapſum, id fecerint Iuris ciuilis pęnas illis remittunt. Sed Parlamentũ Tho-
84 loſanum † etiam num occurrentibus caſibus, eaſdem pęnas mulieribus ſecundò nubentibus impo nunt. vt de vtriuſq; Parlamenti vſu teſtantur. *Ludouic. Charondas Reſponſorum. lib. 7. cap. 5. refert Gerardus Maynardus in Deciſ. Tholoſan. 91. lib. 3.*

Vndecima concluſio eſt, ꝙ ſi filia renunciauit
85 bonis paternis, & maternis in ampla forma † cum iuramento, nihilominus poterit petere bona, quæ pater amiſit conuolando ad ſecundas nuptias, etiã ſi in renunciatione eſſent appoſitæ Clauſulæ, quòd

renunc abat omnibus bonis, quæ ſibi cõpeterent, & competere poſſent, tam ex teſtamento, quam
86 † ab int ſtato, etiam ex iure legitimę, vel alia quacunq; cauſa, quia dicta quietatio, ſiue renuntiatio non extenditur ad illa bona, quæ poſt renunciationem perdidit ſua culpa, arg. notatorum, *per Bartol. in Auct. Hoc amplius. C. de Fidciuſſoribus*, & eius authoritate voluit *Guido Papæ in Dec. Delphinal.* 228. *num.* 1. hanc concluſionem ſubtiliter comprobauit *Oldradus in conſ.* 294. *Incip. vltra iam dicta*, ad quod faciunt, quæ aliàs diximus *in conſ.* 4. *nu.* 16. *& per totum Centur.* 1. vbi ſpecialiter allegauimus *Gulielm. Benedictum, in Rep. c. Raynutius, in verb. Duas habẽs filias à num.* 264. *cum pluribus ſeqq. & in ſpecie, ſub nu.* 288. *de Teſtamentis*, quo in loco firmat eandem concluſionem, & idem voluit *idem Guido Papæ in*
87 *Deciſ.* 229. quod meum Conſilium magna † laude cumulauit *D. Ieremias Seſterus in Tract. de Iuramentis, lib.* 1. *capit.* 11. *numer.* 14. quibus alludit *Ioachim. Mynſingerus in Obſeruat.* 7. *centur.* 2. *Arnald. Ferron. in conſuetudin. Burdegal. Tit. de Teſtament.* §. 16.

Duodecima concluſio erit, & ſi cũ aliqua ambiguitate, ita ſe habet, & quotidie accidere ſolet; Maritus mulieris occiſus eſt, ſuperſtite ipſa vxore, & pluribus ex dicto primo matrimonio ortis liberis, egit nomine ſuo, & liberorum in iudicio contra ho
88 micidam, qui præuia ludicis † ſententia, ad quandam, puta aur orum quantitatem illi dandam, fuit ſententia præfata mediante condemnatus, pecunia mulieri fuit ſoluta, pro damnis, & intereſſe, ad ſecundas nuptias illa pertranſiuit, & cum ſecundo viro, alios procreauit, illa mortua, contendunt filij vtriuſq; viri ad pecuniam habitam ſuccedere, præſertim filij primi viri, ea ſolum ratione ad ipſos ſpectare, quòd omnia bona, qnæ vxori proueniunt, à primo viro, & illius bonis, vſumfructũ illa viuens, habet, ea verò mortua illorum proprietas liberis dicti primi viri reſeruantur, *leg. feminæ.* §. *illud. leg. Hac edictali. C. de ſecundis. Nuptijs.*

Tamen diſputata ſimili cauſa in ſenatu ſupremo Tholoſatum, fuit dicta ob mariti necem condemnatio, tamquam pœnalis mulcta viduæ mu-
89 lieri applicata † tanquam proſequenti necem viri, neq; eandem pecuniam primi viri filijs, vti prouenientem ex viri bonis reſeruandam, ſed ad illam liberè adiudicata proprio nomine vt poſſet de ea diſponere, ſaluo omnibus liberis iure legitimæ, & ſupplementi. Prout illam refert *Gerardus Maynardus in Deciſ. Tholoſana.* 77. *lib.* 3. quam refert, & ſequitur *Renatus Choppinus in conſuetudin. Andegauenſ. lib.* 2. *Titul.* 3. *ſub articul.* 3. *part.* 2. Deciſionem hanc defendunt, quòd pecuniæ quantitas recepta, non ſit de bonis dicti primi viri, & ꝙ nõ ſit rei perſecutoria, ſed in pœnam, & vindictam iuxta illud *Papiniani, in l. quæſitum ff. de ſepulcho Violat.* dicen-
90 tis, Hæredem neceſſarium, cum ſe bonis non † immiſcuiſſet, actio ſepulchri violati pertineret Dixi (inquit) rectè cum ea actione experiri, quæ in bonum, & æquum concepta eſt, nec tamen ſi egerit hæreditarios creditores timebit, cum & ſi per hæditatem obtingit, hæc actio, nihil tamen ex defunct. capiatur voluntate, neq; id capiatur, quod in rei perſecutione, ſed in ſola vindicta ſit conſtitutum.

Summa, & grauiſſima eſt illius ſupremi ſenatus authoritas, & ſententia ab illo prolata fauorabilis admodum mulieribus, cum filij primi viri occiſi, habeãt prædicta iura, *l. feminæ, & l. Hac edi-*
91 *ctali*, loquentia † pro eis, vt quicquid illa habeat ex cauſa viri reſeruet pro filijs, negari tamen non poteſt, quòd mulier illa careret, nec aliquo modo illi peruenirent, nec illam habuiſſet pecuniarum quantitatem, niſi vir ſuiſſet occiſus, & ideo illa pecunia, non ſolum ex bonis viri, ſed ex illius ſanguine proceſſit, & cruore. Si mediãte ſententia pecunia fuit ſoluta, vtiq; neceſſe fuit, vt intentata damnorum actione pro homicidio, cauſa ante ſententiam, neceſſe habuit, vt in eo iudicio lis fuiſſet
92 conteſtata, cum † ſit lapis angularis Iudiciorum omnium. *Gloſſa in c. dudum. el* 2. *de election. Bart. in l. Prolatam, numer* 5. *C. de ſent. & interloc. omn. Iud. Rob. Marant. in ſpeculo Aur. Membro.* 10. *numero* 1. *Herman. Vulteius de Iuris prudentia Roman. lib.* 2. *capit.* 31. *Andr. Gail. Practic. obſeruation. lib* 1. *obſeruat.* 75. *numer.* 3. *Afflict. in Deciſio. Neap.* 283. *numer.* 3. *Franciſc. Viui, in Deciſ.* 312. *nu.* 12.
93 Quæ litis conteſtatio ſit etiam in ipſis cauſis † criminalib. *Azor. in ſumma. C. de Requirend. reis Matthæ. de Afflict. in Conſt. Regni. Si damna clandeſtina, numer.* 9. *Petrus Foller in Pract. crimin. in Verbo. Fiat conteſtatio, numer.* 2. *& in Practic. crimin. Canon. in verb. Aut inquiſitione formata, numer.* 32. *Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphinal.* 918. *numer.* 1. *Volum.* 2. *dixi in hac ſumma Deciſ. Vniuerſarum. Titul.* 50. *numer.* 16. *Tomo* 1. Sed actiones pęnales lite
94 conteſtata in bonis eſſe † incipiunt, *l. iniuriarum.* 13. *ff. de Iniur.* ergo in iſto caſu pecunia mulieri data in hac actione pęnali dicitur eſſe in bonis, & non ad vindictam. Præterea cum ſi mus in vxore, & filijs occiſi, quibus ius accuſationis competit, vt hoc tamquam triuiale non ſit neceſſe, vt probem, & ſumus in actione Criminali, quæ competit ad vin-
95 dictam, alia ad rei familiaris perſecutionem † vtra que experiri potuerunt, nec vna per aliam tollitur, per iudicis officium *arg. l. Interdum.* §. *ſi quis furem. ff. de Furt. & poſt Bartol. in l. Vnica. C. Quand. ciuil. act.* voluit *Ioannes Millæus, in Praxi Crimin.* §. *Conqueritur, ſub num.* 8. & cum filijs competeret actio agendi pro nece patris, & erat, ac fuit licita accuſatio, etiam pupillis, cum proſequerentur
96 † ſuam, & eorum patris iniuriam, nec alios referens ſcribit *Iulius Clar. in Practica Criminali quæſtione* 14. *verſicul. Dicebam, numer.* 8. *Hippolyt. Bonacoſſ. commun. opinion. criminali. parte* 1. *in* §. *Accuſare.* Ideoq; pecunia iam dicta applicari debeat filijs, quibus Iure hæreditario competebant, quia ſunt bona à marito prouenientia, vt ſupra dictum fuit, & ideo tanq̃ bona ſimilia ſunt primi viri

filijs

filijs danda. Insuper posito, quòd Vxori teneatur dare alimenta maribus, & quando est occisus damnum inde proueniens, sunt sumptus, & expen-
97 sæ pro alimentis vxoris, & filiorum, † vt annotauit *Aymo Crauetta in consil. 119. sub nu. 6.* & latius de alimentis à Patre debitis filijs loquitur *Ascanius Clementinus De Patria potestate. cap. 6. effectu. 17. per totum*. Quando esset sumptus medicinarum, & aliarum in curatione, vel cessauit lucrum, ob cessationem vitæ, vel vulnerum, cesserunt filijs omnia ista, vel aliqua ipsorum, tenebitur homicida ad illorum restitutionem, vt tenuerunt *Theolo-*
98 *gi antiqui † Scotus in 4. sentent. Distinct. 15. qu. 3. Articul. 2. D. Thomas in secunda. 2. q. 67. Articul. 2. Siluester de Prierio in summa in Verb. Homicid. 3. q. 2. Barth. Fumæus in summa Armill. in §. Restitutio. nu. 11. Dominic. de Soto. de Iustit. & Iur. q. 6. Articul. 3. ad Tertium. Didacus Couarruuias Variar. Resolution. lib. 2. cap. 10. nu. 3. Petrus à Nauarra de Restitutione ablatorum. lib. 4. cap. 1. nu. 64.* Vnde eadem pecunia erat quæsita filijs primi viri occisi (& etiam si erat pars aliqua mulieri facienda, & reliquæ erant pro virili cuiuslibet ipsis filijs) tamen tota pecunia erat filiorum primi matrimonij, quia per transitum ad secundas nuptias incurrerat pœnas præfatas secundo nubentium. plura dicerem, quæ omitto ob modestiam, quam illi amplissimo Ordini debeo, quæ dixi, vt meam opinionem aperirem, non autem, vt illis contradicerem.

Decima Tertia conclusio assignatur. Dum matrimonj Tabulas Iuramento contrahunt, Vir, & vxor inuicem donationem sibi fecerunt bonorum omnium, & qui superstes ipsorum esset, illa haberet, si tamen is viduitate spreta, ad secundas conuolaret nuptias, Donatio nullius roboris esset. Maritur vir, transit ad secunda vota vxor, quæ dicit
99 bona † sibi ex donatione deberi. Viri tamen heredes, donationem obseruandam non esse, sed ad ipsos tamquam viri proximiores successionis iure danda esse. Conditio apposita in contractu, si non nupserit à iure non probatur, sed remittitur, & quę promissa sunt, remissa conditione ipsi mulieri debentur *per text. in l. quoties. 22. ff. de condit. & de-*
100 *monstr.* vbi legatum factum mulieri si nō † nupserit, etsi nubat restituat Titio, nihilominus legatum mulieri debetur. Præterea cum lege Iulia Miscella caueretur, ne legatū mulieri factū, ne iterū nuberet, non aliter caperet, ni intra annū iuraret se libero-
101 rum causa nubere, & sic liceret. † Post annum sic permittebatur, si cautionem Mutianam (à Q. Mutio Scęuola additam) qua promitteret, se ad secundas nuptias non peruenturam; Iustinianus Prin-
102 ceps iuramentum præfatum, & Mutianam † cautionem sustulit, & ad secundas nuptias migrare permisit *Nouella. 22.* qua conditio viduitatis vitiatur, & ideo legatum deberi conditione appositā non obstante, quod disposuit. *in l. 2. C. de Indicta Viduitate tollen. & legi possunt in Auth. de Nuptijs. §. quæ verò nunc sequitur. §. Nos igitur videntes plurimas.* sic obseruari deberet in hac conclusione. Cui etiam accedit, quòd si hæc conuentio inter eos facta in fauorem mulieris non obseruare-
103 tur, esset quodammodo imitari traditionem † Cataphrygum, & Montanistarum, ac Priscæ, & Maxille, qui secundas nuptias damnabant. de quibus diximus supra *hoc eodem. Titulo num. 5. 6.* Præterea secundæ nuptiæ, & sanctæ Ecclesiæ, & summorum Pontificum voto, atq; consilio admissæ fuerunt. Hinc Eudoxia Constantini Ducæ Imperatoris Constantinopolitani vxor, cui Imperator post mortem suam Imperium dari in testamen-
104 to permisit, scriptura tamen ipsius Eudoxiæ ma-
4 nu, † ac Iuramento firmata interueniente, qua se abstinere nuptijs pollicebatur, penes Constātinopolitanum Patriarcham pro securitate reposita, Duca illo mortuo, cum à Barbaris prouinciæ Romanæ infestarentur, à Patriarcha Syngraphan Imperatrix habuit, & à Iuramenti religione illam absoluit, & scripturam, vti nullam rescindit, vti contra matrimonij libertatem, cum illa esse debeāt libera. *c. Gemma. de sponsalibus,* & Diogenem Romanum contra datam fidem, matrimonio se coniunxit. prout optimè Historiam narrat *Ioannes Zonaras Annalium. Parte 3.*

Contrarium tamen, quòd promissioni factæ, mulier stare debeat, & si abstinere à secundis nu-
105 ptijs nolit, † Donatione bonorum facta careat, & sic ab Amplissimo. Et supremo Parisiensium Senatu Decisum, cuius meminit Elegantissimus Iuris cōsultus *Annæus Robertus Rerum Iudicaturum. lib. 2. cap. 7.* Non obstant contraria, scilicet primū, quòd conditio si nupserit, vel non nupserit, antiquo Iure obseruabatur, nunc autem Validæ illæ sunt, & approbatæ, & obseruantur. *vt per text. in dicto. §. Quæ vero. & plurium seqq. in Auct. de Nuptijs.* Non obstat illa prima traditio ex lege Iulia Miscella (nomen huius Miscelli, quis ille fuerit apud Romanos Historicos, nunquam simile nomen inueuisse, vel inueniri posse arbitror) quia sufficit illam legem fuisse à Iustiniano absolutam, & abolitam. Sic etiam illa traditio Cataphrygum, & Montanistarum, de quibus satis, superq; dictum fuit *hoc eodem Titulo*, non enim negantur
106 † secunda, vel vlteriora connubia, sed laudatur, & virginitas, & continentiæ Virtus. Vndè cum de verbis *Apostoli 1. Corinthior. cap. 7.* de quibus dixit, De Virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus. super quibus *D. Cyprianus in Sermo-*
107 *ne † de Natiuitate Christi* inquit, Vult & laudat ex Imperio Domini, vt quæ nupserint, sic permaneant, quæ vero Virgines sunt Dei, cumulatione castitatis, integritatem exhibeant CHRISTO, & in hunc modum, quæcunque authoritate Diuina immobilia constant, sic maneant, quæ verò in alterutrum potest libertas arbitrij flectere, locum eligant priorem, quia & si bona, & à DEO instituta coniugia, melior tamen est continentia, & Virginitas excellentior, quam non cogit necessitas, aut mandatum, sed perfectionis suadet consilium. *Hæc*

Cyprianus. Quoad probationem ſecundarum nuptiarum, probatarum ab Eccleſia, & Pontificibus, reſponderi poteſt per eadem verba Cypriani, & per ea, quæ diximus *ſupra hoc eodem titulo, verſicul. contrarium tamen verum eſt. nu.* 8. *& ſeqq.* Quo ve-
108 rò ad Eudoxiæ exemplum, illud ſequendum † hoc loco non fuit, cum illa eſſet fide, & iureiurādo ſuæ manus ſubſcriptione in chirographo aſtricta, quam D E O datam, & Imperatori marito illo pignore promiſſam, & ipſa violare nō debuit; Quod tanto minus Patriarcha ſupremus Antiſtes, facere
109 debuit, illectus dolo, ac ſpe, quòd Bardam † ex ſorore Neptem Patriarchę, virum accipere muliebri fallacia ſimularet, & Imperatorem videre cuperet, & non mirum ſi hac ſubtili arte Patriarcha deluſus remanſerit, vt Hiſtoriam narrat *Zonaras Annalium parte. Tertia.*

Decima quarta concluſio ſit, quòd tranſeuntes ad ſecundas nuptias, non poſſunt vir vxori ſecundæ, nec vxor ſecundo viro, plus dare, vel relinque
110 re, nec per teſtamentum, nec † per codicillos, nec per quemlibet alium titulum, quàm vni ex liberis primi matrimonij, ſi qui extabunt, ſemoto interim omni dolo, omniq; fraude. Ita cauetur *in l. Hac edictali, in princip. vbi Bartol. & Bald. C. de ſecundis nupt.* & habetur *in §. oportet verò nobis, in Auct. de Nupt. Ioan. de Garronis de ſecundis nuptiis ſub. nu.* 5. *verſ. ſecunda pœna eſt* ante eos *Placentinus in ſumma Codicis, li.* 5. *titul.* 9. *col.* 3. *verſ. Amplius parens ſecundo, & Azo in ſumma ſua, lib.* 5. *Titul.* 9. *col.* 2. *verſ. ſequitur videre de pœna. Raphael Fulgos, in Conſil.* 97. *Incip. Antonius tranſiens, in princ. & in medio verſic. Ad vltimum autem. Abb. Panormit. in Conſil.* 117. *Incip. Videtur primo ſub numer.* 2. *vol.* 2. *Alexand. in conſil.* 158. *Incip. Circa primum dubium, col.* 1. *vol.* 5. *Franciſc. Viui. Comm. Opin. lib.* 2. *opinion.* 527. *Idem Viuius in Deciſion.* 396. *numer.* 1. *Matthias Coler. in Deciſion Germaniæ.* 40 *num.* 1. *Andr. Gail. Practicar. Obſeru. lib* 2. *Obſeruat.* 124. *num.* 3. *Gerard. Maynardus in Deciſion. Tholoſan.* 89. *lib.* 3. *Bernard. Alfan. collect.* 1. *Petrus Gregorius Sintagmatum Iuris Vniuerſi, lib.* 9 *cap.* 26. *nu.* 53. *Anton. Faber in Codic. Fabrian. lib. Titul.* 5. *Definition.* 3. quod ad legitimam reſtringit, quę ſi contra *d. l. Hac edictali* factum fue-
111 rit † antequam inter filios, & vitricum fiat diuiſio, filiorum legitima detrahitur. *Faber ibi Defin.* 6.

Decima Quinta concluſio eſt, quòd mater tranſiens ad ſecundas nuptias antequam illas contra-
113 hat, debet filijs † tutorem petere, aliàs eorum ſucceſſione priuatur, *l. ſiue ingenua. §. ſi mater. ff. Ad ſenatus conſult. Tertull.* ſic etiam ſi infra annum à die
112 mortis teſtatoris id non petierint ſucceſſione † priuabuntur, *l. ſciant. C. de legit. hæredib. l. omnem. C. ad Tert. Bartol. in l.* 2. *num.* 2. 8. *vſq; in fin. ff. Qui petant. tut.* vbi potius diſputatiuè, quàm alio modo procedit, ſed concluſionem tenuerunt *Ludou. Roman in ſingular.* 104. *Incip. ſecundo quæro ſi mater, in ſingul.* 221. *Incip. Tu habes legem ſciant. Idem Roman. in Conſil.* 207. *Incip. ſi volumus. ſub num.* 4. *in Conſ.* 279. *Incip. Viſis, num.* 1. *Specul. in Tit. de Reſtitut. in Integrum. §. quis, num.* 15. *Bald. in Auct. ſi captiui, ſub num.* 5. *verſi. Præterea priuilegium. C. de Epiſcop. & Cleric. Petrus de Anchar. in Conſil.* 250. *Incip. omnia iura. Salyc. & Paul. de Caſtr. in dicta. l. ſciant. Marc. Mantua. in Conſil.* 335. *Pract. Papiens, in form. libell. quo agitur ad reddendam ration. §. in ſuo, nu.* 4. *Cardin. Pariſ. in Conſil.* 86. *num.* 19. *Vol.* 1. *in Conſil.* 41. *num.* 56. *in Conſil.* 84. *numer.* 21. *Vol.* 2. *Riminal. Sen. in conſil.* 234. *num.* 4. *Vol.* 2. *in Conſil.* 468. *num.* 20. *Vol.* 3. *in conſ.* 552. *in princ. eod. Vol.* 3. *Ioan. Neuizan. in Sylua Nuptiali lib.* 2. *ſub, num.* 52. *Iacob. Philipp. Portius. comm. opin. lib.* 5. *concluſione* 4. *in princ. Anton. Gabrieli, commun. optn. lib.* 3. *Titul. de ſecund. Nupt. concl.* 9. *Bernardin. Alfanus in Collectan.* 223. *in Collectan.* 225. *in Collectan.* 912. *Auguſtin. Berous in Conſil.* 183. *num.* 4. *Vol.* 1. *in Conſ.* 125. *nu.* 11. 13. 15. *in conſ.* 166. *num.* 13. *Vol.* 2. *in conſ.* 125. *nu.* 4. *Vol.* 3. *Octauian. cacharan. in Deciſ. Pedemon.* 57. *nu.* 45. *Quintilian. Mandoſ. in Tract. de Caſibus Annalibus, nu.* 114. *cum pluribus ſeqq. Conſtantin. Capriol. de ſucceſſ. ab inteſtat. lib.* 2. *numer.* 57. & nos diximus *de Compromiſſis §.* 4 *gloſ.* 6. *nu.* 9. 10. *Ioan. Baptiſta Coſta de Facti ſcientia, & ignorant. Diſtinct.* 52. *num.* 1. *Andr. Tiraq. in Tract. Ceſſante cauſa limit.* 4. *num.* 7. *Franciſc. Viui. in Deciſ.* 31. *nume.* 4. *in Deciſ.* 364. *per totam. Raphael Fulgoſ. in conſ.* 36. *Incip. Quidam magnus miles col.* 1. *Borgninus in Tract. de Tutor. & Curat. num.* 307. *cum ſeq. Petr. Gregor. Sintagmat. Iuris vniuerſi, lib.* 9. *cap.* 26. *num.* 44.

Declara non procedere ſupra notatam concluſi-
114 ouem, ſi mater, ſiue mulier eſſet minor, † quia non priuatur ſucceſſione, vt dixi in minore viginti quinque annis, *ex Speculator. Baldo. Ludouic. Roman. & Gerardo Mulert. in dicto Tract. de Compromiſſ. §.* 4. *gloſ.* 9. *nu.* 10. (Quòd notandum eſt in Re-
115 gno, in quo minor ætas, † tam in Maſculo, quàm in fœmina eſt annorū decem, & octo completorū, *per Conſt. Regni. Incip. Minorum Iura;*) in quibus filios habere poſſunt, tam maſculi, quàm fœminę, & ipſi poſſunt reperiri in minori ætate, qua ſtante ſi non eſt petitum dari tutorem, non priuabuntur filiorum ſucceſſione, *poſt Specul. Bald. in dicta Auctent. Si captiui, ſub num.* 5. *Lud. Roman. in dicto Singul.* 221. *Incip. Tu habes legem ſciant.* vbi ad hoc probandum inducit quędam alia iura. *Paul. de Caſtro, in l. ſciendum. §. poſſeſſor autem quis, ſub numero* 2. *ff. Qui ſatisdar. cogant. & in l. omnem. C. Ad Tertull. & in l ſciant. C. de legitim. hæredeb. Bald. in conſil.* 411. *Vol.* 3. *Angel. in conſil.* 118. *Incip. ſuper puncto. Nicol. de Vbald. in Tract. de ſucceſſionib. ab inteſtat. parte* 2. *limitat.* 3. *Rapha. Fulgoſ. in conſil.* 36. *Incip quidam magnus in princ. Corn. in conſil.* 234. *col.* 1. *Vol.* 3. *Bened. Capra in conſ.* 14. *num.* 4. *Ioan. Neuizan. in Sylua Nuptiali, lib.* 2. *ſub nu.* 54. *verſ. Limita Nono. Hippolyt. Riminald. Inſtit. Quib. alien. lic. in princip. num.* 217. *Lud. Roman. in dicto conſ.* 279. *Incip. Vitis. Idem Fulgoſ. in conſ.* 52. *Incip. Quidam Anton. col.* 1. *verſ. verum his nequaquam. Ioan. de Garronis, in Auct. eiſdem pœnis, num.* 9. *C. de ſecund. nupt. Andr. Tiraq. in Tract. ceſſante cauſa, limitat.* 4. *num.* 7. *Marc. Anton.*

Peregr.

Peregr. de Iure Fisci, lib. 3. Tit. 6. sub numer. 1. versic. Item excusaretur.

Multas recipit ampliationes, limitationes, & declarationes materia ista quoad petitionem tutelæ, vel nullam factam filijs, quas pœnas incurrant mater, Auia, & alij, non est hic locus tractandi congruus, sed erit DEO volente in Titulo de Tutelis.

Decima sexta conclusio est, quòd non solum lucra, & donationes, ac alia peruenta à primis nuptijs debentur filijs primi matrimonij, vt diximus *supra hoc eodem titul. vers. Prima conclusio, num. 49.* Sed etiam debetur filijs primi matrimonij portio
116 eorum de dotibus, & † successione eorum matris secundum dispositionem *dicta l. Hac edictali. C. de secundis Nuptijs.* non obstante quòd transeat ad secunda vota *Magon. in Decis. Florent. 107. numer. 1.* & istud dubio caret, quia cum dos sit propriũ vxo-
117 ris patrimonium † *l. deniq; §. sed vtrum, versic. ergo etiam filiam. ff. de minoribus, l. in rebus. C. de Iur. dot.* cum ad filios spectet prima successionum ab
118 intestato morientium † causa. §. 1. §. *nullam Auct. de Hæred. ab intestat. ven. l. fin. § si verò vltimum. C. de Episcop. & cleric. Auct. in successione. C. de suis, & legitim. §. 1. Instit. de Hæredit. qua ab Intestat. defer. Rolandin. in Tract. vltimar. volunt. Titul. de successionib. ab intestato, num. 8. versic. His præmissis comprobant Riminald. Senior. in cons. 22. num. 14. Volum. 1. Francisc. Bursat. in Cons. 13. num. 57. nouissimè Constantinus Capriolus in Tract. de succes. ab Intestato,*
119 *lib. 1 nu. 1. cum pluribus seq.* Idcirco in vltimis † voluntatibus posse matrem de Dotibus disponere, ac de hoc dubitare, derisorium putabat *Raphael Comensis in cons. 89. Incip. Derisorium videtur, col. 1.*

Decima septima conclusio sit, quòd si mulier incundo matrimonio nupsit in loco alterius Iurisdictionis, & non in loco originis, & vbi primum vi-
120 rum habuerat † & filios ibidem habeat, cum filijs secundi matrimonij, æqualiter filij primi viri succedent, non obstante, quòd in loco iurisdictionis secundi viri, & secundorum filiorum, aliter statuto obseruetur, mulier namq; extranea non ligatur statuto loci secundi matrimonij per secundas nuptias ibidem, sed quoad illa solum dicitur mutare
121 † originis domicilium, propter quæ subtraheretur à viro, & maritalibus obsequijs, non autem successionum respectu, & intuitu, fuit opinio *Alberti Bruni, in Tract. quòd statutibus masculis. Artic. Princip. 6. num. 318. argument. l. Assumptio. §. filius. ff. Ad Municip. de incol. Alexand. in l. penul. numer. 4. ff. de Iurisd. omn. Iud. post Bartol. in l. fin §. Item. ff. Ad Municip. Carol. Ruin. in cons. 49. col. penult. vol. 3. Decius in cons. 226. & in cons. 276. col. 3. Ioan. Baptista Campeg. in Tract. de Dote, siue statut. feminar. exclusiuo, q. 51.* quæ tradidit, & sequitur *Hieronym. Magon. in Decis. Florentina. 107. sub, num. 11.*

Decima octaua conclusio est, si est factum legatùm alicuius rei, puta per maritum, vxori, si vidua
122 permanebit, tunc si dubitaretur, an † legatum intelligatur annuum, vel perpetuum, vt si aliquibus annis mortuo viro stetit vidua, illud in totum an lucraretur secundo nubens, dicendum est, re-
123 solutiuè, legatum istud intelligi perpetuum, † nã cum sit adiecta in casu præmisso per Virum conditio, si, quæ dictio condictionem facit. *L. si Titio. ff. Quando dies leg. cedat. L. Qui promittit. ff. de condictio. in debit.* Nam in similibus casibus, tribus mo-
124 dis fieri potest † sub conditione Legatum istud, prout tradiderunt *Paul. de Castro, Corneus, & Iason in l. fin. C. de Indicta Viduitate toll.* Quos tres modos referam, sed quem primum illi narrant, ego vltimo loco ponam, tanquam concernentem conclusionem nostram. Primus itaque sit, si Legatum factum fuerit, hoc modo, puta si ad viduitatẽ per-
125 uenerit, & hoc casu † adueniente viduitate illicò adimpletur, & per eam non cogitur in viduitate perseuerare, & est casus. *l. fin. C. de Indict. viduit. tol.*

Secundus verò modus, quando testator dixit, reliquit Legatum, quousque, donec, vel quandiù,
126 vsque † quo in viduitate perseueret, & ista conditio non inducit viduitatem perpetuam, & istis duobus casibus habebit Legatum, & fructus. Ità resident præfati *Castrens. Corneus, & Iason.* Sunt enim ista Legata annua, non autem perpetua, &
127 per has conditiones † voluntati testatoris satisfit; Ita concludit *Ludouic. Roman. in consil. 516. Incip. In casu propositæ consultationis. nu. 9. versicul. ex his ergo concluditur.* voluit *Cardinal. Paris. in consil. 95. nu. 53. cum duobus seqq. vol. 2. Cardinal. Mantica. de coniecturis vltimar. voluntatum. lib. 11. Titul. 19. nu. 22. & alij,* quos allegat *Stephanus Gratian. in Decision. Marchiæ. 187. nu. 6. 7.* Et secundùm istos modos, in Legato facto, cum vidua erit, vel si vidua erit, cuidam mulieri in Vrbe Venetiarum, &
128 erat † magnum Legatum, & illa mulier fuit effecta vidua, & post quoddam tempus nupsit, & vellent quidam Domini Magistratus, quod cum esset maritata Legatum non deberetur, & Viso Consilio ipsius *Pauli de Castro,* in quo dicebat Legatum illi mulieri deberi, quia sufficiebat semel peruenisse ad viduitatẽ, nec debuisse perseuerare in illa, & quòd de eo casu admirati fuere. Tertius verò mo-
129 dus † ille est, si non nupserit, vel si in viduitate permanebit, quia in dicta conditione, si non nupserit, dicit *Castrensis* illa verba, & conditionem, & viduitatem perpetuam, & in casu in conclusione proposita similiter induci viduitatem perpetuam, ità quòd si nubat Legatum non debeatur *ex Bald. in cons. 42. nu. 2. vol. 5.* voluit *Leander Galganett. in Tract. de Conditionibus, & demonstrationibus. par. 1. cap. 11. sub nu. 9. in fin.* & in Specie *Stephan. Gratian. in dicta Decision. Marchiæ. 187. per totam,* & isto casu si ista habuisset Legatum, debet illud restituere
130 vnà cum † fructibus, vt concludit *Cardinal. Paris. in dicto cons. 95. nu. 53. vol. 2. Stephanus Gratianus vbi supra,* dicit quòd verbum, Permanebit, per dictionem per, auget, & dicit, quòd est dictio sui
131 natura exigens perseuerantiam † actus. *l. Vrbana familia. 169. §. pernoctare. ff. de Verbor. signific. Menoch. de Præsumpt. lib. 4. Præsumpt. 187. num. 8.*

Corro-

Corrobora, quòd dictio, per denotat quid inte-
132 grum † vt persuadere, dicit *text. in l.* 1. §. *persuade-*
133 *re ff. de seruo corrupt.* Persuadere † autẽ est plusq;
compelli, atq; cogi sibi parere, de verbo, pertexe-
re notatur *in l. vestimẽtum* 23. *ff. de Aur. & argent.*
lega. de libris perscriptis, idest in totum scriptis.
in l. liberorum, 30. § *sed nec cœpti ff. de legat.* 3. de ver
bo perficisse *in l. ædificia.* 139. § *perfecisse. ff. de Verb.*
signif. perfecisse (inquit) ædificium is videtur, qui
ita consummauit, vt iam in vsu esse possit, dictio
enim, per, denotat tempus continuatum & perse-
uerantiam actus, vt dicunt, *Bart. in l. illud. ff. de of-*
fic. præsid. Dec. in l. 2. *ff. si cert. petat. Angel. de Aret.*
in proœmio Inst. § *fin. Mazzol. in cons.* 12. *n.* 54. *Card.*
Part. in cons. 22. *nu.* 45. *Vol.* 3.

Decima nona conclusio exhibet, quicquid pa-
ter in vltimis constitutus relinquit secundæ vxo-
135 ri, vltra modum † notatum in dicta. *l. Hac edi-*
ctali. C. d. secund. Nupt. habetur pro non scripto.
vt ibidem habetur, & §. *optimè auct. de Nuptijs.* vo-
luit itaq; *Bald. in cons.* 336. *in fin. vol.* 3. quod filij
primi matrimonij reuocant illud plus, vnà cum
136 † fructibus. quem sequutus est *Hippol. Riminald.*
in cons. 333. *nu.* 19. & 20. vbi plures attulit ratio-
nes quare id fieri possit & ità in senatu Mantua-
no Iudicatum fuit, *apud. D. Ioan. Petrum Surdum*
in Decisione Mantuan. 171. *nu.* 4. 6.

Vigesimaa conclusio erit, quòd pœnæ statutæ
137 contra secundò nubentes, † *in l. generaliter. C.*
de secund. Nuptijs, locum sibi vendicant, etiam
contra illos, qui contrahunt incestas nuptias, ea
ratione, ne melioris sit conditionis, qui contrahit
incestas nuptias, illo, qui legitimas nuptias cele-
brauit, vt dicit Imperator *in* §. *fin. Auct. de Resti-*
tut. & ea quæ parit, & habetur in *l. his solis. vbi glos.*
in Verb. Velimus. C. de Reuoc. Donat. quam conclu-
sionem contra illos, qui contrahunt incestuosas
nuptias, tenuerunt *Bartol. Bald. & Salycet. in dicta.*
l. His solis. & Nicolaus de Vbaldis. in Tract. de suc-
cessionibus ab Intest. Parte 2. *nu.* 12. & ità decre-
uit *Rota in vna Mediolanensi apud Paul. AEmil. Ve-*
rall. in Decis. 154. *parte* 2.

Vigesima prima conclusio est, quia pœnæ se-
cundò nubentium, non solum habent locum si
mulier contraxit secundas nuptias, sed etiam si
luxuriosè viuat cum amasio. *Et ideo Bartol. in l.*
138 *his solis. nu.* 1. *C de Reuoc. Donat.* dicit, quòd † om-
nes pœnæ statutæ contra secundò nubentes ha-
bent locum in his, quæ non honestè viuunt. Quod
dicit esse menti perpetuò tenendum. Quod ante
fuit dictum. *Iacobi de Beluiso in* §. *si quidem in auct.*
de non eligendo secund. nub. Alexand. in l. liberorum.
§. *notantur. ff. de his, qui notant. Infant. Hyppolyt. de*
Raptu Virginum. nu. 55. 56. Quod, & Rotæ placuit
apud Paulum AEmilium Verallum. in Decis. 25.
num. 3. *parte secunda.*

ARGVMENTVM.

Quoad Repudia, & diuortia plura considerãda proponuntur, & præsertim quod lege Euangelica Repudio, & diuortio matrimonium non dissoluitur, sed tantum fit separatio thori ob mulieris fornicationem, viri sæuitiam, morbum, Idolatriam, hæresim, odium, & alias causas, manẽte tamen matrimoniali vinculo indissolubili. potest tamen fieri reconciliatio, & præstari cautio de non offendendo, quæ magnam causæ cognitionem requirit. Causarum Repudij, Diuortij & separationis apud Iudicem Ecclesiasticum cognitio facienda est.

SVMMARIVM.

1 *Diuortij, & Repudij differentia. Declara. nu.* 2.
2 *Repudium est sponsorum, Diuortium coniugum. Declara. nu.* 15. *& seqq.*
3 *Matrimonium dirimitur, diuortio, morte, & captiuitate.*
4 *Diuortium à diuertendo dictum.*
5 *Diuortio Aquarum, ex Frontino, Virgilio, & Connano. num.* 6.
7 *Repudij, & renunciationis Formula est, Tuas res tibi habeto, ex Iurisconsulto. nu.* 8.
9 *Formula ex Plauto, Valeas, Tibi haberes tuas, redde meas, Iubemi ire comites.*
10 *Altera ex eodem Plauto in Trinummo, Apagesis Amor, Tuas res tibi habe.*
11 *Diuortium est, quæ inter maritos fit separatio, eo animo, vt nunquam reintegretur matrimonium, quod dictum videtur erroneum, cum semper fieri possit reintegratio, vt statim dicam.*
12 *Diuortium non erat, nisi præter libertum, septem testes puberes Romani adhiberentur.*
13 *Per libertum libellus Principi dabatur.*
14 *Si fiat diuortium, & mulier sit prægnans, intra triginta dies debet viro denunciare, vel patri eius, pro inspiciendo ventre, & custodiendo.*
16 *Quoad Repudia, & diuortia consideranda sunt tria tempora, Primum ab Adamo ad Moysen; à Mose ad CHRISTVM; Tertium à CHRISTO Domino.*
17 *Primo tempore nullum Repudium, & nullum Diuortium fuit.*
18 *Secundo Tempore Moses, Repudij libelli qualiter instituerit?*
19 *Tertio tempore, qualiter CHRISTVS super Repudio, & Diuortio prouiderit? Declara. nu.* 20.
21 *Lege CHRISTI Repudio, & Diuortio matrimonium non dissoluitur. nu.* 22.
23 *Diuus Paulus legem CHRISTI super Repudio, & Diuortio matrimonij declarat.*

24 *Diuortium vxoris à viro, quid importet? manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari, & vir vxorem non dimittat.*

25 *Vxorem habere non licet, ſi vir primus viuit.*

26 *Vxorem adulteram fornicationis cauſa licet dimittere, ſed vno ipſorum viuente, non licet alteram ducere.*

27 *Cauſa fornicationis licèt vxorem dimittere, & ſi dimiſſa fuerit maneat innupta.*

28 *Matrimonij bonum eſt indiuiſibilitas, ex Concilio Florentino.*

29 *Canon Concilij Florentini quoad Dimiſſionem vxoris ob Adulterium.*

30 *Canon eiuſdem Concilij quoad ſeparationem Thori, per tempus certum, vel incertum.*

31 *Eraſmi Rhotherodami Hæreſis, dum dixit, quòd facto Diuortio ob adulterium, dimiſſa adultera, Vir alteram vxorem ducere poſſet, quem ſequuti fuere Martinus Lutherus, & Philippus Melanthon.*

32 *Contra præfatos ſcripſere Theologi excellentiſſimi Alfonſus de Caſtro, Paulus Gryſaldus, & Ruardus Tapperus, nu.33.*

34 *Petri Caniſij Doctoris Theologi Laudes, & eius dictũ, num.33.*

35 *DEVS in lege noua, iungitur Animæ per Baptiſmum, vt nunquam ſit eam dimiſſurus, quo modo autem cum anima peccante? nu.36.*

36 *Alexandri Carrerij contra Alciatum opinio.*

37 *Thori matrimonialis ſeparatio, vel cohabitatio, quãdo per adulterium, vel aliud graue delictũ licita ſit?*

38 *Fornicatio in ſcriptura ſacra, intelligitur etiam de illo, qui relicto proprio DEO, ſequitur deos alienos, ex Franciſco Connano.*

39 *Fornicatio ſimilis ab auctore corroboratur ex pluribus. Declara. nu.40.41.42.*

43 *Thori ſeparatio non ſolum ob adulteria, & carnis flagitia; ſed ob homicidia, Veneficia, hæreſes, & alia maleficia fieri poteſt.*

44 *Matrimonium magnum eſt ſacramentum, in CHRISTO, & Eccleſia.*

45 *Germanorum virgines vnum accipiunt virum, & quo modo ſe ament? nu.46.*

47 *Apud Romanos ab Vrbe condita anni quingenteſimi Vigeſimi nũquam Repudium, & diuortium fuit vſu receptum.*

40 *Sp. Carbilius primus vxorem ſterilitatis cauſa dimiſit, & iuramentum illi traditum. nu.49.*

49 *Iulius Cæſar dimiſit Iuliam.*
Octauianus Auguſtus Scriboniam.
Tiberius Agrippinam, poſtmodum Iuliam vxores dimiſit.
Claudius Plautiam Herculanillam, domum Acliam Petinam, Tertio Valeriam Meſſalinam.

50 *Dum præfata à Principibus fierent, licentia Dominica, Senatus, populus Romanus admodum ſemper odio habuit.*

51 *Domus, & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino vxor prudens.*

52 *Mulieris bonæ beatus vir, numerus annorum illorum duplex.*

53 *Iurgia ſunt inter beneuolos.*

54 *Vbi fœmina, ibi lites ex Iuuenal.*

55 *Vir mulieris caput eſt.*

56 *Romæ pro Diuortijs Templum Veneri Viriplacæ ex Connano.*

57 *Sacellum Deæ Viriplacæ, nomen non dicit Valerius Maximus, nec Panuinius.*

58 *Veneri Verticordæ, quaſi vertens corda & authore Declarante. nu.59.*

60 *Separationem Thori faciendam, & cohabitationem prohibendam Prælati prouidere ſolent, primo ex Vitio nefando. Declara. nu.61.62.63.*

62 *Pudenda maſculorum fieri per fœminas, vt dicit Follerius, non admitterem.*

63 *Quoad inſpectionem faciendam prudentiſſimi iudicis verſatur iudicium.*

64 *Caſus, de quo author conſultus fuit narratur.*

65 *Grauis, & ardua reputatur cauſa ſeparationis Thori apud Sacram Rotam Romanam.*

66 *Thori ſeparatio fieri ſolet per contagioſum morbum, vt à Lepra, & ſimilibus. Declara. nume. 67.68.69.70.*

67 *Cum laborantibus Lepra, morbo gallico. Ethico, Tiſico, Hydropico, & maleolente, an teneatur debitum reddere? Declara. nu.68.69.70.*

71 *Thori ſeparatio fieri ſolet ob viri ſæuitiam. num.82.83.84.*

72 *Thori ſeparationem inducit capitale odium. Declara odium capitale? nu.73.*

73 *Thori ſeparatio qua ex cauſa ob odium ex ſacris literis obſeruetur? nu.74.75.*

76 *Odium coniugum doctè, & eleganter declarat Alexander de Ales.*

77 *Thori ſeparatio, ſi ab vxore adulterium commiſſum fuerit.*

78 *Thori ſeparatio, ſi ad infidelitatem, vel hæreſim alter coniugum tranſiuerit.*

79 *Fornicatio ſpiritualis eſt idolatria.*

80 *Opinionem D. Cardinalis Bellarmini in caſu narrato, non tenet author.*

81 *Aliæ cauſæ ſeparationis Thori remiſſiuè referuntur.*

82 *Probationes concludentes requiruntur in cauſa ſeparationis Thori.*

83 *In cauſa ſeparationis Thori exiguntur teſtes idonei, & omni exceptione maiores.*

84 *Viri ſæuitia probanda exigit teſtes omni exceptione maiores.*

85 *Poſt Thori ſeparationem per virum præſtitam, præſtanda eſt cautio de non offendendo.*

86 *Antonius Heringius Doctiſſimus obſeruator.*

87 *Magna cauſæ cognitio exigitur, dum præſtari debet cautio de non offendendo.*

88 *Mulier dubitans de viro præſtante cautionem, cum multa promittere ſolent, & non obſeruare, ideo non tenetur illi ſtare.*

89 *Fragilis eſt cautio de non offendendo, ideo mulier illi ſtare non cogitur.*

90 *Mulier dubitans de fragilitate cautionis de non offendendo, non debet viro reſtitui, ſed penes matronam cuſtodiri.*

91 *Cautionem vir præstare cogitur, & si mulier sua culpa à Viro discessisset.*

92 *Separationis Thori causa apud Iudicem Ecclesiasticum agitari debet.*

93 *Matrimoniales causæ ad Ecclesiasticum iudicem pertinent.*

94 *Data separatione Thori, an restituendæ sint dotes, donationes, & similia? remissiuè dicitur.*

95 *Ante matrimonium contrahendum considerãdi sunt coniungendorum coniugum mores, ne dum coniunctionem facere intendant, familiare bellum domi inducant.*

TITVLVS TERTIVS.

De Repudijs, Diuortijs, & Thori separatione.

MOdestinus Iurisconsultus in l. inter Stuprum. 101. §. Diuortium. ff. de Verbor. significat. & Paulus in l. Inter diuortium. 161. ff. eodem Titul. differentiam † ille hanc statuit, 1 quòd repudium sponsæ remittatur. Diuortium inter virum, & vxorem. Hæc autem dicit, Repudiari posse futurum matrimonium, & sponsæ non re- 2 ctè Diuortium, dari. Itaq; Repudium † erat Sponsorum. Diuortium verò coniugum, apparet *ex dicto Vlpiani de Pœnis legis Iuliæ in Fragmentis titul.* 14. Vacatio (inquit) legis Iuliæ à Diuortio, sex mensium, à Repudio Anni, & sex mensium. quod dixit etiam *Andre. Alciat. in dicto. §. Diuortium. nu. 9.* Ideo *Iuris consultus in l. 1. ff. de Diuortijs, &* 3 *Repudijs*, dicit, † matrimonium dirimi, Diuortio, morte, & captiuitate. Diuortium à diuertendo dictum, quia † vt Caius inquit, vel à diuersitate mẽtium, vel quia, in diuersas partes eunt, vt in *l. 2. ff. de Diuortijs & Repudijs. Iulius Frontinus de Aquæ* 5 *ductibus*, dicit, Aquarum † diuortia. *& ex Virgilio Francisc. Connanus in Commentarijs Iuris ciuilis, lib. 8. cap. 12. sub nu. 1.* dicit, quando ex eodem capite, in diuersas partes aquæ fluunt, diuortium 6 † aquarum dici. Formulam autem renunciationis, & repudij, ità illam tradidit *Iurisconsultus in* 7 *l. 2. ff. de Diuort. & repud.* Tuas † res tibi habeto; 8 Et etiam alio modo, Tuas res tibi † agito. Concernũt ista verba Diuortium; quia vir vxori res suas habere iubebat, vt dicit *Fabius Quintilianus Declamation. 262.* vt dicit *Plautus. in Amphitruone,* 9 Valeas, Tibi habe res † tuas, redde meas, Iubenmi ire comites. *& in Trinummo.* Apagesis amor, 10 tuas res tibi habe. In Sponsalibus † dissoluendis, & affinitate approbata renunciando, ea est Formula. Conditione tua non vtor. quam ponit *idem Caius in dicta l. 2. l. 1. C. de sponsalibus* de quibus *Antonius Gubertus de sponsalibus, & matrimonijs. Titul. de effectu sponsaliorum nu. 7. vers. Dirimuntur Iure ciuili extra supradictos Iacobus Cuiacius in Pa-* 11 *ratitlis. lib. 24. tit. 2. dicit,* Diuortium est † quæ inter maritos fit separatio, eo animo, vt nunquam reintegretur matrimonium, quod videtur mihi erroneum, cum semper fieri possit reconciliatio, vt dicam infra.

Diuortium ratum non erat, nisi præter liber- 12 tum † septem Testes puberes Romani adhiberentur. *l. nullum. ff. de Diuort. reint.* per libertum Di- 13 uortij libellus Principi dabatur. † *l. Qui in prouincia. §. Diuus Marcus. ff. de Ritu nupt.* Si fiat diuortiũ, & mulier sit pregnans, intra triginta dies debet denũciare viro, vel patri eius pro inspicien- 14 do ventre † & custodiendo. *Iul. Paul. sent. lib. 2. Tit. 24. §. si mulier. vbi Cuiacius.*

Quoad Repudium, & Diuortium, multa dicere possem, quæ omitto ex rationabili causa, nam, & si dixerim repudium sponsalia, & Diuortium 15 matrimonia † respicere, tamen cum pateat, quandoq; vnum pro altero diuersimodè sumptos fuisse. Consideranda arbitror tria tempora, Vnum ab 16 Adamo ad Moysem, secundum à Moyse † Tertium à IESV CHRISTO Domino, Primum tempus, quo fuit matrimonium institutum, nullum 17 Repudium, nullumque † Diuortium fuit, sed dictum extitit, Hoc nunc os ex ossibus meis, & Caro de Carne mea, relinquet patrem suum, & matrem, & adhęrebit vxori suæ, & erunt duo in Carne vna, *Genes. cap. 2.* Ergo vna Caro, quæ diuidi non potest, nec repudiari. Secundum tempus fuit 18 † sub Mose, qui *Deuteron. c. 24.* concessit Hebræis libellum Repudij, dicens si acceeperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & mittet eam de domo sua. de qua re meminit *Iosephus Antiquitatum Iudaicarum. lib. 4. cap. 6.* Tertium, & vltimum tempus fuit sub Domino no- 19 stro IESV CHRISTO, † *Qui Matthæi cap. 5. inquit*, Audistis, quia dictum est antiquis, quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quicunque dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari, & quicumque dimissam duxerit adulterat. *Et iterum Matthæi. cap. 19.* Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes, si licet homini dimittere vxorem quacunque ex causa, Qui respondens ait, eis. Non legistis, quia fecit hominem ab initio, masculum, & fœminam fecit eos. Et dixit, Propter hoc dimittit homo patrem, & matrem, & adhęrebit vxori suę, & erunt duo in Carne vna, itaque iam non sunt duo, sed vna Caro, quod ergo DEVS coniunxit, homo non separet, Dicunt illi, quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniam Moyses ad duritiam Cordis vestri, permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem, non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. *Et Marci. cap. 10. scriptum est.* Accedentes ad eum interrogabant. si liceret viro vxorem dimittere tentantes eum. At ille respondens ait, quid vobis præcepit Moyses,

qui

qui dixerunt, Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere. Quibus reſpondens IESVS ait, Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud. Ab initio autem creaturæ, maſculum, & fœminam fecit eos DEVS, propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit ad vxorem ſuam, & erunt duo in carne vna, itaq; nõ ſunt duo, ſed vna caro. Quod DEVS coniunxit, homo non ſeparet. Et in domo iterum diſcipuli eius de eodem interrogauerunt eum, & ait illis. Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam, & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.

Ex his Sanctorum & Euangeliſtarum authori-
20 tatibus, patet per decreta † Domini Noſtri IESV CHRISTI, Non licere repudium, vel diuortium à coniugibus fieri, & ſi fieret ex cauſa fornicationis, non idcirco licere ipſis viuentibus aliud matrimonium contrahere, quod licèt Dominus non expreſſerit, tamen ex duobus ſui Decreti verbis probatur. Primò, dum dixit, Quod DEVS coniunxit, homo non ſeparet. Secundò, quia dicit, ſi dimiſerit, & aliam duxerit, committit adulterium.
21 Quia ex hoc dicit, per † repudium, vel diuortium, matrimonij vinculum non diſſolui, ſed indiſſolutum permanere. *Lucas cap. 16.* ſummatim dicit, Omnis, qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur, & qui dimiſſam à Viro ducit, mœchatur. Si facto repudio aliam ducens, mœchatur; Et qui dimiſſam ducit, mœchatur. Ergo vin-
22 culum matrimoniale durat, † ergo illo durante indiſſoluto aliud matrimonium contrahere non poteſt; cum eodem tempore duas vxores vir, & duos viros vxor non habebit, vt diximus *ſupra. titul. 1. nu. 13. vſq; ad nu. 30. excluſiuè. hoc. Tomo 3. patet ex dicto Innocentij. 3. in c. gaudemus. extra de Diuortij.*

Declarauit Decretum Domini Noſtri IESV
23 CHRISTI *Diuus Paulus 1. † Corinthior. cap. 7.* Dicens, ijs, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus, Vxorem à Viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari, & vir vxorem non dimittat, Cõcludi itaq; oportet Repudia, & Diuortia apud Chriſtianos receſſiſſe ab aula, ſed de ſeparatione matrimonij quandoq; agitur, de qua ſtatim dicam, & benè *Placentinus in Summa Codicis lib. 5. cap. 17.* qui cum declaraſſet de Repudijs, & diuortio in fine dicit, Hodie tamen per Canones nihil horum omnium pactorũ, penè obtinet. Idem annotauit *Antonius Gubertus de Sponſalibus, & matrimonijs. Titul. de effectu Sponſaliorum. nu. 8. & ex antiquis optimè Petrus Iacobus de Aureliaco in Practica. Titul. de actione rerum amotarum. num. 2. verſicul. probatur ex quadam, & iterum ſub num. 3.* dicens hodie ſecundum canones repudium, & diuortium non habere locum.

Diuortium vxoris à viro, quid operetur, dicit *Auguſtinus in lib. de bono coniugali. cap. 24.* Ad ſanctitatem (inquit) Sacramenti illud. Vxorem à Viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit, manere in-
24 nuptam, † aut viro ſuo reconciliari, & Vir vxorem non dimittat. *Idem Auguſtinus in lib. Quinquaginta homiliarum. Homil. 49.* Non licet (inquit)
25 vobis habere vxores, quarum priores mariti † viuunt, nec vobis fœminæ habere viros licet, quorum priores vxores viuunt. Adulterina ſunt iſta coniugia. Nec eam fœminam, quæ per repudium diſceſſit à marito, licet ducere, viuo marito. Solius
26 fornicationis cauſa licet vxorem † adulteram dimittere, ſed illa viuente, non licet alteram ducere. Et vobis fœminę nec illos viros, à quibus per repudium diſceſſerunt vxores eorum, maritus habere conceditur, non licet, adulteria ſunt, non coniugia, contemnitur Auguſtinus, timeatur CHRISTVS. *D. Hieronymus in Epithaphio Fabiolæ ad Oceanum. Epiſtola 39.* Præcepit Dominus (inquit) vxorem non debere dimitti excepta cauſa
27 † fornicationis, &, ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam.

Sed Magni Concilij Florentini, ità eſt ſequenda Deciſio. Tertium bonum (inquit) Matrimonij
28 eſt † indiuiſibilitas, propter hoc, quod ſignificat indiuiſibilem coniunctionem CHRISTI, & Eccleſiæ. Quamuis autem ex cauſa fornicationis liceat Thori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cum matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum ſit. Quam doctrinam ſequuti ſunt. *Patres Sacri Concilij Tridentini. Seſſione 24. de Reformatione Matrimonij. Canone 7.* dicens, Siquis dixerit, Eccleſiam errare cum docet iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam propter Adulteriũ alterius coniugum, matrimonij vinculum non poſſe diſſolui,
29 † & vtrunq; vel etiam innocentem, qui cauſam Adulterio non dedit, non poſſe altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mœchariq; eum, qui dimiſſa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimiſſo adultero, alij nupſerit, Anathema ſit, *Et Canone 8.* Siquis dixerit Eccleſiam errare, cum ob multas cauſas ſeparationem inter con-
30 iuges † quoad Thorum, ſeu quoad cohabitationem ad certum, incertumve tempus, fieri poſſe decernit, Anathema ſit.

Hinc confunditur Hæreſis Eraſmi Rotherodami, qui in Annotationibus *ad D. Paulum. 1. Co-*
31 *rinthiorum. cap. 7.* dixit, & enixè probare † conatus fuerit, quòd facto Diuortio per adulterium, viro alteram ſecundam vxorem ducere liceret. Quem ſequutus eſt *Martinus Lutherus, Philippus Melanthon ſuus diſcipulus,* qui, & in examine Ordinandorum, & in ſuis additionibus locorũ communium ad *Matth. cap. 5.* qui dixerunt, innocentem poſſe vxorem aliam ducere, quorum aſſertio vana, & hæretica redditur, authoritate ſcri-
32 pturæ *ex allegatis † apud Matthæum, Marcum, Lucam, & Paulum, ac per dicta Sanctorum tot Patrum ſummorum Theologorum, ac per decreta allegatorum Summorum Conciliorum,* contra quos hæreticos

ſcri-

ſcribit *Alphonſus de Caſtro Aduerſus Hæreſes libr.* 11. *in Verb. Nupſit, hæreſi quinta. Paulus Gryſaldus Deciſ. Catholicar.* §. *Diuortium. numer.* 4. *Ruardus Tapperus ab Enchuſia Doctor Theologus, Excellentiſsimus, & in Academia Louanienſi Decanus, & Cancellarius Operum Tomo* 2. *Articul.* 19. proferam notabilia, & ad hanc quæſtionem verba pul-
33 cherrima veridici, & † conſumatiſſimi, & eruditiſſimi, Theologi *Petri Caniſij in Summa Doctrinæ Chriſtianæ. parte* 2. *Titul. de Sacramento Matrimonij. q.* 3. qui dicit, Et ſi igitur nulla etiam ſperetur proles, & quælibet vitæ incommoda, duriſ-
34 ſimique caſus † accedant, tamen contractum ſemel matrimonium valet, adeoq; ratum, & firmum eſt, ſi præſertim ſit conſummatum, vt vſq; indiſſolubile in omni vita perſeueret. Vnde non poteſt alter coniugum ab altero in vniuerſum diuertere, niſi fortè priuſquam inter coniuges carnale commercium interceſſerit, religioſæ vitæ inſtitutum ſuſcipiatur. Vbi vero cauſæ quædam offerunt ſeſe, ob quas aliquando coniuges ſeparentur, non idcirco vinculum ſoluitur, ſed Thori, & cohabitationis communitas, quæ antea fuit, impeditur. *Hæc Caniſius.* Hoc idem tenuit *Staniſlaus Hoſius Cardinalis de Sacramento Matrimonij. cap.* 55. *Felicianus Capitonus Explicationum Catholicarum parte* 2. *Explication.* 7. *Et è noſtris Petrus Gregorius Syntagmat. Iuris Vniuerſi. lib.* 9. *cap.* 16. *Paulus Palacius in Matth. c.* 19. inquit, iam ſicut, in lege no-
35 ua DEVS † iungitur animę per Baptiſmũ, vt nunq̃ ſit dimiſſurum, quod vinculum (character enim Baptiſmalis vinculum eſt) licet peccantem animam dimittat, quoad Thorum (Nec enim in vno lecto quieſcit Dominus cum anima peccante mortaliter) ità vir fornicariam dimittere poteſt, quo ad Thorum, non verò quoad vinculum. Idem voluit *Alexand. Carrerius de Sponſalib. & Matrimonijs, lib.* 5. *cap.* 10. vbi inuehit contra *Alcia-*
36 *tum* † *in dicta. l. Inter ſtuprum.* 101. §. *Diuortium. num.* 9. vbi tenuerat, quòd in caſu, quo iſta cauſa maritus diuertiſſet, poſſet aliam ducere; cum hac tamen clauſula, ſi optimis antiſtibus propter malos fœminæ mores videretur, cui reſpondet *Carrerius in loco allegato*, quod tenuit. *Idem Carrer. in lib.* 5. *cap.* 11. *& cap.* 12. vide etiam *Angel. de Clauaſ. in ſumma.* §. *Matrimonium.* 5. *in principio.* & communem ſententiam poſt *D. Thomam* tenet *Barthol. Fumæus in ſumma Armilla.* §. *Diuortium. nu.* 2. §. *Matrimonium. nu.* 72.

Quantum ad Thori ſeparationem, & cohabi-
37 tationem tantum, non ſolum in caſu † Adulterij, ſed alterius grauis delicti interpretatus eſt, licitam eſſe, vxoris dimiſſionem, & Diuortium, cum verbum, Fornicatio, non ſolum de ſtupro, vel Adulterio intelligi poſſit *Franciſc. Connan. Comment. Iuris ciuil. lib.* 8. *cap.* 12. *in col. fin.* adducit has authoritates, *Deuteronomij. capit.* 31. Et populus iſte fornicabitur poſt Deos alienos,
38 quod † intelligitur, quòd relicto proprio DEO, ſequetur Deos alienos. *& Iudic. cap.* 19. *& Pſalm.* 75. Predes omnes fornicantes abs te, his tribus au-
39 thoritatibus vtitur *Connanus*, ego † alias ſimiles adduco. *Numeri. capit.* 14. Filij veſtri erunt vagi in diſerto annis quadraginta, & portabunt for-
40 nicationem † veſtram. *Sapientiæ capit.* 14. Initium enim Fornicationis eſt exquiſitio Idolorum, & adinuentio illorum corruptio vitæ eſt. *Ieremiæ. capit.* 3. Et facilitate fornicationis ſuæ con-
41 taminauit terram, & Mœchata eſt † cum Lapide, & ligno. ideſt faciendo Idola. *Ezechielis. capit.* 16. Et tuliſti vaſa decoris tui, de auro meo,
42 & argento meo, quæ dedi tibi, & feciſti ſibi † imagines maſculinas, & fornicata es in eis, adeo quod per eaſdem authoritates, fornicatio intelligitur non ſolum per Carnis flagitium, ſed per idolatriam.

Ex his dici poteſt, has Thori ſeparationes, non ſolum poſſe intelligi ab Eccleſia ob Adulteria, & carnis concubitus, & oblectamenta, ſed ob ho-
43 micidia, † Veneficia, hæreſes, & alia maleficia, vt poſt modum dicemus. Cum autem Matrimo-
44 nium magnum ſit ſacramentum † in CHRISTO, & Eccleſia, vt apud *D. Paulum ad Epheſios. cap.* 5. & diximus amplè *Titul.* 1. *hoc Tomo* 3. *& dicit Ioannes Ecchius. in Enchiridio locorum Communium contra Lutheranos. cap.* 10. *& Cardinalis Hoſius. dicto cap.* 55. Ideo de Germanorum moribus *Cornelius Tacitus, de Virginibus ſcribit*, Vnum ac-
45 cipiunt † maritum, quorum corpus, vnamq; Vitam, ne vlla cogitatio vltra, ne longior cupiditas nec tamquam maritum, ſed tamquam matrimonium ament à quo recipiens *Ioannes Aubanus de Moribus Gentium. lib.* 3. *cap.* 12. inquit, ſic vnum maritum mulieres accipere, vt vnum corpus, & vnam vitam, nec vlla cogitatio vltra, nec longior cupiditas, tamquam matrimonium amarent, non
46 maritum, plus apud illos boni mores † valuerunt, quàm alibi, bonę leges. Apud Barbaros, & chriſtianæ fidei hoſtes, præſertim Turcas Repudij vſus prauus, & à quo viro ſuſcipitur repudiata, permanere poteſt. *Idem Aubanus. lib.* 2. *capit.* 11. Romani ſemper modeſtius egerunt, nam Repudium inter Virum, & vxorem ab Vrbe condi-
47 ta ad annum † Viceſimum, & quingenteſimum, nullum interceſſit, Primus autem Spurius Carbi-
48 lius vxorem ſterilitatis † cauſa dimiſit, qui licèt tolerabili cauſa motus videbatur, reprehenſione tamen non caruit. vt ſcribit *Valerius Maximus. libr.* 2. *capit. de primo repudio.* cuius rei meminit *Aulus Gellius Noctium Atticarum. libr.* 4. *capit.* 3. dicens Carbilium egregiè illam dilexiſſe, & gratia eius morum, habuiſſe chariſſimam,
49 quia † à cenſoribus iurare coactus, ſe vxorem liberorum tantum gratia habiturum. Iulius Cæſar poſt modum Iuliam vxorem dimittens Cn. Pompeio collocauit, & ipſe Calpurniam Lucij Piſonis filiam vxorem duxit. *Suetonius Tranquillus in eius vita. capit.* 21. Octauianus Auguſtus Scriboniam diuortio dimiſit. *Suetonius in eo. capit.* 62. Tiberius Agrippinam primo loco, poſt

mo-

modum Iuliam vxores diuortio dimisit *Suetonius in eius vita, ca. 7.* sed Claudius Cæsar dimisit Plautiam Herculanillam, demum Aeliam Petinam, ac post modum Valeriam Messalinam. *Idem author cap. 26.* Dum hæc à Principibus, dominica qua-
50 dam licentia fierent, Senatus, populusq; † Romanus admodum semper odio habuit.

Sed cum, vt inquit *Salomon Prouerbiorum. cap.*
51 *19.* Domus, & diuitiæ dentur † à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens. Idcirco, qui gratiam apud DEVM consequitur, & habet illud *Ecclesiastic. cap. 26.* dicentis, Mulieris bonæ beatus
52 vir, numerus enim † annorum illorum duplex. Hic agere potest vitam omni tempore Tranquillam. Solent autem quandoq; inter coniuges, le-
53 ues oriri contentiones, qui si leuiter iurgant, † beneuolorum (vt Cicero inquit) est concertatio. Sin autem mulier rixosa fuerit, & illud inde nascitur, quod dicit, *Salomon Prouerbiorum. cap. 21.* Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere
54 rixosa, & iracunda. † Sed, quia, vt dicit *Iuuenalis Satyra 6.*

Nulla ferè causa est, in qua non fœmina litem
Mouerit.

Et post pauca idem Iuuenalis ibidem inquit.

Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo,

pro vt multa, more suo, ad demonstrandam hanc mulierum naturam, scribit *Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus. l. 9. num. 191.* Verum, cum Vir
55 † mulieris caput sit, ducta in domum coniuge, mores illius statim addiscet, arte prouideat, vt si bonos ille cognoscat, lętitia plenus ab vxore conspiciatur, ità vt plenum lœtitia, maritum gloriari illius consuetudine cognoscat; Sin autem mores illius asperi videantur, nec admodum correspondentes suæ intentioni, Tunc Maritus, cum illa læniter, moneat, & emendare procuret, & benignè corripiat, ac patienter ferat; Quòd si adeo graues contentiones existerint, vt ad separandam, & declinandam illorum coniunctionem deuenerint, cum matrimoniale vinculum non tollatur, reconciliari interim poterunt, & ad priora venire. iuxta dictum *Apostoli 1. Corinthiorum. cap. 7.* quem supra allegauimus. Optimè itaq; *Franciscus Connanus in loco allegato,* pro Romanorum Diuortijs, dicit Romæ in Palatio fuisse Templum dicatum Ve-
56 neri † Viriplacæ, quasi placanti virum, quò accederent mulieres diuortio dimissæ, vt suis orationibus illa earum dea, placaret virum, ità, vt cum illo reconciliaret, & ibidem vir, & vxor conueniebant, indeq; animi contentioue depositæ, concordes reuertebantur. vt refert *Valerius Maximus lib. 2. titul. de Sacello Deæ Viriplacæ.* non autem expressérunt illius nomen, & de æde Deæ Viriplacæ in
57 Palatio meminit † *Onuphrius Panuinius, in Vrbis Romæ commentarijs. Regione 10.* Dicam verò aliud, & si Diuinationem sapiat, non tamen omittam,
58 quòd habebant Romani dedicatum † Veneri Verticordæ simulachrum, quasi Veneri vertenti hominum, mulierumq; corda, & effusa libidine, vt illos auerteret, ità illos exponit *Alexander ab Alexandro dierum Genialium. lib. 2. cap. 4. & Ouidius Fastorum. lib. 4.* Sic inquit.

Roma pudicitia prauorum tempore lapsa est,
Cumeam veteres consuluistis anum.
Templa iubet Veneri fieri, quibus ordine factis,
Inde Venus, verso, nomine corda tenet.

Quæ Ouidij verba faciunt pro mea potius expo-
59 sitione, quàm illa Alexandri, lectores † autem, quàm velint expositionem capiant, sufficit mihi hoc aduertisse, quòd Veneri Verticordæ pro coniugibus intelligatur, vt auerteret corda coniugum, vt reconciliarentur, & diuortio resipiscerent.

Separationē viri faciendam & cohabitationem prohibēdā, solet per Prælatos ex infrascriptis fieri,
60 Primò ex attētato à Viro in † Vxorē vitio nefando. *Abb. Panor. per illum text. in c. quæsuit n. 2. 3. de Diuortijs. vt per Andr. Barbat. in consil. pen. vol. 1. sequitur Deci. in l. 1. nu. 8. C. de secund. nupt. Iul. Clarus in §. sodomia. num. 7.* vbi alios allegat. *arg. c. omnes causationes. 32. q. 7.* Quam conclusionem procedere etiam quando maritus cū alio hoc vitium
61 committeret, † *vt per Barbat. in dicto consil. pen. sequitur Iacobus Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæstion. lib. 2. Centuria 3. casu 286. numer. 13. 14.* Ob eius immanitatem, de qua diximus *supra titul. 1.* & hac de causa separationem *Thori fieri posse voluit etiam Marc. Anton. Cucch. Institution. Canonicar. Maior. libr. 5. titul. 12. num. 284.* quod voluit etiam *Franciscus Marcus in Decision. Delphinal. 739. per totam. vol. 2. Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan. 64. siue. 18. sub nu. 26. parte 2. Aluar. Pelag. de planctu Ecclesiæ lib. 2. c. 2. Gasp. Caballin. Milleloq. 602. Menoch. de arbitr. Iud. quæst. lib. 2. centur. 3. casu n. 14. Petrus Cenedo collectan. Iuris Canon. part. 2. collect. 130. num. 2. Lancellot. Conrad. in Templo. omn. Iudicum lib. cap. 9. tit. de sodomit. num. 4. Marcus Anton. Genuensis. in pract. Archiepiscopal. Neapoli. capit. 27. num. 12.*

Sed cum delictum istud sit tam detestabile, & committi soleat occultissimè, non potest faciliter probari, cautelam in stupris dari solitam dedit *Petr. Foller. in Pract. Criminal. parte 2. in verbo, Ca-*
62 *piat informationem. num. 13.* † quòd fiat inspectio per peritos, matrouas, & obstetrices in pudendis, in Masculis non admitterem, quòd fieret per fœminas. Ad coniecturas, & alias præsumptiones recurrendum est, in quibus versatur prudentissi-
63 mi iudicis arbitrium. † *Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæst. lib. 1. q. 27. q. 28.* inspiciendo testium qualitatem, vt annotauit nouissimè *Mascard. de Probation. conclus. 1319. num. 4. cum seqq.* Si tractatur de Testificatione vxoris, & illa testificetur contra virum, non ità facilè illi credendum, quia scio quandam mulierem, quæ accessit ad Iudicem dicēs virum de illo Vitio illam tētasse, & id testificata est,
64 & cū vir ad me accessisset effundens † lacrimas, & plus de mala, qua eum aspergerat fama, quàm de

actu illo, quem nunquam recogitauerat, feci ad me mulierem venire, cum qua dum loquerer cepit plus collachrimari, dicens, quòd quidam praui animi doctor id operatus fuerat, ob Odiū, quod contra virum Doctor ille habebat. Idcirco in his nunq; veniendum est, maximè cum tractatur de separatione Thori, quam arduissimam arbitror, cum sit contra CHRISTI præceptū, Quos DEVS
65 coniunxit, homo non separet, & † Grauem, & arduam illam appellat *Rota apud D. Philippum. Pirouanum in decis. Roman. Nuperrim.* 441. *num.* 2. *p.* 1. *tomo* 1.

Secundò solet cohabitatio, & Thori separatio fieri, ob aliquod morbum contagiosum, in quo
66 † per ordinariam cohabitationem, & in eodem lecto iacentium conuersationem, immineret periculum alicui personæ sanæ inficiendi ex eadem infectione. *Gloss. in c. si uxorem.* 32. *q.* 5. vt de Lepra, & alio contagioso morbo aliqui, quamquam non-
67 nulli † dicant, separari à lecto, non autem à cohabitatione; vt dicit *gloss. in verb. Ministrent. in c.* 1. *ext. de coniug. leprof.* Sed quando illorum aliquis est sanus, nec etiam debitum reddere debet, quando autem non est periculum in reddendo debi-
68 tum, illud facere † teneatur, licèt non cohabitare, *vt ex Riccard. in* 4. *sentent. dist.* 32. *Artic.* 4. *q.* 2. voluit *Angel. de Clauas. in summa.* §. *debitum. nu.* 3. & §. *leprosus. nu.* 2. & *ex Thom. de Vio Caietan. in verb. Matrimonium.* habetur, quòd si ex medicorum iudicio, siue in casu leprę, siue morbo gallico nec debitum reddere, nec cohabitare insimul tenentur,
69 † voluit *Barthol. Fumæ. in summa Armilla.* §. *debitum. nu.* 3. & *in verb. lepra. nu.* 3. *Vnde Abb. Panor. in c.* 2. *de coniug. lepros.* dicit, quòd si maritus est ethicus, vel alia ęgritudine detentus, ità vt sine personę, periculo non possit, reddere debitum, non tene-
70 tur. pręsertim de morbo Gallico consuluit † optimè. *Marc. Anton. Natta in conf.* 24. *nu.* 2. 3. *vol.* 1. vbi vbi verissimè dicit periculosius stare vxorem cum viro laborante morbo Gallico, quàm cum leproso, quia reddens debitum laborans, vel cum laborante lepra, per actum statim se expedit, & non inficiuntur, secus autem cum laborante morbo gallico, quia statim, etiam si semel coeant, inficiuntur. quem sequitur *Borgninus Caualcan. in decis.* 18. *siue decis. Fiuzan.* 64. *nu.* 26. *parte* 2. vbi dicit de lepra, morbo gallico, Ethico, Tisico, hydropico, & male olente. hoc idem voluit *Ioan. Paul. Lancellott. Instit. Canonicarum. lib.* 2. *Tit. de sponsalibus.* §. *fin. in gloss. in verb. Dirimat.* Nouissimè eleganter *Claud. Bertazol. ad conf. criminal. patris.* 228. *in Addit. Incip. Hactenns. vol.* 1. *Nauar. summa confessar. cap.* 16. *nu.* 25. *Marc. Anton. Cucch. Institut. Canonic. Maior. lib.* 5. *tit.* 12. *nu.* 284. *D. Ioan. Baptista Costa de Remedijs. Remedio* 8. *nu.* 4.

Tertiò ad Thori separationem deuenitur, ob nimiam Viti sæuitiam in Vxorem, & siuè è conuer-
71 so † vxoris in Virum, crudelitatem, fit enim eo casu coniugalis vinculi separatio. *Imperator. in* §. *Mitiores itaq; in Auth. de Nupt. c. ex transmissa. c. literas. de Restit. spoliator. c. benedicto.* 32. *q.* 1. *Gioss. & Præpositi. in c. de illis. casu* 12. *de spons. Abb. Panor. in c.* 1. *nu.* 7. *vt lit. pend. in dicto c. ex transmissa Panormit. num.* 4. *Petr. de Anch. in conf.* 408. *in princ. Card. Paris. in conf.* 54. *nu.* 7. 12. *vol.* 4. *Hieron. Gabriel. in conf.* 161. *num.* 7. *vol.* 1. *Alexand. in conf.* 78. *vol.* 5. *Ioan. Lopez. in Rep. c. per vestras. notab.* 3. *nu.* 6. 7. *de Donat. inter Vir. & Vxor. Didac. Couar. in Epit. de sponsalib. Parte* 2. *cap.* 7. §. 5. *nu.* 1. *Francisc. Monald. in conf.* 44. *vol.* 1. *Vincent. de Franch. in decis. Neap.* 224. *Marc. Anton. Cucch. Instit. Canonic. Maior. lib.* 5. *titul.* 12. *nu.* 284. *Ludouic. de Peguier. in decis. Catalon.* 20. *num.* 10. 11. *Thomas Triuisan. in decis. Venet.* 45. *lib.* 1. & *Diximus plenè in conf.* 30. *nume.* 33. 34. *Centur.* 2. *D. Philippus Pirouan. in decis. Nuperrim. Roman.* 441. *nu.* 1. 2. *Parte* 1. *tom.* 1. *Ludouic. Morotius in conf.* 41. *nu.* 1. *cum seq. Antonin. Tesaur. in decis. Pedemontan.* 130. *num.* 1. 2. & *benè Marc. Anton. Natta in conf.* 616. *nu.* 1. 2. *vol.* 3. *D. Ioan. Baptista Pamphilius in decis. Nuperrim. Roman.* 706. *n.* 2. *parte* 1. *tomo* 2. *Borguin. Caualcun. in decis. Fiuiz.* 18. *siue* 64. *nu.* 27. *parte* 2. *Marc. Anton. Genuens. in Pract. Archiep. Neapol. cap.* 27. *nu.* 12.

Quartò, odium capitale est iusta separationis
72 Thori causa, vt patet *in c. ex transmissa. abi* † (si autem capitale odium) *extra de Restitut. spol. c. literas. eod. titul. Abb. Panor. in dicto c. ex transmissa. nu.* 4. *post Graffium decis. Parte* 1. *lib.* 2. *cap.* 68. *num.* 2. 3. *D. Ioan. Baptista Costa de facti scient. & ignor. distinct.* 25. *nu.* 1. & *per totum. Centur.* 2. & *iterum de Remedijs subsidiarijs. Remedio* 8. *sub num.* 2. *D. Philipp. Pirouanus in decis. Nuperrim. Roman.* 441. *num.* 1. 2. *Parte* 1. *tomo* 1. intelligitur autem de o-
73 dio, & inimicitia capitali, † vbi adest aliqua offensio, aut vulnus, vt dicunt supradicti, & *Marc. Anton. Natta in cōs.* 616. *n.* 8. *vol.* 3. Sed vide, quomodo hæc statuta erant in scriptura *Deuter. cap.* 22. *si du-*
74 *xerit* vir vxorem, & postea odio habuerit eam, † quæsieritq; occisiones, quibus dimittat eam, obijciens nomen pessimum, & dixerit non inuenisse Virginem. Et ibidem conluditur, quòd si reperiatur, quòd erat virgo. Senes ciuitatis accipient illum, & verberabunt, & cōdemnabunt virum centum siclis argenti dandis patri puellæ, ex eo, quòd diffamauit illam, & habebit ipsam vxorem, & nō poterit dimittere eam omnibus diebus, vitæ suæ. Si autem obieceris verum, & non fuerit inuenta virginitas in puella, eijcient illam extra fores domus patris, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur. Sed aliter fuit consilium *Malechiæ. cap.* 2. Custodite (inquit) Spiritum vestrum,
75 & vxorem adolescētiæ tuæ † noli despicere, cum odio habueris dimitte. Et sic dicit, vt dimittat illi odium. Quando prudens est maritus operatur, vt coniugalis amor, non vertatur in odium. *Vndè Ouidius.*

Luctantur, pectusq; leuè in contraria ducunt,
Hac amor, hac odium, sed puto vincet amor.
Odero si potero, si non inuitus amabo,
Nec iuga Taurus amat, quæ tamen odit, habet.

in

in coniugibus ego illud optimè, & eleganter dictum asſero *ab Alexandro de Alex. lib. 1. Metaphyſic.*
76 *c. 9.* dum inquit, Odium, & fuga ſemper † cauſantur ex Amore, quia non ob aliud fugio, & odio habeo aliquid, niſi, qa contrariatur alicui bono, quod amo. de odio, & inimicitia ſeparationis cauſa *Lud. Moroti. in conſ. 41. num. 5.* Verum iuxta illud *Propertij. lib. 4.*

Omnis amor magnus, ſed apertè in coniuge maior.

Quintò ſufficiens cā ſeparationis Thori, ſi per v-
77 xorem adulteriū commiſſum fuerit † vt habetur *in c. 1. Vt lite non conteſt. c. 2. ext. de Diuort. c. fi. de conuerſ. coniugat. Guliclm. Bened. in rep. c. Raynutius in verb. cuidam Petro. n. 84. de Teſtam. Martin. Nauar. in ſumma confeſſar. c. 22. n. 21. Didac. Couar. in Epit. de ſponſ. 4. parte 2. par. cap. 7. §. 5. nu. 8. Marc. Anton. Cucch. Inſtitut. Canonicar. Maior. lib. 5. titul. 12. nu. 284. amplè. D. Ioannes Baptiſta Coſta. in dicto Tract. de facti ſcient. & ignorant. dicta diſtinct. 25. per totā. Centur. 2. & in Tract. de Remed. ſubſidiar. Remed. 8. nu. 2.* & eſt illud, Domini Noſtri IESV CHRISTI *Matthæi. c. 19.* ſi quis dimiſerit vxorē ſuam, niſi ob fornicationem. & dixerat antea *Matthæi c. 5.* Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis. Sed (DEO auſpice) dicam latius *in Tit. de Adulterijs. D. Philippus Pirouanus in deciſ. Nuper. Roman. 441. nu. 1. 2. parte 1. tomo 1. D. Ioan. Baptiſta Pamphi in deciſ. Nuper. Rom. 706. parte 1. tomo 2. Iulius Clar. in §. Adulterium. n. 12. Franciſc. Burſat. in conſ. 218. nu. 8. vol. 2. Roland. à Valle. in conſ. 50. n. 4. vol. 1. Petrus Cenedo collectan Iuris Canonici. Parte 1. parte 2. Collect. 166. nu. 1. Guidus Pancirol. in conſ. 82. nu. 2. Iac. Philipp. Portius in conſ. 19. nu. 74.*

Sexta cauſa rationabilis, ob quam fit ſeparatio Thori, quādo alter coniugum ad infidelitatem, ſi-
78 ue hæreſim † tranſierit, iuſto enim decreto ſeparabuntur. *c. requiſiuit. ext. de Diuort. c. fi. ext. de cōuerſ. coniugator. Ioan. Paul. Lancell. Inſtitut. Canonic. li. 2. titul. de ſponſalibus. §. Idem erit ſi ſponſus. in titul. de ſponſalib. melius in §. multum Inſtit. Diuort. Marcus Anton. Cuccus. Inſt. Canonic. lib. 5. titul. 12. verſ. His igitur ſolis. Ange. de Clauaſio in ſumma. §. matrim. 4. in princip. verſ. Quarto propter hæreſim. Barthol. Fumæ. in ſumma Armilla. §. Diuortium. n. 8. Marc. Ant. in Pract. Archiepiſ. Neapolit. c. 27. nu. 2. Bartholom. Bertazol. in conſ. ciuili. 28. nu. 29.* dicitur autem iſta
79 Fornicatio † ſpiritualis, quæ eſt Idolatria, vt dicit *Panor. in dicto c. fin. de conuerſ. coniugator. nu. 5. Didac. Couar. in Epithom. de ſponſalibus parte 2. cap. 7. §. 5. nu. 4.* loquitur de ſeparatione Thori ob hæreſim. quem ſequitur *Bartholom. Bertazol. in conſ. ciuil. 28. nu. 29.* quamquam *D. Robertus Cardinalis Bellarminus de Matrimonio lib. 1. c. 14. §. ſed hæc diſputatio. dixerit, CHRISTM Dominū dum Matthæi. c. 5. & c. 19.* dixit, permitti Thori coniugum ſeparationem cauſa fornicationis, intelligi de carnali
80 tantum fornicatione, non † autem de hac ſpirituali, Tamen nos dicimus vt diximus ſupra *hoc eodem Titulo verſ. Quantum ad Thori ſeparationem. n. 37. & ſeqq.* ex authoritatibus, quas ibidē adduximus,

quam iterum firmamus, nam offenſio maior fit DEO per Idolatriam, & hęreſim, quàm per fornicationem carnalem, & ſi in carnali cum IESVS nō expreſſerit, Tanto magis etiam dicendum, de illa etiam CHRISTVM intellexiſſe.

Iam complures aſſerunt Doctores ſeparationis cauſas, puta præparationis Veneni, aliaſque inſidias vitæ alterius coniugis, mariti auaritiam, quia
81 non præparauerit † vxori medicos, & medicinas, retentionem meretricis, quæ poſſunt ſub colore odij, & inimicitiæ formari, de quibus remisſiuè tractant ſupra allegati, præſertim *Ioan. Baptiſta Coſta in dicta diſtinct. 25. & in dicto Remedio 8. Cuccus in dicto lib. 5. titul. 12. num. 284. D. Ioannes Baptiſta Pamphilius in deciſ. Nuperrim. Roman. 706. num. 2. par. 1. to. 2. Petrus Anto. Auguſt. in conſ. 1. per totum lib. 5. Marc. Anton. Gennenſis in Pract. Archiepiſcop. Neapolit. cap. 27. nu. 12.*

Diximus ſupra de ſeparatione Thori ob viri ſęuitiam, in caſu, quo ſęuitia allegaretur, cum cauſa
82 ſeparationis ſit ardua, & grauis, vt dicit *Specul. in titul. de Reſcript. præſent. §. Ratione formæ. verſ. Nūc ad inſtructionem. Bald. in l. 3. in princ. ff. de Iureiur.* Idcirco requiruntur probationes concludentes. vt voluit *Alexander in conſ. 143. Incip. Quoniam abundè. vol. 2.* Et debent eſſe teſtes idonei, & omni ex-
83 ceptione † maiores. *Gloſſ. in c. 1. vbi Panor. not. 3.*
84 *de conſanguin. & affin.* præſertim de probanda † viri ſęuitia. vt dicit *Cardinal. Pariſ. in conſ. 54. col. 2. vol. 4.* quos ſequitur *Marcus Anton. Natta in conſ. 616. n. 1 2. vol. 3.* videndus eſt etiam *Petrus Anton. Anguſciol. in conſ. 1. per totum lib. 5.*

Facta ſeparatione Thori à muliere ob viri ſęui-
85 tiam, & volente illa Viro reconciliari, aut viro † offerente, vel illa petente ſibi præſtari cautionem de non offendendo, præſtari debere notatur *in dicto c. ex tranſmiſſa de Reſtitut. ſpoliator. l. præſenti. § penul. & l. Denunciamus. C. de his, qui ad Eccleſ confug. Bartol. in l. illicitas. §. potentiores. ff. de offic. præſidis. Ant. Gomez in Epithome Delictor. cap. 16. n. 17. Pract. Papienſ. in Form. Inquiſitionis in verb. trāſeat in exemplum. nu. 8. Petr. Plaza in Epithom. Delictor. cap. 7. nu. 1. Cardinal. Pariſ. in conſ. 168. vol. 4. Octauian. Vulpellus de Pace, & Inducijs. q. 74. n. 2. 3. Franciſc. Herculan. in Tract. de cautione de non offendendo. cap. 3. n. 2. cum pluribus ſeqq. Iul. Clarus in Pract. Crim. q. 47. nu. 2. Andr. Gail. de Pace publica lib. 1. cap. 2. nu. 1. cum ſeqq. Bernardus Greuæus concluſion. Practicar. concluſ. 4. & poſt Bald. in conſ. 176. Incip. Cecilia receſſit. vol. 1. Ludouic. Moroti. in conſ. 41. n. 1. Guidus Pancirol. in conſ. 82. nu. 3. 4.* nouiſſimè plu
86 ra *Doctiſſimus † Anſonius Heringius de Fideiuſſoribus. cap. 6. nu. 237 cum pluribus ſeqq. Franciſc. Viui. in dec. 341. nu. 1. Capella Tholoſ. in deciſ. 489. Incip. item fuit quæſitum an ille Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſtionibus. lib. 2. centur. 2. caſu 139. n. 5. Ioan. Coraſius Miſcellan. lib. 3. cap. 2. num. 20. Barthol. Bertazzol. in conſil. criminal. 148. per totum, vol. 1.*

Magna autem cauſæ cognitio requiritur, vt

diximus, vt cogi possit vir ad præstandam cautio-
87 nem † de nõ offendẽdo, vt dicit *Ioan. de Imol. in l. 2. §. 1. ff. solut. matrim. Natt. in dicto cons. 616. sub n. 3.*

Et è conuerso non debet, si dubitat vxor consi-
88 dere viro, & quòd præstet cautionem, quia † multa viri promittere solent, & pauca obseruare, vt dicit *Aym. Crauett. in consil. 31. nu. 4. & voluit Guidus Pancirol in dicto consil. 82. num. 6.* tanto magis, quia sub cautione confidere mulierem non debe-
89 re, cum fragilis † sit cautio, *l. qui ita. §. 1. ff. Ad Senat. Consul. Trebellian.* Et ideo illi cautioni mulier Confidenda non est, vt sequendo *Aymo. in dicto consil. 31.* Voluit *D. Ioan. Baptista Pamphilius in decision. Nuperrim. Roman. 706. nu. 2. par. 1. tom. 2.* quod placuit *Panor. in c. literas. num. 7. de Rest. spoliat. Ioan. Cephal. in consil. 384. nume. 70. volum. 3.* quos sequitur *Antoni. Heringius de fideiussor. capit. 6. num. 239.*

Quòd si per cautionem non posset sæuitiæ viri resisti, nec cautum esset securitati mulieris, tunc v-
90 xor marito † minimè restituitur, sed penes matronam honestam reponitur custodienda, vt *per dictum c. ex transmissa, & c. literas. de Restitut. spoliat. & vtrobique gloss. Aymo Crauett. in dicto consil. 31. Hippolyt. de Marsil. in l. fin. nu. 22. C. Ad leg. Cornel. de Sicar. Cardinal. Paris. in dicto consil. 54. num. 38. vol. 4.* quos refert, & sequitur. *Ludouic. Morotius in consil. 41. nu. 2. Menoch. in consil. 853. nu. 33. vol. 9. Ioan. Baptista Costa de Remedijs subsidiarijs. Remedio. 8. nu. 3. Iacob. Philipp. Portius in consil. 152. nu. 1.*

Ad hanc cautionem præstandam tenetur vir, e-
91 tiam si mulier sua culpa à Viro discessisset, † *vt in c. 1. ext. Vt lite non contestat. Abb. Panormit. in c. quẽadmodum, de Iureiur. Marian. Senior. in dicto c. 1. notabil. 9. Ioan. Neuizan. in Sylua Nuptial. lib. 1. nu. 39. & 40. Petr. Gerard. in Sing. 65. Incip. Nota illud. Francisc. Herculan. in Tract. de Caution. de non offendendo, cap. 3. nu. 3.*

Ecclesiasticus autem iudex erit competens cau-
92 sarum de separatione matrimonij, † nam cũ matrimonialis causa ad Ecclesiasticum iudicem pertineat, tamquam sacramentum à Deo institutum, & per Ecclesiasticos sacerdotes, & superiores perficiatur, & per illos solemniter ordinetur, consequens est, vt sicuti ab eo solemnitatibus compleatur, eodem modo, ab illis etiã submoueatur, ideo clarum est, matrimoniales causas ad Ecclesiasti-
93 cos Iudices pertinere. † *arg. c. quanto. de Iudic. Simon de Pretis. in cons. 147. nu. 13. post Decian. Peregrin. Morotium. & alios* voluit *Ioan. Baptist. Costa. de Remedijs subsidiarijs, Remedio 8. num. 8. Vincentius de Franchis in decis. Neap. 312. num. 2. D. Bononiens. in Decision. Nuperrim. Roman. 235. nu. 5. Parte 2. Tomo 1.*

An autem data matrimonij separatione, restituantur dotes, an præstentur vtrinque donatio-
94 nes, & lucra † nuptialia? dicendum erit DEO volente in suis congruis titulis.

Hæc autem materia Diuortij, & separationis Thori coniugalis, personis quibuscunq; præsertim grauibus, odiosa, ac fugienda est, memores semper illud, quod DEVS coniunxit, homo non separet, à principio enim, qui ducere debet coniugem, & illam, quę debet ducere Virum, perquire-
95 rere diligenter † debent coniungendorum vitam, & mores, vt illis cognitis, consideret, an possit patienter sufferre, & sin minus, abstineat, ne credens domi pacem adducere, familiare, ac diurnum, nocturnumq; bellum ibi conducat.

ARGVMENTVM.

Dos pro oneribus matrimonij constituta fuit, & cum sit causa pia, promissio à quolibet facta de dote danda debet adimpleri, etiam à minore Iudicis decreto interueniente. A patre datur, etiam filiæ diuiti, & etiam spuriæ, etiam ex bonis confiscatis (dummodo filiæ non essent complices delicti) etiam Monialì, quæ quanta esse debeat declaratur. Dos congrua boni viri arbitratu cognoscitur, & quam filiabus viuens pater constituit, & de paragio est taxanda secundum modum facultatum, ex valore fructuum & est loco legitimæ: feudum cum Regio assensu potest dari filiæ in dotem, & Rex debet ex gratia assensum præstare.

SVMMARIVM.

1 *Dos ibi esse debet, vbi sunt matrimonij onera. n. 2. 3.*

3 *Dos ad matrimonij onera sustinenda, & pro alenda vxore constituta, nu. 4.*

5 *Dotem vllam filijs masculis, nec fœminis dari debere volebat Plato.*

6 *Iacob Patriarcha animalia à Laban Socero pro dotibus Liæ, & Rachelis habuit, nu. 7. 8.*

9 *Dotatio vxorum Iacob à DEO probata est.*

10 *Apud Israelitas vsui fuit dari in dotem etiam Vrbes, & Ciuitates ab hostibus captas.*

11 *Caleb in expugnatione Chananeorum edixit, y expugnanti, & vastanti Cariath promittebat vxorẽ sibi dare Axã filiã, quam cũ expugnasset Othoniel filius Cenez, frater minor Caleb illã in vxorem habuit.*

12 *Axa petit à patre vt cũ dedisset ei in dotẽ terrã arentẽ, dedit illi irriguũ superius, & irriguum inferius.*

13 *Hanc eandem Ciuitatem postmodum expugnauit Pharao Rex Aegypti dedituque illam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis Regis.*

14 *Supradictam Ciuitatem exædificauit Salomon, vti ad bella opportunam.*
Taxata fuit ea Ciuitas quinquaginta Siclis.
Apud Platonẽ dos taxatur quinquoginta drachmis.

15 *Dos constitui potest, vel ab ipsa muliere, vel à quolibet alio. Declara. nu. 21.*

16 *Promittens dotes, cuiuslibet conditionis is fuerit, obligatur, siue masculus siue fœmina, siue laicus, siue*

siue clericus, sui iuris, siue in potestate, nu.17. Declara.nu.21.

18 *Mulier dotem promittens Senatus Consulto Velleiano non iuuatur, nu.19.20. Declara.nu.21.*

20 *Dotis causa pia est.*

21 *Dotis promissio, siue constitutio si facta fuerit à minori, nulla est. Declara secus esse, si decretum Iudicis interuenerit, num.22.*

22 *Decretum indicis in promissione dotis à minore facta interueniens illam validat.*

22 *Minorum bona immobilia cum iudicis decreto fauore dotis alienari permittuntur.*

23 *Mulier minor dotem in bonis immobilibus constituere absq; iudicis decreto non potest.*

24 *Dos aduentitia illa est, quæ ab extraneo cõstituitur.*

25 *Extraneus in casu dotationis dicitur quilibet citra patrem per virilem sexum ascendentem.*

26 *Dos profectitia dicitur, quæ est constituta à patre, vel à fœminæ parente virilis sexus, vel facto eius.*

27 *Paternum est officium dotare filiam.*

28 *Pater tenetur filiam dotare, etiam si fuerit maritata, & nupta, & si nupsisset sine suo consensu. Declara, nu.29. est communis opinio, nu.30.*

31 *Filia, & si non nupserit, sed sit in ætate nubili pater tenetur illam dotare secundum qualitatem, & facultatem.*

32 *Pater tenetur dotare filiam, si est clericus, non solum de bonis patrimonialibus, sed etiam de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis & de beneficialibus, nu.33.*

34 *Pater, quamuis filia sit diues, & habeat bona aduentitia, ex quibus possit dotari, ad huc pater de suo tenebitur. Declara dum modo pater non sit inops, & pauper, quia isto casu pater excusabitur, nu.35.*

36 *Paupertas patris excusabit quoad illam filiam. cuius contrarium est facienda consideratio respectu omnium filiarum. Declara, num.37.*

38 *Pater tenetur dotare filiam spuriam & naturalem, quia tenetur alimenta necessaria subministrare.*

39 *Filiæ naturali, an dos debeatur, quid in bastarda, & nefaria? Declara nu.40.41.42. quid in terris Ecclesiæ, & quid in terris Imperij? nu.43.44.47.*

44 *Abraham viuens dedit Isaac, & filijs concubinarum munera separatim.*

45 *Dos, quæ datur spuriæ, an debeat excedere quantitatem alimentorum? num.46.47.*

46 *Dos danda spuriæ, an competens sit illa, quæ à patre constituitur?*

48 *Extraneus, qui non tenetur dotare, an dotando præsumatur donare? nu.49. Declara.n.50.55.52.53.*

54 *Pater dotans præsumitur donare. Declara, & amplia nu.55.56.57.*

57 *Pater censetur dotem promittere vt satisfaciat suo officio.*

58 *Pater dotans, filiam non solum primi matrimonij, sed etiã secundi matrimonij intuitu censetur dotasse.*

59 *Patre committente crimen læsæ maiestatis, nulla filijs bonorum portio debetur. Declara.nu.60.*

60 *Dos datur filijs fœminis ex bonis confiscatis ob crimen maiestatis. nu.61.*

62 *Rex Ferdinandus primus honorificè dotauit filias Principis Rossani sui notorij Rebellis.*

63 *Dos filiabus fœminis patris Rebellis est tertia bonorum pars. Declara nisi etiam ipsæ filiæ essent delicti complices. nu.64.65.*

66 *Si pater prius promisit dotem, & postea extraneus, vel mater solueret, non præsumitur animus donandi, sed repetendi. nu.67.*

68 *Frater dotans sororem etiã diuitem præsumitur animo donandi, sed vide. nu.69. Declara. nu.70.71.*

72 *Patruus dotans, vel mater, an præsumatur animo donandi? Quid si gererent negocia mulieris dotatæ? num.73.74.75.76.77.78.79. vbi refertur Decisio Rotæ nuper prolata.*

80 *Dotans ex causa renumerationis, an præsumatur animo donandi?* 81.82.83.

84 *Filij Principum dotantes, an præsumantur donare?*

85 *In Hispania taxata est dos filiæ spuriæ, vt non excedat quintam partem bonorum paternorum, vel maternorum.*

86 *Pater naturalis, an teneatur dotare filiam? nu.87.*

88 *Dotem datam filiæ spuriæ an auferat Fiscus, vti ab indigna.*

89 *Filia Spuria habens bona, quibus posset sufficienter dotari, non potest cogere patrem ad dotandum, sicut, nec ad alimentandum, sicut probatur. nu.90.*

91 *Auus dotans Neptem ex filio illius patre, an censeatur dotare nomine filij, & dicatur dos profectitia? Declara. num.92.93.94.95.96.97.98.99.100.101.*

96 *Intellectus. l. dotem dedit. ff. de coll. bo.*

97 *Intellectus. l. Auus. ff. de Pact. dotalib.*

102 *Monialem filiam pater tenetur dotare.*

103 *Bona fideicommissi prohibita alienari pro soluendo ingressu filiæ in monasterio, possunt alienari. Declara ne sit simonia. nu.104.*

105 *Pater mittens filiam in monasterium & ponens quandam pecuniæ quantitatem supra altare, an computetur filiæ in legitimam?*

106 *In dotem computatur, quod datur filiæ monasterium ingredienti.*

107 *Dos monialis quanta esse debeat? plures opiniones?*

108 *Prima, quòd dos monialis debet esse portio, & legitima debita iure naturæ, quod est paragium sibi debitum. nu.109.*

110 *Secunda opinio, quòd dos monialis debetur iuxtà qualitatẽ matrimonij, & intelligitur, quod per aliàs dari solitum sit. nu.111.112.113. duplicati. num. num.112.113.114.*

115 *Dos nubentis in seculo esse debet maior, quàm ingredientis monasterium, quia Carnale matrimonium affert maiora onera, quàm Spirituale.*

116 *Pater relinquens filiæ nubere Volenti mille, sed ingredienti monasterium quingentos. An ingrediens monasterium petere possit mille? diuersæ sunt opiniones.*

117 *Prima opinio, quòd non obstante dispositione testatoris debeantur omnia mille, pro qua referuntur triginta Doctores, qui illam tenuerunt.*

118 *Secunda opinio, quòd seruanda sit testatoris voluntas, & quòd non possint, nisi aurei quingenti*

peti, pro qua referuntur Viginti sex Doctores.

119 Vtraque pars istarum est sustentabilis, & habet qualibet sua Iura, & rationes.

120 Antonius Gabrielius dicit primam opinionem procedere de rigore Iuris, secundam seruari de consuetudine.

121 Author tenet contrarium, scilicet primam opinionem procedere de aquitate. Secundam verò de Rigore Iuris, & de consuetudine, quæ probatur. num. 122. 123. 124. Prima comprobatur. nu. 125. duplicato. 125.

126 Quid si testator expressisset suam voluntatem esse, quòd si ingrederetur filia monasterium non haberet, nisi quingentos, quòd ità obseruandum foret. num. 127.

128 Quid si diceret, si nupserit quingenta, si non nupsisset aut monasterium ingrederetur, centum dari ordinasset.

129 Si dixerit, si nupserit quingenta dari volo, nec aliud adiecisset de ingressu monasterij, quid faciendum.

130 Si pater quinquaginta pro dotibus filiæ reliquit, & viro, qui illam voluerit quinquaginta de ingressu monasterij nihil dixerit.

131 Quoad relicta pro dotibus, & pro ingressu plus, vel minus quid alij tradiderint?

132 Dos, quam pater dare tenetur, & congrua dicatnr? nu. 133.

133 Dos congrua, boni viri arbitratu cognoscitur, ex dignitate, ex facultatibus, ex numero liberorum facilè cognoscitur.

134 Dos congrua dicitur, quam viuens pater filiæ constituit. nu. 135. 136. 137.

137 Competens, quod videtur patri pro filia, alteri non debet videri incompetens, & inter filias seruanda æqualitas. nu. 138. 141.

139 Dos data à patre, vt congrua, si diceretur in congrua, tunc boni Viri arbitrio declarabitur.

140 Dos, siue à patre, siue à fratribus daretur, semper agere poterit filia ad supplementum.

141 Pater si dederit vni filiæ luculentius & liberalius, an aliæ idem petere possent?

142 Dos si fuerit filiæ data secundum paragium, præsertim in hoc Regno Neapolitano, per Const. In aliquibus, an sufficiet? quo modo sit congrua? numer. 142.

143 Dos de paragio, an sit taxanda secundum modum bonorum, & facultatum, & secundum numerum liberorum, parilitatem vxoris, & viri, illorum dignitatem, & loci consuetudinem. nu. 144.

145 Dos congrua etiam dicitur inspecto more Regionis.

146 Statutum excludens fœminas ob masculos, nulla dotandi mentione facta nullum est, nihilominus filiæ dos debebitur.

147 In dote constituēda facultates patris considerandæ sunt. nu. 148.

149 Facultas dicitur etiam scientiarum puta Dialecticæ, Rhetoricæ, & similium, in numero singulari, in plurali verò dicuntur facultates bonorū n. 150.

151 Facultas pro bonis, rebus, diuitijs, & patrimonio accipitur.

152 Bona, quæ dicantur ex Fabio Quintiliano. numero 153.

154 Patrimonium quod dicatur?

154 Clerici ordines ad patrimonij Titulum suscipere aliqui solent.

156 Intellectus Constit. Regni. In aliquibus. nu. 117. 234. 244.

157 Masculi gaudent prærogatiua, vt excludant fœminas à bonis non solum burgensaticis, & allodialibus, sed etiam feudalibus.

158 Paragium in dote filiæ datur pro bonis feudalibus masculis existentibus. nu. 159. 166.

160 Modus taxationis valoris feudorum fit ex valore fructuum.

161 Alimenta debita sunt soluenda ex patrimonio, non tam respectu valoris patrimonij, quam fructuum.

162 In dote constituenda non consideratur, quòd possideat plura bona, & magni valoris, sed consideratur valor fructuum.

163 Fœmina in hoc Regno Neapolitano per Constitutionem. In aliquibus, non succedit in feudo, sed debetur sibi legitima.

Patrimonij valor non inspicitur in eo, sed fructuum quantitas.

164 Alimenta præstanda sunt inspectis redditibus.

165 Valor feudi non inspicitur, sed Valor reddituum illius.

167 Dotem promittens intelligitur deducto ære alieno. num. 168.

168 Paragium, an sit loco legitimæ, vel portionis hæreditatis, vel loco alimentorum ambigui Iuris est.

169 Paragium quando datur à fratribus, mortuo patre, tunc æquiparatur legitimæ. Declara. nu. 170. 171.

170 Paragium, seu legitima, an possit assignari filiæ à patre ipso viuente? nu. 171.

172 Dotem si consignat pater filiæ de paragio cum renunciatione filiæ, vel dote in testamento relicta, & ipsa fuerit nupta, tunc dos posset esse minus, quàm legitima secundum vnam opinionem, contrarium. num. 173.

173 Fœminam non obstante statuto excludente, ob dotem, & legitimam sibi debitam, quæ sibi daretur, nec posse esse minus legitima, & posse supplementum petere, etiam seruata forma Const. Regni in aliquibus, tenuit Altera opinio. nu. 174.

175 Dos filiæ in statu magno, & magnis Dominis potest esse minus legitima, quia sufficit habere dotem, qua posset pari, & æquali in matrimonio collocari, vt ponuntur exempla. nu. 176. 177. 178. 179.

180 Dos congrua an dicatur, attento tempore dotationis, & assignationis?

181 Dote assignata, si facultates patris augumentatæ fuerint, an possit agi ad supplementum non obstante quietatione, & renunciatione. Declara etiam ex opinione authoris. num. 182. 183. 184. 185. 186. 187.

Intellectus Constit. Regni, In Aliquibus nu. 234.

188 Dos,

188 *Dos, quæ datur fœminæ excluſæ per maſculos, eſt libera illius filiæ, & tranſmiſsibilis ad illius hæredes. Declara. num. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197.*

198 *Hiſpani per contractum Matrimonij cum ſolemnitatibus Sanctæ Eccleſiæ, & Maſculi, & fœminæ liberantur à patris poteſtate, & fiunt ſui Iuris, niſi aliud fuerit conuentum. nu. 199. 200.*

200 *Diſpoſitio Iuris communis, volentis filium, & filiam, & ſi matrimonium contraxerint, manere ſub paterna poteſtate, id non obſeruatur in Hiſpania.*

201 *Galli etiam ſub poteſtate viri nuptas fœminas profitentur, non autem patris.*

202 *Conſuetudo Martini probanda eſt ab eo, qui in illa ſe fundat, cum ſit facti, vel potius probanda non eſt, cum de illa teſtetur Accurſius. num. 203. 204. 205. 206. 207. 208.*

207 *Accurſius fuit anno. 1227.*

208 *Opinio Gloſſæ tenenda eſt.*

209 *Martini opinio Iuris communis diſpoſitioni conformis eſt, & per Vniuerſum Orbem obſeruata per quadringentos annos. nu. 210. 211.*

212 *Filia à patre dotata, quæ dotem amiſit, an iterum ſit dotanda? num. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225.*

221 *Diſpoſitio legis primo actu non conſumitur.*

225 *Promittens aliquem præſentare, an per binam præſentationem liberetur?*

226 *Filia pro dotis paragio, an poſsit agere hypothecaria contra tertios poſſeſſores bonorum paternorum, vel fratrum? Declara nu. 227. 228. 229. 234. 235. 236. 237. 238.*

230 *Pro legitima nõ datur hypothecaria, ſed datur condictio ex lege contra hæredes. Declara. nu. 231. 232. 233.*

234 *In Regno Neapoli non de bonis debet filia maritari, ſed pro quantitate bonorum, & facultatum attenta Conſtitutione. Declara. nu. 235. 236. 237. 238.*

237 *Paragium debetur in pecunia numerata, & in ſubſidium fit executio in corpore feudi.*

238 *Paragium petitur condictione ex lege.*

239 *Bona allodialia prius diſcutiuntur, & vltimo peruenitur ad feudalia.*

240 *Ad Feudalia bona recurritur in ſubſidium.*

241 *Filia dicens nolle nubere, ſed velle domi honeſtè viuere, an poſsit, paragium petere. Declara. nu 242. 243.*

242 *Virginale non ſolum bonum, ſed etiam viduale matrimonio præfertur.*

243 *Marquardus de Suſannis Iuris conſultus Vtinenſis d ſertiſsimus.*

244 *In hoc Regno Neapolis in ſucceſsione ab inteſtato, feudi excluſis fœminis, ſuccedunt maſculi, cum onere dotandi filiam de paragio. Quid de Iure comi feudorum? nu. 245.*

245 *Feudum filiæ in dotem dari de Iure communi feudorum prohibitum eſt. Declara, niſi aſſentiat Dominus. nu. 246.*

247 *Feudum de iure communi dari poteſt in dotem abſque aſſenſu, vita viri durante.*

248 *Mulier habens feudum ſuum de Iure communi poteſt illud ſibi dari in dotem abſq; Domini conſenſu. Declara dummodo non det illud æſtimatũ, vel cum aliquo pacto de dote Lucranda. num. 249. 250. 251.*

252 *In hoc Regno Neapolitano frater habens plura feuda, an poſsit dare vnum in dotem ſorori, cum aſſenſu Regio? & an pater poſsit ſimiliter facere? num. 253. 254. 255.*

253 *Intellectus Conſt. Fratribus.*

255 *Matrimonia an poſsint contrahi cum filijs, & filiabus proditorum. nu. 256. 257. 258.*

257 *Intellectus c. Regni. Satis conſtat.*
Item. c. Humanitatem.
Item. c. Item ſtatuimus, quòd licitum.
Item. Conſt. Regni. Honorem noſtri diadematis.

259 *Matrimonia debent eſſe libera.*

260 *Andreas de Iſernia inuehit contra Federicum Imperatorem, qui erat mortuus, non contra Reges, qui tunc viuebant.*

261 *Rex Carolus Secundus non conceſsit dationem feudorum in dotem, & illorum obligationem ſine aſſenſu.*

262 *Quando datur feudum in dotem Rex Carolus Secundus proſpiciebat an ille cui dabatur eſſet fidelis.*

263 *Conſenſus, an cum effectu requiratur, quando feudum datur in dotem.*

264 *Mulieres Neapolitanæ, & exteræ cum Neapolitanis contrahentes ſi dentur in dotem bona feudalia vel fiant obligationes pro dotibus aſſenſus ex particulari priuilegio intelligitur conceſſus, vide quid prouiderit Papa Honorius, nu. 265.*

266 *An Rex teneatur aſſenſum præſtare? Declara. nume. 267. 268. 269. 270. 271. 273. 274. 275. 276 277. 278. 279.*

269 *Pro obtinendo aſſenſu Rex debet reuereri, & rogari.*

270 *Aſſenſus præſtatio eſt mera Principis gratia.*

271 *Gratiæ, & beneficia in inuitum non conferuntur.*

272 *Beneficium non eſt, quod ingeritur recuſanti.*

273 *Afflicti defenſio à Sigiſmundi Loffredi oppugnatione. nu. 274.*

276 *In dote Rex tenetur aſſenſum præſtare. num. 277. 278. 279. Declara. nu. 283. 284. 285. 286.*

280 *Feudum alienatum abſq; aſſenſu in Regno Neapolitano, & Siculo reuocatur ab eodem alienante. nu. 281. 282.*

282 *Intellectus Conſt. Regni. Conſtitutionem diuæ memoriæ.*

283 *Clauſula in alienatione feudi. Ad vendendum, alienandum, aſſenſu ſuo reſeruato. nu. 284. 285.*

286 *Franciſcus Aretinus conſuluit Regi Ferdinando, quòd tenebatur præſtare aſſenſum Comiti Altæ villæ ſuper alienatione feudi Gambateſæ. nu. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294.*

295 *Feudo conceſſo alicui, & cui dederit poteſt alienari, 296. 297.*

298 *Dos de paragio, an ſit onus feudi nu. 299. 300.*

300 *One-*

300 *Onerosa dicitur dos ex parte dantis, & accipientis.*

301 *Quid operetur, quòd fiat executio pro dote in feudo in ſubſidium declara. num.* 302. 303. 304. 305. 306. 307.

307 *Executio pro dotibus fit in feudis; & dicta immiſſio quantum durat. nu.* 308. 309. 310.

311 *Feudatarius feudi hereditarij an teneatur ad debita, & an ſufficiat inuentarium, num.* 312. 313. 314. 315. 316. 317.

318 *Paragium dotis quo modo taxatur in hoc Regno Neapolitano attenta Conſt. in aliquibus? Declara. nu.* 319. 320. 321. 322. 326. 327.

323 *Paragium dotis in Regno Neapolitano, an ſuccedat loco legitimæ. Declara. nu.* 324. 325.

326 *Fœmina excluſa à ſucceſſione propter maſculos, an numeretur in numero liberorum in Taxatione legitimæ? Declara ample. nu.* 327. 328. 329. 330. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340.

341 *Promiſſio dotis an idem operetur quod ſi eſſet conſtituta? & nu.* 342. 343.

344 *Confeſſatæ dotis materia, videnda eſt, cum quotidie occurrat.*

345 *Mulier nomen debitoris ſui poteſt dare viro in dotem.*

346 *Maritus eſt Dominus rei dotalis.*

348 *Mulier ſi ſimpliciter dedit, & ceſſit marito res in dotem, vtiles tantum actiones datæ cenſentur, & directæ remanent penes vxorem. nu.* 348.

348 *Quando imputetur marito, quòd dotem non exegerit, & an poſſit à marito dotem exigere? num.* 349. 350. 351.

TITVLVS QVARTVS.

De Iure Dotium.

SEquela matrimoniorũ, vt plurimum ſolet eſſe Dos, matrimonium enim abſque dote, † dos autem ſine matrimonio minimè, quia vbi matrimonij onera, ibi dos eſſe debet. *Paulus in l. ſi is qui.* 57. §. *ibi. ff. de Iure dot.* quod, & antea dixerat *Vlpianus in l.* 3 *ff. eod. tit. Alexand. in conſil.* 74. *Incip. Viſo. in princip. volu.* 5. *Riminald. Senior. in conſil.* 39. *num.* 30. *volu.* 1. *Cardinal. Pariſ. in conſil.* 16. *nu.* 44. *vol.* 3. *Surdus in conſil.* 45. *nu.* 50. *in conſil.* 94. *nu.* 1. *vol.* 1. Propterea *M. Terentius Varro.* 2 *lib.* 11. *inquit,* Dos eſt pecunia † nuptiarum cauſa, vt eam pro Domino conſtante matrimonio penes ſe habeat, quippe quæ propter onera matrimonij 3 ideſt ad alendam † vxorem detur. Eſt enim ius in 4 re marito conſtitutum ad matrimonij onera ſuſtinenda. *Vlpianus in l. Dotis fructus.* 7. *in princip. ff. eo. tit. l. ſi qui, pro vxore.* 21. §. *ſi vxor. ff. de Donat. inter vir. & vxor. l. pro oneribus. C. de Iure dot. Petrus Faber Semeſtrium, lib.* 2. *cap.* 13. *Hermannus Vulteius de Iuris prudentia Romanorum. lib.* 1. *cap.* 20. *Anton. Cubert. in Tract. Doti. cap.* 2. *nu.* 4. *Phanuc. in Tract. de Lucro Dotis in Rub. nu.* 7. *Hieron. Treutle. Diſput. Selectar. par.* 2. *Diſput.* 7. *Theſi.* 1. *Antonin. Theſaur. in deciſi. Pedemont.* 195. *num.* 3. Sed nec vllam filijs maſculis, nec fœminis dotem dari debere volebat 5 *Plato, de legibus Dialog.* 5. Sed exempla à ſcriptis Diuinis petenda ſunt, nam tot ouium, & animalium 6 numerum, tantaſque † quas è bonis Laban Soceri habuit Iacob Patriarcha, non illa conſiderãda ſunt pro ſeruitijs tam diù Socero ab illo præſtitis, quæ fuerant intuitu illorum obtinẽdæ Rachelis in vxo- 7 rem, quia illa tantum à principio fuerat † promiſſa, conceſſis autem ſibi Lia, & Rachele filijs, cogitans onera ſuſtinenda matrimoniorum, vxorom, filiorum, & ancillarum, petit per pactum illud oues 8 ſibi dandas, quæ dotis loco ſucceſſerunt, & ſi Labani graue viſum fuit, & filijs, ità, vt cũ clam diſceſſiſſent, illos malo offendẽdi animo perſequuti fuiſ- 9 ſent, Tamen hanc dotationem à DEO optimo † probatam videmus. *Geneſ. cap.* 29. *& cap.* 30. Vndè decretum eſt *Exodi. cap.* 22. Quòd ſi duxerit quis Virginem necdum deſponſatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Et poſt modum taxata eſt quantitas *Deuteronomij. cap.* 22. Si inuenerit (inquit) Vir puellam Virginem, quæ non habet Sponſum, & apprehendens concubuerit illa, & res ad Iudicium venerit, dabit, qui dormiuit cum ea, patri puellæ, quinquaginta Siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam, nõ poterit dimittere eam cunctis diebus Vitæ ſuæ.

10 Vſui etiam erat in ſacra † ſcriptura apud Iſraelitas dari in dotem ciuitates, & Vrbes ab inimicis captas, & agros, Indè in expugnatione Chananæorũ Caleb vir fortis edixit, qui percuſſerit Cariathſepher, & vaſtauerit eam, dabo ei Axam filiã 11 † meam in Vxorem, quam cum expugnaſſet, Otho niel filius Cenex, & frater Calet minor habuit Axam in coniugem, cui Vir dixit, vt peteret à patre agrum, quæ patri dixit, quia terram arentem dediſti mihi, da, & irriguam aquis, dedit ei Caleb ir- 12 riguum † ſuperius, & irriguum inferius, vt habetur *Iudicum cap.* 1. Eodem modo Vrbs Gazer, ſiue Gezer in tribu Ephraim, cuius Regem occidit Ioſue, vt habetur *Ioſuæ, cap.* 10. *& 16.* Hanc eandem Ciuitatem poſtmodum cepit Pharao Rex Aegypti bel- 13 lo illam aggreſſus, occiſis † ad vnum habitatoribus, & illam dedit in dotem filiæ ſuæ Vxori Salomonis Regis, vt ſcriptum eſt *in lib.* 3. *Regum, cap.* 9. quam Salomon, quod eſſet natura munita, & ad bella op- 14 portuna denuo † exædificauit, vt teſtatur *Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum, lib.* 8. *cap.* 3. de illa dote taxata *Deuteronomij, cap.* 22. quinquaginta Siclis, loquitur *Ioannes Bodinus de Republica, lib.* 5. *cap.* 2. Quis autem non cogitet poſt modum *Plato de legibus Dialog.* 6. notitiam habuerit ſcripturæ ſacræ, dum inquit, Dos ſit Drachmarum quinquaginta ad ſummum veſtitus gratia, vt inſolentia ſit minor mulieribus, & ſeruitus humilis, & illiberalis.

Conſtitui autem dos poteſt, vel ab ipſa mulie- 15 re, † vel à quolibet alio. *l. Dotem* 36. *ff. de Iur. dot.* 16 promittendo enim † dotes, omnes obligantur, cuiuscũnq; ſexus, vel conditionis fuerint. *l. promittendo.*

17 *tendo.* 42. *in princip. ff. eod. tit.* ſiue Maſculus, † ſiue fœmina, ſiue laicus, ſiue clericus, ſiue ſui iuris, ſiue in poteſtate. *l. fin. C. Ad Senatus. conſult. Velleian. Accurſ. in dicta. l. promittendo.* Ideo non iuuatur mulier Velleian. ſi dotem promiſerit. *l. ſi donari. C. eo. titul. Bald. Nouell. in Tract. de Dote parte 6. Priuileg.* 12. *Hippolyt. Riminald. in Rub. de Donat. nu.* 42. 93. Quæ promiſſio ſiue fiat à perſona ſua, ſcilicet matre, aut alia ſanguine iuncta, vel extraneo adimplere promiſſionem dotalem, Velleiano ſenatus
18 conſulto † non obſtante, tenebitur. *dicta l. ſi dotari. & dicta. l. fin.* voluit *Bald. Nouell. in dicto Priuileg.* 12. *Ioan. Crotus. in l.* 1. *nu.* 103. *ff. ſolut. Matr. Papienſ. in Forma libell. quo ag. ad Vſufr. in princ. num.* 11. *Ioan. Coraſ. in l. Qui liberos. num.* 122. *ff. de Ritu Nupt. Anton. Gomez in l. Tauri.* 36. *num.* 2. *verſ. Tertio quòd ſi mulier. facit Decius in conſil.* 536. *Incip. And. Tiraq. de Retract. conſanguin.* §. 1. *gloſ.* 14. *nu.* 100. *In cauſa. ſub num.* 5. *verſ. ſecundo principaliter*
19 † *contra petitionem. Ioan. Cephalus in conſ.* 408. *nu.* 9. *verſ. Decimo mulier. Vol.* 3 *Marc. Antoni. Natta in conſ.* 52. *nu.* 15. *Vol.* 1. *Ioan. Vincent. Ondede. in conſil.* 45. *nu.* 23. *Vol.* 1. *Emanuel Suarez in Theſauro receptar. ſententiarum* §. *Dos. num.* 322. *Marcus Anton. Amatus in Deciſion. Marchiæ.* 34. *num.* 12. *Fabius Arcas. Roman. in Deciſ. Dotal.* 2. *cum pluribus allegatis per Anton. Heringium in Tract. de Fideiuſſ. cap.* 7. *num.* 453. *Dethardus Horſthius in Synopſi Theſum. lib.* 16. *titul.* 1. *nu.* 15. *parte* 3. *Vincen. de Franchis in Deciſ. Neap.* 182. *Ioan. Baptiſt. Thor. in compend. Deciſ. Neap.* §. *mulier intercedens.* Maximè cum Dotis
20 cauſa ſit pia. † *Andr. Tiraquell. de Priuilegijs piæ cauſæ. in Præfati. verſ. Item cum dos, & alimenta.* & Ideo in illa ceſſat priuilegium Velleiani. *Vincentius de Franchis in Deciſion. Neapol.* 237. quem ſequitur *Idem Anton. Heringius. in dicto cap.* 6. *n.* 454. *& ſeq.*

Si autem mulier, aliusve promittens fuerit minor, promiſſio, & conſtitutio dotis nulla eſſet, cum
21 † maiorem viginti quinque annorum exigat. *text. in l. final. C. ad ſenatus conſul. Velleian.* voluit *Octaui. Simoncell. de Decretis minorum. lib.* 3. *titul.* 3. *Inſpection.* 13. *nu.* 91.

Declara tamen ſecus eſſe, ſi iudicis decretum
22 † interuenerit *arg. l. Ob æs. C. de Prædijs minorum.* quia tunc fauore dotis cum decreto bona immobilia alienari permittuntur *vt poſt Gloſ. in l. Titia.* 63. *ff. de Iure dot. Salicet. ibidem.* voluit *Baptiſta de Sancto Blaſ. in Tract. de Priuilegijs Dotalibus. Priuileg.* 62. *Centur.* 1. voluit *Idem Simoncell. in dicta Inſpect.* 13. *ſub num.* 60. Ob cauſam enim nuptiarum donari ſine decreto non poteſt *Barthol. in l. ſi conſtante. nu.* 79. *ff. ſolut. matrim. Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus. glo.* 9. *nu.* 195.

Et ideo à muliere minori dotem in bonis immo-
23 bilibus conſtitui ſine iudicis decreto nõ poſſe † notatur *ex l. lex quæ tutores. vbi Bartol. & cæteri C. de admin. tutor. Rol. à Valle in tract. de lucro dotis. q.* 45. quem ſequitur *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iud. quæſt. lib.* 2. *Centur.* 2. *caſu* 171. *nu.* 48. *benè Curtius Iunior in conſ.* 268. *num.* 19. *Hierony. Gabriel in conſ.* 33. *ſub num.* 3. *Vol.* 1. idem voluit *Paulus Montanus de Iure Tutelar. & curat. cap.* 33. *num.* 418. *Couar. Practicar. quæſt. cap.* 28. *num.* 10. *Ioan. Petr. Surd. in conſ.* 191. *nu.* 22. *vol.* 2. *& in Deciſ. Mantua.* 278. *nu.* 1. *Ioan. Beſſianus in conſuetud. Aluer. cap.* 14. *Articul.* 11. *verſ. Vigeſimo ſeptimo.*

Aduentitia eſt dos, aut profectitia, vt dicit *Vlpianus in Fragmentis. Titul. de Dote.* 6. Aduentitia
24 eſt dos, † quæ ab extraneo conſtituta eſt, *l. profectitia.* 5. §. *ſi pater.* §. *ſiquis certam. ff. de Iur. dot. l. Vnica.* §. *& vt plenius. C. de Rei vxor. act.* Extraneus iſto ca-
25 ſu † dicitur quilibet citra patrem per virilem ſexum aſcendentem, & in poteſtate dotatam perſonam non habentem. *dicta. l. Vnica.* §. *extraneum Vlpianus in dicto titul.* 6. *Herman. Vulteius in Iuris prudentia Romanor. lib.* 1. *titul.* 20. *Verſicul. Aduentitia dos. & verſ. extraneum accipimus. Hierony. Treutlerus Diſputation. Selectar. parte* 2. *Diſput.* 7. *Theſi* 3. *Ioan. Sainxon. in Conſuetud. Turonenſ. titul.* 29. *col.* 2. *verſ. ſecundo eſt videndum.*

26 Profectitia verò dos dicitur † conſtituta à patre, vel à fœminæ parente virilis ſexus de bonis, vel facto eius. *dicta. l. Profectitia.* 5. *in princ. l. pater filiæ.* 84. *ff. de Iur. dot. l.* 2. §. *Quod ſi in patris. l. ſi ab hoſtibus.* 10. *in prin. ff. ſolut. matr. dicta l. Vnica.* §. *accedit. l. Auia. C. de Iur. dot. Vulteius, & Treutlerus. in locis ſupra allegatis. Corn. in cõſ.* 235. *in princip. Vol.* 1. *Ioan. Sainxon in loco allegato.*

27 Hinc ſequitur patrem teneri † filiam dotare, paternumq; hoc ſuum eſſe officium, *l. obligamur.* §. *lege. ff. de action. & obligat. l. fin. C. de dotis promiſſ. Gloſſ. in l. cum poſt.* §. *gener. in verb. placuit. ff. de Iure dot. l. cum pluries.* §. *pen. in verb. alio. ff. de Adminiſtrat. tut. l. neque mater. C. de Iur. dot. Bartol. in l.* 1. *nu.* 2. *ff. ſolut. matr. Bald. Nouell. in Tract. de Dotib. Parte.* 6. *Priuileg.* 15. *Barthol. Socin. in Regul.* 281. *Cardinal. Pariſ. in conſ.* 29. *nu.* 60. *Vol.* 3. *Matthæ. de Afflict. in Deciſion. Neapol.* 162. *ſub num.* 6. *Marcus Mantua Dialogo. Denarrat. Claff.* 4. *cap.* 28. *num.* 1. *Guid. Pancirol. in conſ.* 114. *nu.* 10. *Menoch. de Præſumption. lib.* 4. *Præſumption.* 189. *n.* 61. refert *Ioan. Baptiſta Coſta in Tract. de Facti ſcient. & ignorant. Regul.* 11. *num.* 3. *Aſcan. Clementin. de Patria poteſt. effect.* 11. *nu.* 1. *Vulteius in dicto lib.* 1. *cap.* 20. *verſ. Dotare autem. Treutler. in dicta Diſput.* 7. *Theſi.* 2. *parte* 2. *Thorus in Compend. Deciſion. Neapol. in Verb. Dotare filiam. Ioſeph. Ludouic. in Deciſion. Peruſin.* 21. *nu.* 19. *D. Garſias Maſtrill. in Deciſion. Siciliæ.* 186. *nu.* 3. *Antonius Faber in Codice Fabrian. lib.* 5. *titul.* 6. *Definit.* 7. *Nicol. Reuſner. in Deciſ. Ienenſi.* 5. *nu.* 1. *lib.* 1. *Paul. AEmil. Verall. in Deciſion.* 273. *num.* 2. *parte* 2. *Anton. Gamma in Deciſ Luſitan.* 376. *nu.* 1.

Amplia primo procedere, vt pater teneatur fi-
28 liã dotare, ſi fuerit filia maritata, & nupta † *Corn. in conſil.* 242. *Vol.* 3. *in conſil.* 35. *num.* 1. *in conſ.* 39. *num.* 2. *Vol.* 4. *Nicol. Boer. in Deciſion. Burdegal.* 130. *nu.* 8. quod dicit procedere, etiam ſi ſine ſuo con-
29 ſenſu nupſiſſet, † de quo & nos ſupra latè diximus *in hac ſumma Deciſionum Vniuerſarum. titul.* 1. *num.* 274. *cum pluribus ſeqq. hoc Tomo* 3. & quoad amplia-

pliationem *adde Casarem Vrsillum in Decision. Neapol.* 179. *sub nu.* 2. dicentem, filiam, & si nuptam pa-
30 trem † teneri ad dotandam. Estq; communis opinio, vt voluit *Iason in Auct. præterea. nu.* 8. *C. Vnd. Vir. & Vxor.* sequitur *Anton. Gamma in Decis. Lusitan.* 376. *num.* 1.

Amplia secundò, Quòd & si non nupserit filia, sit autem in ætate Nubili tenetur tamen pater ei
31 iuxta qualitatem, & facultatem dotem † assignare. *l. Quæro.* 61. *ff. de Iur. dot.* & decretum fuit per Sacrum Consilium Neapolit. *apud Vincentium de Franch. in Decis.* 617. quem sequuta est *Curia Siciliæ*, vt habetur *apud Mastrill. in Decisio. Sicilia* 107. *per totã.* quos refert, & sequitur *Ioan. Baptista Thorus in Compendio Decision. Neapolit. in Verb. Dotare filiam.* referens *Andre. Molfesi. ad Consuetudin. Neapolit. parte* 4. *q.* 5. *nu.* 3. *Anton. Gamma. in Decis. Lusitan.* 376. *sub nu.* 1.

Amplia Tertio, vt pater clericus teneatur dotare filiam, non solũ de bonis patrimonialibus. *Ant. de Butrio in c. constitutus. de Relig. domib. vbi etiam Abb. Panor.* sed ẽt de bonis intuitu Ecclesiæ quęsitis
32 sui, & de beneficialibus † *cap. omnimo. vbi glos.* 31. *Disti.* quæ licèt loquatur de folia ante clericatum,
33 tamen idem est in nata post † clericatum. vt dicit *Ioan. Lopez in Rep. cap. per vestras.* §. 23. *num.* 13. *de Donat. inter virum, & vxor. Panor. in c.* 1. *col. fin. de cohab. cler. & mul. Anton. Gamm. in Decis. Lusit.* 149. *num.* 3.

Amplia quartò, quòd quamuis filia sit diues, & habeat bona aduentitia, ex quibus congruè, & cõ-
34 modè posset dotari, tamen ad huc † de suo pater dotare tenebitur. *vt in l. fin. C. de Dotis promission. vbi Bald nu.* 1. *vers. in tex. ibi officium.* cuius authoritate ita concludit *Barthol. Socin. in cons.* 57. *Incip. In causa Restitutionis. col.* 2. *nu.* 3. *vers. probatur ista opinio. Vol.* 4. *& Cardin. Parisius in cons.* 29. *num.* 61. *Vol.* 3. *cum quibus ita resident Ascan. Clementin. de Patria potestat. Effect.* 11. *num.* 14. *Marian. Socin. Iunior. in cons.* 79. *nu.* 109. *Vol.* 3. *Ioan. Vincent. de Anna in Allegat.* 88. *per totam. Cardinal. Paleotus in Trac. de Notis, & Spurijs. cap.* 49. *sub nu.* 2. *Didacus Spino in Specul. testament. Gloss.* 11. *nu.* 12. *Ripa in l.* 1. *nu.* 70. *vbi Præcept. Ioan. Bolognett. nu.* 94. *fol. mat. Iosep. Lud. in Decis. Perusin.* 21. *nu.* 20. *Cæsar Barzi. in Decis. Bono.* 29. *num.* 45. *Anton. Gom. in Decis. Lusitan.* 376. *sub nu.* 1. *Tobia. Nonius. in cons.* 64. *nu.* 2.

Declara supradictam ampliationem non procedere, quando pater inops esset, & pauper, excu-
35 satur † enim eo casu ab onere dotandi filiam, *l. fin.* §. *vbi autem. C. de Dotis promission.* vt in specie dicit, & concludit *Cornelius Benincasi. in Tract. de Priuilegijs Paupertatis. q.* 8. *speciali contractuum.* 3. *nu.* 16. sequitur *Ascanius Clementinus de Patria potestate dicto Effectu.* 11. *nu.* 21.

Subdeclara tamen, patrem non posse dici esse
36 in paupertate, vel inopia positum, bona † eius non supplerent ad dotandas filias plures, sed considerandа est inopia, & egestas respectu illius filiæ, de qua agitur, & cui fuisset dos promissa, ita fuit per ampliſſimum ordinem Senatus Neapolitani Decisum, vt habetur *per Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 179. *per totam.* sequitur *Iosephus Mascardus in Tract. de Probationibus, conclus.* 1155. *num.* 12. de qua loquitur *Marc. Antonius Genuensis, in Practica Archiepiscopal. Neapolitan. cap.* 25. *sub num.* 8. *Ioan. Baptista Thorus in Compendio Decis. Neapol. in Verb. Pater, an dicatur esse.*

Contrarium tamen considerari oportere paupertatem, & inopiam considerandam, vt si non
37 haberet † pater bona, quæ essent sufficientia ad omnes filias, non teneatur dotare vnam filiam, si non habebit sufficientia ad legitimam omnium filiarum, ità optimè concludit *Alexand. in consil.* 149. *Incip. Viso Themate, & dubijs, num.* 9. *Vol.* 7. hoc idem voluit *Corn. in cons.* 16. *Incip. In præsenti consultatione, col. Vltim. litera. g. vers. secundũ etiam fundamentum, vol.* 3. *Carol. Ruin. in cons.* 124. *num.* 11. *Vol.* 1. *Fortun. Garzia, in l. Iuris gentium. in princip. nu.* 96. *ff. de Pact. & Mascardus in dicta conclus.* 1155. *num.* 14. & ad dictæ, *l. fin. C. de dotis promiss.* intellectum vide *Bernardin. Alfanum, in Collectan.* 218.

Amplia quinto, Patrem saltim ex dispositione Iuris canonici, teneri ad dotandam filiam spuriam
38 † & naturalem, ea ratione, quòd tenetur ad alimenta necessaria subministrare, *arg. c. cum haberet, in fin. extra de eo, qui dux. in matrimon. quam polluit per adult.* voluit hoc expressim *Bartol. in l. fin. nu.* 7. *vers. Quis erit ergo modus. ff. de his, quib. vt indign. in l. Mæuius.* §. *duobus, num.* 18. *vers. & istud est vtile scire. ff. de leg.* 2. *in l. fin.* §. *si à socero, num.* 2. *ff. de his, quæ in fraud. credit. & in Auct. Ex complexu, nu.* 3. 4. *C. de Incest. Nupt.* dicens, Dixi, & consului, quòd vsq; ad quantitatem sufficientem pro alimentis pater potest huic filio spurio relinquere, &
39 eodem † modo filiæ spuriæ pro dote sua, quia sine aliqua dote, non potest alicui nubere dicens, tenemenți. *Ioan. de Imol. in l. Lucius.* §. 1. *ff. de leg.* 1. *Bald in l. Neq; mater, num.* 2. *C. de Iure Dot.* qui di-
40 cit, verum in † filia naturali non autem in Bastarda, seu nepharia. *Francisc. Aretin. in l.* 1. *col.* 5. *vbi Alexand. num.* 18. *Barthol. socin. num.* 25. *Ripa, num.* 65. *ff. solut. Matrimon. Mathesilan. in Notabil.* 147. *Incip. Nota singulare dictum, quòd pater,* vbi dicit, posse dotem dari filiæ natæ ex nephario, & ince-
41 stuoso † coitu idem voluit *Anton. Corset. in singul. in Verb. Spurius il* 2. faciunt scripta *Ludouic. Roman. in cons.* 43. *Incip. Ad primum, num.* 7. *versicul. Tertia cautela,* si ista æquitas Iuris Canonici attenditur etiam in foro seculari, vt voluit *Abb. Panor. in dicto c. cum haberet. Curt. Senior. in Consil.* 39. *in Princip. Angel. de Aretio, in Tract. de Testamentis, in Gloss. Item reliquit filio spurio, in fin. Vers. Quæ-*
42 *ro an dispositio.* vbi dicit, filiæ spuriæ posse † per patrem alimenta, vel dotem relinqui, & dispositionem præfatam esse seruandam in Terris Ecclesiæ, & Imperij dicens ita fuisse Iudicatum in causa vxoris Antonij de Capriolis de Regio. *Idem Angelus de Aretio. Institut. de Iure natur. gent. & ciuil.*

ciuil. in princ. col. 2. Alexand. in conſ. 74. Incip. circa primum dubium, col. 2. Volum. 3. Franciſc. Aretin. in Conſ. 48. Incip. Reuocatur in dubium, quem ſequitur *Ioan. Lopez de Palatios Rubios. in Repet. c. per veſtras. §. 23. num. 22. Verſic. Tenetur pater. de Donation. inter vir. & vxor.* dum dicit, Teneri patrem
43 alere, & dotare † filiam illegitimam, non ſolum in terris Eccleſię id obſeruandum ſecundum æquitatem canonicam, ſed etiam in Terris Imperij, & vbiq; locorum, Idem tenuit *Didacus Spino in ſpecul. Teſtamentorum. Gloſſ. 12. num. 9. 10. Abbas Panormitan. in Conſ. 50. & in conſil. 115. Vol. 2.* & optimè concludit *Auguſtin. Berous in conſil. 165. num. 20. cum pluribus ſeq. Volum. 2. Bald. Nouell. de Dote. Parte 6. Priuileg. 16. Gulielm. Benedict. in Repet. c. Raynutius, in Verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, num. 123. 124. & in Verb. Dotem quam & dederat. num. 23. de Teſtament. Campeg. in Tract. de Dote. Parte 1. q. 17. Ioan. Baptiſta Caccialup. in Rep. l. ſi qua Illuſtriſ. numer. 9. C. Ad ſenat. conſult. Orfician. Didacus Couar. in Epithom. de Sponſalibus. Parte. 2. cap. 8. §. 6. num. 11. & benè Michael Cifuentes in l. Tauri. 9. num. 9. Iaſon in conſ. 26. num. 12. Volum. 1. Roland. à Valle in Tract. de lucro Dotis. q. 94. Aſcan. Clementinus de Patria Poteſtate, cap. 6. effectu. 11. numero 8. Petr. Duennas Regul. 366. limitation. 5. & in Regul. 367. Ampliatione. 3. Petr. de Anchar. in conſil. 401. Incip. Stipoſius, in finalibus verbis. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 127. num. 2. 7. Ioan. Petr. Surdus de Alimentis. Tit. 1. q. 13. nu. 6. q. 25. numer. 16. 17. 29. Antonius Capicius in Deciſ. Neapol. 164. & in deciſ. 181. num. 1.* idem decreuit Camera Imperialis *Andreas Gail. Practicarum Obſeruationum lib. 2. Obſeruat 88. numer. 4. cum pluribus ſeqq. Anton. Gabriel. commun. opin. Tit. de Alimentis concluſ. 1. num. 13. Capicium* ſequitur *Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol. 178. num. 6. 12. Iacob. Nouell. in Regul. 141. nu. 1. Card. Paleoth. de Notis, & Spurijs, cap. 49. cap. 50. & eleganter Marcus Mantua Dialogorum Iuris, lib. 1. cap. 25. Treutlerus Selectar. diſputation. par. 1. diſputation. 7. ſub Theſi. 2. Nicolaus de Vbal. de ſucceſſ. ab Inteſtat. par. 1. col. 17.* quam refert, & ſequitur *Ioan. Neuizan. in Sylua Nuptiali, lib. 3. num. 27. Ioan. Pyrrhus Anglebermens in Conſuetudin. Aurelian. titul. de ſucceſſionibus, cap. 6. in fin.* & luculenter, ac veridicè more ſuo *Roland. à Valle in conſil. 74. per totum volum. 1.* & hanc eſſe communem omnium Doctorum ſententiam voluit *Iacob. Menoch. in conſil. 60. nu. 9. vol. 1. Marc. Anton. Peregrin. in conſil. 83. nu. 8. vol. 1. Hieronym. Gabriel. in conſil. 25. nu. 3. 4. vol. 1.* & indubitanter conſuluit *Deci. in conſ. 611. incip. Magnificus Pandolphus Petrucius,* qui conſuluit pro Alexandra filia monialis, quam ſequitur *Cardinal. Pariſi. in conſil. 64. ſub nu. 9.* dicens hanc eſſe communem ſententiam, *vol. 3. Aluar. Valaſcus. Conſultation ſiue deciſ. Luſita. 188. nu. 9. Anton. Gamma in deciſion. Luſitan. 149. nu. 7. Franciſc. Burſat. in conſil. 62. num. 9. in conſil. 88. nu. 2. vol. 1. Ioan. Baptiſta Villalob. opin. Commun. in Verb filius. nu. 124. Emanuel Suarez in Theſauro Receptar. ſententent. §. Naturalis, nu. 16. Conſtantin. Capriolus. de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 1. nume. 134. Hieronym. Cæuallos Communi opinio. contra commun. 565. nu. fin.* Concludam concluſionem iſtam cum exemplis Sanctorum Patrum, dedit enim Abraham antequam moreretur cuncta quæ poſſederat, Iſaac. Filijs au-
44 tem concubinarum, largitus eſt † munera, & ſeparauit dans plagam Orientalem, vt patet *Geneſis. cap. 25.*

Declarandam tamen aſſerunt ſupradictam ampliationem, vt dos quæ ſpuriæ datur, quantitatem
45 † alimentorum non excedat. *Bald. in conſil. 267. col. 2. volu. 1. in conſil. 457. col. 2. vol. 5. Iaſon in dicto conſil. 26. col. 3. vol. 1. Anton. Capici. in deciſion. Neapol. 181. Roland. à Vall. in conſil. 74. nu. 46. vol. 1. Cãpeg. in dicto tractat. par. 1. q. 48. Antonius Gabriel. in dicto titul. de Aliment. concluſ. 1. num. 14. Vincent. de Franchis in deciſio. Neapol. 283. nu. 11. & 12. Barth. de Caſſan. in Conſuetudin. Burg. Rub. 8. §. 3. ſub nu. 11. verſ. Ampliat ſecundò.* & maiori ex parte ſupra allegati. Competentem autem quantitatem iſto
46 caſu, dicit † eſse illam, quam pater ſtatuit, vel promiſit, vt dicit ex pluribus *Dec. in dicto conſil. 611. col. fin.* de quo dicemus inferius. Et quando ſpuriæ
47 data eſsent in dotem plura, quæ † excederent alimenta, quod ſuperfluit donatum non valebit, ſed reſtitueretur iuramento non obſtante, voluit *deciſ. in conſil. 271.* quem ſequitur *Franciſ. Burſat. in conſil. 1. ſub nume. 32. vol. 1.* voluit *Rol. à Vall. in conſil. 74. nu. 46. & 50. vol. 1. Curtius Iunior. in conſi. 37. colum. fin. Anton. Capic. in deciſ. Neapol. 181. Aſcan. Clementin. de Patria poteſtate, cap. 6. Effectu 11. ſub num. 8. & 9. Et mortua filia redit ad hæredes patris Capic. in dicta deciſ. 181. n. 1. Ioan. Thomas Minad in deciſ. Neap. 21.* vbi an potuiſset de illa diſponere, de hoc dicam infra, *vide Thor. in verb. Dos data.*

Extraneus, quì non tenetur dotare, ſi dotauerit
48 præſumitur animo donandi donaſse † *l. vnica. §. accedit. C. de Rei vxoriæ action.* vbi ſi extraneus dotando, niſi expreſse pactus fuerit, donaſse præſu-
49 mitur † *l. Item quæritur. §. qui impleto. ff. locat.* hoc tenuit *Bald. Nouellus in tract. de Dote, par. 6. Priuilegio. 45.* plus ſubiecit, quòd ſi talis extraneus eſset de eadem, vel ſimili quantitate debitor mulieris,
50 & tamen pro muliere † dotem promiſit, nulla expromiſſione facta, quòd animo compenſandi, vel ſe ab obligatione liberandi promiſerit, quod fauore dotis animo donandi id fecerit, quam concluſionem retulit *Ioan. Petr. Surd. in conſil. 119. nu. 23. vol. 1.* & idem per tranſitum ante ipſum retulit *Andr. Tiraquell. de Iure Conſtituti poſſeſſorij. par. 3. Limitat. 5. nu. 3.* Et id comprobare vult *ex allegatis per Ripam in l. In quartam, nu. 139. ff. Ad legem Falcid.* qui allegat *Paulum de Caſtro in conſil. 96. & Alexand. in conſil. 179. Incip. Viſo proceſſu, col. 1. verſ. hoc conſulendo, vol 5.* quo in loco allegat *Caſtrenſ. in conſil. 118.* dicentes pro inſtantia, quòd in caſu illo, patruus, qui dotauerat neptem, & ſic erat extraneus, quia eo caſu, potius cenſebatur tamq;

extra-

extraneus feciſse intuitu fratris, quam neptis. Sed ſupradictam concluſionem, quòd extraneus promittens dotem, ſi non ſtipulatus ſit cum marito dotem ſibi reddi, quòd præſumatur donandi ani-
51 mo illam † dediſse, vt annotauit *Bartol. in conſil.* 123. *num.* 1. *volum.* 1. *Barthol. Socinus in conſil.* 100. *Incip. Super controuerſia, col.* 2. *ſub num.* 6. *verſic.* 3.
52 *ibi videmus* idem in extraneo, qui dotando † videtur donare, ex quo dotare non tenebatur. *arg. dicti.* §. *Accedit.* Idem voluit *Dec. in conſil.* 35. *Incip. Præſtantiſſime Doctor, num.* 1. vbi allegat. *Alexand. in conſil.* 4. *Incip. Videretur, col.* 7. *Vol.* 2. qui tamen iſtud non dicit, *ſed col.* 4. *verſ. Quod iſtud ſit verum probatur*, dicens, quòd cum fuiſſet data Federico dos, ſiue prodote Lippę vxoris, & quòd Lippa prę ſens non erat inſtrumento, quòd inſtrumentum
53 † probat, inducens dictum Bartoli conſilium, *arg. dicti.* §. *accedit.* quod dico, vt oſtendam me illud vidiſſe, & iſtud ab eo dictum non fuiſſe, eodem modo facit *Ioſephus Maſcard. de probationib. eõcluſ.* 572. *num.* 1. ſed explicitè id melius dixit *Bald. in dicta, l. fin. num.* 3. *verſ. quid de extraneo. C. de Dotis promiſſione. Marc. Antonius Natta in conſil.* 100. *nu.* 11. *Vol.* 1. *Marian. Socin. Iunior. in Conſil.* 79. *num.* 74. *Vol.* 3. *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iud. quæſt. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 88. *num.* 36. *Barthol. Socin. in conſil.* 291. *Incip. Viſis literis, col.* 7. *verſ ſed præmiſſis non obſtantibus, cum ſeqq. Vol* 2. quem ſequitur *Auguſtin. Berous, in conſ.* 190. *numer.* 35. 40. *Vol.* 1. *Iacob. Mandell. in conſ.* 12. *num.* 11. *vol.* 1. *Franciſc. Veggius, in conſ.* 37. *num.* 6. *Thobias Nonius in Conſil.* 64. *in fi. Decius. in conſ.* 68. *Incip. de duobus quæritur, col.* 5. *verſ. His tamen remotis: Aluar. Vallaſcus conſultat. ſiue Deciſion. Luſitan.* 127. *num.* 11. *poſt Conſtan. Roger. in Tract. de Dote.* §. 8. *num.* 8.

Extende ſupradictam concluſionem faciliori modo procedere in patre dotem promittente, quòd præſumitur donare, quàm in extraneo, cum
54 † teneatur ex iuris diſpoſitione filiam dotare, vt diximus *ſupra hoc eodem titul. verſicul. Hinc ſequitur, num.* 27. & dixit *Bartol. in l. mulier.* §. *cum proponeretur, vbi etiam Alexand. ff. Ad Trebell. Bald. Nouell. in Tract. de dote parte.* 6. *Priuileg.* 18. In patre magis præſumitur ex dicta ratione donatio,
55 cum † det dotẽ neceſſitate coactus. *l. Qui liberos. ff. de Ritu Nuptiar. vt voluit Barth. Socin. in dicto conſil.* 291. *col.* 5. *verſic. Quarto, quia tunc videtur, & col.* 6. *verſ. ſed premiſſis non obſtantibus. Vol.* 3. *quam opinionem corroborat Dec. in conſ.* 53. *Incip. Præſtantiſſime Doctor. col.* 2. *verſ. & ratio videtur manifeſta*, dicens, patrem promittentem dotem pro filia, do-
56 naſſe præſumitur, etiam ſi non ſequatur † matrimonium, *l. ex morte. C. de pact. conuentis. l. final. C. de Dotis promiſſion. arg. l. ſi donaturus. ff. de condition. ob cauſam.* pater enim videtur, promittere
57 dotem pro filia, vt ſatisfaciat officio ſuo. † *vt in dicta. l. final. Idem Decius in conſ.* 66. *Incip. de duobus quæritur. col. fin. Marian. Iunior. in conſ.* 79. *nu.* 74. *vol.* 3. *Menoch. de Arbitr. Iudicum quæſt. lib.* 2. *Centur.* 1. *caſu* 88. *nu.* 39.

Subamplia hanc ampliationem, patrem dantem dotem filiæ, non ſolum intelligi donaſſe in-
58 tuitu primi matrimonij, ſed etiam ſecundi † *vt ex Decio in dicto conſil.* 35. *num.* 6. *& ex.* §. *Quia verò in Auct. de æqualitat. dotis* voluit *Ioſephus Maſcard. de Probation. concluſ.* 572. *nu.* 6. hoc autem tractabimus inferius.

Declara Patrem adeo teneri ad dotandas filias, quòd Quamuis pater committat crimen læſæ
59 maieſtatis, & confiſcarentur bona, † quo caſu nulla filijs bonorum portio debeatur. *Cardinal. in clem. Paſtoralis, num.* 15. *de Re Iudicat. AEgid. Boſſus in Tract. Criminal. titul. de crimine læſæ Maieſtatis, num.* 134. *arg. l. Quiſquis. C. Ad leg. Indi. Maieſtat.* voluit *Roland. à Vall. in conſil.* 8. *nu.* 43. *vol.* 3.
60 Tamen fœminis filiabus † ex bonis confiſcatis datur dos vt habetur *in dicta l. Quiſquis.* §. *ad illas*, quæ eſt confirmata in hoc Regno Neapolitano per Federicum ſecundum Imperatorem *per Conſt. Regni. Incip. ob filiorum Culpas, in cuius fine. Andr. de Iſer.* dicit, deberi in bonis patris committentis
61 † crimen læſæ maieſtatis dotes. Hoc idem voluerunt *Martin. Laudenſis, in tract. de crimine læſæ Maieſtatis.* §. 10. *Incip. vbicunq; Matth. de Afflictis in c.* 1. *in Verb. & Bona committentium crimen læſæ, maieſtatis, col.* 1. *idem Boſſius, in dicto, numer.* 134. *verſic. in fœminis. Franciſc. Beccius, in conſil.* 8. *vbi ampliſſime Ioan. Baptiſta Baiard. in Pract. crimin. q.* 78. *numer.* 124. 125. *nouiſſimè Sabaſtianus Guazzinus, in Tract. de confiſcatione Bonorum, in limitatione.* 23. *concluſionis Decimæ Tertiæ, num.* 32. Ideo Rex Ferdinandus Primus huius Regni Neapolitani tunc Rex, optimè fecit, quòd honorificè do-
62 tauit filias † Principis Roſſani notorij Rebellis eiuſdem Regis, vt teſtatur *Afflict. in loco allegato.* Et
63 filiæ eo caſu datur tertia † pars bonorum, vt voluit *Decius in dicto conſ.* 8. *Baiard. in dicto, nu.* 124. *Marc. Anton. Peregrin. de Iure Fiſci, lib.* 3. *tit.* 9. *nu.* 9. *& lib.* 5. *titul.* 1. *num.* 76.

Sub declara hanc declarationem non procedere quotieſcunq; filiæ fœminę inquiſiti de crimine læſæ Maieſtatis, etiam ipſæ eſſent complices, &
64 macchinaſsent † contra eorum ſupremum Principem, vel illius ſtatum, *vt poſt Bald. Afflict. & Hieronymum Gigantem*, voluit *Franciſc. Beccius in dicto conſ.* 8. *num.* 16. vbi dicit, eſse Iuſtam, & ratio-
65 nabilem cauſam, quia tunc † punirentur ex facto, & delicto illarum proprio. *Sebaſtian. Guazzin. de confiſcat. bonor. Vigeſimæ Tertiæ concluſionis limitation.* 23.

Declara inſuper, quòd ſi pater prius dotem filiæ promiſiſset, & deinde extraneus illa ſolueret, nam tunc non animo donandi ſoluiſse præſumeretur,
66 ſed animo † illam repetendi à patre, vt voluit *Bald. Nouell. in Repet. l.* 1. *num.* 338. *in fin. ff. ſolut. matrim.* Hoc eodem modo procedit in matre ſoluente do-
67 tem, ſi maritus † prius promiſerat, vt ibidem dicit, idem *Bald. Nouell num.* 82. quem retulit *Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæſt. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu.* 88. *ſub num.* 44.

Frater

Frater etiam dotans sororem, quamuis diuitem
68 præsumitur etiam animo donandi illam † dotare, dicit *Ripa, in l. 1. num. 9. ff. solut. matr.* & est opinio *Bald. in l. fin. numer. 3. vers. Quid de extraneo. C. de Dotis promiss.* & est de mente *Dec. in cons. 66. Incip. De duobus quæritur, col. fin. Paul. de Castr. in consil. 120. Incip. Ad primum respondetur in 3. dubio*, quem refert, & sequitur *idem Decius in consil. 68. pro resolutione casus, numer. 4.* dicentes, quòd fra-
69 ter, qui scit filiam † fratris dotari de communi, si tacet, animus donandi præsumitur, fauore dotis.

Limitant, non procedere si frater, siue mater, vel extraneus quis quis ille fuerit, qui dotauerit,
70 cum esset aut administrator, aut debitor † mulieris, quia tunc non præsumuntur donandi animo dotem promisisse, sed de suo, scilicet de bonis mulieris, si fuerit illius administrator, vel animo compensandi, si erat debitor eiusdem mulieris, *arg. l. Nesennius. ff. de Negotijs Gestis. Gloss. in l. fin.* vbi hoc voluit *Bald. num. 3. C. de Dotis promissione.* & in
71 simili quoad alimenta † scribit *Ludou. Romanus in cons. 255. Inc. Quoad primum, nu. 2. Barth. Socin. in cons. 64. Incip. In præsenti consultatione, n. 2. 3. Vol. 4. Nicolaus Boer. in cons. 17. nu. 5. cum pluribus sequent. & hanc limitationem probat Barthol. Socin. in consil. 121. Incip. Visa contingentia, col. penult. versicul. Et probatur etiam hæc conclusio. Vol. 1. idem Socin. in consil. 291. col. 7. versicul. multo minus vol. 2. Carolus Ruin. in cons. 171. num. 3. in consil. 200. num. 1. Vol. 1. in cons. 65. num. 6. Vol. 3. Marian. Iun. in cons. 79. nu.*
72 *94. vol. 3.* qui loquitur idem procedere † in patruo. *Andr. Alciatus in consil. 153. num. 3. Ripa in dicta, l. 1. num. 94. ff. solut. matr. Bald. Nouell. ibidem. num.* 78 qui loquitur in matre, quos sequitur *Menoch. de Arbitrar. Iud. quæst. in dicto lib. 2. Casu. 88. nu. 47.*
73 Et in Patre, matre, & patruo † gerentibus negocia mulieris dotatæ, promisisse de bonis ipsius mulieris, & non animo donandi, voluit *Raphael Comensis in cons. 87. Incip. Casus, siue in casu præmisso. col. 2.* & in patre, matre, & fratre administrãtibus cessa-
74 re † præsumptionẽ donãdi, censuerunt *Bart. in dicta l. Nesennius, nu. 5. 6. 7. & ibidẽ Bald.* sequitur *Iosephus Mascard. de Donationibus, conclus. 572. n. 10.* & in patre, & fratre administrantibus. *Conclus. 813. num. 3.* quem sequitur *Ioan. Baptista Costa in Tract. de portione rara, q. 2. nu. 4. 5. Idem in Tract. de Facti scientia, & ignor. Distinct. 22. num. 8. cum pluribus seq. centur.*

Contrarium, quòd mater, & frater promittentes rem propriam censeantur donare, etiam si a-
75 liàs sint administratores bonorum † filiæ, & sororis, quam tenuit *Iacobus Mandell. Alba in consil. 12. per totum*, allegans ità tenere *Cyn. in dicta, l. final. q. 3. post Martinum de Fano, & Iacobũ de Arena & Salycet.* & eam habere pro expedita *Ioan. de Imol. in leg. 1. col. 2. super Gloss. 32. in verb. semper. ff.*
76 *solut. matrimonium.* dicens, nec aliquem † hactenus vidisse, qui tenuerit contrarium, nisi solum *Bald. in dicta, l. fin.* contra quẽ concludit *in dicto cons. 12.*

Tamen, vt videtur ex relatis, qui tenent pri-
77 mam opinionem vt supra retuli, & † contra eundem Mandell. Albam conludit *Menoch. in dicto casu. 88. numer. 48.* quem refert *Mascard. in dicta conclus. 572. numer. 11.* dicens vt vnus quisq; teneat, quod cuiq; videbitur. Ego teneo primam
78 sententiam, quòd in † debitoribus, & administratoribus dotantibus non præsumatur animus donandi, sed potius recuperandi, & reputandi, pro vt hoc anno habui, & obtinui in facto, quia R. Octauius Baronius de Polla, patruus, & tu-
79 tor, Ioannæ, & Victoriæ eius † Nepotum, cum illas dotasset in ducentum quinquaginta Aureis pro qualibet, conuentus coram Reuerendissimo Domino Episcopo Caput Aquensi, qui condemnauit dictum Conuentum Patruum, & deducta tandem causa in Vrbe Romæ coram Illustrissimo Auditore Cameræ Apostolicæ propositis allegationibus in Iure, cum prætenderent donasse, fuit tandem absolutus, quia præsumitur pro ipso, quod tamque Administrator, & Tutor de proprijs illarum pupillarum fortunarum bonis dotalse præsumebantur dotatæ, vt patet amplè in meo consilio in alijs voluminibus imprimendis, & fuit ista Decisio Curiæ Romanæ, qui imprimentur vide tamen, quæ dicit *Costa in dicto Tract. de Facti scientia, & ignorantia. Distinct. 22. nu. 10. cum pluribus seq. centur. 1.*

In dotãte tamen ex causa remunerationis præ-
80 sumitur Donatio, & non animo repetendi † *arg. leg. si non remunerandi. §. Idem Papinianus. ff. Mandat.* Hoc dico *ex Menoch. in dicto casu. 88.*
81 *numer. 53.* † allegat *Baldum in leg. 2. numer. 2. C. de Iure dotium vbi hoc Baldus non dicit*, allegat *Curt. Iunior. in Consilio 34. numero 5. in consilio 54. numero 1. 3. Andreas Tiraquellus in Repet. leg. si vnquam, in Verb. Donatione largitus, num. 50. C. de Reuocandis. Donatio.* Qui nihil aliud dicunt, nisi an donatio præsumatur remuneratoria, & hoc diuersum est ab eo, de quo agimus, scilicet, an id quod datur, vel promittitur præsumatur donatio, quod apud me diuersum reputatur, allegat *Iason. in leg. ex hoc Iure, numero 57. ff. de Instit. & Iur. & Nicol. Bellon. in consil. 60. numero 10.* qui dicunt aliquid si promissum fuerit, & præcedant
82 merita, & † præsumitur istud esse donationem in remunerationem. Ego dicerem, quòd si si de-
83 tatio ab extraneo asserente aliqua † beneficia recepta, eo casu præsumatur donatio, si probentur merita, vt suo loco D E O auspice dicemus, nec enim negauerim, magnum aliquem dominũ, vel diuitem, dum dotaret mulierem, si dicat id fa-
cere ob recepta aliqua beneficia, isto casu præsumi
84 animo donandi, si merita probantur, † vt in filijs Principum etiã spurijs, quas possunt dotare, & eis ad eorum libitũ donare. *Bald. in c. 1. n. 20. de Const. & in Cons. 217. nu. 11. Vol. 1. in cons. 4. nu. 9. Barthol. de Cassen. in consuetud. Burgundiæ Rub. 8.*

des ſucceſſion. des Baſtarde. §. 3. *numer.* 14.

Nota ad ea, quæ ſtatim dicemus, quòd apud Hiſpanos taxata eſt dos filiæ ſpuriæ, ſi pater, & mater haberent filios legitimos, & naturales, vt non excedat Quintam partem bonorum paternorum,
85 † vel maternorum, *per l. 9. & 10. Tauri, vbi Ciſuẽtes. Anton. Gomez, num. 44. Tellius Fernandez, nu. 3. Petr. Duen. Regul. 367. ſub ampliat. 3. Didacus Spino in Speculat. Teſtamentorum. Gloſſ. 10. numer. 46. nouiſſimè. Hieronym. Cœuallos opin. commun contra com. 565.* poſt modum quid de Iure communi, & quid de Iure Regni Neapolit.

Ad ea, quę ſupra diximus *hoc eodem Titulo. verſ. Amplia Quarto Patrem, nu. 34.* dum concludimus Filiam Spuriam dotari debere à patre ex authoritate tot Iurium, & Iuris conſultorum, ſub ſequitur, vt nunc dicere cogamur, vanam, & inutilem
86 eſſe quæſtionem, quam † dicunt, an pater naturalis teneatur dotare filiam, ſuper qua dixere non teneri, *argumento, l. Vxorem. §. pater naturalis. ff. de legat. 3. vbi Accurſ. Bartol. & alij.* Nec non idem dixerunt. *Bartol. & Bald. & Alex. in l. 1. ſub numer. 17. Barthol. Socin. num. 41. 42. ff. Solut. Matrim.* Maximè cum id cautum ſit Iure Canonum, & probauerimus
87 † in vtroq; foro probari.

88 Dotem datã filię non † aufert fiſcus vti ab indigna. *Bart. Angel. Raph. Comens. in l. ſi. §. ſi à ſocero. ff. de his, quæ in fraud. cred. Aluar. Vallaſcus, in conſult. ſiue deciſ. Luſit. 188. num. 9.*

Declarationem tamen faciunt, vt filia naturalis, & ſpuria, habens bona, quibus poſſet ſufficien-
89 ter dotari, non † poſſe, nec deberi patrem cogi ad dotandum, ſicuti nec ad præſtationem alimentorum *arg. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius ff. de lib. agnoſc. Anton. de Butrio, & Panor. in c. cum haberet. de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adult. Laur. Calcan. in conſil. 59. Dec. in conſil. 579. Incip. pro reſolutione, nu. 3. Marc. Ant. Peregr. de Iure Fiſci, li. 3. Titul. 18. num. 69. 70.* vt iudicatum *in Senatu Pedemont.* ſcribit *Ant. Theſaur. in deciſ. 211. num. 14. Coſta, de facti ſcient. & ignor. diſt. 22. nu. 13. 14. 15. cen-*
90 *tur. 1. in* Maſculo † tenerem, in puella Spuria boni Iudicis arbitrio remitterem.

Auus paternus dando dotem Nepti, præſumi-
91 tur filij nomine dare, vt habetur, † *in l. Dotem dedit. ff. de collat. bonor.* dicitur iſto caſu dos profectitia, ſi fuiſſet data à patre, vel cum fuerit data ab
92 Auo contemplatione dicti filij, patris dictæ † Neptis, *l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de Vulgar. & pupill. ſubſt. l. profectitia. in princ. ff. de Iur. dot.* & quod ſupra diximus *hoc eodem titul. verſic. Profectitia verò, num. 26.* quod comprobatur, quia videtur facta ſolutio, ſiue dotatio in debitum ipſius filij, qui erat
93 pater, & ad id ſoluendum † in dotem tenebatur, & facta videtur dotis ſolutio, vt liberaret filium, & ſe conſequenter liberandum, *l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. Matrim.* Debitum erat neceſſarium, & paternum, & auitum, propter patrem ne-
94 ptem † dotari, *l. qui liberos. ff. de Ritu Nupt. Gloſſ. & Iacob. de Aren. in l. ſi Stichum, in princ. ff. ſolut. matr. & l. obligamur. ff. de action. & obligat.* & ità notabiliter dicit *Angel. in Conſil. 78. Incipit Ioannes Philippi, col. 1. verſicul. contrarium dico verum*, quem refert, & ſequitur *Alexand. in Conſil. 179. Incipit Viſo proceſſu cauſæ col. 1. Volum. 5. Ripa in l. in quartam, numer. 202. ff. Ad legem Falcid. Ioan. Neuizan. in conſil. 76. numer. 12. Ioan. Cephal. in Conſil. 105. num. 41. Vol. 1. Andr. Alciatus in Tract. Præſumptionum. Regula. 1. Præſumption. 17. numer. 1.* In dubio
95 etenim præſumitur Auum † prouidentia filiorum feciſſe, *l. Quintus Mutius §. fin. ff. de Annuis legat.* quam opinionem firmauit *Decius in conſil. 81. Incipit. in caſu propoſito ſub numer. 5. Bartholom. Socin. in conſ. 33. Incip. circa præſentem conſultationem, ſub numer. 18. verſ. vbi concludit, vol. 3. Aym. Crauetta in conſ. 219. Incip. licet datum Nepti, circa princip. Ripa in l. In quartam, num. 206. & ibi Paul. de Monte Pico, ſub num. 251. ff. Ad leg. Falcid. Carol. Ruin. in conſil. 138. Incip. Præſuppoſito pro vero, ſub num. 11. vol. 2. Maſcard. de Probat. Concluſ. 156. numer. 9.*
96 Ego dico expreſsè qualiter † in dicta, *l. dotem dedit*, non tractatur de præſumendo actu an contemplatione filij, vel neptis dos data fuerit, quia explicatur quòd intuitu filij Auus dotem nepti dederat, ibi (quod pater meus propter me) & in finalibus verbis ibi (quòd propter illum datum eſt) Quod non ſolum ego id expendi, ſed poſt modum inueni hæc eodem verba fuiſſe ad hoc ponderata *per Alciatum in dicta Præſumpt. 17. ſub num. 3.* Nec repugnat *text. in l. Auus. ff. de Pactis dotalibus*, quia
97 ibidem expreſſim, patet, Auum † exprexiſſe, quòd filiæ nomine dotem genero dederat. Et ſic reſideo, quoniam Doctores has diſcuſſiones, non ob aliam cauſam faciunt, niſi cui dotes ad legitimam, & quando imputentur, de qua dicendum erit in loco opportuniori. Non negauerim quòd in dubio da-
98 tam præſumi † dotem ab Auo Nepti nomine Neptis & illius intuitu, conſuluit *Marian. Iunior in conſ 79. n. 53. verſ. Tertio hoc idem, vol. 3. Andr. Alciatus in conſ. 498. nu. 5. verſ. ſuadet etiam*, quos refert, & ſequitur *Menoc. in conſ. 151. n. 7. 12. vol. 2.*

Verũ in caſu dubij optima mihi videtur illa cõcluſio, quòd dum Auus dat nepti dotẽ, ſi dicat illã
99 dare eius contẽplatione, ſemper intelligi † oportere eſſe datã contẽplatione ipſius filij. Ita dicunt *Alberic. de Roſat. & Bart. in dicta l. Dotẽ dedit, ſub n. 2. ff. de collat. bonor. Idẽ Bart. in conſ. 131. Inc. Pater dedit dotẽ. Alex. in l. Qui in aliena. §. Interdũ, n. 4. ver. Ingl. ff. de Acquir. hared.* dicens, ſic conſuluiſſe bis, ſeu ter. & poſt *Iac. de Aren. & Ang. idẽ Alex. in l. In quartam, nu. 27. verſ. Quæritẽr Ang. ff. Ad l. Falc. & idẽ Alex. in cõſ. 31. Inc. viſo teſtamento col. 1. verſ. ſed iuxta hoc eſt videndũ, vol. 4. & in cõſ. 154. Viſo titul. ſub n. 3. verſ. Tamen præmiſſis non obſtantibus, vol. 7. Carol Ruin. in conſ. 30. nu. 9. & in conſil. 138. nu. 11. Volum. 2.* quos ſequitur *Simon de Pratis: in conſil. 65. n. 14. Marian. Iunior. in conſil. 16. n. 5. vol. 4. Ioan. Bolognet. Præceptor. in l. In quartam, num. 364. 365.*

Anton.

Anton. Gabriel. Commun. opin. Tit. de Iure Dotium. Et Dotis promiss. conclus. 5. num. 6. 7. Et idem tenet *Ioan. Botta in cons. 1. num. 6. 7.* cuius consilium firmauit in eadem causa ambo scribentes *Ioan. Cephal. in Consil. 485. num. 1. 32. Vol. 4.* placuit istud supremæ Rotæ Romanæ *vt per D. Cardinal Seraphin. Oliuar. in dec. Nouissim. Rom. 706. numer. 1. Volum. 1.*

Supradictam conclusionem limitant non pro-
100 cedere vbicunq; essem in casu dubio, & ex † claris coniecturis constaret, Auum potius dedisse dotem contemplatione Neptis, quam patris sui, & id constare posset, tunc eo casu vna præsumptio aliam tolleret, *vt ex Bartolo. in l. quoties. ff. de In integr. restit.* voluit *Carolus Ruin. in cons. 72. num. 4. Vol. 2.* voluit *Ioan. Cephalus in consil. 485. num. 33. vol. 4.* quo in loco in casu illius testamenti inducit,
101 quatuordecim † coniecturas & illas enumerat, ad quas lectores remittimus. Et istam limitationem *post Alexand. in cons. 31. num. 5. vol. 4. & Barthol. Socin. in cons. 33. num. 16. Vol. 3. & Gabriel. in dicta concl. 5. num. 3.* probat. *D. Cardinal. Seraph. Oliuarius in dicta decis. Roman. Nouissim. 706. sub num. 1. vers. huic fundamento. vol. 1.*

Monialem filiam volentem ingredi monasterium, vel ingressam dotari debere à patre, cum paternum sit officium dotare filiam dixi *supra hoc eodem titul. vers. Hinc sequitur, nu. 27.* Idcirco eodem
102 modo, & filiam monialem, quia filia est, & ità tenuit *Bartol. in Auth. Res quæ, nu. 7. vers. Quæro, an pro filia. C. comm. de leg.* dicens, posse alienari bona prohibita restitutioni fideicommissi pro soluendo
103 ingressu filiæ in monasterio, † quam opinionem corroborat *ibidem Bald. col. 2. nu. 13. vers. Quæro si filia*, dum dicit, deberi filiæ, quia non est pro Ingressu monasterij, quia esset simonia, sed pro ali-
104 mentis ingredientis, & pro suffragio vitæ, & ità dicit seruari consuetudinem. Idem tenuit *Petr. de Anchar. in cons. 107. Incip. In dicta Ferrariæ, in fin.* Quamq̃ istud consilium sit figuratio casus, quem resoluit *in sequenti cons. 108. Incip. In paucis verbis tactum est superius Barthol. Socin. in Regul. 12. Ampliation. 4. Felin. in c. In præsentia, num. 66. 67. 69. de Probat. Sed, & Bartol. in l. 1. §. si parens, nume. 1. vers. Et ideo dixi. ff. si à parent, quis fuerit manumissus*, quòd si pater, qui mittit filiam in monasterium, & ponit certam quantitatem pecuniæ super
105 altari, quòd illa pecunia † sit simpliciter data, cõputatur in legitimam, *l. cum quo. ff. ad l. Falcid. immutatur ad similitudinem dotis, quæ computatur in legitimam, l. quoniam nouella C. de Inoffic. testam.* cuius dotis loco, istud, quod datur filiæ intranti Mo-
106 nasterium, succedit, † *& Bartolum* sequitur *Bald. in l. fin. in 1. lectura, num. 5. vers. sed pone, quòd filia non vult nubere. C. de Dotis promiss. quos sequitur. Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius, in verb. Dotem quam ei dederat, num. 6. 7. de Testamen. Albert. Brunus in Tract. quòd Stantibus Masculis. Artic. 6. & Artic. 9. Matth. de Afflict. in dec. Neapolit. 348. per totam.*

Quanta autem debeat esse dos Monialis ingre-
107 dientis monasterium? sunt plures opiniones † Doctorum, & diuersimodè fuisse decisum asserunt. Prima, quòd dos debet esse portio, & legitima il-
108 li debita Iure naturæ, quod est paragium † sibi debitum, vt voluit *Napodanus Sebastian. in Consuetud. Neapol. Incip. si moriatur. §. Eas autem, in Verb. Paragium, num. 66. vers. sed quid si intrat monasterium, sub tit. de succes. ab intest. ex dicto Andr. de Isernia, in Const. Regni. Incip. In aliquibus, col. fin.* quos sequutus est *Sacrum Consilium Neapolitan. vt per Afflict. in decisione. 348. Nicol. Boer. in decis. 126. nume. 12. Marinus Freccia de subfeudis Baron. lib. 2. Author. 2. sub num. 23. Vincent. de Franchis in decis. Neapol. 44.* sequitur *Antonius Capic. in dicta Consuetud. si moriatur. §. eas autem, sub Verb. Paragium, in Addit. Incip. An autem,* dicens ita fuisse
109 per Sacrum † Cõsilium Iudicatum in causa Dominæ Antoniæ Pignatellæ cum fratribus, quam sequitur *Nicolaus Intrigliolus, in Decisione Siciliæ. 45.*

Secunda fuit opinio, quòd Monialis dos sufficiat, si detur eidem dos secundum conditionem monasterij, & sic non portionem legitimam para-
110 gij, † vt supra inrerprætati, & ità dicit *Cæsar Vrsill. in dicta Decis. 348. sub n. 2.* Et ità intelligo quod dixerunt *Stephan. de Caieta in dicta Consuetud. in Addit. Incip. de hac quæstione. Et Bartholom. Martialis ibidem in Addit. Incip. Vide, quia aliqui,* dum dicunt sufficere dari dotem, pro vt alijs monialibus fuit dari solitum, & ità intelligant Paragium ideſt
111 æqualem dotem, quæ dari solita est alijs monialibus in ingressib. monasteriorum, & sic ego intelligerem conditionem monasterij, de qua loquitur *Vrsil.* Sin autem intelligi secundum conditionem
112 monasteriorum, quia † sunt Monasteria erecta pro congregatione Nobilium, & sedilium, vt sunt aliqua monasteria, in quibus non admittantur, nisi moniales illarum Nobilitatum, quæ dant maiores dotes, & sic vidi apud Barolum in Monasterio Mo-
113 nialium † Sanctæ Luciæ, in quo dixi non admittuntur, nisi ex paterno, vel materno genere Nobilium loci, & eodem modo vidi in ciuitate Con-
112 sentiæ † quoad monasterium Sanctæ Marię Virginum. In his consuetudo obseruatur, vt non recipiantur Moniales, nisi cum consueta dote constituta in alijs monialibus.

Prima tamen opinio est communior, & ample-
113 ctenda, quam firmat *Ioan. Baptista Thorus † in Compendio Decisionum Neapolit. in Verb. Monialis Monasterij*, qui in eo, quod allegauit *Ioan. Thom. Minadoum in Repetion. Constit. Regni. In aliquibus.*
114 † *Notabil. 3. num. 63. 83.* dum dicit, non Vidisse pro Moniali Iudicatum, quia Minadous non loquitur de hac quæstione, sed loquitur de quæstione, quando fœmina succederet in feudo, an admittatur Monialis, ita vt excludat consanguineos, & dicit non vidisse Iudicari pro monialibus, de qua oportunius dicendum est.

Quo autem ad dotem illius, quę nubit in seculo,

ſemper debet eſſe maior, quàm illa quæ datur ingredienti monaſterium, ob veſtimenta præciſa, &
115 alia onera, quæ ſecum affert matrimonium † carnale, pluſquam ſpirituale, vt dicit *Raphael Fulgoſ. in conſ.* 52. & ſequitur *Rota. apud Franciſc. Sacratum Archiep. Damaſcen. in deciſ. Nuperrim. Roman.* 149. *nu.* 7. *Partis.* 2. *tomo* 1. & voluit *Hippoly. Riminald. in conſ.* 469 *nu.* 22. *vol.* 4. *Fabi Turreti. in conſ.* 81. *num.* 30. *vol.* 1.

Pendet reſolutio ab illa controuerſia dubitabitabili, & ambigua ſcilicet, dum Pater relinquit filiæ, ſi nupſerit, ducatos, ſiue aureos mille, ſi autem ingrediatur monaſterium reliquit quingentos, ſi filia monaſterium ingrederetur, an quingenti, an
116 autem mille † debeantur? Super hac controuerſia diuerſæ fuerunt opiniones, pro vt illos inferam, vt vnus quiſque videat vtriuſq; partis opiniones.

Prima opinio fuit illorum, qui tenuerunt non obſtante teſtatoris diſpoſitione, qui mandauit non dari in caſu ingreſſus monaſterij niſi aureos quingentos, quòd dicta diſpoſitio non debeat obſeruari contra Monaſterium, ſed † dari integrã quan-
117 titatem mille aureorum, & iſtam opinionem tenuerunt infraſcripti, videlicet.

Thomas de Formaginis in Diſputatione, quæ incipit, Pater familias Centum.

Ricchardus Malumbra, in quæſtion. incip. Habet conſuetudo.

Ioan. Andreas in additione Specul. in tit. de ſtatu monachorum. in Rubr. col. 3. *verſ. Diſputata fuit hæc quæſtio.*

Albericus de Roſate. in l. Deo nobis. col. 2. *C. de Epiſcop. & cleric. & in Tertia parte ſtatutorum. q.* 104.

Bartol. in l. 2. *nu.* 1. *ff. de His. quæ pœn. nomin.* vbi allegat rationes.

Bartholom. Socin. in dicta l. 2. *num.* 1. *ff. co. tit.* vbi illam corroborat non ex rationibus Bartol. ſed per ſex alia capita. *& in conſil.* 241. *incip. circa primam mam difficultatem col.* 4. *verſ. Nec obſtat ſi dicatur. vol.* 2. *& in conſ.* 269. *incip. pro inueſtigatione Veritatis. col.* 1. *in princip. vol. eod.*

Ioan. de Anania dicens ità fuiſſe iudicatum Bononiæ, vt refert *Alexand. ad Bart. in dicta l.* 2.

Anton. de Butrio, &

Franciſc. Aretin. in c. in præſentia. col. 30. *extra de probat.*

Felin. in dicto c. in præſentia col. 18. *in fin. num.* .... *de probat.*

Ludouic. Roman. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. col. 7. *ff. de verb. obliga.*

Alexan. in addit. ad Bartol. in dicta l. 2. *in additione incip. Monaſterium. & in conſ.* 35. *col.* 3. *in conſ.* 121. *col. pen. verſ. vltimo pro hac parte vol.* 2. *in conſ.* 98. *col.* 1. *vol.* 4. quem Allegat *Gabriel. in loco infra allegando.*

Ioan. Crotus. in l. Nemo poteſt. col. 3. *ff. de legat.* 1.

Iaſon. in Auth. ſi qua mulier. col. 4. *C. de Sacroſ. Eccleſ.*

Hippolyt. de Marſil. de Fideiuſſoribus. nu. 127. *in Repet. l. Vnicæ. num.* 45. *C. de Raptu Virgin. & in ſingul.* 216. *incip. Validum eſt argumentum.*

Abbas Panor. in Repet. c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. ſub num. 35. *verſ. Nec obſtat dictum Baldi. de conſtitutionib.*

Deci. in conſ. 674. *incip. in teſtamento Bernardini patris.*

Matth. Matheſilan. in Notabi. 52. *incip. Nota quòd ſi teſtatur.*

Ripa in l. 1. *nu.* 62. *ff. ſolut. matrimon.*

Cardinal. Pariſi. in conſ. 65. *nu.* 14. *vol.* 2. vbi inuehit contra Deci. & alios.

Carol. Ruin. in conſ. 68. *col. fin. vol.* 4.

Maria. Socinus Iunior in cõſ. 160. *n.* 65. 68. *vol.* 2.

Antonius Gabriel. in communi opinio. lib. 4. *titul. de legatis, concluſ.* 2. *num.* 1. vbi ſupradictos retulit, quos ego lucidiùs refero.

Thomas Ferratius, Cautela 9. *incip. Richardus Malumber.*

Campeggi de Dote. parte 1. *q.* 30.

Ioannes Baptiſta Villalobos opin. commun. §. relictum. num. 19.

Ioan. Marcus Aquil. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu,

Octauian. Cacheran. in deciſ. pedemõtan. 126. *n.* 6.

Ioannes Vandus Variarũ quæſtionũ iuris li. 2. *q.* 6.

Rolandus à Valle in conſ. 35. *per Totum vol.* 3. qui ſimulat eſſe conſultum, Tamen ſcripſit, vt hanc quæſtionem pro veritate abſolueret.

118 Contrariam opinionem, quòd ſeruari † debeat teſtatoris diſpoſitio tenuit *Bald. in l. Deo nobis. numer.* 1. *C. de Epiſcop. & Clericis. verſ. Et ex iſtis. nu. prædicto & in Auth. Niſi Rogati. num.* 11. *C. ad ſenatus Conſult. Trebell.*

Iacobus de Beluis. quem adducit *Bald. in dicta l. Deo nobis ſub num.* 1. *eſt in §. ſed hoc in præſenti Auct. de Sanctiſ. Epiſ.*

Paulus de Caſtro in l. Titiæ ſi nupſerit. ff. de condit. & demonſtr. & in dicta l. eos.

Raphel Fulgoſ. in dicta l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & Cleric. & in conſil. 53. *Incip. Quoniam ſuperius allegauimus.*

Idem Bald. in conſ. 82. *Incip. in quæſtione. Vol.* 3.

Ioannes de Imol. in l. Lucius. col. fin. ff. de Hæredib. Inſtituend.

Petrus de Ancharan. in Regula. Nemo poteſt. col. 6. *de Regul. Iuris in* 6.

Raphael Comenſis. in l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de legatis Tertio, & in aicta Auct. Niſi rogati.

Decius, in c. In præſentia. col. 31. *de Probat. & in conſil.* 259. *Incip. Viſis his, quæ nouiſſimè, ſub num.* 3. *verſ. Capio nunc ſecundum caſum. & in conſ.* 419. *Incip. Viſo eleganti conſilio, vbi ſe defendit à dictis Cardinalis Pariſij.*

Alexand. in conſil. 98. *Vol.* 4.

Ioann. Crotus in dicta l. Nemo poteſt. col. 31. *ff. de legat.* 1.

Iaſon in conſil. 43. *col.* 5. *vol.* 3. qui dicit iſtam ſententiam eſſe veriorem tenendam, propter communem obſeruantiam, & naturalem æqui-

tatem,

tatem, quæ in ea concurrit, dicens, quòd totus mũdus ſequitur hanc opinionem.

Brunus in Tract. Quod ſtantibus maſculis. Artic. 9. q. 2. col. 3. qui licèt diſtinguit, & in ea concurrere videtur ob conſuetudinem.

Ioannes Dilectus Durantes de Arte teſtandi. tit. 6. Cautel. 64. nu. 2. 3.

Iannes Baptiſta Villalobos. Opinion. communium. §. relictum nu. 19. cum pro ſua opinione alleget *Decium in conſ. 419. & Dilectum. in dicta cautela. 64.* palam eſt tenere opinionem illorum, quibus inhæret.

Auguſtin. Berous, in dicto c. in præſentia. nu. 494. 495. diu probat.

Franciſc. Viuius in communi opinione. in verb. Filiæ relinquens teſtamento. Opinion. 125.

Emanuel Suarez in Theſauro Receptar. Sentent. §. Religio. num. 41. licèt relinquat poſt modum dubium in ambiguo.

Bartholom. de Salycet. in dicta Auct. Niſi rogati. & in dicta l. Deo nobis.

Carol. Ruinus. in conſ. 98. nu. 2. vol. 2. & in conſil. 43. vol. 3.

Didacus Couar. Variarum Reſolutionum. lib. 1. ca. 19. nu. 9. 10.

Iacobus Menochi. in conſ. 169. nu. 18. vol. 2.

Hippolytus Riminaldus in conſil. 85. numer. 19. vol. 1.

Octauianus Cacheran. in deciſ. Pedemontana. 126. nu. 22. vbi poſt Ioannem Crotum de Monteferrato, dicit hanc opinionem eſſe æquiorem, & magis conſonam voluntati teſtatoris.

Ioannes Vandus Variarum Iuris quæſtionum. lib. 2. quæſt. 6.

Carolus Tapia de Rebus Religioſis. in verb. Ingreſſi cap. 1. num. 12. & in verb. Jua cap. 12. num. 37. cap. 13. num. 21.

Anton. Gabriel. in titul. de legatis. concluſ. 2. nu. 8.

119 Quia vtraque iſtarum opinionum † habet ſuas rationes, & argumenta & eſt ſuſtentabilis, Tamen *Antonius Gabrielius in dicta concluſ. 2. ſub n. 8. in fi.*

120 † dicit, hanc opinionẽ procedere de conſuetudine, primam verò de Rigore iuris. Ego aſſero con-

121 trarium ſcilicet iſtam † procedere de Rigore iuris, & de conſuetudine, & illam primam de æquitate. Quod iſta ſit de iuris rigore, plura id faciunt,

122 quia ſeruanda eſt teſtatoris † voluntas. §. *diſponat. Auct. de nupt. conditionibus. ff. de conditionib. & demonſtrat. l. cum virum. C. de Fideicom.* Alias Dominus in re ſua non eſſet moderator, & arbi-

123 ter, † contra *l. in re mandata C. mandat.* Nec æquum eſt quemquam cogi contra ſuam voluntatem benefacere, hæc enim non vi, ſed libera arbi-

124 trij voluntate, & facultate operanda. † *c. de Iudæis. 45. Diſtinct. c. ad fidem. 23. q. 5.* ac ex alijs, quæ ad hoc inducunt ſupradicti poſſet comprobari quę omittimus, Quoad conſuetudinem teſtatur *Bald. in dicta l. Deo nobis. num. 1. & in dicta Auct. Niſi Rogati. num. 11. & omnes huius opinionis aſſertores.* Quoad primam opinionem reſpicit æquitatem,

125 quia æquum videtur, † vt quemadmodum à nuptijs repellitur conditioquæ retrahit à nuptijs carnalibus. *l. Quoties. ff. de conditionib. & demonſtr.* eodem modo, quo quis impeditur ab ingreſſu mona-

125 ſterij, & ſic † retrahitur à Vita contẽplatiua. §. *ſed hoc præſenti. Auct. de Sanctiſ. epiſcop.* & dicebat *Barthol. in dict. l. 2. ff. de His, quæ pœn. nom.* ex quibus rem ità declararem ſaluo aliorum peritiorum Iudicio,

Declara primò, quòd ſi teſtator expreſsè diceret, relinquere filiæ ſi matrimonium contraxerit, habeat cẽtum, ſi verò ingrederetur monaſterium, habeat quinquaginta, quòd iſto caſu attenta te-

126 ſtatoris libera † volũtate, ſeruaretur vltima opinio, quia tunc, cum ſimus in claris, non eſt locus coniecturis. *l. continuus. §. cum ita. ff. de Verb. Obliga. ità Deci. in dicto conſ. 419. & alij ſupraſcripti,* quia Teſtator expreſſiſſet, & ita voluit, & ſuam

127 expreſſit † voluntatem. & ſic *Iaſon in dicto conſ. 43. incip. Ioan. col. 5. vol. 3. Antonius Vandus Variar. quæſt. lib. 2. q. 6.*

Declara ſecundò, quod ſi teſtator dixerit filiæ meæ ſi nupſerit, quingenta, ſi non nupſiſſet, aut monaſterium ingrederetur centum dari ordinauit,

128 Tunc ſi non † nupſit centum tantum habebit, *ex Ripa in l. 1. num. 62. ff. ſolut. Matrimon. arg. l. Titiæ ſi non nupſerit. ff. de condit. & demonſt.*

Declara tertiò, ſi dixerit, Filiæ ſi nupſerit, quingenta dari volo, nec aliqua alia verba adiecit, & illa monaſterium ingrediatur, omnia quingenta dã-

129 da † eſſe, & ita intelligendus eſt *tex. c. in præſentia. ext. de Probationib. & Auct. en. Niſi rogati C. Ad Trebellian.* & hoc amplectitur. *Anton. Vandus in dicta q. 6. libro 2.*

Declara quartò, ſi teſtator relinquat filiæ quinquaginta pro dote, & ei, qui illam in vxorem duxerit, relinquat alia quinquaginta, quia ſi illa mo-

130 naſterium ingrederetur, non habebit, niſi illa † quinquaginta, quæ filiæ ſunt relicta, non autem, ea, quæ viro. *l. Titio. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* iſtam Cautelam tradidit *Bartol. in dicta l. 2. ff. de his, quæ pœnæ nom. ſequitur Ioann. Dilect. Duran. de Arte teſtandi. dicto titul. 6. cautel. 64. nu. 3.*

Quoad ſupradictas quæſtiones concernentes legata, quæ fiunt à patribus filiabus in dotem, quando relinquuntur plura, ſi nupſerint, & mĩnus ſi monaſterium ingrediantur, vtra eos, quos

131 † retuli, tractauit *Nicolaus Boer. in Deciſion. Burdegal. 3. numer. 14. Emanuel Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. Ampliation. 11. num 5. ff. de condition. & demonſtr. Gabriel Saxayn. ad Matheſilan. in Notab. 52. Petr. Nicol. Mozzius de contract. titul. de Matrimoninio. §. De diuis. Matrimonij. ſub num. 1. Ferdi. Vaſquius de ſucceſſion. creation. lib. 3. §. 21. numer. 176. Cardinal. Mantic. de coniectur. Vltimar. Voluntatum. libr. 11. titul. 18. numer. 27. Ludouic. Bacza in Reſponſ. caſuum conſcientiæ. caſu 44. Ioann. Gutticrez Canonicarum quæſtion. libr. 1. capit. 32. numer. 15. Sylueſter de Prierio in Summa. §. Hæreditas. el 4. & alij relati à Petro Cenedo Colle-*

ctan. Canonic. lib. 2. cap. 111. num. 2. Ioannes Mohedan. in decision. 235.

Quanta autem debeat esse dos, quam pater filiæ dare tenetur? & quæ sit congrua dos, diuersi-
132 modè responderi potest. † Primò quòd attendi debeat pro modo facultatum, ac bonorum, & pro dignitate Natalium, sic docuit *Papinianus in l. Cum post 70. §. gener. ff. de Iur. dot.* Eodem modo Celsus inquit, Modus ex facultatibus, & dignitate mulieris, maritiq; statuendus est, quo vsq; ratio patitur, *in l. quæro. 61. ff. eodem titul. Et idem Celsus ex Tuberonis sententia, in l. si filiæ pater. 42. ff. de legatis 3.* dicit ad Labeonis quæsitum, in cognoscenda dote constituenda fortè boni viri arbitratu, non esse
133 difficile † ex dignitate, & facultatibus ex numero liberorum. *Alexand. in cons. 7. col. 1. col. fin. versic. non obstat. vol. 2. Barth. Socin. in cons. 2. in fin. vol 4. Carol. Ruin. in cons. 137. sub numer. 11. Vol. 2. Bald. Nouell. in Tract. de Dote. Parte. 6. Priuileg. 9. Curti. Iun. in cons. 37. col. fin. Roland. à Vall. in cons. 85. nu. 10. Vol. 3. Riminald. senior in consil. 40. numer. 1. in cons. 114. num. 12. Vol. 1. Ioan. Ceph. in cons 309. num. 23. Vol. 3. in cons. 501. num. 15. Vol 4. Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæst. lib. 2. Centur. 2. Casu 149. num. 25. 26. Doctissimus Regens Valenzuela Velasquez in cons. 54. num. 48. Cæsar Barzius in decision. Bonon. 127. in decis. 128.* in quibus tractat de congruitate, vel incongruitate respecta *Auct. Præterea. C. Vnd. vir. & vxor,* sed ad prædicta *Antonin. Thessaur. in decis. Pedemon. 192. nu. 1. D. Matth. Euratius in decis. Nuperrim. Roman. 683. nu. 6. part. 1. Tom. 2. D. Cardinal. Blanchet. in dec. Nouissima Romana 540. num. 3. vol. 1. Albertus Brunus in Tract. de Statuto quòd Stantibus masculis. Articul. 9. num. 34. Renatus Choppinus in consuetudin. Andegauens, lib. 2. Parte 3. titul. 2. num. 6. vol. 2. Barthol de Cassan. in Consuetud. Burgund. Rub. 7. §. 12. in verb. Ne retourne point ala succession. num. 22. Francisc. Viui. in decis. 260. num. 1.*

Secundò congrua dos reputatur, quam viuens
134 pater constituit filiæ, vt † dixi *supra hoc eodem titulo. versic. Declarandam tamen asserunt. num. 45. ex Decio. in cons. 611. Incip. Magnificus Pandolphus. col. fin.* & pluribus authoritatibus comprobat *Menochius. in dicto casu 149. nu. 5. 6.* Et ideo inspici solet
135 tantum dari debere filiabus † maritandis, quantã pater dare solitus fuit alijs antea nuptui datis, *vt ex Dec. in cons. 505. ver. secundo. And. Alciat. in trac. Præsumptionum. Regul. 1. Præsumpt. 2. Vincent. Honded. in cons. 63. num. 85. vol. 1.* & concludit *D. Caualerius in decis. Nuperrim. Roman. 581. num. 3. Fabius Turrettus in cons. 5. num. 55. vol. 1.* & quantum ad congruitatem dotis datæ à patre semper dici
136 potest † congrua, vt dicit *Paul. de Castro in cons. 108. in antiquis, sed in nouis in cons. 275. incip. super primo quæsito,* quem sequitur *Alexand. in cons. 33. incip. Videtur super dicto quæsito. col. 1. vol. 4.* quem refert *Simon de Prætis. in cons. 134. nu. 43. Andr. Tiraquel. in Reg. l. si vnquam in Præfat. nu. 36. C. de Reuoc. don. Iacob. Mandell. in cons. 23. num. 3. vol. 1. Menoch. de Arbitrar. Iudicum quæst. lib. 2. Centur. 2. casu 159. nu. 5.* quia quod patri videtur competens
137 pro filia, non † videri debet alteri incompetens *arg. l. si furioso puber. in fin. ff. de curator. fur.* cũ nullus amor vincat paternum, *l. fin. in princ. C. de curat furios. & Marian. Iun. in cons. 55. nu. 6. 7. vol. 1.* dicit, quantum pater dederit Vni filiæ dotem, eodem modo alteri deberi, vt non sit inter sorores in-
138 uidia, sed seruetur † æqualitas, vt allegat *Bartol. Socin. suum patruum in cons. 169. incip. In præsenti consultatione col. 3. versic. sed in casu nostro. vol. 2.* quem appellauit Aureum, vt verè dixit, ob illius profundam scientiam. de quo puncto *Decius in cons. 26. incip. & diligenter. sub nu. 2.*

Tertiò, congrua dos, si diceretur data à patre in-
139 congruè, tunc boni viri arbitrio † declaratur, *vt post Bald. in l. fi. C. de Dotis promiss. & in cons. 162. incip. primo aspectu. col. 1. vol. 2. & Alexand. in cons. 134. incip. Animaduersis diligenter. nu. 3 1. versic. Non refrico in dubium. vol. 6.* fuit istud dictum *per Bartol. ante alios. in l. si filiæ. in fin. ff. de legat. 3. & est sollemnissimum consilium Barth. Socin. in cons. 288. incip. circa primam quæstionem. col. 8. versic. vltimo loco adducit. vol. 2. quem post Andr. Barbat. in cons. 80. in fi. vol. 1. & in cons. 45. vol. 4. & Raph. comens. in cons. 46. incip. Pater filijs. col. fin. versic. ex his potest, & ex alijs idem Menoch. in dicto casu 149. numer. 34. 35. Corn. in cons. 1. nu. 14. vol. 1. in cons. 107. col. fin. vol. 1. in cons. 107. col. fin. vol. 3. & in cons. 115. vol. 3. Carol. Ruin. in cons. 27. nu. 10. in cons. 56. num. 9. vol. 3. Deci. in cons. 26. incip. Et diligenter.* tamen siue
140 dotata sit à patre, siue † à fratribus semper agere poterit ad supplementum vsq; legitimę, *vt ex Paulo de Castro. in cons. 400. incip. Visis, & ponderatis.* voluit *Cassen. in Consuetud. Burgund. Rub. 7. §. 12. in verb Ne retourne point ala succession. num. 19. 20. Albert. Brun. in tract. Statuti quòd Stantibus masculis articul. 9. num. 34. Tiber. Decian. in cons. 17. num. 34. Tiber. Decian. in cons. 17. num. 19. vol. 3.* quos sequitur *Marc. Anton. Peregrin. in cons. 86. sub num. 8. versic. Alij autem, vol. 1. Matt. de Afflict. in decis. Neap. 337. nu. 9. Alderanus Mascardus de General. Statutor. interpretat. conclus. 4. nu. 138.*

Antequam vlterius procedam, quantum ad illud, quod paulo ante annotaui, quòd congruitas dotis de paragio, quid dederit alijs filiabus, illud quod pater luculentius dederit, nõ audientur aliæ
141 eandem † dotem petentes. *arg. l. cum filius. §. hæres. ff. de legat. 2. vt post Bald. in cons. 386. vol. 4.* in simili statuto Vrbis Romæ scripsit, quem sequitur *Renat. Choppin. in consuetud. Andegau. lib. 2 parte 3. titul. 2. sub nu. 6. vol. 2.*

Quartò filiæ dicitur congruè data dos, si fuerit
142 data dos, secundum Paragium præsertim † in hoc Regno Neapolitano, in quo habemus constitutionem Federici secundi Imperatoris *incip. In aliquibus. & ibi Andr. de Iser.* & voluit *Paris de Puteo de Finibus Feudorum. cap. 40. incip. Nunc videndum. sub nu. 16.* Et istud facit ad intellectum statutorum quæ sunt per Italiam, & in multis christia-

ni Orbis partibus excludentia fœminas dotatas, & admittentia maſculos, ſuper quibus diuerſimodè dicunt Doctores, alij enim dixerunt dotem de paragio in caſu ſtatuti, vel conſtitutionis præferentis maſculos fœminis, dum modo illæ debeant
143 dotari, & dos ſit ſecundum † Paragium, & iſto caſu Dotem legitimæ loco ſuccedere. Alij verò quòd dos ſit portio quantitate taxanda ſecun-
144 da ſecũdum † modum bonorum, & facultatum, numerum liberorum, parilitatem Vxoris, & Viri, & illorum dignitatem, & loci cõſuetudinem, quas duas concluſiones narraui *ad Commentarios obſeruationum ad Iura Regni Neapolitani. lib.* 1. *obſeruation.* 93. & vtraq; habet ſua argumẽta, & rationes, & qui fortè vult inniti huic vltimæ concluſioni, infraſcriptos articulos ad intellectum dictæ conſtitutionis, & ſtatutorum excludentium fœminas ponemus.

Quinto, antequam eoſdem articulos ponamus, dicimus congruam dotem conſiderari etiam in-
145 ſpecto more † regionis, *vt ex Corn. in conſ.* 3. *vol.* 3. *ex Decio in conſ.* 26. *col.* 3. *ex Cardinal. Pariſ. in conſ.* 62. *col. fin. vol.* 2. voluit *Roland. à Vall. in conſ.* 85. *num.* 61. *vol.* 1. *Bald. Nouell. de Dote. parte* 17. *ſpecial.* 8. *Aſcan. Clementin. de Patria poteſt. effect.* 11. *num.* 30.

Articulus primus erit, quòd ſi ſtatutum excluderet fœminas propter Maſculos, nulla facta dotandi mentione, nihilominus detur dos filiæ, †
146 quia poſſet dici ſtatutum hoc eſſe nullum, & irrationabile, nihilominus dos debetur, & iſta dos intelligitur ad legitimam, *vt arg. tex. l. ſi quando.* §. *& generaliter. C. de Inoffici. teſtam.* & voluit *Cyn. & poſt eum Salycet. in l. ſancimus in fin. C. de Nupt. Bald. in conſ.* 426. *incip. Antiquum ſtatutum Perusij. vol.* 3. quem allegat *Iaſon. in Auct. Nouiſſima col. pen. C. de Inoff. teſta. Albert. Brun. in tract. de ſtatut. exclud. articul.* 9. *nu.* 1. *poſt Bald. & Panor.* quos allegat, voluit *Curtius. Iunior. in conſ.* 10. *ſub num.* 7. *Tiberius Decian. in conſ.* 6. *num.* 13. *Vol.* 1. *faciunt notata per Stephan. Aufrer. in deciſ. Capell. Thol.* 437. *Incip. Item fuit quæſitum an legitima. Petr. de Gregorio Siculus, de Dote, & Paragio, q.* 1. *ſub numer.* 6. *vbi D. Garſias Mastrillus in Apoſtill. in verb. Nihil dicatur,* & ſcribit *Barthol. de Caſſan. in Conſuetud. Burgund. Rub.* 7. §. 12. *In Verb. Ne retorne point la ſucceſſion. num.* 7. 8. *Anton. Capic. in deciſ. Neap.* 176. *num.* 11. *Silueſter Aldobrandin. in conſ.* 26. *num.* 104.

Articulus ſecundus eſt, vt in conſtituenda, & taxanda dote facultates patris conſiderentur †
147 *vt in dicta, l. quæro l. cum poſt.* §. *gener. ff. de Iure doti. l. ſi filiæ pater. ff. de legatis.* 3. *vbi Bartol. in fine,* annotauit facultates patris, eodem modo *Bald. in Auct. Res quæ, vbi etiam Salycet. & Raphael Fulgoſ.* quod plenè corroborat *Alexand. in conſ.* 7. *Incip. Viſis, & diligenter animaduerſis, Vol.* 2. vbi pluries per totum illud conſilium dicit, dotem conſtituendam pro modo facultatum, & hæreditatis relictæ per
148 teſtatorem illo fortè mortuo, † & patrimonij. Idem dicit *Curti. Iunior. in conſil.* 37. *col. final. Bald. Nouell. in tract. Dotis. Parte* 6. *Priuileg.* 9. *Rolan. à Valle in conſ.* 85. *num.* 10. *Vol.* 3. *plenè Ioan. Cephal. in conſ.* 501. *num.* 15. *in conſ.* 502. *num.* 6. 7. *& in conſ.* 578. *numer.* 22. *Vol.* 4. quod tractauit plenè *Thom. Gramatic. in deciſ. Neapolit.* 101. *per totam. Matth. de Affict. in Conſt. In aliquibus, ſub num.* 32. 33. Et cum articulum hunc firment leges vt ſupra allegatæ, nemo contradicit. Aduertenpum tamen, quod Iurisconſulti, loquuntur verbo Fa-
149 cultatum, & tamen, Facultas capi † poteſt pro genere artium, & ſcientiarum ſicuti dicimus, Facultas dialectica, Rhetorica eſt facultas dicendi, Facultas Theologica, & ſic de ſimilibus, quæ in numero ſingulari dici ſolent. Plurali autem nu-
150 mero bona, diuitias, & hæreditates † appellamus, ad quod alludit Illud *Ciceronis ad Atticum, lib.* 11. *Epiſtol.*... Si quas (inquit) habuimus facultates, eas, tum Pompeio, cum id videbamur ſapienter facere, detulimus. Vnde in caſu, & materia noſtra facultates pro bonis, diuitijs, & patri-
151 monio † Intelligi oportet; *Hinc Bartol. in l. Quis quis. C. de Reſcind. Vend.* conglutinat facultates, & patrimonium, dum inquit, Nota quòd quis præſumitur ſcire facultatem ſui patrimonij, quod dictum ex diſpoſitione illius textus aſſumpſit. *Idem Bart. in Auct. ſed cum teſtator. numer.* 5. *C. Ad leg. Falcid.* de Bonis loquitur *Paulus in l. ſubſignatum.* §. *bona. ff. de Verbor. ſignif. & Vlpianus, in l. Bonorũ.* 49. *& in l. Bonorum appellatio* 208. *ff. eod. tit.* ex quibus habetur in bonis comprehendi hæreditates &
152 patrimonia † alludunt ad hæc omnia, quæ dicit *Fabius Quintilianus in Declamatione* 273. Bona (inquit) mea ideſt, quod liberum in patrimonio
153 meo eſt, & quod † propriè meum ad te tranſire debet, ære prius ſoluto. Quo autem modo exqui-
154 ratur † Patrimonium habetur amplè *in l. quantitas Patrimonij* 72. *& in l. In quantitate Patrimonij* 73. *ff. Ad leg. Falcid.* Hinc clericos nonnullos ordi-
155 nari ad Patrimonium ex bonis patris † videmus, cum beneficium ordinandi habere debeant, *c. Nemo. c. ſanctorum.* 70. *diſtinct. c. epiſcopus. c. cum ſecundum Apoſtolum, de Præbend.* ne mendicare cogantur. *Concilium Trident. Seſſ.* 21. *de reformatione cap.* 2. *Incip. cum non deceat, de quo latè D. Ioan. Baptiſta Valenzuela Velaſquez Regens, in conſ.* 5. *num.* 37. *in conſ.* 32. *num.* 1. 3. *in conſ.* 42. *num.* 8. *Vol.* 1. *Polydorus Ripa in obſeruation.* 3. *num.* 4.

Articulus Tertius erit, quaſi ampliatorius precedentis, qui faciunt ad intellectum, & declaratio-
156 nem dictæ † *Conſtit. Regni. Incip. In aliquibus.* In qua ſpecialiter prouiſum, non in Burgenſaticis, atq; allodialibus ſolum, ſed in feudalibus etiam,
157 maſculos præferri fœminis, & iſta † prerogatiua gaudent maſculi, excluſis fœminis, quibus debetur Dos de paragio, *vt poſt Matth. de Afflict. in dicta Conſt. In aliquib. q.* 14. *num.* 32. voluit *Petrus de Gregorio Siculus in dicto Tract. de Dote, & paragio q.* 19. *num.* 1. *& q.* 28. *numer.* 1. 2. 3. *Ioan. Franciſc. de Ponte in conſ.* 62. *num.* 52. *& in conſ.* 74. *nu.* 5. *Vol.* 1.
158 quibus in locis dicit, paragium † dari in dote fi-

liæ

liæ pro bonis feudalibus in maſculis exiſtentibus non ſuccedunt, vt voluit etiam *Ioan. Vincentius de Anna in Allegat. 70. num. 2. 3.* & apparet *in dicta Conſtitutione, ibi,* cuiuſcunq; conditionis fuerit pater Francus videlicet, vel longobardus, miles, vel burgenſis, ob quæ verba *Matth. de Afflict. in Rub. dictæ conſtitutionis,* dicit Paragium deberi, tam ſuper bonis allodialibus, & Burgenſaticis, quàm
159 † ſuper feudalibus, & ità vidiſſe pluries Iudicatum, quem refert, & ſequitur *D. Garſias Maſtrill. ad Petrum de Gregorio Siculum in dicto tract. de Dote, & Paragio, q. 28. in verb. Seruamus.*

Articulus quartus eſt, quòd modus facultatum, & bonorum non fit ex taxando precio valoris
160 feudorum, ſed fructuum illorum † quod tetigit *Andr. de Iſern. in dicta Conſtitut. In aliquibus, col. 10. verſic.* Immo in dotem dare rem feudalem. Quod non declarat ſic expreſsè, adducunt alij dictum *Bartoli, in l. Imperator, num. 4. ff. Ad Senatus conſult. Trebell. vbi ex dicto Iacobi de Aren.* dicit, quod ali-
161 menta debita † ſunt ſoluenda ex patrimonio, non tamen habetur reſpectus ad valorem patrimonij, ſed quaſi ad fructus, quod explicat *Ludouic. Roman. in conſil. 189. Incip. ſtante primo quæſito in princip. & per totum.* Vndè in dote *Idem Romanus in conſ. 510. Incip. Quoad primum, num. 31 verſic. Igitur Dos illud,* voluit quòd in dote ſuſcipienda,
162 quæ ſufficiat ad ſuſtentationem † alimentorum, non conſideratur, quòd poſſideat plura bona, & magni valoris, ſed conſiderabitur, quantitas valoris fructum, & reddituum, Idem voluit *Matth. de Afflict. in dicta Conſt. In aliquibus, numer. 14. verſ. ſeptimo quæro,* vbi dicit, per dictam Conſtitutionem fœminam non ſuccedere in feudo, ſed de-
163 beri ſibi legitimam, † ponit exemplum de Rege, vt non debeatur de Regno, ſed de introitibus Regni. In patrimonio enim inſpicitur non patrimonij valor, ſed quantum ex fructibus poteſt redigi *vt in l. qui bonis, vbi. Bartol.* dicit eſſe ad hoc textum mirabilem, & ſingularem. *ff. de ceſſion bonor. & Andr. Barbat. ibidem ad Bartol. in Addit.* dicit, eſſe perpetuò menti notandum, & ità dicit *Angel. in l. Diuus. ff. de de petit. hæred.* ſe cum Bald. conſuluiſſe apud Ariminum, quem ſingularem dicit *Ludouic. Roman. in dicto conſil. 510. num. 31. ſupra allegato.* Idem dixit *Bald. in l. voluntatis, numer. 4. verſ. Quæro nunquid legatum. C. de fideicommiſſ. vbi ex Iacob. de Aren. in dicta l. Imperator,* dicit, nota
164 ex redditibus † alimenta præſtari, & dicit, eſse benè notandum, ſic in dote non quantitas dotis, ſed redditus, qui percipiuntur ex ea, voluit *Bartol. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeuiſſimo, num. 4. ff. ſolut. matr.* quæ optimè firmantur *ab Alexandr. in conſ. 3. In proceſſu Cauſæ, col. fin. verſ. clarum eſt etiã, Vol. 4.* Ex quibus ità concludit *Petrus de Gregorio Siculus in tract. de Dote, & paragio. q. 28. numer. 5.* dicit, conſiderandum modum facultatum habito
165 reſpectu † ad quantitatem reddituum, ſeu fructuum feudi, non autem habito reſpectu ad valorem corporis ipſius Feudi, dicens ita eſſe taxan-
166 dam dotem de paragio, & vitam, & † militiam, quæ ſuccedit loco alimentorum, ſed plenius dicam infra, dum tractabitur, an Feudum poſſit dari in dotem, vel pro paragio.

Articulus Quintus eſt, quòd dum datur Dos, illiuſq; paragium ſuper bonis deducto ære alieno debeatur, vt quando bona omnia in dotem pro-
167 miſit mulier † non cenſeatur promiſiſſe, niſi de buſſo ære alieno, *l. Mulier. 73. ff. de Iur. dotium facit text. in l. Non amplius. ff. de legat. 1. l. cum emancipati. §. Illud. ff. de collat. bonor.* & multa Iura ſimilia habentur *in l. ſubſignatum. §. bona. ff. de Verb. ſignification. vbi Ioan. Brechæus, & Andr. Alciatus,* hoc tamen in caſu præmiſſo affirmare ſtatim non audeo, quia ambigui Iuris eſt, an dictum Paragium dotis
168 ſit loco legitimæ † & an loco portionis hæreditariæ, vel loco alimentorum, & ex dicendis per diſcurſum colligi poterit veritas, Nihilonimus pro nunc ità dicit, & concludit *Petrus de Gregor. Sicul. in dicto tract. de Dote, & paragio q. 2. nu. 8.*

Articulus ſextus, ne confundamus terminos, erit, in diſtinguendo tempora, quòd tunc ego aſſero, paragium, ſiue dotem de paragio eſſe loco le-
168 gitimæ, & illi æquiparari, quando † daretur à fratribus poſt mortem patris, cum legitima non debeatur in vita patris, ſed poſt mortem, & ideò
169 in ſolutione illius tempus mortis † attenditur, *l. cum quæritur, & auct. Nouiſſima. C. de Inofficioſ. teſt. c. Raynutius, de Teſtam Benedict. Capra. in conſ. 9. num. 16. Iaſ. in l cum quæritur, num. 1. C. de inofficioſ. teſtam. & poſt Cardin. Pariſ. Nattam. Vaſquium, Franciſ. Grattian. Angel. Gambilion.* dixi *in conſ. 49. num. 77. 78. centur. 1.* Quibus nunc addo *Corn. in conſ. 265. in fin Vol 3. Ioan. Cephal. in conſ. 56. num. 49. in conſ. 95. num. 19. & in conſ. 109. num. 9 Vol. 1. Hieronym. Gabriel in conſ. 137. Vol. 2. Guid. Pancirol. in conſ. 88. num. 124. Silueſt. Aldobrandin. in conſil. 26. num. 107. Polydor. Ripa obſeruat. 31. numer. 7. 8. Marc. Anton. Peregrin. in conſ. 81. num. 13. Volum. 1. Menoch. in conſ. 77. num. 13. Vol. 1. Ioan. Anton. Lanar. in conſ. 70. num. 8. Ioan. Baptiſta Coſta, de portione Rata, quæſt. 113. numer. 2.* Niſi vellet pater il-
170 lam aſſignare ſua † voluntate cum non poſſit cogi, *vt ex Bartol. in Auct. ſi qua mulier in fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.* voluit *Iaſon in dicta, l. cum quæritur, Limitat. 2.* Et iſto caſu pater ſi ſimpliciter dotaret in vita, nec diceret illum dediſſe pro legitima, eſſet ſui officij in illa dotanda, vt ſupra diximus per
171 iura notoria, & † poſſet legitimam petere ipſo moriente per ſupradicta, niſi dum dotaſſet, renuntiaſſet in ampla forma, de quo diximus DEO permitrente, in congruis titulis *de Renunciation. mulierum tempore nuptiarum, & in Titulo de legitima.*

Articulus ſeptimus erit, quòd facta per patrem filiæ conſignatione dotis de paragio cum renunciatione, vel ea in teſtamento relicta, & inſuper ſi ipſa fuerit nupta, tunc fuit vna Doctorum opinio, paragium, ac dotem poſſe eſſe minus, quàm
172 legitima quam tenuit expreſſe † *Ludouic. Roman.*

in conſ.

in conſ. 16. Incip. Viſothemate. per totum. in conſ. 32. Incip. Viſa municipali. nu. 10. fuit, hæc opinio ſatis firmata per Dinum *in c. indultum. col. pen. verſ. Itē quæri poteſt, an legitima. Alexand. in conſ. 3. nu.* 10. 11. *in conſ.* 168. *in primo dubio. vol.* 7. *Andr. Barbat. in conſ.* 21. *vol.* 1. *in conſ.* 20. *col.* 1. *vol.* 2. *Dec. in conſ.* 26. *num.* 4. *Cardin. Pariſ. in conſ.* 93. *num.* 12. *in conſ.* 94. *num.* 23. *vol.* 3. *Aymon. Crauett. in conſ.* 11. *col.* 4. *verſ. Nec etiam. Ioan. Cephal. in conſ.* 4. *nu.* 2. *in conſ.* 34. *num.* 2. *vol.* 1. *Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius. in verb. Duas habens filias. num.* 179. *de Teſtament. Franc. Becci. in conſil.* 103. *num.* 24. *Michael Graſſ. com. opin. lib.* 1. *cap.* 6. *q.* 22. *Roland. à Valle in conſ.* 62. *num.* 53. *vol.* 3. *Franciſc. Burſat. in conſ.* 12. *nu.* 23. *in conſ.* 48. *num.* 51. *vol.* 1. *Campeg in tract. de Dote. parte* 5. *q.* 35. *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib.* 2. *Centur.* 2. *caſu* 149. *num.* 13. *Hieron. Magon. in Deciſion. Florentin.* 20. *nu.* 12. *Rota in Nouiſ. in deciſ.* 18. *& Emanuel Suarez. in Theſaur. Receptar. Sententi. in verb. Dos,* 328. dicens hanc eſſe communem, & Veriorem opinionem. Et ità per ſacrum Conſilium iudicatū. dixerunt *Antonius Capic. Camillus Salernus, & Iacob. Anellus de Bottis in Conſuetud. Neap. ſi moriatur. ſub num.* 50. *de ſucceſ. ab Inteſt.*

Contrariam tamen opinionem non obſtante ſtatuto, fœminam à legitima, vel dote, quæ ſibi ob
173 hanc cauſam daretur, non cenſeri excluſam † ab illius ſupplemento, nec poſſe dotem eſſe minus legitima, tenūere quàm plures, præſertim iuxta formam *dictæ Conſt. Regni in aliquibus,* vbi id pluries dixit *Andr. de Iſern. & ibi Matth. de Afflict. ſub nu.* 32. *verſic. Tertio numerus, Alexand. in conſ.* 69. *nu.* 2. *vol.* 1. *in conſ.* 7. *num.* 6. 7. *vol.* 2. *in conſ.* 83. *vol.* 4. *in conſ.* 121. *vol.* 6. *Deci. in conſil.* 29. *& in conſ.* 379. *nu.* 14. *Marianus Socin. ſenior in conſ.* 30. *Incip. Quamuis ex iis. col.* 1. *verſ. contrariam tamen. vol.* 1. *Barthol. eius filius in conſ.* 207. *vol.* 2. *in conſ.* 100. *vol.* 3. *Latiſſime idem Marian. Senior in conſil.* 150. *volum* 1. quibus in locis aſſeruit, primam opinionem de Iuris rigore eſſe commune, hanc tamen eſſe communem, & benigniorē. hanc tenuit *Ferdinandus Loaz. in Rep. l. Filiusfamilias. §. Diui. nu.* 66. *ff. de legat.* 1. *Ioan. Sainxon. in Conſuetud. Turonenſ. Titul. des ſucceſſionis des Fiez, artic.* 26. *gloſſ.* 1. *col.* 9. *& art.* 27. *col. fin. Andr. Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam. in verb. ſuſceperit liberos num.* 110. *C. de Reuocan. donat. Thobias Nonius in conſ.* 13. *per totum. Ioānes de Arnono. in ſingul.* 35. *Caſſæne. in Conſuetudi. Burg. Rub.* 7. *§.* 12. *in verb. Ne retourne point alla ſucceſſion. ſub nu.* 17. 18. *Franciſcus Viuius commun. opinion. lib.* 1. *Opinion.* 812. *Marian. Socin. Iun. in conſ.* 113. *in fin. vol.* 1. *& hanc opinionem firmauit Nicol. Boer. in Deciſ. Burdegal.* 3. *num.* 12. *Matth. de Afflic. in deciſ.* 160. *Thom. Grammatic. in Deciſion. Neapol.* 57. *num.* 19. *cum pluribus ſeqq. & in deciſion.* 101. *num.* 5. 46. hoc idem voluit *Ioannes Franciſc. de Ponte in conſ.* 65. *nu.* 5. 7. 17. *& pluribbs ſeqq.* & in caſu ſtatuti excludentis fœminas, ob maſculorum fauorem, non
174 poſſe eſtimari † dotem aſcendentem ad legitimam in vita patris, ſed poſt illius mortem. *vt arg. l.* 1. *§. ſi puberi. ff. de collat. bon. & Auct. Nouiſſima. C. de Inofficioſ. teſta.* voluit *D. Cardinal. Lugdunens. in Deciſ. Nuperrim. Roma.* 195. *nu.* 3. *part.* 2. *tom.* 1.

Articulus octauus erit, quod quandoq; dos poſſit eſſe minus legitima ex arbitratu magiſtratuum,
175 & officialium, præſertim in magnis † Dominis, & quarum patres haberent magnum ſtatum, quia eo caſu, ſi velit fieri calculus, legitima ſiue paragium eſſet maior, & accedet ad virilem, quia pater haberet ſtatum ducentorum millia aureorum, & filiæ darentur quinquaginta millia loco dotis de paragio, quibus cum poſſet pari nubere, quamquam eſſet minus legitima, vt benè conſiderauit *Anton. Capici. in dicta Conſuetud. Neapol. Si moriatur. §. eas autem in Addition. Incip. An mulier excludatur.* vt dicit fuiſſe obſeruatum ſuo tempore in
176 ſorore Marchionis Vaſti, dum † nupſit Duci Amalphiæ, in ſorore Principis Hoſtiliani, & in ſorore tunc Comitis Magdaloni, & iſtis caſibus dicit excedi à Regula, quia iſtis datur minus. In alijs dotandis exiſtentibus non ità opulentis paragium dotis nullo modo eſſe poterit minus legitima. Et
177 hanc facit confirmationem *Ioannes Angelus Piſanellus ſummæ authoritatis in Vrbe Neapoli olim Aduocatus in eadem Conſuetud. Neapoli ſi moriatur. §. eas autem. in verb. Circa paragium* nota dicit, quòd Paragium erit, vt poſſit nubere pari, ita quòd ſi cum legitima non poſſet, habebit portionem,
178 † non autem vltra ſuam portionem legitimam ne eſſet hoc caſu, melioris conditionis, quàm maſculus, & ita dicit fuiſſe deciſum in Cauſa, Deiphobi de la Toglieda cum ſororibus ſuis de Tarento. In Magnatibus autem eſſe poſſe Para-
179 gium dotis † minus legitima voluit *Camillus Salernus in dicta Conſuetud. Neapoli. ſi Moriatur. §. eas autem. in verb. Paragium quid ſit, poſt medium*, dicens ita fuiſſe determinatum in cauſa Illuſtriſſimę dominæ Iſabellę de Aragonia in cauſa cum Illuſtriſſimo Duce Montis Alti eius fratre.

Articulus Nonus eſt, q; dos congrua dr̄ habito reſpectu ad tps dotationis, & aſſignationis ſi fuit
180 ante mortem patris, vt illud tēpus attendatur, † quando fuit dotata, vt voluit *Bald. in l. fin. C. de Dotis promiſſion. Iacob. Butrig. in l. pactum quod dotali C. de Donat. Bald. & Paul. de Caſtr. in Auct. Res quæ. C. commun. de legat. Corn. in conſ.* 107. *Incip. In hac conſultatione. col. fin. vol.* 2. Voluit *Albertus Brunus. in Tract. quòd ſtantibus maſcul. articul.* 9. *num.* 40. *verſ. poſt prædicta quæri poteſt*, quem ſequitur *Alexand. in conſ.* 181. *Incip. Perſpectis Inſtrumentis. col.* 1. *verſic. Fortius voluit Angelus. vol.* 5. *Siluester Aldobrand. in conſ.* 39. *nu.* 103. *Thomas Grammat. in Deciſ. Neapol.* 57. *nn.* 30. *Marc. Antoni. Peregrin. in conſ.* 14. *n.* 14. *vol.* 2. quos refert, & ſequitur *D. Cardin. Lugdunenſis in Deciſ. Nuperrim. Roman.* 195. *nu.* 4 *part.* 2. *tome* 1.

Articulus Decimus ſubſequens ad articulum præcedentem erit, quòd adeo attendi ſolet tempus
181 dotationis, quòd ſi facultates † Patris, qui dotauit,

uit, poſt dotationem auctę fuerunt, nō tractabitur, de augumentanda dote iuxta augumentum facultatum. ad quod facit, *quòd ex Iacobo Butrigario* voluit *Bald. in l. Quamuis. nu. 8. verſ. Pone. C. de Fideicom.* dicens, quòd ſi pater aſſignauit filio plenam legitimam omnium bonorum tempore aſſignationis, & poſt modum alia lucratus eſt, quod filius
182 non poſſit petere, ſi patrem † quietauerat plenè etiam abſq; iuramento, quem ſequitur *Bald.* ſi cum Iuramento quietauerit. verum *in auct. Res quæ. nu. 17. verſ. modo quæro de duobus. C. commun. de legat.* Vbi dicit, ſi congrua, vel integra ſit dos attendi tē-
183 pus dotationis. quo in loco *in Apoſtillis. in † verb. Modò quæro.* dicit *Andr. Barbatia* Nota dictum elegans, ſi tēpore dotis habuit à patre filia congruam dotem, licèt poſtea pater fiat ditior, non poteſt cogi à filia, vt ſibi impinguet dotem. ſequitur hanc opinionem *Barthol. de Caſſaneo in Conſuetud. Burgundiæ. Rub. 7. §. 12. in verb. Ne retourne point ala Succeſſion. ſub nu. 23.* ſed aduerte quia *Bald. Nouellus.* reddit rationem, quia dos à patre debita tempus tantum debet attendi, & quia pater eo tempore dotando filiam congruè, ſemel fuit liberatus,
184 ideo obligatio † ſemel extincta, non debet reuiuiſci. *l. cũres. §. aream. ff. de ſolut.* Et vt nec auctis facultatibus dos augeatur. *vt poſt Bald. in loco allegato, & Ruin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 174. ff. de lib. & poſt. & in conſ. 56. num. 14. vol. 3. & Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſt. lib. 2. Cent. 2. caſu 149. nu. 18.* voluit *Graſſus in Deciſ. Nouiſſ. Roman. 202. nu. 20. tomo 2. & in* ſumma, quando datur dos mulieri excluſæ per ſtatutum ob maſculos, ſi datur in
185 vita patris congruitas † attenditur, vt tempus dotationis, & illius aſſignationis, ſi daretur poſt patris mortē, tunc bona relicta conſiderabuntur tempore mortis *benè Alexand. in dicto conſ. 181. col. 1. vol. 5. Aldobrand. in dicto conſ. 29. nu. 103. 104. 107.* quos ſequitur *Polydo. Ripa Obſeruat. 31. nu. 7. 8.*

Quam opinionem, quoad diſpoſitionem *dictæ*
186 *Conſtit. Regni. In aliquibus* ego non reciperem, † quia cum illa lex loquatur in ſucceſſione ab Inteſtato, quòd eo caſu in ſucceſſione maſculi præferuntur fœminis, dummodo à fratribus dotentur de paragio, quod non eſt minus legitima, vt dictū
187 eſt, quo caſu, attenditur † tempus mortis patris, & relictæ hæreditatis. vt dicit *Afflict. in dicta Conſtit. In aliquibus. ſub nu. 32. 33.* & amplè dixi *ſupra hoc eodem Titul. verſic. Articulus Secundus eſt. numero 147.*

Articulus vndecimus eſt, quòd quando dos datur ob excluſionem fœminarum præferendo maſculos, & dotatio ſuccederet loco legitimæ, eo ca-
188 ſu ſimilis dos, eſt libera ipſius † filiæ, & mulieris, & eſt tranſmiſſibilis ad illius Hæredes, & ſic intelligitur dictum *Alberti Brun. in tractat. de Statuto excludent fœminas. artic. 10. nu. 91.* dicit eſſe tranſ-
189 miſſibilem † ad filiæ hęredes, quod dixit *Marian. Socin. ſenior. in conſ. 9. Incip. proſequendo ordinem. col. 6. verſ. Vlterius etiam hoc probatur. vol. 1. Idem Albert. articul. 11. num. 49.* vbi allegat *Corn. in conſil. 142. Incip. Primo aſpectu col. 3. vol. 2.* dicentes quòd quando ſtatutum excludit filiam, & vult illam eſſe dote contentam, debet talis dos dari ipſi filiæ tranſmiſſibilis ad hęredes, & ſi pater ſtipulatus fuerit dari ſibi dotem, & ſuis hęredibus, & eo caſu fi-
190 lij poſsunt † agere, vt eis remittatur ipſa ſtipulatio de reſtituendo, & tollatur. vt refert *idem Brunus. Articulo ſupradicto. 11. nu. 49.* Et ita procedere dicta ſtatuti verba dicunt ſupradicti Doctores tūc tranſmitti quando dos eſt loco legitimæ. *vt ex Antonio de Butrio in conſ. 9. nu. 2. & ſeq. Paul. de Caſtro in l. Qui ſuperſtitis. in fin. ff. de Acquir. hæredit. Decio in conſ. 106. nu. 1. 2. Anton. Capic. Deciſion. Neapol. 176. num. 11. D. Fabritio Veroſpi. in Deciſ. Nuperrim. Roman. 708. num. 3. part. 1. tomo 2.* Dixi iam proximè hanc Paragij dotem debitam filię ex dicto Regni Neapolitani ſtatuto, eſſe ceſsibilem, & ad hę-
191 redes † transmiſſibilem, quod doctisſimè more ſolito comprobat *Alexand. in conſ. 55. Incip. viſo titulo quæſtionis. col. 4. verſ. ſupradicta fortificantur, & per totum. vol. 2.* vbi id concludit *ex dicto Ricchardi Malumbræ, & Cyn. in l. ſancimus. C. de nupt. quem ſequitur Petr. de Gregor. titul. de Dote. & Paragio. q. 9. nu. 6. q. 13. nu. 6. q. 25. nu. 3.*

Declara eundem Articulum, non tractari datam dotem filiæ nuptæ, ſi illius Vir moreretur viuente patre dotante, quia tunc non habetur dos,
192 vt legitima, quia viuit † pater, quo viuente, non tractatur de legitima, quando dotis reſtitutio eo viuente accidit. *vt poſt Bart. Alber. Bald.* voluit *Carol. Ruinus in conſ. 149. num. 13. vol. 3.* voluit *D. Veroſpius in dicta Deciſ. Nuperrim. 708. ſub num. 3.* & Ideo ad patrem reuertitur.

Subintellige tamen ſecus eſſe, ſi moreretur filia relictis filijs quia & ſi pater viueret, filij admitte-
193 rentur, non autem pater, vt ſeruetur opinio † Martini, quam vſu præualuiſſe dicit *Accurſius in l. Dos à patre. C. ſolut. matr.* (licet ipſe *Accurſius, Azo, & Bulgarus* tenuerint contrarium) & eandem Martini opinionem, tenuit etiam *Placentinus in ſumma lib. 5. titul. 18.* & vltimo loco illam ſequitur è noſtris huius Regni *Roffredus Beneuentanus in Tract. libellorum. Parte 4. Titul. de Actione ex ſtipulatu, quæ datur marito pro petenda dote nu. 16. verſic. Quæſtio. item quæritur, an maritus.* dicit tamen in fine Tu elige de iſtis duabus ſententijs, quæ tibi placet. *Bartol. in l. poſt dotem. nu. 29. ff. ſolut. matrim.* pendet pro opinione contraria dicit, nihilominus
194 de conſuetudine † obſeruari opinionem Martini, & eandem *poſt Iacob. de Beluiſ.* tenuit *Bald. in dicta l. Dos à patre.* quam *poſt Petrum de Bella pertica. Barthol. de Salyce. & Paul. de Caſtro* de Iure, & de conſuetudine per Viginti argumenta, & funda-
195 menta † ſeruari debere tenuit *Marian. Socinus Senior in conſil. 9. Incip. Proſequendo ordinem. vol. 1. Aym. Crauett. in conſil. 84. num. 5. Roland. à Valle de Lucro dotis. q. 5. nu. 9. Curtius Iunior. in conſ. 93. nu. 9. in conſ. 180. nu. 4.* Idem voluit *Alexand. in conſ. 115. Incip. Vetus. & Trita. vol. 1. & in conſil. 67. Incip. in cauſa, & lite. vol. 7. Marian. Socin. Iunior. in conſ.*

35. *ſub n.* 4. *vol.* 1. & quamquam ſub dubio *in conſ.* 114. *num.* 20. *vol.* 3. *Iacob. Menoch. in conſ.* 230. *vol.* 3. *Anton. Capicius in Deciſion. Neapol.* 176. *num.* 19. *vſq; ad nu.* 24. *Cæſar Vrſill. in Deciſion. Neapol.* 236. *nu.* 7. *Hierony. Cæuallos Practicar. opinion. commun. contra commun. q.* 378. *Ioan. Baptiſta Thorus in Compendio Deciſion. Neapolit. in verb. Dotis reſtitutio in caſu ſoluti matrimonij. Ioan. Franciſc. Purpurat. in conſ.* 306. *num.* 28. *vol.* 1. *Borgnin. Caualcan. in Deciſion. Fiuizan.* 44. *num.* 131. & omnes ferè communiter tenent. & iſtam opinionem optimè tuetur *Petrus Gregorius Syntagmat. Iuris Vniuerſi. lib.* 9. *cap.* 22. *nu.* 7. *cum alijs ſeqq.* quam etiam ſequuta eſt Sacra Rota Romana, vt habetur per *D. Fabritium Veroſpium in Deciſion. Nuperrim. Roman.* 708. *num.* 4. *Parte prima. tomo* 2. *Ioan. Petr. Surd. in conſ.* 206. *n.* 28. *vol.* 2. In Vrbe Neapolis videtur mihi, quòd in
196 Plateis Nobilium Platearum, ſiue † Sedilium Capuanę, & Nidi, ſit eadem conſuetudo ſimilis conſuetudini Martini, quia moriente viro ſuperſtite vxore, vel illa mortua ſuperſtitibus liberis, dotes illis ſoluuntur, de qua conſuetudine ſcribit *Afflict. in Deciſ. Neapol.* 237. *in princip. Vincent. de Franch. in deciſ.* 80. *num.* 12. *Fab. de Anna in conſ.* 2. *in conſ.* 103. *nu.* 7. *cum alijs allegatis per Thorum in Compendio Deciſ. Neap. in verb. Proximiores ex parte vxoris.*

Declara tamen ſupradictam ſubintelligentiam procedere in dote profectitia, nam quando ſumus in dote aduentitia, ſi nihil de redditione inter partes cautum, promiſſumve fuerit, nec aliud municipali conſtitutione caueatur, † mulieri, & eius hęredibus reddi debet. iùxta notata *in l. Vnica.* §. *accedat. C. de Rei Vxoriæ action.* quod meminit *Petrus Gregorius in dicto lib.* 9. *cap.* 22. *nu.* 11.
197

Hiſpani meo Iudicio melius, quia ab opinionũ diſceptatione ſunt liberati, ſi Bulgari, vel † Martini opinionem amplecti debeant, cum apud eos, per contractum matrimonij, & Maſculi, & fœminæ liberentur à patris poteſtate, & fiant ſui Iuris, dummodo matrimonium contrahatur ſolemnitatibus Sanctæ Eccleſiæ. *per l. Tauri* 47. quo caſu ſiue filia moriatur ſtantibus liberis, ſiue non, dos ipſa nunquàm ad patrem reuertitur, ſed obſeruatur
198
199 apud eos *l.* 6. *Tauri*, niſi aliud conuentum † fuerit inter eos. vt annotarunt *Michael Cifuentes, Antonius Gomez, Tellius Fernandez, & alij in dicta l.* 47. & ità communiter in Hiſpania practicari dicit *Hierony. Cæuallos Practicar. Opin. commun. contra communem. q.* 378. *in fin. Et per eandem legem.* 47. In Hiſpania apparet non obſeruari diſpoſitionem Iuris
200 communis volentis filium, vel filiam, & ſi † matrimonium contrahant, manere ſub patris poteſtate. *l. ſi vxor. vbi Angel. & cæteri. C. de conditionib. inſert. l.* 1. *C. de bonis qua. liber. Alexand. in conſil.* 133. *Incip. Verè crudelis. col.* 2. *verſ. Et ſi fortè illa iura. vol.* 4. *Thom. Grammat. in Deciſ. Neapol.* 54. *num.* 4. Eodem modo in Gallia profitentur non ſubiacere Iuri comuni, & filias nuptas eſſe ſub poteſtate Vi-
201 ri † ex *Ioan. Fabro. in l. non ſine C. de Bonis qua. liber.* voluit *Nicol. Boer. in Conſuetud. Bituricens. in Titul. des Couſtumes, & Oſaiges des Droicez de lepar des Perſonſ.* §. 4. *Item que le Femme. in princip. & in Deciſion. Burdegal.* 131. *num.* 3. ad ſupra dicta *adde Aſcan. Clem. de Patria poteſtat. cap.* 5. *ſub n.* 76. *idem Boer. in deciſ.* 197. *nu.* 3.

Aduertendum arbitror, dum loquuti ſumus de Conſuetudine Martini, quia ab illo probanda eſt,
202 qui in ea † ſe fundat, cum ſit facti. vt dicunt *Doctores in l. De quibus. ff. de legib. & alij cumulati per Thobiam Nonium. in conſ.* 72. *num.* 19. *per Iacob. Menoch. in conſ.* 122. *nu.* 72. *Vol.* 2. *cum alijs allegatis per Achill. Pedrocch in conſ.* 37. *nu.* 146. Tamen in pro-
203 banda conſuetudine Martini † nulla requiritur probatio, cum de illa teſtetur *Accurſius, in dicta l. Dos à patre.* cui credendum eſt, creditur enim Doctori conſuetudinem alleganti maximè Doctori
204 Excellenti. † vt dicit *Bartol. in dicta l. de quibus. ſub num.* 21. *& ſi Paul. de Caſtr. in conſ.* 164. *Incip. in præſenti cauſa. vol.* 2. dicit, credendum eſſe Baldo
205 † conſuetudinem alleganti. *Et Guido Papæ in Deciſion. Delphin.* 139. *ſub nu.* 1. dicit credi debere Ar-
206 chidiacono Doctori famoſo † atteſtãti conſuetudinem. Præſertim cum tractemus de opinione *Martini Gloſſatoris*, qui fuit ante plures Accurſij annos
207 qui Accurſius fuit anno Domini 1227. † & per plures antea fuerat, & aſſerit illius opinionem de conſuetudine ſeruari ſolitam, & ad minus ſunt anni quadringenti, quibus per quatuor ſecula fuit obſeruata, & opinio Gloſſę eſt tenenda, vt ex mul-
208 tis † congerit *Iacobus Nouellus poſt Duenna in Regul.* 6. *num.* 1. & dicit *Anton. Maria Coratius de communi Doctorum opinione attendenda. lib.* 2. *titul.* 9. *caſu* 7. *nu.* 21. de quo dicto plenè *Deci. in conſ.* 540. *Incip. Quæritur in effectu. num.* 9. 10. vbi dicit, Vni gloſsæ credi de conſuetudine, & comprobat *eandem gloſſ. in dicta l. Dos à patre*: Quod tanto facilius procedit, quanto dicta opinio conſuetudinis
209 Martini ſit etiam conformis † Iuri communi, & de Iure defendatur *à Bartol. in dicta l. poſt dotem à Martiano Seniore in dicto conſ.* 9. *vol.* 1. *& Petro Gregorio in dicto. cap.* 22. *& alijs notorijs.* & ridiculum eſset diſcedere à conſuetudine, & opinione tam Iuridica per quadringentos annos obſeruata, cum non ſit conſuetudo ſpecialis vnius tantum loci,
210 † ſed generalis per Vniuerſum orbem, vt anno-
211 tauit *Anton. Capicius* † *in dicta Deciſion. Neapol.* 176. *ſub nu.* 19. *verſ. Item dicta conſuetudo.*

Filia fuit à patre dotata, ſed amiſit dotem, quæritur, an iterum illam pater, dotare teneatur; vel
212 † ſecundò nubens iterum dotare debeat? diſtinguendi ſunt plures caſus. Primo, quòd pater tenea-
213 tur dotare † *arg. l. fin. C. de Dotis promiſſ.* voluerunt. *Gloſſ. in l. ſi cum dotem dicunt Docto. in* §. *ſi per ſolutum. vbi Bartol. nu.* 2. §. *quæro quid ſi filia. num.* 2. *ff. ſolut. matri.* cum, vt pluries dictum, onus patris ſit dotare filiam, ergo cum dotem dederit non videtur iterum dotare debere.

Contrarium tenuiſse *Dynum* refert *Bartol. in dicto* § *ſi poſt ſolutum arg. l. fideicommiſſa.* 11. §. *ſiquis*

de-

214 *decē. ff. de leg. 3. vbi*, qui semel dotauit, amplius † dotare non tenebitur. *l. si socius pro filia. 82. ff. pro Socio.*

Breuiter casum istum ità distinguit *Bartol. in di-*
215 *cta. l. si cum dotem. §. si post solutum nu. 2.* quod si † filia sine culpa, & dolo suo, dotem amisit, pater iterum illam dotare teneatur. aliàs secus. *arg. l. etiam. §. licet. ff. sol. matr.* sequitur *Alexand. in dicto. §. si post solutum. nu. 6.* dicens communem opinionem. *arg. Auct. Quod locum ibi sine mulieri possit imputari. C. de collation.* vbi hanc eandem distinctionem firmauit *Bald. num. 4. vers. Quæro nunquid pater, Bald. Nouell. in Tract. de Dote. parte 6. priuilegio 5. Priuilegio. 16. Ioā. Campegius in Tract. de Dote. parte 1. q. 16. Nicol. Boerius in Decision. Burdegal. 131. num. 5. Iason. in Auct. Res quæ nu. 13. C. commun. de leg. Ioan. Lopez de Palatios Rubios in Rep. c. per vestras. §. 24. nu. 6. Ascan. Clementin. de Patria potestate. cap. 6. effectu 11. num. 20. Ludouic. de Molina in Tract. de Primogen. Hispan. lib. 2. cap. 16. nu. 22. 23. parte 2.*

Intellige supradictam distinctionem procedere
216 in patre, vel ijs, qui tenentur dare legitimam, † non autem in illis, qui sunt numero extraneorum, puta fratre, & similibus, vt rectè concludit *Ludouic. Molina. in dicto. cap. 16. nu. 23. 26. argum. dictæ l. si socius pro filia. 82. ff. pro soc.* cuius authoritate *Bald. in l. fin. nu. 8. C. de Dotis promiss.* dicit, quòd si
217 frater dotauerit sororem, & illa culpa, vel † casu fortuito, dotem amiserit, non tenetur illam iterum dotare, & istam differentiam inter patrem, & fratrem assignat *Ludo. Roman. in dicta Auct. quod locū, nu. 10.* & videtur de mente *Ioan. Lopez in c. per vestras. in dicto. §. 24. nu. 5.* vbi loquens in fratre, di-
218 cit, quòd non teneatur iterum † dotare, etiam si soror dotem amiserit casu fortuito. *Et num. 6.* Loquens de Patre, facit distinctionem, quam supra narrauimus. Verum tamen *Ioan. de Imol. in dicta l. si cum dotem. §. 1.* assignat rationem, diuersitatis, ex eo, quòd ideo extraneus *in dicta l. si socius pro filia.* non tenetur iterum dotare, quia sumus in dispositione hominis, & dispositio hominis consumitur
219 † primo actu *l. Boues. §. hoc sermone. ff. de verb. si-*
220 *gnific.* sed dispositio legis † non consumitur primo actu. *arg. l. veluti. § hæc vox. ff. de edend. ex quo Ioannis de Imol. dicto*, conclusio elicitur, quòd pater cum teneatur ex dispositione Legis ad dotandam filiā, & si semel dotauerit, teneatur dote deperdita
221 iterū dotare, frater † autem, alijq; extranei, cum ex dispositione hominis dotent, non tenentur illa amissa, reiterare, quem sequutus est *Bartholomeus Socin. in consil. 291. Incip. Visis literis. col. 4. vers. sed huic confœderationi respōdeo. vol. 2. & in cons. 5. Incip. suprascriptus insignis doctor. col. 3. vers. Ad secundum respondeo. vol. 4.* quos sequitur *Andr. Tiraquell. in Rep. l. Boues §. hoc sermone. Limitat. 9. nu. 4. 14. ff. de Verb. significat.* quam distinctionem aliàs probaui *de compromissis. §. 2. Gloss. 3. sub nu. 18. vers. Quis autem sani intellectus.* quo in loco allegaui *Raph. Comens. in cons. 14 Incip. Statutum dicit. Iason. in §. fuerat. numero 97. 135. Instit. de Actionib.*

Quantum ad illud, quòd diximus, quòd quando sumus in dispositione hominis, quòd vnico actu, puta dotatio promissa, vel legata finiatur per *dictum. §. hoc sermone.* Tamen secus est, si in promissione, vel testamento diceretur, quòd deperdita dote, rursus, vel iterum promittens, vel hæres tenea-
222 tur, † quia eo casu, iterum tenebitur. *textus est notabilis. in dicta l. fideicommissa. 11. §. si quis decem.* quem allegauit *Bartol. in dicta l. si cum dotem. §. 1.*
223 *nu. 2.* dictiones enim iterum, & rursus, † habent expositionem, quòd reiterabitur actus quoties opus fuerit *iuxta Gloss. & Doctor. in l. Tua nobis. ext. de appellat.* sed est notādum, quòd ille, qui ex facto hominis per has dictiones teneretur dotare, intelligitur tantummodo secunda vice, & sic duabus
224 tantum vicibus, & non † pluribus, & hoc fuit Diui Pij dictum in *dicto. §. si quis decem.* dum inquit. Et non amplius, quàm semel post quam perdidisset, præstandum. quod *& Bald.* notauit. *in dicto c. Tua nobis. & Panor. nu. 2. Alexand. in dicta l. si cum dotem. §. 1. nu. 7. 8.* facit ad dispositionem hominis de promittente aliquem præsentare, quòd
225 per binam † præsentationem, liberatur. *vt arg. dicti. §. si quis decem* voluit *Alexand. in cons. 145. incip. Quoniam abundè. col. 1. vol. 2. Ludouic. Roman. in cons. Incip. Plura. nu. 5. Nicol. Boer. in Decision. Burdegal. 131. num. 20. Matth. de Afflict. in Decis. Neap. 96. sub nu. 3. in decis. 130. nu. 6. Marsil. de Fideiuss. num. 130.* & dixi alios allegans *de Compromiss. §. 2. gloss.* quem locum ad id allegat *Anto. Heringius de Fideiuss. cap. 20. §. 9. nu. 15. 16. 22.*

Fuit tractata ambiguitas in Regno Neapolis apud Amplissimum ordinem Senatorium Sacri consilij, An pro Dotis Paragio agere possit filia hypothecaria contra Tertios possessores bonorū pa-
226 ternorum, † vel fratrum? Et tandem licèt fuisset
227 dictum, quòd paragium sit loco legitimæ, & pro † legitima, vel illius supplemento, sint filio hypothecata bona singula hereditaria, ex mente *Baldi in l. filium quem habentem. num. 36. C. Famil. herciscund. & Francisc. Aretin. in cons. 155. col. fin.* quos refert *Marc. Antonius Peregrinus de Fideicommiss. Articul. 39. n. 147. & 148. & videtur apud Vincent. de Franch. in Decision. Neapol. 374. nu. 6.* quod nunc non firmo, si etiam videretur in Paragio, quod est
228 loco legitimę. Verum quia † actio hypothecaria, nec pro legitima datur, vt in dubium vertit *Idem Peregrinus in dicto articul. 36. num. 149.* Ideo
229 sacrum consilium decreuit, quòd perperam † egerat mulier hypothecaria contra possessores petendo paragium, quia debebat petere legitimam, & tertij possessores, cōtra quos egerat, fuere condemnati ad consignandam possessionem bonorum paternorum, alienatorum per filiam & illam tenendam per Ius hipothecæ vigore legati filio facti dotium de paragio in testamento patris. *vt per Matth. de Afflict. in Decis. Neap. 162.* & sic aliàs in Consilio iudicatum dicit *Anton. de Alexand. in l. 1. C. de Inoffic. dotib. quem allegat. Thom. Gram. in*

dicta

dicta Afflict. Decis. 162. Idem Grammat. in dec. Neap. 90. n. 2. Ant. Gabriel. commun. opin. lib. 6. Tit. de legitima. Concl. 5. Cardin. Pute. in decis. 37. lib. 2. Idem Afflict. in Const. Reg. in aliquibus. Ioan. Francisc. del Castillo in decis. Sicil. 90. nu. 33. Michal. Crass. com. opin. Titul. de legiti. q. 15. Ioan. Thom. Minado. in decis. Neap. 10. nu. 2. & in cons. 2. nu. 6. Peregrin. in dec. Patauin. 37. nu. 6. in Decis. 95. num. 6.

Pro legitima verò non dari hypothecariam, sed habere condictionem ex lege cõtra hæredes patris
230 † *arg. §. Cæterum. Auct. Vt cũ de Appell. cognosc. & iuxta notata per Doctores in l. in quartã. ff. ad l. Falc. & per Salyc. in l. omnimodo. in princ. C. de Inoffic. test.*

Quę condictio ex lege, est actio personalis, non aũt
231 realis, *l. Actionum. ff. de Actionib. & obligat. l. sicut. C. de Præscript. 30. annor.* & personalis obligatio
232 non sequitur † possessores rerum, & bonorũ *Vulgata, l. fin. §. fin. vbi Glos. & Bart. ff. de contrah. empt.* ità resident *Afflict. in dicta dec. 162.* quo in loco *ex Aymone Crauett. in cons. 312. est mihi 109. nu. 4. 5.*
233 *Cæsar Vrsil.* dicit † pro legitima dari tres actiones, condictionem ex lege actionem, & ex testamento, & petitionem hæreditatis, allegat contrarium *ex Paulo de Monte pico. in l. in quartam,* cuius quęstionis in loco suo, vt dixi DEO volente meam opinionem dicam, sed vide interim *Hieronym. de Laurentijs in Decis. Auenionensi. 52. per totam.*

Sed quoad dotis paragium, *text. in const. In ali-*
234 *quib.* in bonis hæreditarijs præfert masculos † fęminis, tantũ modo imponẽs, q debeant illas secundum paragiũ maritare, non de bonis maritare Imperator dixit, sed pro quantitate bonorum, & fa-
235 cultatum masculi possunt † de pecunia propria id adimplere, secus si dixisset, quòd filia super bonis habet paragium dotis, quia tunc bona essent obligata pro paragio. *arg. l. Codillis. §. Instituto. ff. de l. 2. vbi Bart.* quòd, & voluit *Glos. Parien. super Consuetud. parte. 2. fol. 54.* vt olim antequã esset prohibita *ad Afflict. in dicta dec. 162.* annotaueram. Idem es-
236 set si pater antequam essent † bona alienata expressè obligasset, quia his duobus casibus dari hypothecariam concludit *Afflict. in dicta Decis. Neapol. 262. nu. 6. Francisc. Viuius in dec. 285. nu. 7.* & multos allegans *Ioan. Bapt. Costa de Remedijs subsidiarijs. Remedio. 67. per totum.* Paragium verò de-
237 beri in pecunia numerata, † & in subsidium fit exequutio in corpore feudi, *vt Andr. de Isern. in dicta Const. In aliquib. col. 5. vers. sed si dicamus, & in Const. si quis post litem* voluit *Petrus de Gregorio Siculus, in Tract. de vita, & militia, q. 11. num. 5. & in Tract. de Dote, & parag. q. 12. n. 2.* & peti illud con-
238 dictione ex lege † *post Andr. de Isern. & Afflict.* voluit *Idem Petrus de Gregor. in Tract. de Dote, & Paragio, q. 2. num. 12.*

Intellige, q à principio perueniri põt ad feudũ, sed primo discutiuntur bona allodialia, & vltimo
239 † loco ad feudalia seruata ẽt forma, *l. A diuo Pio. §. in vendit. ff. de re Iudi.* quia deuenitur in subsidiũ
240 † ad feudalia, vt dicit *Andr. de Iser. in dicta. Const. In aliquib. col. vers. verius est* sequitur *Petr. de Greg. in dicto Tract. de Dote, & parag. q. 26. nu. 2.*

Si filia dicit nolle nubere, sed velle domi honestè viuere, & ideo petat sibi dari Paragiũ, an audia
241 tur, hanc quæstionem proposuit † *Andr. de Isern. in dicta Const. In aliquib. & post* multa concludi dari debere paragium, cum non debeat esse melioris conditionis cã nuptiarum, & matrimonij, quàm virginalis, & Castitatis, cum bonum, non solũ vir-
242 ginale, quàm viduale matrimonio † præferatur, *c. Nuptiarum. 27. q. 3.* adduco illud *D. Pauli 1. Corinth. c. 7.* Dico autem (inquit) non nuptis, & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut, & ego quod corroborari, & fulciri posset ex multis scripturæ sacræ, & canonum testimonijs, quæ recitat *Tomas Campegius Episcopus Feltrensis in libello de cælibatu Sacerdotum nam ab rogando, & in Tractatu eiusdem Tituli Marquardi de Sussannis Disertissimi*
243 *Iurisconsulti † Vtinensis.* Corroborauit dictam opinionem *Andr. Matth. de Afflict. in Const. Regni. Fratribus, nu. 6. & in Const. In aliquibus, n. 26. vers. Octauo quæro. Sigismundus Loffredus in cons. 26. sub num. 15.* Idem concludit *Petr. de Gregorio Sicul. in Tract. de Dote, & Parag. q. 2. nu. 9. & q. 14. nu. 2.* vbi alios allegat, *& in q. 25. num. 3. Ioan. Baptista Laderch. in consil. 25. num. 7.*

Postq̃, vt pluries in hoc Titulo diximus in hoc Regno Neapolitano *per Const. Regni inc. In aliquib.* in successione ab intestato, exclusis fœminis, succedunt masculi cum onere dandi dotem de paragio, etiam intuitu fructuum rerum feudalium. Videndum est pro explicatione materiæ, an principali-
244 ter Feudum in dotem dari poterit? pro † quo videndum, quid caueatur de iure cõmuni feudorũ.

Feudorum Iure statutũ fuit, non posse fendum
245 filiæ in dotẽ dari, vt expressũ est † *in c. 1. §. Donari. Qualiter olim poterat feudũ alienari,* quẽ sequitur *Glos. in c. Imperialẽ. §. habito ergo, in verb. seu alienare, vers. sed nõne vassall. de prohib. Feud. alien. per Federic. Iacob. de Ardizõ. in Sũma Feud. c. 120. Inc. Itẽ dotẽ pro filia. Iacob. de Beluis. in dicto. §. donare, nu. 1. Andr. de Isern. n. 2. Bald. n. 1. Iac. Aluarot. n. 7. 8. Præpost. n. 1. Mart. Laud. n. 3. 10. Matth. de Afflict. n. 7. 8. Nicol. de Neapol. in dicto. §. habito, vbi Iac. de Beluis. Bald. n. 6. Mart. Laud. n. 16. Io. Raynaudi, n. 16. Afflic. sect. 4. n. 24. 25. Paris de Puteo de Reintegr. Feudorũ c. 42. Inc. Pater habens, n. 4. Curt. in Tract. Feudor. par. 4. n. 93. Vdalr. Zasi. de Feudis. Par. 9. n. 7. Guliel. Hanneton. Iuris Feud. l. 3. c. 5. Franc. Duaren. in Cõment. Iuris Feud. c. 12. n. 9. Franc. Sonsbecc. Iuris Feudorũ. Part. 12. n. 79. Petr. Nicol. Mozzius de Feudis. tit. exquib. caus. feud. amittat. n. 133. Io. Tho. de Marin. de Gener. & qualita. Feudor. Part. 1. tit. 2. nu. 51. Ioachi. Mynsinger. obseruat. 86. cent. 4. Iul. clar. in. §. Feud. q. 36. Herman. Vulteius in Tract. Feud. c. 10. n. 46. Bald. in cons. 108. Inc. Queritur vtrum, n. 3. vol. 1. in cons. 346. vol. 2. Marian. Socin. senior in cons. 19. Inc. pro Decisione, col. 4. vers. Nec obstat lex vectigali. Vol. 1. Iason. in cons. 89. Inc. aggredior, nu. 4. vol. 1. Sigismund. Loffred. in consil. 52. n. 6. Dec. in cons. 521. in fin. Aym. Crauett. in cons. 236. n. 4. Carol. Ruin. in Consil. 165. nu. 6. vol. 1. Francisc. Bursat. in cons. 171. nu. 58. vol. 2. Iacob. Menoch. in cons. 8. nu. 18. vol. 1.*

Dot.l.qui se debere.l.si donaturus.ff.de cõd. caus.dar. Iacob.Toming.in decis.Si præsens.31.nu.1. Considerandum erit quis agere poterit, maritus, an †mulier, cum maritus sit dominus rei dotalis.*l.Doce ancillam. C. de Rei vendic.* & cuius sit periculum ? dicendum est, quòd si nomen debitoris datum fuerit æstimatum, puta pro decem, aut simpliciter, quando enim simpliciter nomina debitorum cessa fuere, & data marito, tunc vtiles † tantum fuere actiones in eum translatæ, directæ verò remanserunt penes cedentem, & dantem. arg.*l.postquam.l. ex nominis. C. de Hæredit. vel act. Vend.* Et idcirco actiones vtiles exercere potest maritus. *l.2. vbi gl. C.de action.& obligat. Corn.in consil.254.Incip. Videtur in hac Consultatione. litera. K. vol.1.* directæ remanent penes mulierem † dantem, & cedentem. Idcirco periculum nominis debitoris regulariter pertinet, & currit periculo vxoris, dummodò ob exactionem non factam dolus, seu culpa posset marito imputari, quo casu ipsa non excluditur à repetitione dotis. *l.si extraneus.34.dicta.l.dotem. 36.l.Debitor mulieris.37.ff.de Iur. Dot.l.Mœuia.vbi Bart.Bald.& Alex.post Iacob. de Aren.ff.solut.matrimo.* Quia si vir illam à nomine debitoris accepto tulisset, Viri periculo id imputabitur. † *l.pen.§.si vix. ff. solut. matr. & benè Ludou. Roman.in consil. 46.incip.In causa Dominæ Camillæ,sub nu.3.& ample Octauian.Cacheran. in decisio.Pedemont.61.nu. 11.& 12.* æstimata autem dos mariti periculo, & dominio † est, inæstimata autem mulieris, quia primo casu, mariti est dominium, scilicet ipsius Iuris, rei autem † sit apud mulierem.*l.plerumque 12. in prin.ff.de Iure dot.l.si Constante.24.§.siue ante.l. æstimatæ.52.ff.solut.matr.l.cum dotem. C.de iur.dot. l.Dotis fructus.8.§.si res.ff.de iur.dot.& l.quamuis. 78.ff. eod.tit. optimè Hermanus Vulteius. Iurisprudent.Romanor.lib 1.cap.20.versicul.æstimato autem. cum quatuor. versicul.seqq.*

ARGVMENTVM.

Dos nudo pacto constituitur, & fingitur tacita stipulatio, gaudet priuilegio alimentorum & eorum loco succedit, etiam promissa, & pro ea mulier habet retentionem, quod ius transit ad filios dum possessio non fieret occupata, legatum dotis incertæ valet, constituitur, & restituitur in bonis restitutioni obnoxijs, & in subsidium contra tertios possessores mulier agere potest, etiam contra renunciationem, & præfertur habenti specialem hypothecam, Viroque vergente ad inopiam habet dotis restitutionem, siue assecurationem, habet restitutionem in integrum & remedium læsionis vltra dimidiam, etiam si consentiat fundus dotalis alienari non potest, nisi ad eius vtilitatem, dotes à fisco in causa læsæ maiestatis, & hæresis auocat, & donationem propter nuptias, & obtinet dotis restitutionem pẽdente Iudicio rerum amotarum. Pater tenetur in causam dotis pro filio se obligare, & fideiussores ante sponsalia præstare cum iuramento de restituenda dote mulieri, cui competit tacita hypotheca in bonis viri, & præfertur creditoribus personalem tacitam, & expressam habentibus.

SVMMARIVM.

1 *Legislatores cur tantum laborarunt colligendo, & concedendo tot dotibus priuilegia ?*
2 *Virginibus dotes dare, pietatis officium habetur.*
3 *Mulieres absque dote difficilè maritarentur.*
4 *Dotes inuentæ, vt facilius matrimonia fiant, cum deseruiant alimentis, & vestibus illarum.*
5 *Sexus muliebris, fragilis, imbecillus, & infirmus.*
6 *Mulieres cum sint leues, & inconstantes, possent facilè circumueniri, & dotes amittere, cum sæpe contra propria laborent commoda.*
7 *Dos nudo pacto, an constituatur, & an fauore dotium, pactum dotale actionem producat, siue verba scripta fuerint, siue non? nu.8.Declara.nu.9.10.*
9 *Specialia duo, an concurrant in eodem negocio?*
10 *Actio ex stimulatu pro dote est bonæ fidei.*
11 *Pro dote fingitur tacita stipulatio, tam si fuerit nullo modo, quam si fuerit interposita minus solemniter. num.12.*
13 *Frater, vel alius, qui non tenetur dotare, si dotauerit, an sit animo donandi? Declara.nu.14.96.*
15 *Dotes gaudent priuilegio alimentorum, & maiori, & quomodo.nu.19.*
16 *Alimenta Iuris sunt naturalis.*
17 *Alimenta necessitatem habent, quæ quotidie immìnet.*
18 *Dos succedit loco alimentorum.*
20 *Donationes factæ à patre in filium, vel filiam, an conferantur? Declara nisi fuerint donata, vel data ex causa dotis ex donatione causa mortis? nu.21.22.*
23 *Pater dotando filiam, si non exprimit, de quibus bonis, præsumitur dotasse de suo, si non est soluendo, præsumitur dotasse de bonis filiæ, vt est vna ex quinquaginta Decisionibus Iustiniani Imperatoris, nu. 24.Declara.nu.25.26.*
27 *Dos probatur per verba enunciatiua, nu.28.*
29 *Dos promissa habet effectum, sicut si fuisset data, vel constituta.*
30 *Mulier viuente viro, dicitur bona viri possidere iure familiaritatis.*
31 *Viro mortuo mulier potest mutare causam, & vti bonis viri Iure retentionis, nu.32. amplia.nu.33. 34.35.36.38.*
34 *Ius retentionis pro dotibus transit, etiam in filijs matre mortua.*
37 *Mutatio voluntatis non præsumitur, nisi probetur.*
38 *Mulier habet priuilegium Iuris retentionis pro dotibus,*

tibus, dum tamen possessio non sit per alium præoccupata.

39 Legatum dotis incertæ valet, quia relictum arbitrio alicuius boni viri arbitratu relictum intelligitur. Declara. 40.41.

42 Res prohibita alienari, non prohibetur alienari pro dote, etiam de Iure digestorum, & si expressa fuerit generalis alienatio. num. 43.44. Declara, num. 45. 46.47.

46 Quando veniendum est ad bona prohibita alienari pro dotibus, probatio facienda erit ex parte diminuentis fideicommissum. nu. 47.48.

49 Petens bona, quæ sunt subdita restitutioni fideicommissi pro dote, petens quòd adsunt alia bona, ille, qui hoc dicit, non mulier probare debet. num. 50. 51.52.

52 Qui dicit, in hæreditate esse plusq; in inuentario, ipse probare debet.

53 Bona alienari prohibita vendi possunt tam pro dote constituenda, quàm pro restituendâ.

54 Minor, & pupillus possunt dotem dare ipsi, vel eorum Tutores in bonis immobilibus cum Iudicis decreto.

55 Mulieres in hoc Regno Neapolis per Prag. incip. considerantes pro alio promittere, vel intercedere nequeant, tamen dotium fauore dotem promittere possent, & dotare. Declara. nu. 56. & 57.

58 Proxeneta, vel mediator potest admitti ad dotem promittendam, nu. 60. sed vide nu. 61.63.

59 Proxeneta est testis in causa matrimonij.

61 Ad probandam dotis promissionem proxenetæ, an admittantur, nu. 62.63.

64 Dotis priuilegia insunt doti confessatæ, nu. 65.

66 Agenti hypothecaria contra tertios possessores bonorum sibi obligatorum, an obstet exceptio cedendarum? nu. 67.68. 69.70.71.72.73.74.75.76.77. & 78.

68 Mulier non repellitur exceptione cedendarum, n. 70.

73 Renunciantibus sua Iura regressus non datur.

74 Iuri sibi pro dote competenti mulier potest renunciare. nu. 79.

75 Tertius possessor, an possit dicere cedas iura, & ego tibi dotes offeram? nu. 76. considera, quod ego dico.

76 Soluto matrimonio, ità demum mulier pro dote bona sibi obligata ità demum auocat, si dos offeratur. Declara. nu. 77.78.79.

80 Vbi non supereſſent bona viri in subsidium. Tunc admitteretur mulier contra tertios poſſeſſores nō obstante renunciatione, aduertendo vbi renuntiatio, esset facta sine Iuramento, quia si cum Iuramento, & si non supereſſent alia bona agere non posset. Sed videas contrarium. nu. 81.

82 Renunciatio mulieris si inducat læsionem enormissimam, succurritur mulieri, & illa non obstante posset agere, quia deseruiret in subsidium.

83 Mulier pro dote præfertur habenti specialem hypothecam super domo, vel alia re.

84 Vendens fundum Titio, habenti vxorem, cui erant obligata omnia bona, venditor præfertur omnibus creditoribus Declara. nu. 87.

85 Vendens, vel mutuans ad nauim, vel domum reparãdam, præfertur omnibus creditoribus. nu. 86.87.

87 Mulier pro sua tacita hypotheca præfertur etiam mutuanti in refectione ædificij. Tamen declara contrarium nu. 88.89.90.91.

92 Feriarum tempore in causis non proceditur.

93 In causa dotali proceditur Tempore feriarum. Declara nu. 94.95.

97 Maritus non exigens dotem à socero, vel alio, quando teneatur ob negligentiam? Declara. nu. 98. 99. 100.101.102.

103 Dotare, qui non tenetur, si dedit, vel promisit dotem mulieri, vel pro muliere, an præsumatur animo cõpensandi, vel liberandi se à debito. declara. 104. 105.

106 In causa dotis proceditur summariè, simpliciter, & de plano, & non requiritur libellus, nec litis contestatio.

107 Pater, & si tacitè recipiat dotes filij, sunt bona sua tacitè obligata nu. 18.

109 Causa dotis dicitur perpetua.

110 Viro dotem dissipante, vel Viro ad inopiam vergente, an fiat dotis restitutio? siue assecuratio solita. nu. 111.112. & sequen. vsque ad num. 196. inclusiuè.

197 Dos data filiæ dum nupsit primo viro non potest minui, dum secundo viro nubit. 198. Declara quando possit per patrem minui. num. 199. 200. 201.202. 203.

204 Promissio, & stipulatio incerta dotium quando, & quo modo valeat? nu. 205.

206 Restitutio in integrum maioribus viginti quinque annis, deceptis re ipsa regulariter non conceditur.

207 Marito, & mulieri maioribus viginti quinque annis deceptis vltra dimidiam dote constituenda, vel restituenda, an detur in integrum restitutio, & quando, & quibus modis? nu. 208. 209.210.211. 212.

211 Remedium restitutionis in integrum an differat à remedio læsionis vltra dimidiam?

213 Donare parentes filijs in potestate regulariter non possunt. nu. 214.215.

214 Quicquid acquirunt filius, vel filia in potestate, id patri quærunt.

216 Pater filiæ in causa dotis donare potest.

217 Fundus dotalis alienari non potest, etiam si mulier consentiat. Declara tamen pluribus modis. nu. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228.229.230. per totum nu. 263.

218 Lex Iulia, quam Doctores dicunt de fundo Dotali, à quo fuit condita? nu. 219. 220. 221. 222. 223.

224 Alienari, an possit fundus dotalis, si est datus æstimatus, vel inæstimatus? num. 225. 226. 235. 236. & 237.

226 Fundus datus æstimatus in dotem regulariter facit emptionem, sed quo pacto fiat æstimatio, & quod tempus attendatur, si facienda esset dotis restitutio? nu. 227. 228. sed limita. nu. 230. 231. 232.

229 Fundo dati æstimato in dotem maritus fit illius Dominus, & restituendo præcium liberatur. Declara. nu. 230. 231. 232.

z33 *Fundus dotalis ſi datur æſtimatus, inſpici debet, an reſtitutio facienda ſit poſita, vt reſtituatur fundus vel precium, & cui fuit data electio viro, vel mulieri? nu.*z34.

z38 *Quando fundus dotalis eſt datus æſtimatus, non tamen facta aliqua mentione, an faceret, vel non faceret emptionem, quid tunc dicendum eſt? nu.*z39.

z40 *Alienatio dotalis fundi, ſi fuerit facta à muliere cũ iuramento, an valida cenſeatur? n.*z41.z42.z43. z44. & z45.

z46 *Fundus dotalis in caſu neceſſitatis, an vendi, & alienari poſſit? Declara, numero* z47.z48.z52.z53. & z54.

z49 *Fundi dotalis alienatio, an valeat, vbicunque eſſet ad ipſius mulieris vtilitatem?*

z50 *Diuiſio eſt alienationis ſpecies.*

z51 *Quando maritus poterit dotalem fundum cum alio diuidere.*

z55 *Res datæ in dotem, conſiſtentes in pondere, numero, & menſura, quomodò reſtituantur, an eodem modo, an verò illarum precium? Declara. nume.*z56. z57.z58.z59.z60.z61.z62. & z63.

z64 *Maritus, & mulier vendentes res dotales, precium penes quem cenſeatur veniſſe? nu.*z65.z66.z67. z68.z69.z70. & z71.

z72 *Res empta ex pecunia dotali, an ſit dotalis? nu.*z73. *ſed Declara, nu.*z74.z75. *& ſeq. vſque ad n.*z96. *incluſiuè.*

z88 *Precium feudi, an ſuccedat in locum feudi?* z89. & z90.

z94 *Rem expedire mulier i dicitur, ſi non ſit illi damnoſa.*

z95 *Pupillus ſiue minor, an poſſit ſine decreto rem ſuam alienare, ſi non ſit ſibi damnoſa, nu.*z96.

z97 *In læſæ maieſtatis crimine Commiſſo per ſocerum, vel virum, non veniunt dotes vxoris, vel nurus nec donata propter nuptias. nu.*z98. & z99.

300 *In Regno Neapolitano Legibus Federici Secũdi Imperatoris, & Caroli Secundi Regis cauetur, vxores non moleſtari pro maritorum delictis, etiam criminis læſæ Maieſtatis in illarum dotibus, numero* 301.

301 *Intellectus Conſt. Regni, Patres pro filijs, & cap. Regis Caroli Secundi. Item ſtatuimus, quod ſi forte contingat.*

302 *Conſtante matrimonio maritus habet dominium, & poſſeſſionem rei dotalis, & in caſu delicti Viri, quid faciet mulier, numero* 303. 304. 305. 306. 307. & 308.

305 *Dotes mulieris, ſi conſiſterent in ſpeciebus, vel bonis mobilibus, ſed habet bona viri obligata, tunc mulier non Impediet Fiſcum, ſed ſolum habet cautelam, vt vtatur Iure retentionis in bonis viri limita. nu.*306.307.308.

309 *Pro donatione propter nuptias mulier poteſt vti iure retentionis nu.*310.311.

312 *Bona mariti, ſi debent ob delictum deuaſtari, an mulier per tacitam hypothecam impedire valeat? nu.* 313.

314 *Ex bonis publicatis ob delicta mariti, an detrahantur alimenta vxoris?* 315.

315 *Mariti bona pro alimentis vxori ſunt obligata. Declara. nu.*316.317.318.

319 *Quemadmodum Dos confeſſata deduci poteſt contra hæredes mariti ob fatalium lapſum, an & ſimili modo aduerſus Fiſcum?*

320 *An viri Hæreſi vxorum dotes publicentur? numero* 321.

322 *Feudum ſuum mulier poteſt dare viro in dotem ſine aſſenſu, dum tamen non æſtimetur, nec adſit pactum de dote lucranda. nu.*323.

324 *Viro ad inopiam vergente, pecunia dotalis dari poteſt mercatori, quod lucrum vir, & vxor percipiant, honeſtam illarum partem. Declara. n.*326. 327.328.329.330.

325 *Marij Giurbæ Iuriſconſulti Siculi laudes.*

327 *Contractus ſocietatis ad caput ſaluum prohibitus eſt. num.*328.

332 *Inter virum, & vxorem, inter quos eſt Diuini, & humani iuris communicatio, ſi verteretur, loco furti iudicium rerum amotarum, ne de furto, Gordianus ſtatuit, arguerentur dum inquiruntur, quod dotis reſtitutio non impediret. Voluit Iuriſconſultus in lege & nu.*333.

334 *Mulier feudataria tenetur præſtare ſeruitia directo Feudi domino. Declara. numero* 336. 337.

335 *Pro dote in feudo conſiſtente maritus pro vxore ſeruire tenebitur, & præſtare pro illa ſeruitia. num.* 337.338.

338 *Seruitia pro feudo per mulierem præſtanda, poſſunt, vel in ſumptibus contribuendo, vel per ſubſtitutum præſtari.*

339 *Obligare ſe quis non cogitur.*

340 *Pater pro filio non tenetur; Tamen cogitur ſe obligare, & recipere filij dotem penes ſe, ac ſe obligare ad illam reſtituendam. num.*341.

341 *Pater tenetur in ſolidum ſe obligare pro filio, quem agnouit tutorem.*

342 *Pater pro filio emancipato non tenetur actione, quod Iuſſu, ſed actione mandati. nu.*343.

344 *Titulus Codicis, Ne fideiuſſores dotium dentur. l.* 1. & 2. *illius Tituli, an comprehendant patrem fideiubentem, & an cogatur pater fideiubere dotem pro filio, etiam cũ iuramento, & illa præſtita teneatur? id plenè diſcutitur. Amplè declara, nu.*345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. *cum ſeqq. vſque ad nume.* 421. *incluſiuè, in quibus eſt digeſta, & Tractata tota materia.*

348 *Iacobi Cuiacij opinio, an maritus, Socer, proſocer teneantur propter dotem filij cauere, & ſi non cogantur, & ſponte ſe obligauerint, an obligatio nulla ſit, nu.*349. & 350.

351 *Conſtantini Harmenopoli opinio ſuper dicta ambiguitate, quem ſequitur Andreas Facchineus inueheus contra Duarenum.*

352 *Antonius Heringius nouiſſimè eleganter abſoluit omnia, quem ſequitur author, nu.*353.

354 *Author penit communem in Regno Neapolitano obſer-*

*obseruantiam, quòd ante quam contrahatur matrimonium fiunt conuentiones, & fideiussiones, & obseruantur, quod probat etiam authoritate. Cuiacij.nu.*355.356.

357 *Vir de consignandis sibi dotibus fideiussionem petere potest à muliere nu.*358.

359 *Fideiussio cum Iuramento à viro præstita de restituendis dotibus an valeat? Declara.nu.*360.361. 362.363.*cum pluribus seqq.*

370 *Boni mores, qui sunt obseruando inter coniuges?* 371.372.373.374.375.376.377.

379 *Perfidia, quid est? nu.*380.381.382.383.

383 *Proditio, quid sit? nu.*384.385.386.387.

388 *Author à sacra scriptura semper auctoritates capere solitus.*

389 *Caput mulieris vir est.*

390 *Mulieres viris suis subdita sunt, ex sacra pagina. nu.*396.398.399.400.

391 *Cum mulier à viri costa ducta sit, consequens est, vt illi subdita sit, à quo suum corpus ductum est, num.* 392.393.

394 *Extrema Euæ pœna fuit, sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui. Quod pulchrè explicat Benedictus Pererius.*

395 *Romani ne vllam, ne priuatam quidem rem feminas facere quidem sine authore voluerunt; Declara. num.*396.

397 *Mulier transiens ad virum, Viro subijcitur, sed à paterna potestate non exit.*

401 *Iuramentum, an confirmet contractum ipso iure nullum? Declara.num.*402.403.404.405.406. 407.408.409.410.411.412.413.

414 *Titulo, & legibus, ne fideiussores dotium dentur, an cum Iuramento possit renunciari? Vide num.*415. 416.417.418.419.420.421.

418 *Decreto annullatiuo non potest renunciari, numero* 419.

421 *Reiteranti Sanctum Baptisma pœna imminent grauissima.*

In errore reiterationis Baptismatis fuerunt Donatistæ, & Armeni hæretici.

422 *Mulier habet tacitam hypothecam super bonis viri pro bonis dotalibus, sibi restituendis. nu.*423.

424 *In Hypotheca, quam habet tacitam pro dote, præfertur mulier habenti personalem tacitam, etiam anteriorem.*

425 *Mulier pro dotibus, an præferatur anterioribus expressam habentibus hypothecam? declara. numero* 426.

427 *Mulieri dotem repetenti, an opponatur compensationis exceptio? Intellige, numero* 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439.

431 *Compensatio non fuit ipso Iure, sed peti debet ab homine.*

434 *Liquidi ad illiquidum non admittitur compensatio.*

436 *Compensatio per hæredes mariti opponi potest ob res amotas, & donatas.*

440 *Rescriptum moratoriæ quinquennalis, an oppinatur in dote? Intellige, num.*441. 442. 443. 444. 445.

446 *An restitutio dotis factæ in pecunia debeat esse in eadem pecunia? Declara.nu.*447.

448 *Causa dotis, an præferatur fisco agenti in causa Primipilari? intellige.nu.*449.450.451.

452 *Primipilaris officium quod sit diligenter declaratur.numer.*453.454.455.456.457.458.459. 460.461.462.463.464.465.

453 *Primipilarij, an sint Vexilli feri, vel qui primi in hostes tela ferebant? nu.*454.

455 *Primi pilares magistratus, qui essent intellige. nu.* 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465.

466 *Milites Primipili qui essent, & qui dicebantur.*

467 *Si detur in dotem res Emphyteotica, an pro ea solui debeat Laudemium? declara. nu.*468. 469. 470. 471.472.473.474.475.

476 *Mulier, an possit dotem petere, Viro deportato? Declara.nu.*477.478.479.480.

477 *Matrimonium non soluitur deportatione viri, nec amissione ciuitatis.nu.*478.

480 *An petatur dos per mulierem quãdo viro fuit interdictum aqua, & igni.*

481 *Intellectus Const. Regni. incip. Hostici exceptionem. num.*483.484.

482 *Agenti mulieri pro dote, an possit Exceptio Hostica. Vigore Constit. Hostici exceptionem opponi. Declara, & intellige, vt per authorem. nu.*483.484. 485.486.487.488.

485 *Reipublicæ fauor attenditur.*

486 *Exceptio Hostica admittitur donec milites vacant in Castris.*

487 *Caroli Tapiæ Marchionis Belmontis Regentis meritissimi laudes.*

488 *Causa Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Camillo Caracciolo Principe Auellini, Duce Atripaldæ, Comite Torellæ, Equite ordinis Aurei Velleris, narratur.*

489 *Pater si receperit dotem filij, seu filius cum consensu patris, erunt pro eadem dote obligata.*

490 *Mulier potest solidum dotis ab vno ex hæredibus viri petere. Sed declara.nu.*491.492.493.

492 *Hæredes omnes mariti tenentur proportionibus hæreditarijs ad solutionem dotium.*

494 *Pactum, per quod dotis conditio sit deterior, etiam muliere paciscente in sui præiudicium, an valeat? Limita decem modis remissiuè. numero* 495.

496 *Priuilegia dotibus concessa, an intelligantur concessa donationi propter nuptias, Quartæ, siue Antefato? Intellige. numer.* 498. 499. 450.

497 *An priuilegia prædicta dentur augumento dotis? nu.*498.499.500.

501 *Ius prælationis in hypothecis dotalibus, an detur patri mulieris, filijs, extraneis, & quibus personis? vide num.*502. 503. 504. 505. 506.

507 *Contracto matrimonio, & promissa dote in tempore, si non soluatur adueniente die solutioni destinato mora absq; interpellatione committitur, & debentur, alimenta, fructus & interesse. nu.* 508.

TITVLVS QVINTVS

De Priuilegijs Dotalibus.

SVMMVLAM breuem, quantum potero, faciam, omnium ferè priuilegiorum dotalium, præsertim illorum, quæ tradita sunt à Iuris consultis celeberrimis *Baptista de Sancto Blasio Patauino*, & post ipsum *à Baldo de Bartolinis Perusino*, qui ante omnes hunc laborem ad publicam omnium vtilitatem laudabiliter assumpserunt, collegerunt enim in vnum priuilegia diuersimodè in Iure nostro, & apud doctores no-
1 stros seminata. Cur autem † tantum elaborarunt, vt pro mulierum dotibus tot immunitates concederent? An quia dotes dare virginibus, pietatis
2 † officium dicatur. *l. cum is. §. si mulier. ff. de condict. indebit.* vbi hoc voluerunt *Bartol. Angel. & cæteri. Alberic. de Rosat. in prima parte statutor. q. 3. alia allegans Andr. Tiraquell. de Priuilegijs piæ causæ. in præfat. vers. Item cum dos. Riminald. Senior. in consil. 229. num. 6. vol. 2. & antea in consil. 63. num. 7. vol. 1. Ioan. Cephal. in consil. 216. numer. 2. vol. 2. Matth. de Afflict. in Decision. Neap. 371. sub nu. 2. Marc. Anton. de Amatis in Decision. Marchiæ. 42. num. 10. 11. Vincent. de Franc. in Decision. Neapol. 237. sub numer. 2.* sequitur *Anton. Heringius. de Fideiussorib. cap. 7. nu. 454. 455.* quo in loco asseruit,
3 quòd difficilè † mulieres absq; Dote maritarentur. quod, & dixit etiam *Albertus Brunus de statuto excludente fœminas propter masculos. Articul. 9. nu. 45.*
4 dum dicit, quòd ad hoc inuentæ sunt dotes, vt † fiant matrimonia cum deseruiant alimentis, & ve stibus illarum & mulieres facilius maritentur. *Alex. in cons. 56. n. 4. vol. 4.* sequitur *Andr. Gail. Pract. obser. lib. 2. obser. 87. nu. 3.*

Est etiam sexus adeo fragilis, & imbecillis, &
5 † infirmus, vt cumulat. *And. Tiraquell. de legib. connubilibus. l. 1. num. 71.* & facilè possent circum ve-
6 niri, ac dotes † amittere, cum sint inconstantes, & & contra propria solent commoda laborare. *l. si prior. C. de sponsalib. Nicola. Boer. in cons. 28. num. 1.* & dixi *de compromiss. §. 2. glos. 3. nu. 29.*

Primum itaq; Dotis priuilegium illud est, quod
7 nudo videretur constitui non posse † pacto argumento. *l. Iuris gentium. §. sed cum nulla vers. Igitur nuda. ff. de Pactis.* Sed tamen contrarium verius est,
8 scilicet dotis fauore, nudum pactum † actionem producere, siue verba scripta fuerint, siue non. vt habetur *in l. Ad exactionem. C. de Dotis promiss. Accursius. in l. 1. in verb. semper. ff solut. matr. & in dicto §. Item nulla* vbi hoc voluit *Bartol. num. 10. & alij Doctores præsertim Paul. de Castro, sub num. 6. vers. primum est istad* ante eum *Bald. in dicta l. ad exactionem. num. 3. Andr. Barbat. in cons. 17. col. 1. vol. 3. Bald. Nouell. in Tract. de Dote. parte 6. Priuileg. 1. ante eum Baptista de sancto Blas. de priuileg. Dotalibus Priuileg. 1. Ripa in dicta l. 1. nu. 52. Ioan. Coras. in l. Qui liberos parte 2. num. 141. 142. ff. de Ritu nupt. Marc Mantua. Dialogo. Histerolog. 34. numer. 1. 2. Anton. Heringius in Tractat. de Fideiuss. cap. 6. num. 200. Franc. Connan. Comment. Iuris ciuilis. lib. 5. cap. 3. numer. 1.* alios allegat *Bernardin. Alfan. in Collectan. 555.* Et istud procedit de Iure ciuili, & canonico. *vt in c. 1. extra de pactis. vbi glos. magistra, & singularis. Abb. Panor. in c. nouit. num. 50. de Iudic. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. num. 56. 59. de Constit. Didac. Couarruuias in cap. quamuis. parte. §. 4. numer. 12. de pact. in 6. Hippolyt. de Marsilijs, de Fideiussor. numero 357. 359. And. Tiraquell. de Priuileg. piæ caus. Priuil. 111. Ioan. Coras. Miscellan. Iuris ciuilis. lib. 1. cap. 1. lib. 3. cap. 15. num. 3. 14. Andr. Alciat. Paradoxor. lib. 5. capit. 3. Ferdinand. Vasq. controuers. Illustr. lib. 1. cap. 15. num. 15. Francisc. Viuius Opinion. commun. 570. pactum nudum. num. 2. & opin. in Verb. Promitto. Anton. Scappus de Iure non scripto. lib. 4. cap. 8. Iafredus Lanfranc. Balbus in Decis. 108. Matth. in Decision. Neapol. 120. num. 4. 5. Gaspar. Caballin. in Milleloq. 793. Iosephus Ludouic. in Decision. Perusin. 9. num. 26. Petrus Cenedo alios referens in Collect. Iur. Canonic. part. 2. Coll. 31. Idem Mantua in dicto Dialogo Histerologic. 34. numer. 3. Consiliarius Georgius in allegat. 10. num. 14. 15. Polydorus Ripa in Obseruat. 86. num. 1. Curti. Iunior. in cons. 168. sub num. 12. vers. Nec obstat quod Benuenut. Stracca. de Sponsion. Mercat. parte 2. nu. 4. vers. in proposito verò. Ioan. Baptista Thorus in Compend. Decisionum Neapol. in Verb. Promissio probata. Et ideo sufficit simplex polliciatio per Iura allegata per Baptist. de Sancto Blas. de Priuileg. dotalib. priuileg. 2. Ioan. Bessian. in Consuetud. Aluer. cap. 14. Des Donatons Dotz, & Mariages. Articul. 11. versic. Decimo sexto. Mynsinger. obseruat. 3. vers. Decimonono licet. Centur. 3. Anton. Gubertus de sponsal. & matrimon. Titul. de Dotium singular. versicul. Vigesimo actio.*

Declara procedere supradictam conclusionem,
9 dummodo promissio dotis non sit incerta, † sed certa, ne duo specialia concurrant in eodem negotio. *l. 1. C. de Dotis promiss.* ità voluit *Paul. de Castr. in l. 1. sub num. 6. vers. Primum est & illud. ff. solut. Matr. Baptista in dicto Tract. priuilegio. 3.*

Declara etiam, quòd eadem actio ex stipulatu
10 † pro dote Interposita sit Bonæ fidei. *vt in §. fuerat. Inst. de Actionibus Papiens. in libell. quo vxor. agit ad dot. in Verb. coram vobis. nu. 6. vers. Quintum. Ioan. Bessianus in consuetud. Aluern. Titul. Des Donations, Dotz & mariages. cap. 14. Articul. 11. versic. Vigesimo.* cum successerit, & subrogata fuerit in locum rei vxoriæ actionis, quæ erat bonæ fidei, & habet plenius priuilegium. *l. 1. §. sedet si non ignoramus. C. de Rei vxor. act. Accurs. in l. de diuisione. 5. in Verb. Possessio. ff sol. matr. Bar. Bald. Castr. Alex. Aret. Imol.*

&

& Ias. ibidem. Datur dicta actio viro, & vxori pro dote promissa, & restituenda. *Ioan. Faber in dicto. §. fuerat. num. 13. vbi Ioan. Ferrar montan. Mynsing. & Oinotomus* & ideo cessat quod attentauerat *Bal. Nouell. de dote. parte 8. Priuileg. 4.* Et quamuis non competere viro dictam actionem bonæ fidei ex stipulatu contra Accursium censuerit *Iacobus Cuias. in consultat. 16.* Tamen rectè *contra Cuiacium* tenuit *Hier. Treutle. disputation. Selectar. parte 2. disput. 2. Thesi. 1.*

SECVNDVM Priuilegium in dote est, quòd fingitur tacita stipulatio, tam si nullo mo-
11 do fuerit † interposita, quàm, si fuisset interposita, tamen minus solemniter, quia eo casu solemniter interposita fingeretur. *text. Notabilis. in l. 1. §. Rei vxoriæ. C. de Rei vxor. act. ibi,* Sancimus omnes dotes per ex stipulatu actionem exigi, siue scripta fuerit stipulatio, siue non, vt intelligatur
12 re ipsa † stipulatio esse subsequuta. & hoc voluit *Bald. Nouellus de dote parte 6. col. 3. vers. Secundum speciale.* hoc idem dicit *Marcus Mantua Dialog. Histerolog. 24. numer. 1. 2. Class. 1. Baptista de Sancto Blasio in Tract. de Priuileg. dotalib. Priuilegio. 2. Ioannes Bessianus in Consuetud. Aruerniæ. cap. 14. Articul. 11. vers. decimonono. Petr. Gregor. Syntag. Iuris Vniuer. lib. 9. cap. 24. nu. 11.*

Tertium priuilegium dotium est, quia frater, vel alius, qui non tenetur dotare, dotando vide-
13 detur dotare † animo donandi, & præsertim extraneus, *l. fin. §. accedit. C. de Rei vxor. action. Paul. de Castr. in cons. 96. in cons. 118. Alexand. in cons. 179. incip. Viso processu col. 1. vers. hoc consulendo. vol. 5. Bald. in l. fin. num. 3. C. de dotis promiss. Bart. Socin. in conj. 100. incip. super controuersia. col. 2. sub num. 6. vol. 3. Deci. in cons. 32. incip. Præstantissimè Doctor. num 1. Augustin. Berous in cons. 190. num. 35. 40. vol. 1. Marc. Anton. Natta in cõs. 100. n. 11. vol. 1. Marian. Iun. in cons. 79. num. 74. vol. 3. Bald. Nouell. in dicta parte 6. Priuileg. 3. & Priuileg. 45. Franciscus Veggius in cons. 37. num. 6. Iacob. Mandell. 12. num. 11. vol. 1. Thobi. Nonius in conj. 64. in fin. Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæst. lib. 2. Centur. 1. casu 88. num. 87. Constantius Rogerius. in Tract. de dote. §. 8. num. 8. Aluar. Vallasc. in Consult. siue decision. Lusitan. 127. num. 11.* dixi supra *Titul. de Iure dot. vers. c. Extraneus, qui non tenetur num. 48. cum seq. Ioseph Mascard. de Probation. conclus. 572. num. 1.*

INTELLIGE Tamen eandem conclusionem non procedere, si is qui dotauit extraneus,
14 vel alius † promisisset tamquam administrator, negotia gerens, vel Tutor illius, cui, vel pro qua dotes promisisset, quia non intelligitur donasse, sed de suo promisisse. *l. Nesennius. ff. de negot. gest. l. cum post mortem. ff. de administr. Tut. gloss. in l. fin.* vbi hoc voluit *Bald. numer. 3. C. de dotis promiss. Barth. Socin. in consil. 121. Incip. Visa contingentia. col. penul. vers. & probatur etiam hæc conclusio. vol. 1. in consil. 291. col. 7. vers. Multo minus. vol. 2. & in consil. 64. incip. In præsenti consul-*

tatione. num. 2. 3. vol. 4. Andr. Alciat. in cons. 153. num. 3. Carol. Ruinus in cons. 171. num. 3. in consil. 200. num. 1. vol. 1. in cons. 65. num. 6. Iacob. Menoch. in dicto. casu 88. nu. 48. Mascard. in dicta conclus. 572. num. 10. in conclus. 813. nu. 3. 4. Ioan. Baptista Costa de Facti scientia, & ignorant. distinct. 22. num. 8. cum pluribus seq. & in Tract. de Portion. Rata. q. 62. num. 4. 5.

QVARTVM priuilegium, quia dotes gaudent priuilegijs alimentorum, & magis priuilegia-
15 tæ illæ sunt, quàm † alimenta, vt dicit *Bald. Nouellus de dote, par. 6. Priuilegio. 4.* & infinita sunt alimentorum priuilegia, quæ passim à scriptoribus numerantur, quæ ego ad pauca adducerem, quia
16 sufficeret, quòd alimenta † sint Iuris naturalis, vt *ex Antonio Guberto, quæstionum Iuris. lib. 1. cap. 15. nu. 3.* dixi *in cons. 64. nu. 39. cent. 1.* & alimentorum causa dilationem non recipit, *l. fin. C. de Aliment. pupill. præst.* habet enim necessitatem consociam, vt
17 quis viuere † valeat, quæ necessitas quotidiè suggerit, & imminet, vt dicit *Ioan. Cephal. in cons. 485. nu. 85. & 96. vol. 4.* Hinc dicit *Cyn. in l. Nõ omnis. C. de Admin. tutor.* Quòd dos non est minus fauorabilis, quàm alimenta. Quinimmo succedit loco a-
18 limentorum. † §. *prohibemus. Auctен. de Trient. & semiss.* Alimenta ex oneribus sunt dotium cumulo annexis, *l. si maritus, l. si filia. §. 1. ff. Famil. hercis. l. si is, qui Stichum 57. §. ibi dos, vbi gloss. in Verb. onera. ff. de Iure dot. Alexãd. in cons. 74. Incip. Viso in princ. vol. 5. Bald. Nouell. de Dote. quæst. 2. col. fin. vers. potest dici quòd onera matrimonij,* & maximè hoc procedit
19 de æquitate † canonica, qua dos succedit loco alimentorum, vt sentit *Cynus in l. Sancimus. C. de Nupti.* quem refert, & sequitur *Nicol. Boer. in decision. Burdegal. 127. nu. 11. cum seq. Matth. de Afflict. in decision. Neapol. 111. sub nu. 10. & post Cyn. & Bald. in l. Neque matrem. C. de Iur. dot.* voluit *Roland. à Valle in cons. 91. num. 19. vol. 1. Alexand. in consil. 7. Incip. Visis, & diligenter. col. 1. vers. Nam dos ipsa. vol. 2. plenè Marian. Senior. in consil. 25. Incip. Dominus Franciscus. col. 6. vers. c. Tertio hoc probatur. volum. 1. & in cons. 180. Incip. Diligenter. col. fin. vers. secunda opin. vol. 2. Cæsar Vrsill. in decis. Neap. 11. sub numer. 13. 14. Andr. Gail. Practicar. Obseruat. lib. 2. obseruat. 95. num. 15.*

QVINTVM priuilegium enumeratur, quòd donationes simplices, vel ob causam factæ à pa-
20 tre in filium, vel filiam † non conferantur, *l. si donatione. l. fin. C. de collat. Auct. Vnde siparens. C. de Inoffi. testam.* Secus verò si fuerint data, vel
21 donata ex causa dotis, vel donationis propter † nuptias. *vt in dicta l. fin. sed non est. l. fin. C. de coll. sed l. fin. C. de Dot. promiss.* Et ita residet *Bald. Nouell. in Tract. dotis. parte 6. Priuilegio. 5.* vbi ipse dicit esse magis contra fauorem dotis, & mulieris
22 quod ego confirmo, quia corpus dotis, vel † donationis, quod esset solidum, & vnitum, diuideretur in partes.

SEXTVM priuilegiũ erit, q̃a si patet simplr dotat filiã, nõ exprimẽs de q̃b. bonis, vel de quo patrimo-

nio, de proprijs ipsius patris bonis dotasse intelli-
23 gitur, † sin autē expressit, q̄ dotabat de bonis suis & de bonis filię, tunc si est soluēdo, intelligitur dotasse de proprio, sin autem non est soluendo, intelligitur dotasse de patrimonio filiæ. Ità fuit Deci-
24 sum per Iustinianum Imperatorem, in † vna de quinquaginta Decisionibus ab illo factis. *in l. fin. C. de Dotis promiss.* quam ita in summam deduxit *Bald. Andr. Alciatus in Tract. Præsumpt. Regul. 1. Præsumpt. 26. nu. 1. 2. Bald. Nouell. in Tract. de Dote. Parte 6. Priuileg. 6.* dicens, quòd si in Instrumento dotis dicatur, quam dotem, puta mille promisit dictus pater cōputato in ea, omni eo, quod ipsi filiæ debetur, tam de bonis maternis, quàm paternis,
25 † hoc non obstante censebitur dos data de bonis paternis, & poterit filia ad huc bona materna petere, & dicit ità ipsum consuluisse cum *Ioanne de Monte sperello*, ità etiam placuit Sacro consilio Neapolitano, vt *per Matth. de Afflictis in Decis. Neapol. 178. nu. 13. Marian. Iun. in cons. 89. nu. 17. vol. 3.* sequitur *Ioan. Francisc. de Ponte in cons. 74. sub num. 9.*
26 *vol. 1.* Et talis conclusio procedit, etiam † si mulier renunciasset amplè bonis paternis, & maternis tēpore dotationis, vt dicit *Afflict. in dicta decis. 178. nu. 13.* quem sequuntur *Cardinal. Paris. in cons. 80. num. 4. 5. Vol. 3. & Garsias Mastrill. in Decis. Siciliæ. 186. Vol. 2. Bernardin. Alfan. in Collectan. 218. Ioannes Baptista Thorus in Compendio Decision. in verb. Renunciatio facta per filiam.*

SEPTIMVM priuilegium est, quia dotis fauo-
27 re, verba enunciatiua in Instrumento dotali † probant dotem, contra iuris regulas, hoc ante alios voluit *Bartol. in cons. 123. incip. Factum sic se habet Titus, & Seius. nu. 3.* quem sequitur *Alexand. in cons. 4. incip. Videretur inspectis his. col. 4. vers. Quod istud sit verum probatur. Vol. 2.* allegatur ad hoc *gloss. in l. 2. in verb. Oſſenderis. vers. Quidam dicunt. C. de Do-*
28 *tis promiss.* vbi dicit, probari promissionem † dotis per verba enunciatiua, per quæ fuerant promissæ vsuræ dotis. *Ludo. Roman. in singul. mihi. 534. incip. Verba enunciatiua. Alexan. in cons. 99. incip. Super primo dubio. nu. 2. vers. Tamen istis non obstantibus. vol. 7. Decius in cons. 35. incip. Præstantissime Doctor. nu. 3. & in l. ex his. nu. 2. C. de Testa. milit. Bald. Nouell. de Dote. Priuileg. 78.* & ante eum *Baptista de Sancto Blasio de Priuileg. Dotalib. Priuileg. 253.* voluit *Matthæ. de Afflict. in Decision. Neapol. 83. sub nu. 5.* & decreuit *Rota Romana apud Paul. Aemil. Verall. in decis. 288. parte 1. Mascardus de Probationib. conclus. 627. nu. 35.* Quæ procedunt etiam si fuerint enunciata coram tertio, vt voluit *Idem Verall. in Deci. 338. nu. 1. 2. parte 3. Ioan. Bessian. in Consuetud. Aluer. cap. 14. des Donations, Dotz & mariages. Versic. Vigesimo nono.*

OCTAVVM priuilegium, quia Dos si fuerit
29 tantum promissa, facit eundum effectum, † ac si fuerit data, vel constituta. *Angel. in consil. 76. incip. Statutum loquitur, & in consil. 180. incip. præmitto. Ioan. Campeg. in Tract. de Dote parte 5. q. 30. Matth. de Afflict. in decision. 61. num. 1. 2. Thom. Gram. in Decision. Neap. 103. num. 18. 19. Aluar. Vallasc. in Decis. Lusit. siue consultat. 3. num. 10. 11. in decis. 5. num. 9. in decis. 153. num. 8. Hieronym. Magon. in Decision. Florentin. 13. sub nu. 26. in decis. 84. nu. 12. in decision. 86. nu. 2. 3. in Decision. Lucens. 76. num. 17. Roland. à Valle. in Tract. Statuti de Lucro dotis. q. 5. num. 14. 15. & q. 106. num. 9. Francisc. de Ponte. in consil. 10. num. 21. 22. vol. 1. Ioan. Andr. Georgi. in Allegat. 45. num. 27. 28. Ioan. Anton. de Nigris. in c. Regni. Mulier dotarium. numer. 89. cum pluribus seqq. Andr. Gail. Practicar. Obseruat. lib. 2. Obseruat. 79. num. 2. 3. Dixi supra in Titul. de Iure doti. vers. Promissio dotis constituendæ. numer. 341. hoc Tomo 3. Ioseph. Ludo. in Decision. Perusin. 21. numero 12.*

NONVM priuilegium est, quia mulier vi-
30 uente viro, dicitur bona ipsius † viri possidere iure familiaritatis. *l. qui iure familiaritatis. vbi Bartol. ff. de Acquir. possess.* Et ideo ipso mortuo ex causa extrinseca præsertim ex causa ipsarum dotium, poterit mutare causam, & pro dotibus vti eisdem
31 bonis † iure retentionis. vt habetur *per Doctor. in l. 3. §. si rem. ff. de Acquir. possess. l. cum nemo. C. de Acquir. poss.* ità voluit *Bart. in l. si filio. La 1. ff. solut. matrim. Bald. in l. pignoris. sub num. 2. vers. sed quæro quid de vxore. C. de Pignorat. actione.* dicens, quòd
32 vxor habens bona † viri pro dote obligata, mortuo marito potest propria authoritate remanere in detentione domus, quam cum marito viuente inhabitabat, iure familiaritatis, & tamquam vxor. *& in l. si cui non numeratæ. num. 1. C. de non nu. pecun. & in l. cum tibi. C. de pignor. act.* Quod dicit esse quotidianum, & menti tenendum. *Iason. in l. si non sortem. §. si centum. col. fin. ff. de condict. furti. Marian. Senior in consil. 131. incip. In præsenti consultatione. col. 1. versicul. Nec videtur obstare. vol. 1. Decius in consil. 232. incip. Dura admodum. col. 1. numer. 1. 2. & optimè in consil. 400. incip. Viso elegan-ti consilio. numer 4. 5. & in consil. 671. incip. Applaudent rationes. num. 6.* & voluit *Thom. Gramatic. in Decision. Neap. 58. num. 3. & in decision. 92. num. 19. Roland. à Valle in consil. 77. numer. 26. 27. vol. 1. Iosephus Ludouic. in Decis. Perusin. 109. num. 1. 2. Flamin. Cartar. in Decision. Genu. 73. numer. 1. 2. Anton. Capic. in Decis. Neapol. 119. num. 3. Nicol. Boer. in Decision. Burdegal. 44. num. 38. in fin. Iacob. Menoch de Recuperand. poss. Remed. 5. num 32. Ioan. Cephal. in cons. 98. nu. 32. vol. 1.*

AMPLIA primò, mortuo viro, vxori relictæ tutrici, & quæ se obligauit ad redditionem
33 rationum, etiam illo adhuc non reddito † competere ius retentionis pro dotibus iuxta opinionem *Anton. Negus. de pignorib. parte 5. memb. 1. nu. .....* refert *Thom. Gramm. in consil. ciuili. 114. num. 11. Ioan. Bapt. Thor. in compen. Decis. Neap. in verb. Retentio.*

AMPLIA, dictam conclusionem, & priuile-
34 gium, non solum procedere in vxore, sed etiam † in filio vxoris, quia istud ius retentionis transit in singularem successorem. *l. cum prætor. ff. de Distract. pignor.*

pignor. vt dicit *Franciſc. Marc. in Deciſ. Delphin.* 181.*par.* 1. *idem Grammat. in dicta deciſion.* 92.*numero* 20.

DECLARA primò ſupradictum priuilegium & concedi hanc facultatem mulieri, vel vxori, & poteſtatem retinendi poſſeſſionem, ſi mortuo viro verbis expreſſis declarauerit, ac mutauerit animũ
35 ſuum, velle mutare cauſam † poſſeſſionis priſtinæ tempore viri, idque faciat factis, & fulciat verbis. *l. qua ratione.* §. *interdum. ff. de Acquirẽd. rer. domin. l.* 3. §. *ſi rem, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi dicit hoc declaraſſe *Barthol. Socin. in dicto conſil.* 131. *colu.* 3. *verſicul. Sed hic eſt aduertendum. vol.* 1. & eſt neceſ-
36 ſe, quòd de hoc † animo conſtet. *l. pro hærede. l. gerit. vbi Bart. ff. de acquir. hæred.* cum ſola animi deſtinatione quis fiat hæres. *l. ſi auia. C. de iure delib.* hoc idem voluit *Deci. in dicto conſil.* 232. *num.* 2. *in conſil.* 400. *nu.* 5. *Cardi. Pariſ. in conſil.* 14. *nu.* 30. *in conſil.* 131. *nu.* 20. *vol.* 1. *in conſil.* 15. *nu.* 20. *vol* 2. *in conſil.* 149. *num.* 22. *vol.* 4. quem refert, & ſequitur, *Rol. à Valle in dicto conſil.* 77. *nu.* 30. 31. *vol.* 1. *Curt. Iun. in conſ.* 110. *num.* 22. *in conſ.* 168. *nu.* 36. *Andr. Alciat. in Tract, Præſumptiouum. Regul.* 3. *Præſumption.* 23. *num.* 7. *Franciſc. Burſat. in conſil.* 9. *num.* 7. *Vol.* 1. cum mutatio voluntatis non præſumatur
37 † niſi probetur. *Ioan. Neuizan. in conſil.* 2. *numer.* 9. *Hierony. Gratian. in conſil.* 128. *num.* 5. *Vol.* 1. *Auguſtin. Berous. in conſil.* 55. *num.* 8. *Vol.* 3. *Ioan. Cephal. in conſil.* 277. *nu.* 99. *in conſil.* 288. *num.* 3. *Vol.* 3. *Rtminald. Senior, in conſil.* 82. *numer.* 2. *Vol.* 1. *in conſil.* 284. *num.* 8. *Vol.* 2. *Tiber. Decian. in conſil.* 37. *num.* 30. *in conſil.* 86. *num.* 41. *Vol.* 1. *Iacob. Menoch. de Præſumptionib. lib.* 6. *Præſumption.* 6. *Octauian. Cacheran. in Deciſ.* 49. *num.* 13. *Hierony. Magon. in Deciſ. Florentin.* 1. *num.* 13. *in Deciſion.* 88. *numer.* 6. *& in Deciſion. Lucenſ.* 26. *num.* 38. *in Deciſion.* 64. *ſub num.* 9. *Ioſeph. Ludouic. in Deciſion. Peruſin.* 109. *nu.* 4. *Flamin. Chartar. in Deciſ. Genuen.* 73. *nu.* 3. *cum pluribus ſeqq.*

DECLARA ſecũdo dictum priuilegium re-
38 tentionis ſpectare vxori pro ſuis Dotibus † ac Iuribus dotalibus, dummodo ſuæ poſſeſſionis retentio ſit ſine vitio, & res, quam retinet ſit vacua, & ab alio non apprehenſa, vel illam habeat vigore conuentionis, vel decreto iudicis *ità Bald. in dicta. l penult. ſub nu.* 2. *verſ. ſed quæro. C. de pignorat. actio. & in dicta. l. ſi cui. nu.* 1. *C. de Non numer. pecun. Barthol. Socin. in dicto conſ.* 131. *col.* 2. *Deci. in dicto conſ.* 232. *nu.* 2. *in dicto conſ.* 400. *num.* 5. *dicto conſ.* 449. *num.* 3. *in dicto conſil.* 671. *num.* 7. *in l. Dotes. num.* 3. *C. de collat. Hieronym. Magon. in Deciſion. Florentin.* 37. *num.* 13. *& in Deciſ. Lucenſ.* 64. *ſub num.* 9. *Hierony. Gabriel. in conſ.* 34. *nu.* 5. 6. *Vol.* 1. quem refert, & ſequitur *Fabius Timeus ad Magon in dicta Deciſion. Lucenſ.* 64. *in Verb. ſine vitio Roland. à Vall. in dicto conſ.* 77. *nu.* 35. *Vol.* 1. *Franciſc. Burſattus. in conſ.* 9. *nu.* 4. *Vol.* 1. *Ioſeph. Ludouic. in deciſ.* 109. *nu.* 3. *Borgnin. Caualc. de Vſufruct. mulier. relicto. num.* 201. *Flamin. Chartar. in Deciſion. Genuenſ.* 73. *numero* 11.

DECIMVM priuilegium eſt, quòd legatum
39 dotis incertæ valet quia relictum arbitrio † alicuius, boni viri arbitrio relictum intelligitur, vndè cum reliquiſſet teſtator nepti dotem dotes taxandas, & declarandas, per ſuum hæredem, vxorem, & ſororem, & illi dicerent quantitatem ſecreto eis dictam à teſtatore, ſacrum conſilium de-
40 clarauit legatum † incertæ dotis eſſe validum. *arg. l. ſi filiæ.* 41. *ff. de leg.* 3. *l. Theopompus. ff. de Dot. prælegat.* Et in caſu ſimili cum prætenderent illi, quibus teſtator commiſerat quantitatem dotium, & dicerent contra legatariam, quòd teſtator eis dixerat ſecretò, quòd darentur ducati quinqua-
41 ginta, Sacrum conſilium dixit eis † non eſſe præſtandam fidem, ſed intelligi debere arbitrio boni viri, & decreuit, quòd darentur illi puellæ ducati ducenti, vt optimè dicit *Matth. de Afflict. in Deciſio. Neapol.* 337. *num.* 9. *verſ. & vnum de priuilegijs. & in Deciſion.* 371. *ex Paul. de Caſtr. in conſil.* 11. *col.* 3. *Vol.* 1. *Baldus Nouell. de Dote. parte* 6. *Priuileg.* 9. *priuileg.* 11. *Deci. in conſ.* 539. *incip. in cauſa, quæ agitatur. ſub nu.* 10. *verſ. Quinto circa iocalia. Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib.* 1. *q.* 98. *nu.* 41. *& lib.* 2. *Centur.* 1. *caſu* 149. *ſub num.* 35. *Ioan. Baptiſta de Thoro in Compendio Deciſ. Neapolitan. in Verb. legatum dotis. in verb. Taxatio. & in verb. Voluntas. Bernardin. Alfanus in Collectan.* 285. *adde his Ioan. Cephal. in cõnſ.* 312. *nu.* 32. *vol.* 3. *Baptiſta de Sancto Blaſio in Tract. de priuileg. Dotalib. Priuileg.* 3. *Auguſt. Bereus. in conſ.* 61. *nu.* 2. *vol.* 2.

VNDECIMVM priuilegiũ erit, quia res pro-
42 hibita alienari, non prohibetur illius alienatio † pro dote. §. *Quamobrem præſentem. Auct. de Reſtit. & ea quæ parit. Auct. Res quæ. C. commun. de Legatis.* quo in loco *Bartol. Iaſon. & alij Doctor. & Alexand. in conſ.* 3. *incip. Viſo proceſſu cauſæ. col.* 3. *verſ. Item etiam conſtat. vol.* 3. *Barth. Socin. in Regul.* 12. *Barth. idem in conſ.* 23. *incip. In propoſita conſultatione. n.* 3.
43 *cum ſeqq. Vol.* 3. vbi dicit, † hoc caueri etiam de Iure digeſtorum *per l. mulier.* §. *cum proponeretur. ff. Ad Trebelli.* & quòd miratur de Angel. qui tenuit contrarium, contra quem dicit pluries conſuluiſſe ſuum genitorem, quem ſequitur *Decius in conſil.* 376. *incip. Viſo caſu propoſito. num.* 1. *verſ. ſed his non obſtantibus. Iaſon in dicta Auct. Res quæ. nu.* 24. *verſ. Nunc ſuccedit pulchrum dubium.* vbi dicit hoc pro-
44 cedere etiã † in expreſſa generali alienationis prohibitione. *Idem Deci. in conſ.* 519. *incip. Viſis his. n.* 2. referens ſupradictum aliud ſuum conſilium, dicẽs Socin. conſuluiſſe ſimiliter & quòd Marianus illius pater conſuluerat contra Angelum, & ita etiam cum eo omnes aduocatos Florentinos conſuluiſſe. *Corn. in conſ.* 38. *incip. Placet mihi. litera m. vol.* 1. *Curtius Senior. in conſ.* 27. *n.* 12. *in conſ.* 63. *n.* 20. *Curt. Iun. in conſ.* 59. *nu.* 2. *Ripa in l. ex facto.* §. *ſiquis rogatus n.* 37. *ff. Ad Trebell. Iaſon. in l. Filius familias.* §. *Diui. n.* 97. *in* 2. *lectur. ff. de leg.* 1. *Bart. Veronenſ. in conſ. ciuili.* 38. *incip. omiſſa facti narratione. ſub num.* 14. *in fin. Ludouic. Gozadin. in conſ.* 97. *nu.* 8. *cum pluribus ſeqq. Aymo. Crauett. in conſil.* 19. *in fin.*

in fin. in conſ. 186. *nu.* 4. *Marian. Iun. in conſ.* 20. *nu.* 41. *in conſ.* 130. *vol.* 1. *Marc. Anton. Natta in conſ.* 61. *nu.* 1. *cum ſeq. vol.* 1. *Cardinal. Pariſi. in conſ.* 52. *num.* 39. 40. *in conſ.* 63. *nu.* 32. *cum ſeqq. in conſ.* 81. *n.* 45. *cum pluribus ſeq. vol.* 2. *Bald Nouellus de Dote. parte* 6. *Priuileg.* 13. *Petrus de Anchar. in conſ.* 381. *incip. in Themate præmiſſo. col.* 1. *verſic ſed attentis. Ludo-Roman. in conſ.* 457. *incip. circa propoſitum. ſub nu.* 3. *verſ. ex his probatur primo. Hierony. Gratus in conſil.* 17. *incip. Quoniam. num.* 1. *Marc. Anton. Eugen. in conſ.* 14. *num.* 14. *vol.* 1. *Laurent. Siluan. in conſ.* 90. *nu.* 11. *Marc. Mantua in conſ.* 291. *nu.* 5. *Iaſon in conſ.* 157. *vol.* 2. *Carol. Ruin. in conſ.* 199. *vol.* 2. *Didac. Couar. Variar. Reſolut. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 10. *verſ. ſecundo. Nicol. Bellon. in conſ.* 83. *n.* 4. *benè Franciſc. Marzar. in epithom. de Fideicommiſſ. parte* 2. *cap.* 48. *Roland. à Vall. in conſ.* 85. *nu.* 27. 34. *vol.* 1. vbi reprobat opinionem Angeli. *Iacobus Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſt. lib.* 2. *Centur.* 2. *caſu* 18. *nu.* 73. 74. vbi ſimiliter Angeli opinionem reprobat. *Guido Papæ in Deciſ. Delphinal.* 95. *nu.* 16. *in Deciſion.* 615. *nu.* 3. *Nicol. Boer. in Deciſion. Burdegal.* 129. *nu.* 4. 5. 6. *Franciſc. Viuius in deciſion.* 18. *nu.* 1. 6. *& per totum Villalob. Opin. commun. in verb. Alienari. num.* 79. *Martin. Monter. in Deciſ. Aragon.* 16. *nu.* 30. *Anton. Gamma in Deciſion. Luſitan.* 344. *nu.* 6. *Vincentius de Franchis in Deciſion. Neapol.* 519. *num.* 1. *plures allegans Marius Giurba in Deciſ. Siciliæ.* 31. *nu.* 4. *Ioan. Beſſian. in Conſuetud. Aluer. cap.* 14. *Des donationes, Dotz, & mariages articul.* 11. *verſicul. ſexto mulier. Mynſinger. in Obſeruat.* 3. *verſ. Nono res pro dote. Cent.* 3. *Papienſ. in Pract. in Forma libelli, quo vxor agit ad dotem. in verb. Coram vobis. nu.* 12. *verſ. Vndecimum eſt.*

ANIMADVERSIO prima erit, dictum priui-
45 legium procedere, vbi non adſunt † alia bona, ex quibus capiatur dos, ſi enim aderunt bona, non alienarentur prohibita alienari, vel fideicommiſſi reſtitutioni ſubiecta, quia iſtud priuilegium eſt loco rimedij ſubſidiarij defectu aliorum bonorum. *Bartol. Ioan. de Imol. Lud. Roman. & Alexand. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de Damn. infect. Curti. Sen. in dicto conſ.* 27. *numer.* 17. *Deci. in dicto conſil.* 519. *in fin. Barth. Socin. in conſil.* 104. *in fin. vol.* 3. *Hierony. Cagnol. in l. fin. num.* 273. *verſ. & mulier dicens. C. de Pact. Curt. Iun. in dicta Auct. Res quæ.* 46. *Ioan. Cephal. in conſ.* 261. *nu.* 29. *vol.* 2. *Ferdin. Loaz. in dict. l. filius familias. §. Diui. nu.* 70. *Petr. Anton. Petra de Fideicommiſſ. q.* 8. *nu.* 459. ante cum *Marzar. in dicto Tract. de Fideicom. q.* 48. *parte* 2. *Hierony. Gratus in conſ.* 17. *nu.* 20. 21. *vol.* 1. *Ioan. Nenizan. in conſ.* 10. *& in conſ.* 11. *Iacob. Menoch. de Præſumpt. lib.* 4. *Præſumption.* 189. *nu.* 8. *Fabius de Anna in conſ.* 85. *nu.* 12. *D. Coſta de Facti Scient. & ignorāt. diſt.* 82. *n.* 1. *cēt.* 2. *& in Tract. de Remed. ſuſidiar. Remedio.* 6. *nu.* 1. *Marc. Anton. Peregrin. de Fideicommiſſ. articul.* 42. *num.* 23. 66. 71. 77. probauit etiam *Iacob. Ferrerius ad Guid. Papæ in dicta deciſion.* 96. faciunt notata *per Ioan. Cephal. in conſ.* 253. *ſub nu.* 39 *ibi (de bonis proprijs) vol.* 2. quem ad iſtud refert *Achill. Pedrocch. in conſ.* 31. *nu.* 3. 4. *vol.* 1. *Franciſc. Viuius in deciſion.* 18. *nu.* 27.

SVBANIMADVERTENDO, quòd in caſu
46 proximè narrato, quando non ſubeſſent † bona, & deueniendum foret ad bona prohibita alienari, hanc probationem non extare alia bona, incumbere prętendenti diminuere fideicommiſſum. *Ferdinand. Loaz. in dict. §. Diui. num.* 70. & in ſpecie, quòd iſta probatio fieri debeat per mulierem ne-
47 gantem non † adeſſe alia bona, niſi fideicommiſſi reſtitutioni ſubiecta, *vt ex Stephan. Bertrand. in conſ.* 161. *nu.* 26. *vol.* 3. *in antiquis. ex Corn. in conſ.* 3. *nu.* 3. *vol.* 3. *Crauett. in conſ.* 77. *nu.* 4. *Nicol. Bellon. in conſ.* 83. *nu.* 7. *verſ. debent itaq;* quaſi fundante ſe in Negatiua, *vt per Franciſc. Herculan. de Negatiua. in princ.* hoc refert, & ſequitur *Marzar. in dicto Epithome de Fideicom. parte* 2. *q.* 48. *verſ. ſed quòd imo onus.*

VERVM, contrarium videtur tenere *Ioan. Cephal. in conſ.* 161. *ſub nu.* 21. 39. *vol.* 2. dum dicit hoc
48 † ad mulierem non ſpectare. & volùit *Barthol. Socin. in conſ.* 104. *incip. Quoniam præſens conſultatio. in finalibus verbis. vol.* 3. dum dicit, ꝙ ad excludendam petitionē illius, ꝙ petit dotes deducendas de bonis, quę ſunt ſubdita reſtitutioni fideicōmiſſi, & pręſupponunt adeſſe alia bona, iſta probatio non à
49 muliere, ſed † ab agnatis facienda erit. Hoc idem voluit *Deci. in dicto conſ.* 519. *in fin.* & comprobat *ex dicto Barto. in l. Decem. nu.* 3. *verſ. ſed qualiter fiat ff. de Verb. Oblig.* dum inquit, quòd in ciuitatibus, in quibus fit ęſtimum commune bonorum illud, quod apparet exiſtimo, dicitur eſſe probatum, qui
50 dicit, quòd adſunt † plura alia bona, debet probare. *arg. gloſſ. in l. cum de lege. ff. de probat. cuius text. & gloſſæ authoritate* dicit *Alexand. in conſil.* 47. *incip. circa primum. col.* 6. *verſ. Item non obſtat, quod inſtrumentum. vol.* 1. quòd qui dicit quòd capitale eſt
51 maius, † quàm dicat pars, ipſe probare tenetur. confirmat *idem in conſil.* 34. *incip. Conſultus alias. col.* 1. *verſ. Tertiò ad idem. vol.* 4. faciunt notata *per Lud. Roman. in conſil.* 222. *incip. Dubitatur, an relictum. in fin.* dicentem quòd qui dicit ampliora eſſe bona à teſtatore relicta, probare debet. Et qui dicit, quòd in hæreditate ſit plus, quàm pateat in in-
52 uentario, ipſi dicenti plus † eſſe, incumbit probatio pluris. vt dicit *poſt Bartol. in l. fin. §. licentiam. num.* 1. *C. de iure deliber.* idem voluit ipſe *Ludouic. Romanus in conſ.* 276. *inc. Viſis dubij propoſitis thematibus. in fin. cum alijs,* quos allegat *Iacob. Philipp. Portius commun. opinionum. lib.* 1. *concluſion.* 23. & hāc opinionem firmat *Vincenti. de Franc. in Deciſ. Neapol.* 241. *num.* 2. Sed *Fabius de Anna in dicto conſil.* 85. *nu.* 11. allegat dictam *Deciſionem Vincenty* pro ſua opinione contra iſtam, quia præſidens dicit, quòd eſt onus prohibiti in alienando, & illius qui poſſidet bona fideicommiſſo ſubiecta, & ſic non mulieris, quæ vult vendere pro dotibus.

ANIMADVERSIO Secunda erit, quòd bona alienari prohibita alienari poſſunt, tam pro dote
53 conſtituenda, † quàm reſtituenda, & quòd in vtra-

que

que locum habet diſpoſitio *dictæ Auctен. Res quæ, Bartol. in Auct. de Reſtit. & ea, quæ parit. col. 2. Gloſſ. & Bald. Saly. dicta Auct. Res quæ. Ludouic. Gozadin. in conſ. 97. nu. 10. Alexand. in conſ. 67. incip. Viſis, & ponderatis. col. 2. verſic. iſtud autem certum eſt. vol. 4. Cardinal. Pariſ. in conſ. 52. num. 33. vol. 2. Deci. in dicto conſ. 376. Ludou. Roman. in conſ. 267. incip. circa id, de quo quæritur. verſic. ſed ratione dotis. Marc. Anton. Natta in conſ. 61. nu. 1. 2. Vol. 1. idem Cardin. Pariſ. in conſ. 81. n. 47. Vol. 2. Curtius Iunior. in conſil. 59. col. 1. Roland. à Vall. in conſ. 85. nu. 30. cum pluribus ſeqq. Vol. 1. Barthol. Socin. in dicto conſ. 23. Vol. 3. Carol. Ruinus. in conſ. 89. & in conſ. 199. Vol. 2. Iaſon in conſ. 157. Vol. 2. Bald. Nouell. de Dote. parte 6. priuileg. 13. Couarru. Variar. Reſolution. lib. 3. cap. 6. ſub nu. 10. Ioan. Cephal. in conſ. 574. nu. 9. Vol. 4. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæſtioni. lib. 2. Centur. 2. caſu 182. in fin. Ioan. Baptiſta Coſta. de Facti ſcient. & & ignoran. Diſtin. 82. nu. 1. Centur. 2. Ioannes Baptiſta Laderch. in conſ. 66. nu. 16. Franciſc. Viuius in deciſion. 18. num. 8.*

DVODECIMVM priuilegium eſt, vt minor,
54 & pupillus, poſſint dotem dare ipſi, vel eorum † tutores, in bonis Immobilibus cum iudicis decreto, vt dixi *ſupra Titul. de Iure dotium. verſicul. conſtitui autem poteſt. n. 15. cum ſeq. in hac eadem ſumma Deciſionum Vniuerſalium totius chriſtiani Orbis hoc tomo 3. cum alijs iuribus, & Doctoribus nouiſſimè allegatis per Laderchi. in conſ. 66. num. 6. cum pluribus ſeqq.* qui optime loquitur.

DECIMVM TERTIVM priuilegiũ erit, quòd
55 licèt ex Senatus conſulti † Velleiani diſpoſitione, & in Regno per diſpoſitionem Pragmaticæ, emanatæ in anno. 1543. tempore Don Petri de Toledo *Incip. Conſiderantes. ſub Titul. de Senatus conſulto*
56 *Velleiano*, † mulieres pro alio non poſſint promittere, nec intercedere. Tamen dotium fauore poſ-
57 ſunt mulieres dotem promittere, & dotare, † *vt arg. l. Dotem. 36. & l. promittendo. 42. ff. de iur. dot. vbi Accurſius. & arg. l. fin. & l. ſi dotari. C. de Senat. conſ. Vell. & ex Bald. Nouello Ioan. Petr. Ferrar. Coraſio. Gomeẓio, Decio, Tiraquello, Natta, Hondedeo, Decio, Suarez, Amato, Arcas, Theſauro, Heringo, Horſthio, & Vincentio de Franchis, dixi in hac Deciſionum Vniuerſalium ſumma Titu. de iure dotium. verſ. Conſtitui autem poteſt. nu. 17. hoc Tomo 3. Ioan. Beſſian. in Conſuetud. Aluer. c. 14. Des Donations, Dotz, & mariages. Articul. 11. verſ. Vigeſimo ſexto, & verſ. Trigeſimo nono. Papienſ. in Practica Forma libelli, quo vxor agit ad dotem. in verb. coram vobis. nu. 11. verſ. Decimum eſt beneficium.*

DECIMVM QVARTVM priuilegium in cauſa dotis, præſertim in promiſſione eſſe admitti
58 poſſe † proxenetam, & mediatorem. Quod voluit *Carol. Ruinus in conſ. 34. num. 7. vol. 4.* quem ſequutus *Petrus de Benintend. in Deciſio. Boronienſ. 61. num. 5. 6.* inducens argumentum, quòd cum
59 † in cauſa matrimonij proxeneta ſit teſtis idoneus, vt dicit *Marian. Socin. Iunior in conſ. 29. numer. 16. vol. 2.* eodem modo admitti debeat pro dote, quæ
60 eſt † illius ſequela, *arg. Clem. Diſpendioſam, de Iudic.* ſequitur *Iacob. Menoch. in Conſil. 92. ſub num. 87. volum. 1.*

CONTRARIVM verò in ſimili caſu, quòd ad
61 probandam dotium promiſſionem † proxenetæ non admittantur, voluit *Paul. de Caſtro, in Conſil. 150. num. 4. volum. 4. Alexander in Conſil. 13. vol. 1. Marian. Socin. Iun. in conſ. 12. num. 17. volum. 2.* & hanc opinionem comprobat *Ioſephus Ludouic. in Deciſion. Peruſin. 95. nu. 14.* vbi etiam allegat *Carol. Ruin. ſibi contrarium in conſ. 164. nu. 6. vol. 4.* quem Ioſeph. non viderat quando huius quæſtionis
62 † aliqua ſcripſeram *in hac ſumma Deciſio. Vniuerſum. Titul. 16. num. 24. 25. Tomo 2.*

DECLARA quòd ſi cum proxeneta, ac media-
63 tore eſſet alius teſtis fide dignus, & bonæ, & † integræ vitæ, quòd fauore dotis admittatur, ita ex authoritate *Thom. Grammat. in conſ. ciuil. 13. num. 15. cum duobus ſequentibus,* voluit *idem Ioſeph. Ludouic. in dicta Deciſ. 95. nu. 14.*

DECIMVM QVINTVM priuilegium erit,
64 quòd confeſſata dos habet † priuilegia dotis, ità vt ampliſſimè dixi *in hac ſumma Deciſionum Vniuerſarum totius Orbis Chriſtiani. Titul. 3. num. 204. vſq;*
65 *ad num. 269. Tomo 2.* vbi per Triginta † duas concluſiones hanc ambiguitatem exagitaui, *ità, vt nihil,* vel parum aliud deſiderari poſſit.

DECIMVM SEXTVM priuilegium dotis mulieri competit, dum pro dote ageret hypothe-
66 caria contra tertios † poſſeſſores bonorum ſibi obligatorum ſi cõſenſiſſet alienationi & opponeretur exceptio cedendarum per tertios conuentos, non obſtaret illa exceptio cedendarum oppoſita, vt patet *ex textu in l. Iubemus. C. ad Senat. conſult. Velleian.* ex quo dicitur, & conceditur, mulieres
67 poſſe renunciare iuribus † hypothecarum ſibi competentium, & quòd talis renunciatio non habet nocere mulieribus renunciantibus, neque in alijs rebus, in quibus non renunciauerunt, neque reſpectu aliorum contractuum, neq; reſpectu aliarum perſonarum, per quem textum videtur non poſſe
68 mulierem repelli exceptione † cedendarum. ità in ſpecie dicit *Barthol. Socin. in conſ. 200. Incip. Quoniam ex forma ſtatuti, col. 2. verſ. Et primo quòd prædicta renunciatio, vol. 2.* faciunt notata *per Auguſti. Beroum. in conſ. 48. Incip. Viſis, num. 9. & in conſ. 73. Incip. circa primum, num. 37. verſ. non obſtat, nu. 38. vol. 1.* & in illo caſu agebatur, quòd illa Domina Anna conſenſerat alienationi bonorum immobilium mariti, & renunciauerat Iuri hypothecæ, &
69 obligationi † pro ſuis dotibus, & dicit, non ſibi præiudicaſſe, per text. *in dicta l. Iubemus.* Et ſupradictum priuilegium probauit *Franciſc. Viuius in Deciſion. 100. num. 1. 2.*

CONTRARIAM ſententiam tenuit *Specul. in Titul. de Renunciatione, & concluſione, nu. 22. verſ. Sed pone emi domum, & ſub num. 25. verſ. Item beneficium Iuris hypothecæ,* dum inquit, quòd ſi vir
70 † vendit primo, & vxor cedit, & renunciat, vendit ſecundo, & non renunciat, ſi agit contra primum

mum obstat ei exceptio cedendarum, si agit contra secundum non obstat ei exceptio cedendarum, & ità concludit.

EGO de hoc priuilegio dubito, quin alio modo
71 dicerem, quod si tertius conuentus † esset de proprio fundo dotali, ēt muliere cōsentiente alienato, & à tertio teneretur, eo casu mulieri non obstat, q̄ possessor offerret debitū dum illi per mulierem ce-
72 derentur Iura, & actiones, quia † ista exceptio pro re sua inæstimata in dotem data pro suo dominio competit rei vendicatio *vt in l. vnica. §. & vt plenius. C. de Rei vxo. act.* & postquam hęc scripseram, vidi idem dicentem *Ioan. Bessianum in consuetudine Aluerniæ, cap.* 14. *Articul.* 11. *vers. Quinquagesimo quarto.* Si autem essemus in casu, quo mulier ageret hypothecaria contra tertios possessores super rebus à marito alienatis ipsa consentiente, vel quæ renunciasset Iuri hypothecæ, & tunc dico mulierem actione carere, & agere non posse propter suū consensum, vel per renunciationem suo Iuri factā,
73 quia renunciantibus sua Iura non † datur regressus, *l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædilit. edict, l. cum quidam. ff. de Admni. tutor.* Maxime cum possit mu-
74 lier iuri sibi pro † dote cōpetenti renunciare *l. Mœuia § fundus, vbi Iac. de Aren. & Bart. ff. solut. matrimo. l. etiam. C. Ad Velleia.* & hoc tenet in specie *Ludou. Roman in cons.* 140. *Incip. Hæc venditio, num.* 1. *versic. secunda, quia potest, & in cons.* 187. *Incip. In re præsenti, num.* 1. Et isto casu non obstat mulieri exceptio cedendarum, vt possit tertius possessor illi
75 † dicere, cedas mihi tua Iura, & ego tibi debitum dotium offero, & est meo iudicio hac ratione, quā nemo alius, quem viderim, allegauerit, Quia non habet tunc mulier Ius aliquod, cuius cessionem faciat, cum per consensum, vel renunciationem sua Iura perdiderit, & credo, quòd qui meam hanc considerationem audient, illam notabunt. Cum quoad alia regula sit clara, quòd soluto matrimo-
76 nio ità demum vxore bona † sibi pro dote obligata petente admittatur, vt bona auocet, si dos offeratur, vt notatur *in l. cum tibi pro dote. C. Qui poti, in pignor. hab. & ibi Salycetus*, quòd optimè declarauit *Barthol. Cepoll. in Cautel.* 124. *Inci. Vulgaris est regul. à cap. fin. versic. Sed soluto matrimonio.* Et vt supra proximè declarans debebat dicere *Specul. in*
77 *loco allegato*, bene verum est † prædicta procedere, quando supererent alia bona mariti, super quibus mulier posset sibi satisfacere, aliàs creditores iustum peterent, vt dicunt *Berous in dicto cons.* 48. *& cons.* 73. quos supra allegaui, *& Viuius in dicta Decision.* 100. ad ista omnia videndus est *Raphael Fulogos. in consil.* 206. *Incip. pro eius, de quo quæritur, & Anton. Negusant. in Tract. de Pignoribus, & hypothec. Parte* 2. *Membr.* 4. *num.* 88. distinguens si
78 renunciatio † fuerit à principio constitutionis dotis, vel post contractam hypothecam inita, vt ibidem concludit. Verum, quando nullus adest mulieris consensus, vel renunciatio, & mulier ageret, tunc arbitror exceptionem cedendarum spectare
79 † tertijs possessoribus contra mulierem agentem, quia illi admittuntur ad offerendam dotem, dari autem ipsis, ac cædi Iura per mulierem, *arg. dictæ l. cum tibi pro dote.*

SED aduertendum ad illud, quod supra tetigi, quando non supererent bona mariti in subsidium
80 † admitteretur mulier, contra tertios non obstante renunciatione, quia intelligi oporteat, si renunciatio sit facta absq; Iuramento, nam si esset facta cum iuramento, etiam si non supererent alia bona, mulier non posset agere, vt scripsit *Matth. de Afflict. in Decis. Neapol.* 311. *sub nu.* 4. *Nicol. Boer. in Decis. Burdegal.* 23. *num.* 7. *Vincent. de Franch. in Decis. Neap.* 84. *nu.* 2. 3. dicens quòd nec ei in subsidium succuratur, *& ità fuisse* iudicatum contra Camillam Pappacodan. *scribit Nuncius Pellicia in consuetudine Auersæ, capit.* 9. *numer.* 159. *Thorus in compendio Decisio. Neapol. in verb. cessio, siue renunciatio.*

CONTRA autem dicit *Afflict. in dicta Decisio.* 311. *vers. sed pone casum*, dum dicit, quòd in casu, qui accideret extra ciuitatem Neapolis obserua-
81 retur contrarium, quia illa Decisio † fuit respectu consuetudinis Neapolitanæ cum ageretur cum muliere Neapolitana, & eodem modo dicendum est quoad Decisionem *de Franchis in dicta Decision.* 84.

82 RENVNCIATIO, quæ fieret † per mulierem, si induceret enormissimam læsionem, tunc succurreretur mulieri, & posset agere non obstante illa, quia deseruiret in subsidium, *l.* 2. *& l. error. ff. de Iuris, & facti ignor. & post Iacobum Mandell. in cons.* 751. *& Vincent. Hondedeum in cons.* 45. *nu.* 32. *vol.* 1. voluit *Ioan. Baptista. Costa de Remed. subsidiarijs Remedio* 85. *sub nu.* 3.

DECIMVM SEPTIMVM priuilegium est,
83 quia mulier pro dote præfertur habenti † specialem hypothecam super domo, vel alia re particulari, quod expressè habetur *in. §. his consequens est. in Auct. de æqualit. dotis*, quod habetur, *& in Nouell.* 97. *Accurs. in dicto. §. his consequens est. In verb. Agrum. Specul. in tit. de obligat. & solut. §.* 1. *num.* 45. *vers. quid si vendidi fundum.* Quo in loco tractat quæstionem de vendente fundum Titio, qui ha-
84 bebat vxorem, cui erant bona pro † dote obligata, dicens eundem venditorem præferri omnibus creditoribus, *argum. l. Quamuis. C. de Pignor. l. licèt. C. Qui potior. in pignor. hab. l. Quamuis. ff. de Priuileg. credit.* Non tamē prę̄ferri illius vxori *per text. in dicta l. licèt*, & probat *ibi Ioan. Andr. in addit. in Verb. §.* 1. voluerunt *Bartol. Alberic. Fulgos. & Salycet. in l. Interdum. ff. Qui poti. in pignor. habe. Paul. de Castro, & Ias. in l. creditor. ff. si cert. petat.* sequitur *Matth. de Afflict. in Decis. Neapol.* 306. *sub num.* 4. *vers. Huic motiuo. Ioan. Cephal. in cons.* 131. *num.* 3. *vol.* 1. *& exactissimè Didacus Couar. Variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 7. *sub nu.* 2. *vers. Præter hæc etiam est præmittendum. Ioan. Baptista Thorus in Compendio Decision. Neapol. in verb. Mulier, præferatur habenti specialem. Francisc. Viuius in Decis.* 155. *nu.* 6. *post alios.* Corroborant supradictam conclusionem

huius

huius priuilegij, ex eo, quòd expenditur, vel mu-
85 tuatur ad aliquam rem puta ad Nauim † conſeruandam, armandam, vel reficiendam, ſic ad domum reparandam, vel quid ſimile fuerit expensũ, quòd præferatur hic creditor alijs creditoribus *vt ex text. in dicta, l. Interdum. ff. Qui potior. in pignore habeantur, & l. fin.* §. 1. *C. eod. tit.* voluit *Specul. in dicto.* §. *nu.* 1. 45. Et ſimiliter is, qui rem vendidit prę-
86 cio non ſoluto, & pactum fecit, quòd † non ſoluto precio, venditori ipſi liceret, & in domum, vel rem venditam propria authoritate ingredi, ac illam pro ſe retinere in ſolutum, vel alienare, & iſto caſu per iura allegata, concluſerunt, mulierem pro dote præferri etiam illi, qui dedit in refectionem. *Ioannes Campegius in Tractat. Dotis, parte 4. q. 8. Matth. de Afflict. in dicta deciſ. Neapol. 306. ſub num. 4. Franciſc. Viui. in deciſ. 155. numer. 6. Cephal. in dicto conſ. 131. ſub num. 3. vol. 1. Couarruuias. Variarum Reſolution. lib. 1. cap. 7. Ioannes Beſſianus in Conſuetudine Aluerniæ cap. 14. Articul. 11. verſicul. Nonageſimo primo,* dicens mulierem pro tacita hypotheca præferri etiam mutuanti in refectionem
87 † ædificij. Et fuit opinio *Gloſ. in l. aſſiduis, in verb. licèt, verſ. Item adhuc contra noſtram. C. Qui pot. in pignor. habeant.* Quæ diſtinguit.

CONTRARIVM Tamen in hac vltima opinione in dante mutuo ad emptionem rei, vel ad refectionem, eſſe illum præferendum, etiam ex-
88 preſſæ † hypothecæ dotali ipſi mulieri, quam opinionem tenuit *Bald. Nouell. de Dote parte. 10. col. mihi 13. verſ. Decimo quarto fallit. & verſic. Decimo ſexto, & vltimo limita. Barth. Cæpoll. in cautel. 124. Incipit vulgaris eſt regula. col. 2. verſic. item aduerte, quia Bartol. & verſic. ſi quis primo obligauit. Anton. Neguſant. de Pignoribus, & hypothecis, part. 5. membro. 2. num. 17. 18.* quos etiam retulit *Couar. in dicto loco ſupra allegato,* vbi tamen aſſerit, in praxi, & in examine huius controuerſiæ, potiores ſi-
89 bi † videri partes *Accurſij, Speculatoris, Bartoli, Alberici, & aliorum. Et idem Bald. Nouel. in dicto verſ. Decimo ſexto, & vltimo limita,* inquit, quòd in puncto iuris poſſet teneri contrarium, cum non eſſet hoc improbabile, tenere circa hoc quandam mediam viam, vt opinio illa communis proce-
90 dat, quando mulier iuuaretur ſolum ex hypotheca tacita (loquitur de iſta ſua prima opinione) vt tunc non præferatur prioribus habentibus expreſſam. Si autem iuuaretur expreſſa hypotheca, pro vt hodie communiter apponitur in Inſtrumentis dotalibus, & tunc præferatur habentibus expreſſam, & ita tenuit, *in dicta, l. fin. C. Qui pot. in pignor. hab. & in dicto* §. *his conſequens eſt. Hæc Nouel-*
91 *lus.* Et inſuper ad fauorem † priuilegij mulieris videtur etiam eſſe *Iacobum Cuiacium* dum in dicta *Nouella. 97. col. 2.* ità dicit, Mulier præfertur omnibus creditoribus, etiam antiquioribus. Et poſt pauca, inter mulierem, & illum, cuius pecunia res immobilis comparata, vel refecta eſt, dicit inſpici cuius tempus ſit antiquius ipſorum.

DECIMVM OCTAVVM Priuilegium eſt,
92 quia in cauſis regulariter, non † proceditur tempore feriarum, nec ſententia die feriato lata, parte altera inuita, tenet, *l. 1. in princ. ff. de Feriis.* Tamen in cauſa dotali fauore ipſarum dotium, procedi
93 poteſt, non † obſtantibus ferijs, vt voluerunt *Iac. de Aren. & Rayner. de Forliuio, in l. 1. ff. ſoluto matrimon.* quos ſequitur *Batiſta de ſancto Blaſio, in Tract. de Priuilegijs Dotalibus. Priuileg. 58.* His ego nunc addo *Bald. Angel. Ioã. de Imol. Paul. de Caſtr. & Alexand. in l. 1. num. 11. ff. ſolut. matrim.* qui dicit ob authoritatem Angeli, & aliorum fortè ſeruaretur in Practica. Idem cenſuit *ibidem Ripa, num. 48. Iaſon num. 8. Bald. Nouellus de Dote parte. 9. Priuilegio 13.* quos ſequitur *Cæſar Barzius in Deciſion. Bonon. 15. num. 33.* de quo priuilegio ego plenius dixi in
94 *hac* † *Summa Deciſionum Vniuerſarum totius Orbis. Titul. 38. num. 116. 117. Tomo. 2.* vbi hoc priuilegium non adeo probaui, ſed modò dico, quòd ad hoc, vt in aliquibus caſibus iſtud priuilegium admittatur, cenſerem in caſibus mulierum miſerabilium,
95 & pauperum, & admodum pijs non † autem in aliquibus cauſis mulierum Illuſtrium, & dominarum potentium, pro vt latius dixi *in dicto titul. 38. de ferijs,* in quo pleniſſimè hæc materia digeſta eſt, ita, vt admodum pauca amplius deſiderentur.

DECIMVM NONVM dotis priuilegium eſt,
96 quòd ſi frater ſcit filiam fratris † dotari de bonis communibus, & tacet, præſumitur illam dari animo donandi, *vt ex Bald. Paulo de Caſtro, Ripa, & Decio,* dixi *in hac ſumma Deciſionum Vniuerſarum. Titul. de Iure Dotium, nu. 68. 69. verſ. Frater etiam dotans. Supra hoc Tomo. 3.*

VIGESIMVM priuilegium aſſignatur, quia ſi
97 maritus ſua negligentia vxoris dotem † ſibi à ſocero, vel quolibet alio promiſſam, ſuo tempore non exegerit, vel hæredibus, quos non coegerit ſua culpa, quia tenebitur ipſe vxori, ad dotem ob ſuam negligentiam, maximè ſi in tempore idoneus erat, & poſt modum defecit, *arg. l. Nupta.* §. *quoties. ff. ſolut. matrim. l. ſi fundum. ff. de Fundo dotal.* voluit *Maſueri, in Pract. tit. de Dote, ſub num. 11. verſ. Item ſi dos promiſſa ſit, & in titul. de Præſcription. nume. 5. Item, & res dotalis,* quem refert *Nicol. Boer. in Deciſion. Burdegal. 329. num. 1.* Vndè cum lucrum dotis, ſiue quarta, ac donatio propter nuptias à viro
98 promiſſa vxori debeatur † ſecundum quantitatem dotium ſolutarum, iuxta materiam *text. in auct. de æqualitate dotis, & propt. nupt. donat.* Tamẽ ſi ex negligẽtia viri non fuerit dos exacta, debetur tamen
99 tota quarta, ſiue donatio propter nuptias, vt † authoritate dicti. §. *quoties, &* eorum, quæ ibi tradiderunt *Dyn. Rayner, Comenſ. & Alex. & Matth. de Afflict. in Conſt. Regni. Mulier, quæ dotarium col. 3. verſ. per quæ iura. Guid. Pap. in conſ. 19. num. 2. Ioan. Anton. de Nigris, in c. Regni. Mulier dotarium, num. 88. Vincent. Maxill. in Conſuetud. Bari.* §. *ſimariti, num. 15. ſub Tit. de Donat. int. Vir. & vxor.* dixi *de Compromiſſ.* §. 4. *gloſ. 6. ſub num. 19. 20.* & quoad priuilegium in caſu negligentiæ Viri non exigen-
100 tis † dotem voluit *Auguſtin. Berous in conſil. 4. In-*

cip. Vi-

cip. Viſo proceſſu, num. 1. *vol.* 1. quem refert, & ſequitur *Franciſc. Viuius, in Deciſ.* 375. *num.* 5.

INTELLIGENDA Tamen ſunt, quando maritus promiſiſſet dari fideiuſſores reſtituendarũ
101 dotium, & propter † ſuam paupertatem non inuenit excuſabit eum paupertatis priuilegium. *arg. c. breui de Iure iuraud.* & voluit *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 323. *nu.* 3. *Thorus in Compend. deciſionum Neapolitan. in Verb. Dos confeſſata.*

INTELLIGENDA ſecundò, non imputari marito ſi ſua culpa non fuit diligens in exigen
102 do dotem, quia † reſpectu vxoris non coegerit ſuum patrem ad ſoluendas dotes, vel ex alia iuſta cauſa. *l. ſi extraneus.* §. *ſed ſi pater. ff. de Iur. dot. Doctor. in dicto.* §. *quoties. & bene. Nicol. Boer. in dicta deciſ. Burdegal.* 329. *ſub nu.* 2. *Cæſar Vrſill. in deciſio. Neap.* 323. *nu.* 3.

VIGESIMVM PRIMVM priuilegium notari poteſt, quando debitor mulieris, de eadem quantitate, vel diſſimili, promiſit, vel dedit dotem
103 † mulieri, vel pro muliere, nulla facta expreſſione, quòd promiſerit, vel dederit, animo ſe liberandi à debito, vel compenſandi, quòd fauore dotis animo donandi id feciſſe dicetur, maximè ſi fuerit
104 extraneus, qui dotare † non tenebatur. *l. Vnica.* §. *accedit. C. de Rei Vxor. action.* ita dicit *Bald. Nouell. in dicto Tract. Dotis. par.* 6. *Priuilegio.* 45. *verſ. Et alias dicebam poſſe attentari,* quaſi ipſe id conſideraſſet ante alios, cum ſuus conciuis *Bart. in conſ.* 123. *num.* 1. *vol.* 1. dixerit, extraneum promittentem do-
105 tem, ſi non ſtipulatus ſit cum marito dotem ſibi reddi, quòd præſumetur donandi animo dotis fauore promiſſiſſe. *Bart. Socin. in conſ.* 100. *Incip. ſuper controuerſia. col.* 2. *verſic. Ibi videmus idem in extraneo. vol.* 3. *Deci. in conſ.* 35. *Incip. Præſtantiſſime Doctor. nu.* 1. *Andr. Tiraquell. de Iure conſtituti poſſeſſ. par.* 3. *Limitatione.* 5. *ſub n.* 3. *in fin. Ioan. Petrus Surdus in conſ.* 119. *nu.* 23. *vol.* 1. & dixi ſupra *in Titul. de Iure dotium, nu.* 48. *cum pluribus ſeqq. verſ. Extraneus, qui, hoc to.* 3.

VIGESIMVM SECVNDVM priuilegium, quia in cauſa dotis proceditur ſummariè,
106 ſimpliciter, † & de plano, & in ſimili Iudicio non requiritur libellus, nec litis conteſtatio, vt voluit, *Rayneri. de Forliu. in Rep. l. ſi conſtante, in princip. ff. ſolut. matr. argum. Clem. Diſpendioſam, de Iudic. & Clem. ſæpe. de Verbor. ſignificat.* ſequitur *Baptiſta de Sancto Blaſio in Tract. de Priuileg. dotalibus, Priuil.* 59. *Riminald. Senior in conſ.* 600. *nu.* 14. *vol.* 3. *Ioach. Mynſinger, Obſeruat.* 3. *verſ. Septimo dotis cauſa, Centur.* 3. *Papienſis in Practica form. libelli, quo vxor agit ad dotem, in Verb. Coram vobis, num.* 7. *verſ. Sextum beneficium.*

VIGESIMVM TERTIVM priuilegiũ, quia ſi pater dum filius ducit vxorem recipit dotes
107 illius, & ſaltim tacitè ſunt illius bona obligata, & pro Dote, & pro antephato, *leg. ſi cum dotem.* §. *tranſgrediamur. ff. ſolut. Matrim. Paul. de Caſtro in Conſ.* 14. *Incip. Viſis, & conſideratis, col. fin. & ex Bald. in l.* 1. *nu.* 2. *C. Quod cum eo, & voluit Matth. de Afflict. in deciſion.* 332. *ſub num.* 2. *Nicol. Boer. in deciſion. Burdeg.* 195. *num.* 1. dum dicit, cenſeri obligata bona patris, ſi dotes filij receperit, vel filio
108 recipienti † conſenſerit, complures huis opinionis authores allegans, faciunt notata *per Thom. Gram. in Deciſion. Neapol.* 92. *num.* 2. *Cardinal. Pute, in deciſ.* 356. *per totam, lib.* 3. *Hieronym. Magon. in deciſion. Florent.* 125. *numer.* 3. *Ioan. Franciſcus del Caſtillo in Deciſion. Sicilæ.* 25. *num.* 2. *Flamin. Cartar. in deciſio. Genuæ.* 8. *ſub numer.* 5. *Thorus in Compendio deciſ. Neapolit. in Verbo Aſſecuratio dotis operatur.*

VIGESIMVM QVARTVM priuilegium dotale, quod frequenter, & quaſi quotidie vbique accidit, ex quo cum, vt dicit *Paulus Iuriſ-*
109 *conſultus, in l.* 1. *ff. de Iure dotium.* † Cauſam dotis dici perpetuam, ità, vt ſemper apud Maritum ſit. Tamen illo male verſante in ſuis bonis, ver-
110 gẽte † ad inopiam, bonaq; ſua diſſipante, & ſuam ſubſtantiam perperã dilapidante, fit matrimonio non diſſoluto, ſed conſtante, illius reſtitutio, *leg. ſi conſtante, in princip. ff. ſolut. matr. l. Vbi adhuc. C. de Iur. dot. Rayner. de Forliu. in dicta, l. ſi conſtante,* voluit *text. in.* §. *Illud. Auct. de æqualit. dot. l. Vnica. C. ſi dos conſtant. matrim. reſtitu. fuerit c. per veſtras, extr. de Donat. int. vir. & vxor. Gloſ. in l. In rebus.* §. *omnis, in verb. ad inopiam. C. de Iure. dot. Bartol. in dicto.* §. *Illud, idem Bartol. Bald. Angel. Imol. Fulg. Comens. Caſtren. Alexand. Iaſ. Ripa, Barboſa, & alij, in dicta, l. ſi conſtante, & Doctores omnes in dicta, l. vbi ad huc,* & voluit *poſt Rayner. de Forliuio. Baptiſta de ſancto Blaſio de Priuilegijs dotalib. Priuileg.* 64. ſic alij, qui ſequuti ſunt materiam dotium, vt *Bald. Nouellus de priuileg. dotis, parte* 6. *Priuileg.* 70. *& parte* 7. *Priuileg.* 24. *Ioan. Campeg. de Dote part.* 3.
111 *q.* 18. & iſta petitio vxoris, vulgo, † aſſecuratio appellatur, & conceditur vxori in caſu Vergentiæ ad inopiam, diſſipationis, ac dilapidationis bonorum, vt probatur per ſupradicta iura, & doctores ſupradictos. *Practica Papienſ. in Forma libell. quo vxor agit ad dot. in Verb. vxor, num.* 7. *Angel. de Aretio, in* §. *fuerat, col.* 12. *verſic. in eadem Gloſſa ibi ſi conſtante. Inſt. de Action. Stephanus Bertrand. in conſil.* 179. *col.* 2. *vol.* 2. *Marc. Ant. Natta in conſil.* 81. *num.* 1. *vol.* 1. *Ludouic. Roman. in conſ.* 187. *Incip in re præſenti, nu.* 6. *& in conſ.* 392. *Inc. circa primum, num.* 2. *Cardinal. Pariſi. in conſ.* 119. *num.* 10. *vol.* 1. *in conſ.* 54. *num* 3. *vol.* 4. *Iacob. Menoch. in conſ.* 229. *num.* 2. *vol.* 2. *& in conſ.* 1124. *numer.* 2. *vol.* 10. *Ioan. Cephal. in conſ.* 747. *num.* 15. 34. *vol.* 5. *Roland. à Val. in conſil.* 9. *num.* 4. 5. 12. *volu.* 1. *Franciſc. Burſat. in conſil.* 56. *ſub num.* 1. *& pluribus ſeqq. vol.* 1. *Iacob. Philipp. Portius in conſ.* 197. *num.* 6. *Thomas Doccius. in conſ.* 72. *num.* 1. *Guidus Panctrolus in conſ.* 133. *nu.* 10. *in conſ.* 174. *vol.* 1. *Bernardin. Bombin. in conſil.* 44. *num.* 2. *Ioan. Lopez de Palatios, in Repet. c. per veſtras.* §. 18. *num.* 3. *de Donationib. inter vir. & vxor Didac. Couarru. Variar. Reſolut. lib.* 2. *capit.* 6. *in fin. Tiber. Decian. in conſ.* 13. *num.* 11. *in conſ.* 46. *num.* 136. *vol.* 2. *Iaſon. in conſ.* 26. *vol.* 1. *Auguſt. Berous in*

conſ. 45.

cons. 45. *num.* 2. *vol.* 1. *Sforția Oddus de Restitut. in Integrũ, q.* 54. *n.* 10. *Ioan. Baptista Costa de Remedijs. subsidiar. Remed* 1. *nu.* 1. 2. *Paul. Montanus de Iure Tutelarum, cap.* 36. *Regul.* 1. *numer.* 9. *D. Cardinal. Tuscus in Repertor. litera. D. Conclusion.* 761. 762. *Tomo* 2. *& omnes decisionantes Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 9. *num.* 1. *in decis.* 199. *num.* 1. *in decis.* 332. *in princ. Cardinal. Puteus, in decis.* 359. *num.* 1. *in decis.* 364. *lib.* 3. *Ioscphus Ludouic. in Decis. Lucens.* 22. *num.* 9. 19. 21. *Francisc. Milanens. in decisio. Sicil.* 7. *num.* 63. 84. *lib.* 1. *in decis.* 12. *num.* 120. 121. *lib.* 2. *Marlianus in decis.* 81. *num.* 2. *Franc. Viuius in decis.* 538. *num.* 8. 9. 10. *Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan.* 22. *num.* 43. *parte* 4. *Petrus Benintend. in decis. Bononien.* 68. *numer.* 5. *Barnab. Cornazan. in decis. Florent.* 95. *num.* 1. *Flamin. Cartar. in decision. Genuæ* 43. *Cæsar Vrsill. in decis.* 9. *in princip. in decis.* 199. *numer.* 1. *Andr. Gail, Practicar. obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 83. *numer.* 2. 3. *Vincent. de Franchis.* 617. *num.* 9. 10. *Stephanus Gratian. in decis.* 194. *nu.* 2. *Ioan. Francisc. de Ponte, in decis. Neapol.* 19. *nu.* 19. 20. *Ioan. Iacob. Masullus ad Capic. in decis.* 46. *sub num.* 4. *Thom. Gram. in decis. Neapol.* 92. *num.* 2. *Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ* 142. *nu.* 1. 2. *Marius Giurba in decis. Siciliæ* 16. *num.* 1. 2. *Hieronym. Magon. in decis. Florentin.* 125. *Ioan. Francisc. del Castillo in decision. Siciliæ* 25. *num.* 2. *Ioan. Baptista Thorus in Compendio decision. Neapol. in Verb. Assecuratio dotis operatur. Cornel. Benincas. de Priuileg. Paupertatis. q.* 6. *numer.* 32. *Ioan. Bessianus in Consuetud. Aluern. cap.* 14. *Articul.* 11. *vers. Quadragesimo quarto. Ant. Gubertus de Sponsal. & Matrim. Tit. de Dotium singularib. vers. Decimo sexto si vir. Ioan. Ferrar. Montanus in.* §. *Nam dotale, versic. Vbi prætermittendum non est. Inst. Quib. alien. licet.*

DECLARANDVM primò est priuilegiũ prædictum tunc competere quando probauerit
112 vxor † vergentiam ad propriam sui viri, siue illa sit, quòd male vtatur, seu abutatur substantia sua, adeo splendidè, vt sit dilapidatio, bona propria consumando, & is non priuatur beneficio legis,
113 nec † hominis. *l. sed, & si lege.* §. *consuluit. ff. de petit. hared.* & in hoc benè dixit *Polydorus Ripa obseruation. singul.* 163. *nu.* 13. prout ità intelligenda sunt, quæ illũ referens voluit *Marius Giurba in dec. Siciliæ* 16. *sub num.* 1. *vers. Quia dilapidans.* Siue sit
114 in prodigalitatis vitio, qui dissipasset † substantiã suam viuendo luxuriosè, de quo habetur *Lucæ, ca-*
115 *pit.* 15. Donare etiam res suas † hystrionibus vitium est immane, non virtus, *vt ex D. Augustino apud Ioannem* habetur *in c. donare.* 86. *distinct.* vtroque enim casu, mulier suo vtetur priuilegio, pro-
116 bando mariti vergentiam † ad paupertatem, & inopiam, de qua probatione loquitur *Bart. in dicta, l. si constanet, nu.* 7. *cum pluribus seqq.* vbi dicit, quòd
117 ista † probatio fit per instrumenta, & testes, probari debet inopia. *Garsias Mastrill. in dicta decis. Siciliæ.* 142. *sub nu.* 1. Probare poterit principiũ, quòd
118 incipiat labi facultatibus malè vtendo † sua substantia, *vt in dicto.* §. *Illud. Auctor. de æqualit. dotis,* & habetur *in dicto c. per vestras, Gloss. in dicta. l. vbi adhuc. Bartol. in dicta l. si constante, nu.* 4. *&* 20. Istã
119 vergentiam ad inopiam † probari posse etiam, quòd Vir frequenter pro alijs fideiussiones faciat, & fidem suam pro alijs promittendo interponit, & dicitur ex hoc malè versari. *Angel. in l. In personã.* §. 3. *ff. de pact.* quem sequuntur, & allegant *Alexan. nu.* 14. *Iason in dicta l. si constante, nu.* 138. *Vndè Robert. Maranta, in cons.* 39. *n.* 14. *Inquit,* quòd contractus fideiussionis est oneroſus, & damnificatiuus,
120 adeo quòd in eo nullum est lucrum, sed solum damnum, & amissio patrimonij, in tantum, quòd ille, qui fideiubet censetur dilapidare bona sua, & hæc est causa sufficiens, vt vxor possit in constantia
121 † matrimonij repetere dotem à marito suo, & idẽ dicit *in consil.* 102. *nu.* 12. *& in disputationib. nu.* 13.
122 & fideiubere nil aliud esse, quàm † dilapidare, censuit etiam *Hieronym. Magon. in decision. Lucens.* 9. *nu.* 12. *& in decis. Florentin.* 57. *nu.* 57. sed multos allegans optimè comprobat *Anton. Heringius de fideiussoribus, cap.* 1. *num.* 9. *cum pluribus seqq.* & ad probandam Vergentiam viri ad inopiam multas
123 causas probabiles ponit † *Andr. Gail Practicarũ Obseruation. lib.* 2. *Obseruat.* 83. *nu.* 11. *cum pluribus seqq.* Sed illud in hac materia, quæ quotidiè versatilis est, notari debet, quòd in probanda vergentia ad inopiam cum sit causa modici præiudicij suffi-
124 cit probatio per famam *iuxta gloss. in dicta l. Vbi adhuc, quam ità intelligi oportere scribit Bartol. in l. de minore.* §. *plurium. sub nu.* 30. *vers. si verò ista fama. ff. de Quæstion.* quem sequitur. *Ioscphus Mascardus, de Probationib. conclusion.* 576. *n.* 1. dum respectu mariti, si cum illo agat, sufficere semiplenam
125 † probationem *post Bartol.* scribit *Petrus Duen. in Regul.* 299. *Limit.* 5. *& Gail, in dicta Obseruatio.* 83. *nu.* 11. *&* 12. dicentes sufficere leues probationes
126 vbi tractatur de modico † præiudicio, & ponunt exemplum in marito, cuius causa, vt infra dicam, non est magni præiudicij. Si verò ageretur de causa grauis ponderis, vel ageretur cum tertijs possessoribus † bonorum, vel cum creditoribus, tunc
127 cum sint causæ maximi momenti, requiruntur plenæ probationes, vt concludit *Theorica Bartol. in dicta l. si constante, nu.* 8. *vsque ad nu.* 14. 16. vbi etiam *Iason, num.* 157. *Andr. Gail in dicta Obseruation.* 83. *nu.* 12. *Mascardus in dicta Conclusion.* 576. *n.* 2. *Bald. Nouellus de Dote, par.* 9. *priuileg.* 12. *Ioannes Campegius, in Tract. de Dote, par.* 3. *q.* 20. *in fin.* & plusquã alius diffusè tractat materiam, voluit *idem Ioannes Lopez de Palatios Ruuios in Repet. dicti c. per vestras,* §. 18. *sub num.* 37. *vers. Fateor tamen,* quem sequitur *Petrus Benintendus in decision. Bononien.* 68. *nu.* 2. *cum pluribus seqq.* quos sequitur *Ioseph. Ludouic. in decision. Lucens.* 22. *nu.* 15. *Rol. à Valle in dicto consil.* 9. *nu.* 4. *in fin. & nu.* 15. *vol.* 1.

DECLARANDVM secundò est istud priuilegium, quòd muliere agente, etiam si maritus offerret dare fideiussores de conseruanda, ac resti-
128 tuenda † dote, non audiretur, & mulier posset intentionem suam prosequi, cum non debeat do-

tem

tem committere cautioni, *l. cogi. §. Inde quæritur.*
129 *ff. Ad Trebell.* cum cautio † fragilis sit, *l. Qui ità. §. etiam vbi glos. ff. eo. tit.* Ità voluit *Bartol. in dicta, l. si constante, num.* 46. & ante ipsum *Cyn. in dicta, l. Vbi adhuc, & post Angel. Alexand. in dicta, l si constante, num.* 19. *Andr. Gail. in dict. obseru.* 83. *num.* 7. *Cardinal. Puteus in Decis.* 359. *lib.* 3.

CONTRARIVM tenuerunt Angelus sibi contrarius, quem sequitur *Ludouic. Romanus in dicta, l. si constante per text. in dicto c. per vestras,* cuius
130 authoritate admittitur cautio in † casu inopiæ mariti, & expressè firmat *Andr. Gail. lib.* 2. *obseru.* 84. *num.* 10. hoc idem comprobat. *Ant. Heringius, de Fideiussoribus, cap.* 6. *num.* 186. dicens mirari de *Bartol.* quòd dixerat contrarium, allegans *Paul. de*
131 *Castro qui in dicta, l. si constante,* dixit † fecisse illam in iuuentute, & multa pueriliter dixisse, quem magis pungit in secunda lectura *Iason in dicta, l. si constante, num.* 17. 18. 19.

PRIMA Tamen opinio communis est, quòd
132 non obstante fideiussione, quam maritus † offerret, dos mulieri sit restituenda, nec audiatur maritus, qui cautionem offerret, quam communem *post Cynum, Dynum, & Bart.* probauit *Alexand. in dicta, l si constante, num.* 19. dicentes, melius esse do-
133 tem repetere, quàm fideiussores accipere, † allegat ità tenuisse *Iason. Andr. in additio. Specul. in Titul. de Donation. inter vir. & vxor. in. §. fin. in addition. Inc. Vt notatur in dicta, l. vbi,* Quam additionem in dicto Titulo non reperies *apud Specul.* quã, vt reperirem, quæsiui diligenter, vt moris mei est
134 † allegare, & videre in fonte locos, qui allegantur, & inueni. *Specul. in titul. de dote post diuortium restituenda. §. formatis instrumentis, nume.* 18. dum Specul. tractat quæstionem, de muliere agente pro dote viro vergente ad Inopiam, ibi adest additio. *Ioan. Andr. Incipient. Viro,* vbi nec Cyni, nec Dyni mentionem facit, sed Odoffredi, dicens, quòd non
135 excludet † vir vergens vxorem agentem, offerendo fideiussores, quia fragilis est cautio, qua non obstante posset fieri egenus, & sic se, virum, & prolem sustentare non posset, quod vult lex illa. Nec
136 obstat *text. in dicto c. per vestras.* Quia ibi † sciebat mulier maritum à principio esse inopem, vel quia per illam decretalem non excluditur mulier à remedio dictæ, *l. vbi ad huc,* quia vbi actori conce-
137 duntur plura remedia alternatiuè, † vel simpliciter, electio est actoris, *l. quod in hæredem. §. elegere. ff. de Tribut. Bartol. in l. cum proponas C. de Transact.* sic residet *Alex. in loco allegato.* Non idcirco Bartolum arbitror calumniandum, cui iam notissima erat, pro vt est omnibus illa Decisio *text. in dicto c. per vestras,* quo textu stante superuacanea esset dubitatio mota, an muliere petente assignationem, & assecurationem, & restitutionem dotium ob vergentiam viri ad inopiam, cogatur mulier recipere cautionem fideiussoriam à viro oblatam, quia iam quilibet statim responderet, cogendam virtute *text. in dicto c. per vestras.* Vndè ego arbitror, non absq; causa motus Doctores grauissimos *Odoffredum, Cynum, Dynum, Bartolum, Ioannem*
138 *Andream,* † *Alexandrum, & alios,* ad faciendam hanc communem assertionem, nisi, quòd cum (vt infra dicam) ista dotium assignatio fiat, vt ex his, administrentur alimenta ipsi mulieri, viro, & filijs, ex fideiussione, & fideiussoribus nulla expectabũt alimenta, ideo inutilem arbitrarunt hanc, quæ à
139 viro † offerretur, cautionem, hanc communem opinionem probauit, *Stephan. Gratian. in decision. Marchiæ* 194. *num.* 10. *cum pluribus seqq.*

DECLARANDVM Tertiò istud priuilegium, quòd ista restitutio, quæ fit dotium vxori, sit potius, quædam sequestratio, quæ assecurat
140 † bona dotalia, vt ex illorum fructibus se, maritum, & liberos alat, quàm vera restitutio, voluit *Bart. in l. si quis sic stipuletur. ff. solut. matrim. Bald. in dicta, l. vbi ad huc, sub num.* 3. *num.* 5. *Notab.* 4. *& per totum contextum. Marc. Ant. Natta in cons.* 81. *nu.* 3. *vol.* 1. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 9. *num.* 2. 3. dum dicit dari loco custodiæ, & pignoris pro ali-
141 mentis vxoris, & viri. † *Et in decis.* 199. *num.* 1. quem sequitur, & allegat. *D. Cardinalis Puteus in decis.* 356. *lib.* 3. *Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizan.* 13. *num.* 12. *in decis.* 21. *num.* 11. 12. *parte* 4. *Andr. Gail. in dicta obseruat.* 83. *numer.* 17. *in obseruat.* 92. *nu.* 7. 9. *lib.* 2. *Vincent. de Franchis, in deci. Neap.* 54. *nu.* 2. *in decis.* 617. *numer.* 9. 10. *Petrus de Anchar. in cons.* 119. *Incip. Pluribus de causis, col.* 1. *versic. Tertiò confirmatur. Alexand. in cons.* 142. *Incip. Viso processu causæ, col.* 4. *vers. sed ita est, quòd quando, volum.* 5. *Iacob. Mandell. in cons.* 80. *nu.* 3. *vol.* 1. dicit, non ap-
142 pellari hanc assecurationem veram † restitutionem, sed potius remedium ad tempus. *Fabius de Anna in cons.* 69. *num.* 5. *D. Cardin. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib.* 11. *Titul.* 30. *num.* 10. *Francisc. Viuius, in decis.* 413. *sub num.* 2. *& in dec.* 538. *num.* 10. *D. Cardinal. Tuscus, in Repertor. litera. D. conclus.* 761. *num.* 11. *cum seqq. Ludou. Gozadin. in consil.* 42. *numer.* 14. *Flamin. Cartar. in decis. Genuæ.* 8. *num.* 5. *Stephan. Gratian. in decis. Marchiæ* 194. *nu.* 4. 5. 17. *Hieronym. Magon. in decis. Florentina* 125. *num.* 3. *Ioan. Iacob. Masull. ad Capic in decis.* 46. *nu.* 4. *Heringius in dicto cap.* 6. *nume.* 192. 193. *Marius Giurba, in dec. Siciliæ* 16. *nu.* 2. *Mastrillus in decision. Siciliæ* 142. *num.* 19. *Surdus de Alimentis. Titul.* 7. *q.* 25. *num.* 18. 19. *Guidus Pancirolus in consil.* 133. *num.* 10. 17.

QVAMQVAM assignationem hanc, quæ fit vxori ob vergentiam viri ad inopiam, esse ve-
143 ram † dotium restitutionem, similem restitutioni, quæ fit soluto matrimonio, deseruiens tamen matrimonij oneribus in specie reprobantem opinionem Bartoli traditam in dicta, *l. si quis sic stipuletur.* Scripsit *Ludouic. Roman. in cons.* 392. *Inc. circa primum, num.* 2. *cum pluribus seqq.* vt in eodem casu consulens idem tenuit *Ioan. de Imol. in consil.* 100. *& Raphael Comensis in cons.* 92. *Incip. Viso subscripto casu, col.* 1. *parum post,* vbi optimè ad hoc inducit verba dictæ *l. Vbi ad huc,* dum inquit, eo mo-
144 do mulieri in casu inopiæ exactionem † compe-

tere,

tere, vt potuiſſet, ſi matrimonium eo modo eſset diſsolutum, quo dotis, & ante nuptias donationis exactio, ei competere poterat. Idem voluit *Deci. in conſil.45. incip. Quod ſupra maturè numer.2. Cornelius Beninca ſ. in Tract. de Priuilegijs Paupertatis. Speciali.2. in contractibus. numer.28. 29. Ripa in dicta l. ſi conſtante. numer.95. 97.* dicit pro iſta opinione fuiſse iudicatum. & ipſum ſequitur *Franciſcus Burſatus in conſ.120. numer.35. vol.1.* & hanc opinionem firmaſse eundem *Lud. Roman. in dicta l. ſi conſtante numer.12. Iaſonem numer.191. Claudium de Seyſello. numer.4.5. Iulium Oradinum num.100. & Ioan. Anton. de Monte Sperello.* refert *Franciſc. Viuius in dicta deciſion.538. numer.11. Anton Sola in Decretis Sabaudiæ. in Decreto. Blanchæ. parte 2. Gloſſ. Vnica. numer.7. Titul. de Feudis. Marinus Freccia de ſubfeudis Baronum. lib.2. q.2. num.7.8.* alios allegans *Marius Giurba in deciſion. Siciliæ 16. nu.6.7. Cæſar Vrſillus in deciſion. Neapol.385. nu.1.* quem refert, & ſequitur *Franciſc. Milaneſi. in deciſion. Siciliæ. 7. num.65. lib.1.*

SVBDECLARANDVM Tamē, quòd quamquam prima opinio huius Tertiæ declarationis, ſit fulcita maiori numero Doctorum, nihilominus vltima habet *text. in dicta l. Vbi ad huc* qui dicit hanc aſſignationem, ſeu aſsecuratio-
145 nem, dici veram † Dotis reſtitutionem, ſequitur ex ea, quòd conuenti hypothecaria, ſi offerrent mulieri ſoluere dotes non audirentur, nec haberent ius offerendi, & hoc poteſt notari, pro VIGESIMO QVINTO priuilegio, quia
146 † cum iſto caſu ſit vera dotium reſtitutio, ſequitur in vxorem tranſire dominium, & poſſeſſio-
147 nem, & creditores nullam habere † Iuris offerendi poteſtatem, vt concludunt *Ludou. Roman. in dicto conſil.392. Ioan. de Imol. in dicto conſil.100. Deci. in dicto conſ.45. numer.2.* & voluerunt *Petr. Iacob. de Aren. Cin. Bart. Alberic. Salycet. Comens. Fulgoſ. & alij in l. cum tibi. C. qui potior. in pignor. in pignor. hab. Bald. & Angel. in l.1. ff. ſolut. Matr. Idem Bald. in c. contingit. extr. de Dolo, & contumacia. Bald. Nouell. de Dote parte 7. priuileg.47. Bartholom. Socin. in conſil.111. incip. Viſa conſignatione dotis. Vol.3. Corne. in conſil.85. Vol.4. Hieronym. Gabriel in conſil.147. vol.1. Guidus Pancirol. in conſ.133. Hippolyt. Riminald. in conſ.715. num.4. vol.7. Ioan. Cephal. in conſil.298. numer.6. vol.2. Iacob. Mandell. in allegato conſil.80. vol.1. Paris de Puteo in Tract. Syndicatus. in Verb. Publicatio bonorum. in fin. Barthol. de Caſſen. in Conſuetud. Burgundiæ. Rub.4. §.17. in Verb. parſon mary. num.9. Vincent. Maxilla in Conſuetudinib. Bari. Titul. de Donat. inter vir. & vxor. §. Marito. numer.3. Fab. de Anna in conſil.69. numero 1. Roland. à Valle in conſ.9. numer.39. vol.1. Anton. Neguſant. in Tract. de pignoribus. parte 5. Membro 1. numer.31. Ioan. Vincent. de Anna in ſingul.296. Alexand. Trentacinqu. Variar. Reſolut. lib.3. Reſolut.30. numer.6. Gaſpar Caballin. milleloquio 813. Ludouic. Morotius in Tract. de Poſ-*

ſeſſore offerente. ſub numero 9. verſ. Sexto mulier. Ioan. Baptiſta Coſta de Facti Scientia, & ignorantia. diſtinct.80. ſub numer.13. Centuria 2. Ioan. Baptiſta Aſinius in Tract. de Execut. §. cap.109. Franciſc. Viui in Commun. Opin.526. Thomas Grammatic. in conſ. Ciuil.107. numer.16. quod placuit Ordini ampliſſimo Senatus Neapolitani, *apud Antonium Capicium in deciſion.41. numer.11.15.* & ſe-
148 cundum hanc opinionem † bis fuiſse iudicatum per idem Sacrum Conſilium, refert *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol.199. ſub numer.2. verſ. Sacrum Conſilium.* Et antea idem Sacrum Conſilium decreuit in anno 1523. pro Catherina Calo, vt refert *Ioan. Vincentius de Anna in dicto ſingul.296.* ſimili modo alias pro Domina Victoria de Lagoniſsa vxore Domini Ferdinandi de Sangro in anno 1572. fuit pronunciatum contra credito-
149 res, qui offerebant † & agebatur de Dote excedente decem mille aureos, de qua agit *Vincent. de Franchis in deciſion. Neapoli.54.* & retulit *idem Anna in dicto singul.296.* Quod ſeruauit etiam Senatus Pedemontanus, vt optimè agitata eſt cauſa *per Octauian. Cacheran. in Deciſion. Pedemont.135. numer.9.13. Rota Genuensis apud Flaminium Cartarium in Deciſion. Genuæ.8.* & poſitis vtriuſq; opinionis argumētis, & illis optimè reſolutis probauit *Andreas Gail Practicar. obſeruat. lib.2. obſeruation.92. per totum. Franciſc. Viuius in decision.277. nu.3. in deciſ.414. nu.2. Hierony. Magon. in deciſion. Lucenſ.55. ſub nu.4. vbi Fabius Timeus in Apoſtillis.* multos ex allegatis adducens, ac alios *Marius Giurba in deciſ. Siciliæ 16. nu.12.* Quorum plures dixerunt, temerarium eſse ab hac Deciſione
150 diſcedere, quod firmat † etiam *D. Cardinalis Tuſcus litera D. concluſ.761. nu.21. Marc. Anton. de Amatis. in decision. Marchiæ.46. nu.6. Thorus in compendio deciſ. Neap. in verb. ius offerendi dotem.*

INTELLIGE tamen, quòd ſi bona, ſuper quibus vxor aſsecuratur, ſunt tanti valoris, quanti erit quantitas dotis, eo caſu reſtitutio erit vera illi
151 facta, & erit † Domina, & poſseditrix, nō tamen habebit poteſtatem alienandi, ſed illam tenebit ad alendum tātum ipſam, virum, & liberos. iuxta diſpoſitionem dictæ *l. vbi adhuc* quia non dicitur habere verum dominium, ſed fit tantum reſtitutio
152 potius in cauſam alimentorum, † quàm ad ſolutionis effectum, *vt per Afflict. in dicta deciſ.9. Anton. Capic. in deciſ. Neapol.46. in princ. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedem.135. ſub n.5. Vincent. de Franchis in deciſ. Neap.54. Hierony. Magontius in deciſ. Florent.125. n.3. in deciſ. Lucenſ.55. nu.3.4. Borgni. Caualcan. in deciſ.13. nu.14. in deciſ.21. n.11.14. D. Cardinal. Mantica. de Tacit. & ambiguis. lib.11. titu.30. nu.11. And. Gail. lib.2. Obſeruat.83. nu.17.*

INTELLIGE etiam, quòd ſi habita per mulierem pendente, & conſtante matrimonio, aſsecu-
153 ratione, † vir moriatur, & mulier poſſideret bona, creditores poſsent mulieri bona petere, & dotes offerre originaliter dicit *Cyn. in l. cum tibi. C. Qui*

C. Qui potior. in pigno. hab. Matth. de Afflict. in dicta deciſ. 199. Thom. Gramat. in deciſion. 92. numero 1. Franciſc. Vtius in dicta deciſion. 277. num. 3. Andr. Gail. in dict. Obſeruat. 92. nu. 6. 8. 12. Cartari. in dicta Deciſ. Genuæ 8. in fin. Ludouic. Morot. de Iure eſſerend. num. 11.

DECLARANDVM quartò, quòd aſſecuratio ob vergentiam Viri ad inopiam poteſt fieri etiam † ſuper aliqua pecuniæ quantitate marito debita, quæ deponatur, penes fidum mercatorem, vt ex honeſto lucro illius alimententur ipſa, & Vir, & illorum liberi, vel erogetur in aliquod prædium, è cuius fructibus, fiat dicta alimentatio, argumento, *dicti cap. per Veſtras.* ità decreuit Sacrum Conſilium, *vt per Matth. de Afflict. in Deciſion. Neapol. 221, ad quod faciunt notata per Alexandr. in conſil. 80. incip. circa primum dubium. col. 1.* quem ſequitur *Cæſar Vrſill. in dicta deciſ. 221.* faciunt notata *per Bald. in dicta. l. Vbi ad huc num. 26. Barth. Socin. in conſil. 111. ſupra allegato. ſub num. 5. vol. 3. D. Cardinal. Mantica de Tacit. & ambig. lib. 11. titul. 30. num. 19. Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. 83. num. 18. Ioan. Baptiſta Thor. in Compendio Deciſion. Neapol. in verb. Aſſecuratio Dotis. Octauian. Cacheranus in Deciſion. Pedemont. 135. num. 8.* Quamquam, quoad honeſtum † lucrum habendum à mercatore, non ponam pro conſtanti, ſed videnda ſunt, quæ dicam *infra hoc eodem Titulo Priuilegio 35.*

DECLARANDVM quintò, hanc aſſecurationem, quam peteret vxor, ob vergentiam viri ad inopiam, non ſolum dari pro dote, ſed etiam pro antefato, ſiue † donatione ante nuptias, ſiue propter nuptias, ſiue dotario cum ſic diuerſimodè appelletur, vulgo, quod cauetur *in dicta l. Vbi adhuc C. de iure dotium. Paul. de Caſtro in dicta l. ſi conſtante. col. 1. quem ſequitur Roland. à Valle in conſil. 9. num. 13. 14. vol. 1. Matth. de Afflictis in deciſion. Neap. 199. num. 1. 2. Andr. Gail Practicar. Obſeruationum. lib. 2. Obſeruat. 83. num. 2. & obſeruat. 92. num. 10. D. Garſias Maſtrill in deciſ. Siciliæ. 142. num. 2. Thorus in Compendio deciſion. Neapolitan. in verb. aſſecuratio dotis.* & de Dotario † loquitur *Giurba in deciſion. Siciliæ. 16. ſub num. 6. in fin.* Quo verò ad Donationem ante † nuptias, propter nuptias, Quartam, dotarium, & antefatum, dicemus alibi DEO auſpice.

DECLARANDVM ſextò, quòd ſi præſtita fuerit aſſecuratio vxori ſuper bonis, & conſignata illi bona viri pro eis, & maritus euadat dives, nihilominus, mulier non debet redimere bona, quia & ſi maritus † fieret dives, & bona ſufficerent ad dotes, quia ſufficit, quòd ceperit malè vti ſubſtantia. vt per *Bartol. in dicta. l. ſi conſtante. num. 16. 17.* quem ſequuntur *Paul. de Caſtro ibi.* quos refert, & ſequitur. *Anton. Capicius in deciſion. Neapol. 46. num. 3.* quod eſt de mente Ripæ *in dicta l. ſi conſtante. ſub num. 8. 9.* dum dicit, ſufficere quòd vxor probauerit maritum cæpiſſe abuti † rebus ſuis, & incæperit malè gubernare res ſuas, quia præſumptione Iuris præſumitur, quòd ſit omnia diſſipaturus. *l. Imperator. ff. ad Trebell. l. ſi is cui. ff. de Verb. oblig.* & qui non eſt aptus hodie gubernare res ſuas, habita conſideratione ad futurum, cras minus † aptus erit. *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de Re milit. c. ſemel malus. de Regul. Iur. in 6.* & ita reſidens ipſum ſequitur *Garſias Maſtrill. in deciſion. Siciliæ 142. ſub num. 5. 6. 7. poſt Michael. Craſſ. commun. opin. cap. 27. Vnde Maſtrill.* dicit, hoc eſſe receptiſſimum in Regno, quòd quàm primum maritus incipiat † abuti bonis ſuis, bona ſua non dicuntur ſufficere habito reſpectu ad futurum euentum. facit etiam quod dicit *Thom. Grammat. in deciſ. Neap. 92. num. 18.* Quamquam hanc quæſtionem tractans *Iaſ. in dicta l. ſi conſtante num. 228.* teneat pro marito, quòd ſi fiat dives bona habita pro aſſecuratione debeant viro reſtitui, teneat *Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. 85. per totam.* multis rationibus in id inclinans, quibus poſſet dari faciliter reſponſum, ex quo etiam, cum † ſemel bona, quæ prius habebat, conſumpſerit, de facile reuerti poſſet ad ſuam naturam diſſipatricem, ſed vt Gail. dicit, inutilis eſt, & Iudicum arbitrio, relinquenda.

CONTRARIVM Tamen, quòd pecunia 274 recepta ex venditione rei dotalis non ſit † dotalis, nec res emptæ ex pecunia dotali, fiunt dotales, *vt in dicta l. res quæ. §. ff. de Iure Dot. ex quo text. Corn. in conſ. 172. Incip. circa primam, col. 3. litera S. vol. 1. Inquit*, Res enim emptę ex pecunia do- 275 tali, quæruntur † ipſi marito, non vxori. Idem dicit *in conſ. 170. Incip. Quia cauſa breuis, in principio, vol. 4.* ex quo ſi pecunia eſt dotalis, & ex illa emitur prædium, remanet maritus debitor vxoris 276 in pecunia, ſicut † è conuerſo, ſi prædium, vel res eſt dotalis, non precium ex illa proueniens, ſed prædium debetur tamquam dotale, *vt in dicta, l. ex pecunia. C. de Iure dotium, l. fin. C. de ſeruo pignor. manumiſſ.* facit *text. in l. ſed & ſi lege. §. 1. ff. de petit. hæred.* Vbi precium rei hæreditariæ licèt ſuccedat 277 loco rei † emptæ, tamen dicto precio non ſuccedunt loco illius rei, vt ibidem dixerunt, *Bart. Bald. Angel. & cæteri.* Quod, & voluit *idem Bald. in l. mater, nu. 15. C. de Rei vendicat. Carol. Ruin. in conſ. 97. num. 11. 12. vol. 5. Andr. Tiraquell. de Retractu conſanguin. §. 32. gloſ. vnica, num. 16.* vbi hanc rem, quando vna res redacta ex altera ſuccedat in pri- 278 mam, & precium loco rei, vel rei loco precij vberrimè, more ſuo, plures allegans, exagitat. nouiſſimè plura adducit *Surdus in deciſ. Mantuan. 15.* 279 *& in deciſ. 306.* Maximè quia text. † in dicta, *l. Res quæ*, dicit, dotales eſſe videntur, & non aliud innuit, niſi quod apparent dotales, quia exponi debet, videntur ſed non ſunt, quia eſt verbum de-

ſignans

280 signans improprietatē † & fictionem *l. si pater filio vbi gloss. ff. de his, quæ in fraud. in l. si duo. ff. de acquirend. hæred. Tiraquel. in Rep. l. si vnquam in verb. su-*
281 *scepit liberos, num.* 7. Et exempla ex pecunia † dotali, dotalem non effici, voluit *Gulielm. Forner. in l. Tantum.* 88. *ff. de verb. signif.* Et falsam dicit *Negusanty* opinionem *Hieronym. Gabriel. in cons.* 37. *per totum, vol.* 1.

QVOAD dictum priuilegium, vt tollatur Antinomia, per infra describendas declarationes, breuissimam conclusionem in vno quoque capite subijciam.

PRIMO declaro, rem emptam ex pecunia dotali, vel precium, ac pecuniam redactam ex re
282 dotali, tunc † fieri dotalem, quando consensu, & voluntate vxoris id factum fuisset, vt ità intelligatur *text. in dicta, l. Res quæ,* vt ibi notabiliter voluit *Accursius, & in d. l. Ex pecunia in verb. Non tibi, l. si ex lapidicinis, ibi (Mulieris voluntate vendiderit) ff. de Iur. dot. l. ita constante. ff. eod. titul.* & ità voluit *Corn. in dicto cons.* 170. *vol.* 4. *Barthol. Socin. in cons.* 224. *Incip. Eleganter, & subtiliter, col.* 1. *vol.* 2. *Alexand. in l. si cum dotem. §. fin. num.* 4. *ff. solut. matrim. Anton. Capic. in dicta decis. Neapolit.* 85. *num.* 3. *Hieronym. Gratus in cons.* 149. *num.* 8. 9. 14. *vol.* 2. *Cæsar Barzius in decis. Bononien.* 27. *numer.* 24. *post Iacob. Mandell. in cons.* 746. *num.* 1. voluit *Polydor. Ripa in obseruat.* 119. *num.* 3. *Andr. Tiraquell. in loco allegato, num.* 16. *Lancellott. Gallia. in cons.* 21. *sub nu.* 40.

AMPLIA, quòd quamuis consensus mulieris, non interuenisset à principio dummodo non
283 contradixisset, tamen † si ex post facto subsequatur eius ratihabitio, efficietur dotalis, *vt per text. in dicta, l. ex pecunia,* voluit *Alex. in dicta, l. si cum dotem §. fin. sub nu.* 4. *vers. Primo quia licet. Ioan. Campeg. de Dote parte* 4. *q.* 8. quos refert, & sequitur *Polydor. Ripa in dicta Obseru.* 11. *nu.* 4.

SECVNDO Declaro, quòd præsupposita prima declaratione vera, si maritus non existeret soluendo, in subsidium quodammodo res efficere-
284 tur † dotalis, & in subsidium vxori competeret vtilis rei vendicatio, vt est casus *in l. vxor marito, vbi gloss. & Bartol. ff. de Donat. inter vir. & vxor.* Quia in hypothecaria in casu isto ex Regula vul-
285 gata, precium † non succedit loco rei, *l.* 1. *vbi Bartol. Bald. Salicet. & Fulgos. ff. de Distract. pignor.* sed datur mulieri in subsidium, vt ante alios dicit *Glo. finalis, in dicta, l.* 1. cuius authoritate *Alexand. in cons.* 108. *Incip. Viso processu, col.* 3. *vers. Alio fundamento. Vol.* 5. inquit, quòd precium in hypothe-
286 caria succedit loco rei, † saltem in subsidium, quando res pignorata non extat, vt voluerūt *Bartol. & alij in l. si vt proponis. C. de Rei vendicat. Bartholom. Socin. in cons.* 224. *Incip. eleganter, & subtiliter, col.* 1. *Vol.* 2. *Ludouic. Roman. in singul.* 606. *Incip. Tu habes quòd pecuniam, per text. in l. vxor marito.* 56. *ff. de Donat. inter vir. & vxor. Hierony. Gabriel. in cons.* 37. *supra allegato, in princip. Vol.* 1. *Franciſc. Marcus in Decision. Delphinal.* 508. *num.* 24. *Volu.* 1. *Negusant. in dicta parte* 2. *Membro* 4. *nu.* 58. *& part.* 5. *membro* 1. *num.* 48. *Iason in l. si cum seruum, num* 7. *ff. si cert. petatur. Vincentius Carrocius in decisio. siue casu* 109. *num.* 15. 16. *& ex Iacobo Mandello Albensi, in consil.* 451. *num.* 37. idem voluit *Polydorus Ripa, in obseruat.* 119. *num.* 7. quem refert *D. Ioan. Baptista Costa de Remedijs subsidiarijs, in Remedio* 61. *per totum,* ad quem sufficit hanc declarationem remittere, ex scriptoribus priuilegiorum annotauit hoc *Baptista de Sancto Blasio de Dote Priuilegio* 106. 107.

DECLARO Tertiò, in singularibus, pre-
287 † cium loco rei non succedere † *l. qui vas. §. fin. ff. de furtis,* per quem dicitur pecuniam redactam ex re furtiua, non, dici furtiuam. *Alexand. in dict. l. si cum dotem. §. fin. sub nu.* 4. de qua re furtiua ad Intellectum dictæ *l. Qui vas. §. fin.* agit *Ioan. Bonifacius, in Tract. de Furtis, §.* 12. *nu.* 76. 77. *&* 78. *cuius text. authoritate,* precium redactum ex venditione
288 Feudi, non succedere † in Vicem, & locum feudi voluerunt *Iacob. de Beluiso. Bald. Martin. Laudens. Iacob. Aluar. & Card. Alexand. in cap.* 1. *de Feud. non habent. propr. natur. Feud. Andr. Tiraquell. de Retract. Consanguin. §.* 32. *gloss. Vnica, sub numero* 20. de quo plenè *Henricus Rosenthall. in Synopsi Iuris Feudalis, capit. quarto, conclusion. octaua, numero secundo.* Sed in Vniuersalibus res succedit lo-
289 loco † precij, & è contra, *l. si & rem, & precium. ff. de Petion. hæred. l. Imperator, in fin. ff. de legat.* 2. quibus in locis *Bartol. & alij. Alexand. in dicta, l. si cum dotem. §. fin. sub num.* 4. *vers. patet etiam alia ratione. Tiraquell. in dicto §.* 32. *numer.* 21. 22. Dotis tamen causa, & iudicium esse vniuersale, sicut iudicium
290 † hæreditatis, & peculij, *l. quod dicitur. ff. de Impensis in re dotal. fact. Bartol. & alij in Rub. solut. matrim. & in l. item veniunt. §. item non solum. ff. de petition. hæred.* & id circo declaratio procedit, vt doctissimè concludit *Alexand. in cons.* 124. *Inc. super primo. col.* 4. *vers. Rursus alio capite, vol.* 4. Vniuersum ius hæreditatis nos ample declarauimus *in Neanomologia cap.* 1.

DECLARO Quartò, quòd insimul cum consensu mulieris, erogatio pecuniæ dotalis in emptione fundi, vt succedat loco fundi dotalis, exigi-
291 tur, † quod sit ad vtilitatem mulieris, *ex Glossa in dicta, l. ex pecunia, in verb. non tibi quæritur, & in dicta, l. Res quæ. Alexand. in dicta, l si cum dotem. §. fin. sub num.* 4. *Polydorus Ripa in dicta obseruat.* 119. *nu.* 3. 4. vbi dicit hoc requisitum non esse de necessita-
292 te, sed verificari, quòd non sit † in damno mulieris. Ego subiungo, quòd non dicitur esse in damno mulieris, quia si ea consentiente, vel alio nomi-
293 ne † mulieris emerit, succedit tale emptum in locum dotis, si hoc mulieri expediat, sunt verba notabilia *Ludouic. Roman. in cons.* 201. *Incip. Pro decis.*
294 *num.* 1. 2. expedire † autem mulieri dicitur, si non sit damnosum, sed vtile, vt dicatur, expediat, ideſt vtile sit, vt notatur *in l. & si. ff. de Adoptionib. in l. si non expedierit pupillo. ff. de Bonis auth. iudicis possid. l.* 2. *in fin. ff. Mandat.* vt est illud, quod nonnulli vo-
295 luerunt, quòd pupillus, siue † minor possit alienationem

tionem sine decreto celebrare, quando non est sibi damnosa, sed vtilis *vt per gloss. in leg. cum hi. §. eam transactionem. ff. de Transact.* cuius intuitu *Ioannes Hieronym. Albanus Cardinalis, in dicto §. eam transactionem*, expressè firmauit, valere alienationem
296 sine causa, & sine decreto factam, si est † vtilis ipsi minori; quod, & voluit *Octauianus Simoncellus in Tract. de Decretis minorum lib. 3. tit. 8. inspect. 17. num. 124. Paulus Montanus de Iure Tutelarum, cap. 33. num. 453.* Vndè Ludouici Romani anthoritas est, vt verbum, expediat, declarari debeat, quòd non sit damnosa, sed vtilis, *ità Caiphas apud Ioan. cap. 11.* Expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat, sic illud *Apostoli 1. Corinthiorum, c. 6. c. 10.* Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

TRIGESIMVM TERTIVM priuilegium, est, quòd si committatur per virum, aut so-
297 cerum † Lęsę Maiestatis crimen, cuius delicti gratiuitate bona illorum publicantur, ac Principis Fisco applicantur, non tamen includuntur dotes vxoris, aut Nurus, nec illis propter nuptias donata, sed fisco præferuntur, *l. si marito 32. in princip. ff. solut. matrim. leg. si quis post hac, in princip. Auct. Bona damnatorum. C. de Bonis proscriptor. text. in l. Quis quis. §. Vxores. C. Ad leg. Iul. Maiestat. l. Ob maritorum. C. Ne vxor pro marito, arg. l. creditoris arbitrio. ff. de Distraction. pignor.* Vndè, & pro rebus ipsis dotalibus, & bonis sibi obligatis suo arbitrio ius recuperandi conceditur, vt omnes concludunt Doctores antiqui, & nouissimi. *Albertus Gandinus in Tract. Maleficiorum. Titul. de Bonis damnatorum, col. 1. vers. sed pone, quòd quidam commisit delictum. Angel. de Aretio, in Tract. Maleficiorum, in verb. Et eius bona publicamus, col. 5. vers. Quaro quis possit impedire, vbi post Bald. Angel. Raph. & Imol. in dicta l. si marito, in princip.* dicit, quòd quamquã bona viri publicentur, & Fisco incorporentur, dicit, quòd bona à Fisco repetet. Doctissimè, & eleganter *Ludouic. Roman. in cons. 128. Incip. prout ex tenore, nu. 2. vers. Ad hoc autem respondetur*, dicens, quòd quemadmodum ius dotis, eodem modo, posito, quòd bona confiscata fuerint, nihilominus iu-
298 ra hypothecæ vxori † salua remaneant, vt dicit, prout est casus ad literam *in l. Res quæ, ibi* (sed si ante alij res obligatæ sunt iure pignoris, non debet procurator ius creditorum lædere, sed si quid superfluum est, iure permittitur procuratori vendere, ea lege, vt in primis creditoribus præcedentibus satisfiat, &c. *ff. de iure Fisci, Barthol. Socin. in cons. 121. Incip. Præmittenda est disputatio. col. 2. nume. 6. vers. quarto, & vltimo, vol. 4. Ioan. Baptista Plotus in cons. 30. nu. 50. Aegydius Bosius in Tract. criminal. Titul. de Bonor. publicat. sub nume. 72. & 73.* quem sequitur *Iul. Clarus in Practica Crimin. q. 78. sub nu. 22. Marian. Socin. Iunior in cons. 55. sub num. 12. vol. 2. Bald. Nouell. de Dote, par. 7. Priuilegio. 17. Anton. Negusant. in Tract. de Pignoribus, & hypothecis, par. 5. Membro 1. num. 35. Roland. à Valle in cons. 31. nu. 33. & 34. & pluribus seqq. vol. 1. Marcus Anton. Peregrin. in Tract. de iure Fisci, lib. 5. Titul. 1. nu. 82. Horat. Carpan. super Constit. Mediolan. Titul. de Bonorum confiscation. c. omnium, nume. 274. 775. nouissimè Sebastian. Guazzin. in Tract. de Confiscation. bonorum, conclus. 13. Limitatione 35. nu. 1. & 2. Ioan. Baptista Baiard. in Pract. crim. q. 78. nume. 79. Antonius Gomez in l. Tauri 78. sub nu. 4. vers. sed his non obstantibus.* Vbi reddit in hac quæstione à nemine consideratam, & non contemptibilem rationem, quàm tamen ante eum protulit, *Matth. de Afflict. in Regni Const. Pœna carere, num. 2.* alios nuper allegans *Ioannes Botta in cons. 23. n. 1. cum seqq.*
299 quòd restituenda est sibi dos, † quia tunc dicitur esse notorium, quòd vir vergit, siue versus est ad inopiam, nec haberet, vnde vxor se aleret. *Anton. de Butrio, in cons. 61. nume. 3. Gerardus Mazzol. in cons. 48. nu. 11. Tiberius Decian. in Tractatu Criminal. lib. 7. cap. 41. nu. 34. vers. Certum est autem. Ioan. Sainxon in Consuetud. Turonen. Titul. 29. col. 2. vers. secundum priuilegium*, ante alios *Baptista de Sancto Blasio de Dote, Priuileg. 146.*

300 IN ISTO REGNO Neapolitano † *ex Constitutione Incip. Patres pro filijs. Federici Secundi Imperatoris*, qua prouisum fuit vxores pro dotibus non molestari pro maritorum delictis etiam criminis læsæ Maiestatis, simile fecit Rex Carolus Se-
301 cundus per capitulum *Regni † Incip. Item statuimus, quòd si fortè contingat. Andr. de Iser. & Matth. de Afflict. in dicta Const. patres, nu. 3. 4. & Ioan. Anton. de Nigris, in dicto c. Item statuimus*, simile habetur, *in Const. pœna carere*, vbi plenè *Afflict. nu. 2. & per totum*, ad mulierum fauorem.

NOTANDVM PRIMO, quòd cum constante matrimonio, maritus non autem vxor, ha-
302 beat dominium † rei dotalis, & illius possessionẽ, *l. Doce ancillam, C. de Rei vendicat.* Tamen dum
303 maritus committit crimen † Maiestatis, vel aliud, in quo pœna confiscationis, siue publicationis bonorum imponitur ipso iure, & maritus non possidet. Tunc in re propria dotali, quæ detinebatur per virum debet esse cauta mulier, vt non expectet
304 authoritatem iudicis, sed illa † præoccupet, & in ea suas manus injiciat; vt dicit *Angel. in dicta l. si quis post hac*, sequitur *August. de Arimino ad Angel. in dicto Verb. Et eius bona publicamus, nu. 10. Antoni. Capicius in decis. Neapol. 130. nu. 73. Ioan. Baptista Baiard. in dicta q. 78. nu. 82.*

NOTANDVM SECVNDO, nam si bona dotalia consisterent in bonis mobilibus, in specie, vel in pecunia, habeat tamen pro illis, & illorum restitutione obligata mariti bona, pro quo-
305 rum restitutione † non posse de facto Fiscum impedire ad ea incorporanda, & publicanda, sed illã repetere debet, vt sibi restituatur de manu Fisci, & ità voluerunt *Bartol. Bald. Angel. & Alexand. in dicta l. si marito, Matth. de Afflict. in Const. Regni, Iurisgentium, sub nu. 32.* Vndè dicit *Angel. in dicta l. si*
306 *quis post hac* illud, quòd seruiret pro † cautela mulieris, quòd si illa inhæreret possessioni bonorum mariti sibi pro dote obligatorum, posset Fisci capturam

pturam impedire, quem ſequitur ibidem *Alexander*, & ſequitur *Bartholom. de Caſſæn. in Conſuetud. Burgund. Rubr.* 2. §. 2. *nu.* 4. *verſ. Tamen dicit Ang.* & ſic poſſet vti iure retentionis contra Fiſcum ob dictorum bonorum obligatorum rationem poſſeſ-
307 ſioni illorum † inhęrendo. *vt poſt gloſſ. Iacob. de Are. Bart. & Alexandr. in l. ſi filiofamilias. ff. ſolut. matr. & Baldum Nouell. de Dote parte* 8 *col.* 2. *& ſeq.* voluit *Gerardus Mazzoll. in conſil.* 48. *numer.* 9. 10. *Roland. à Vall. in dicto conſil.* 31. *numer.* 37. *cum pluribus ſeq. vol.* 1. de quo iure inſiſtendi mulieri com-
308 petenti in bonis † viri, dixi ſupra *hoc eodem Titul. Priuilegio.* 9.

NOTANDVM TERTIO in donatio-
309 ne propter nuptias, ſi mulier inhæreat eodem † modo poſſe in illa vti iure retentionis *vt poſt Mazzoll. in dicto conſ.* 48. voluit *Roland. à Vall. in dicto conſil.* 31. *num.* 37. 38. *vol.* 1. *& Baiardus in dicta. q.* 78. *nu.* 81. Quinimmo *Roland.* nititur alia ratione ſcilicet inſtrumenti, in quo maritus, tam pro dote reſtituenda, quàm pro eadem donatione propter nuptias per clauſulas conſtituti, & precarij conſtituit ipſum poſſidere, & proinde in vxorem
310 fuiſſe tranſlatum † dominium, & poſſeſſionem. *l. Quod meo. ff. de Acquirend. poſſ.* & proinde bona promiſſa, & obligata poſſe per vxorem retinere,
311 & illarum poſſeſſioni inſiſtere donec † fuerit ſibi ſatisfactum. *ex dicto Angeli in dicto verb. Et bona eius publicamus. verſ. Quarto.* Sed ad hoc notabile proximiora ſunt addita ab *Andr. Tiraquell. de iure conſtituti poſſeſſorij. in Præfatione. numer.* 49. 50. *& in Repet. l. ſi vnquam, in verb. libertis. numer.* 122. *C. de Reuocan. Donat.* Sed contendere cum Fiſco in ſimilibus, & obtinere, eſſet, vt in prouerbio dicitur, eripere clauam de manu Herculis.

NOTANDVM QVARTO, quod in ſupra notatis caſibus, ſi bona mariti deberent deuaſtari, tunc de iure, mulier habens expreſsam,
312 vel tacitam † hypothecam, impedire poteſt, ne deuaſtētur, vt voluit *Paris de Puteo de Syndicatu. in*
313 *verb. Publicatio bonorum.* quamq; † hoc impedimentum de facto non ſeruari dicat *Alberic. de Roſate in* 3. *Parte ſtatutorum. q.* 7. dicens quòd bona deueſtantur ſed Fiſcus ſatisfacit vxori, & alijs creditoribus. & hoc idem tenuit *Auguſtin. ad Aretinum in loco allegat. & Anton. Capici. in dicta Decision. Neapolit.* 130. *numer.* 73. *Hieronym. Gigas in Tract. de crimine Læſæ Maieſtatis libro ſecundo, Titul. de pœnis committentium crimen. q.* 36.

NOTANDVM QVINTO, quòd donec penderet cauſa, & ex bonis dotalibus, vel obligatis publicatis, & confiſcatis, non liberarentur
314 dotes mulieri debitæ, currunt † alimenta illius, ſecundum quantitatem fructuum dotium, pro vt aduerſus hæredem extraneum, vt concludit *Aegidius Boſſius in Tractat. Criminali Titul. de Alimentis præſtandis num.* 1. *& per totum.* quæ concluſio elicitur etiam ex dictis *Matthæi de Afflict. in Deciſion. Neapol.* 152. *per totam.* quos nouiſſimè ſequitur *Ioan. Petr. Surdus de Alimentis. titul.* 1. *q.* 34. *nu.* 11. *cum pluribus ſeqq.* Quemadmodum maritus ad alimenta tenebatur vxoris, vt in iure clarum eſt, quinimmo mariti bona obligata ſunt vxori
315 ipſo † iure pro alimentis *Bartol. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeuiſſimo. nu.* 7. *verſ. Quæro nunquid bona mariti. ff. ſolut. matrimon.* vbi id dicit poſt *Iacob. de Arena contra Guidon. de Suzzaria.* & ſequitur eos *Paul. de Caſtr. ſub nu.* 3. *verſ. allegatur etiam iſte textus.* dicens ità obtinuiſſe per tres ſententias conformes. hoc idem voluit *Ioannes Baptiſta*
316 *Plotus in conſ.* 30. *num.* 86. quo verò † exiſtente, tranſirent cum onere ſuo ad Fiſcum, quod non po no pro conſtanti, cum non nulli teneant bona ma-
317 riti non eſse hypothecata pro vxoris † alimentis, *vt poſt Specul. in Titul. de Donat. inter vir. & vxor. §. formatis. verſ. ſed nunquid*, voluit *Lud. Roman. in conſ.* 454. *incip. in re præſenti. ſub n.* 28. *verſ. Quoad vltimam. Abb. Panor. in conſ.* 43. *incip. ex omnibus, in vltimo dubio, & alij quos omitto.* Sed cum
318 Fiſcus † ſuccedat, & habeatur tamquam hæres. *l. cum Fiſco. ff. Ad Senatus conſult. Syllan. Gloſſ. in l. non intelligitur, §. cum cauſa. vbi Bartol. ff. de iur. Fiſci. Ioan. Baptiſta Plotus in dicto conſ.* 30. *nu.* 83. *ex Bald. in conſ.* 359. *vol.* 3. ita ſequitur illum tāquam hæredem ad vxorem alimentandam teneri.

DECLARO SEXTO etiam, vt quemadmodum Dos confeſsata deduci poteſt aduerſus
319 ſus hæredes, & creditores † mariti ab lapſum ſatalium, eodem modo poſſit deduci aduerſus Fiſcum. *Bartol. in l. ſiquis poſthac. ff. de Bonis proſcriptor. Ioan. Anton. Rubeus, in conſ.* 78. *col.* 2. *Roland. à Vall. in conſil.* 20. *num.* 16. *in conſ.* 74. *num.* 10. *vol.* 4. *Matt. de Afflict. in Deciſion. Neapol.* 402. *num.* 12. *Marc. Anton. Peregrin. de iure Fiſci lib.* 5. *titul.* 5. *ſub nu.* 82. *Gerard. Mazzoll. in dicto conſ.* 48. *Ioan. Campeg. de Dote. q.* 25. *num.* 75. *Fabius Timæus ad Magonium. in Deciſion. Lucenſi.* 55. *in Addit. incip. Niſi per confeſſionem. Hyppolyt. Riminald. in conſil.* 180. *num.* 7. *Ioann. Botta in conſil.* 23. *numer.* 15. *cum pluribus ſeqq.*

320 AN VERO propter hæreſim virorum, † ſeu maritorum ſuorum publicentur dotes vxorum, hoc eſt Deciſum. *in cap. Decreuit. de hæretic. lib.* 6. ſcilicet. Decreuit, fælicis recordationis Lunocentius Papa quartus, quòd propter hæreſim maritorum, vxorum catholicarum dotes non debeant confiſcari, quòd intelligendum fore cenſemus, niſi furtu mulieres ipſę cum viris matrimonia con-
321 traxiſsent, quos hæreticos tunc † ſciebant. *Lud. Carrer. de Hæreticis. num.* 141. 169. *Zanchin. de Hæreticis. cap.* 25. *nu.* 4. *Baptiſta de Sancto Blaſio de Dote Priuileg.* 46. *Simanc. de Catholic. inſtit. titul.* 9. *nu.* 66. *Ioan. Campeg. de Dote, parte* 3. *q.* 23. *Ioan. Roias ſingul.* 215. *Hierony. Gigas de crimin. læſa Maieſt. lib.* 3. *Titul. de pœnis. q.* 18. *nu.* 6. *Nicol. Aymericus in Director. parte* 2. *cap.* 14.

TRIGESINVM QVARTVM priuilegiū eſt,
322 mulierē poſse dū eſt Feudataria † dare feudū ſuū in dotē marito, ſine domini licētia, ſiue aſsenſu, &

dummodo detur inæſtimatum, & non apponat aliquod pactum de Dote lucranda, quod *ex Cyno, Baldo, & Aluaroto, iſtis vltimis in cap.* 1. §. *Donare. Qualit. olim feud. alienar. poterat. ex Cyno in l. voluntas. C. de Fideicommiſſ.* voluit *Baptiſta de Sancto Blaſio in Tract. de Dote. Priuilegio.* 126. de hoc priuilegio, & hac quæſtione pleniſſimè ſcripſi *ſu-*
323 *pra in Titul. de iure* † *dotium. num.* 244. *verſ. poſtquam, vt pluries per totum nu.* 317. *hoc Volumine, ſiue tomo* 3. Vndè hoc in loco vlterius nihil dicam, cum ibidem compleuerim.

TRIGESIMVM QVINTVM priuilegium, diuerſum ab alio. 24. quòd in caſu Vergentiæ viri ad inopiam, iudice iubente, pecunia
324 dotalis dari poteſt mercatori, cum pacto, quòd † capitale ſit ſaluum, & de lucro vir, & vxor percipiant, honeſtam partem, compenſato damno cum lucro, & è contra citra labem vſurarum. *arg. c. per veſtras. vbi Ioan. Andr. de Donat. inter virum, & vxorem.* hoc priuilegium annotauit *Ioannes Beſſianus in conſuetudin. Aluerniæ. cap.* 14. *Des Donations, Dotz, & mariages articul.* 40. *verſicul. Quadrageſimo quinto, & Ioannes Sainxon in conſuetudin. Turonenſi. titul.* 29. *de Douaire de femme Noble. de Dote mulieris Nobilis. articul.* 1. *col.* 2. *verſicul. Quintum priuilegium eſt.* in qua opinione fuit etiam *Baldus Nouellus de Dote parte* 7. *priuilegio* 1. *col.* 5. *verſ. ſecundo fallit quando alienatio.* quem ſequitur *Matth. de Afflict. in deciſion.* 221. *num.* 2. 3. *Andr. Gail Practicar. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 83. *num.* 18. *Thorus in compendio Deciſionum Neap. in verb. Aſſecuratio dotis, Marius Giurba in Deciſion. Siciliæ.* 16. *nu.* 3.
325 quæ Deciſio eſt elegantiſſima, & † Doctiſſima, & ſingulariſſima in materia aſſecurationis dotium. *Ioacchim. Minsynger. Obſeruat.* 3. *verſic. Sexto Centuria* 3.

426 CONTRA præfatum priuilegium † eſt opinio *Bartholom. Socini in conſil.* 111. *incip. Viſa conſignatione dotis, per totum vol.* 3. Et ego intelligendo, pro vt ſcripſere aliqui ex ipſis Doctoribus allegatis, & quorum memini, etiam ſupra *ſub priuile-*
327 *gio.* 24. *verſicul. Declarandum quarto,* † ſentio contrarium, pro vt nonnulli ex ipſis dicunt, quòd ſaluum ſit capitale, & mercator det de lucro, quia hic eſſet ſocietatis contractus, & eſſet inæqualis, & incongruus, cum non tractetur in eo, niſi in participatione lucri, & non damni, & quoties eſt capitale ſaluum, nunquam contractus erit licitus, quia ſuccederet illud, quod feſtiuiter dictum eſt *à Ludouic. Roman. in conſil.* 520. *incip. circa propo-*
328 *ſitam. numero quinto,* quòd in caſu iſto † vnus haberet caput ſaluum, alius caput fractum quod aliàs proſequutus ſum, & allegaui longiori ſtilo in pluribus locis, præſertim *in conſil.* 65. *numero ſexto,*
329 *& per totum Centur.* 1. & ſic Doctores, † qui dixerunt pecuniam mulieris dari poſſe ad honeſtum lucrum mercatori, benè dixerunt, ſed dum iungunt ad capitale ſaluum, perperam, & ſic illi, qui dixerunt, vxori non perdituræ dotis, & ſic ſaluæ. *vt in l. ſi cum dotem.* §. 1. *ff. ſolut. matrim. l. Mutus,*
330 §. *manente. ff. de iure dot.* & ideo † optimè contradicit *in dicto c. per veſtras. Ioannes Lopez de Palatios Rubios in Repetit.* §. 11. *ampliation.* 2. *per totum,* vt euitetur vſura. Et idcirco in caſu, quo mulier viuente viro, illoq; ad inopiam vergente, quòd pecunia, vel detur Mercatori ad commune damni, & lucri periculum ad ſocietatem, vel in emptionem prædij optimi, vel Territorij fertilis, vndè habeat ipſa, & vir, ac filij alimenta, quod non ne-
331 gauit *Bald. Nouellus in loco allegato,* & ſic † occurrat neceſſitati alimentorum, & corporis, & non cum illa cautela perdat corpus, & animam in Gehennam ignis infernalis.

TRIGESIMVM SEXTVM Priuilegiũ erit, quia cum ſoluto matrimonio vxor alicuius, ab hæredibus viri, impetatur, iudicio, & actione rerum amotarum, quod à legibus inuentum, ne de furto arguerẽtur vxores, cum ob vitæ communionem, & ſocietatẽ diuini, & humani iuris, quo-
332 dam † modo dominę cenſerentur *vt in l.* 1. *ff. Rerum amotar.* Pendente itaq; ſimili iudicio, gaudet mulier priuilegio, vt non obſtante ſimilis iudicij
333 pẽdẽtia, dotis reſtitutio minimè impediatur. † vt habetur *in l. vnica.* §. *Taceat verſic. ſed nec retentio ob res amotas. C. de Rei vxor. act. Ioannes Beſſianus in conſuetudin. Aluerniæ. c.* 14. *Des Donations, Dotz, & mariages. articul.* 4. *verſic. Octuageſimo quinto. Ioan. Sainxon in conſuetud. Turonenſi. titul.* 29. *de douaire de femme Noble. de Dote mulieris Nobilis. col.* 3. *verſ. Vndecimum priuilegium eſt. Ioacch. Mynſinger. in obſeruation.* 3. *verſic.* 11. *Centuria* 3.

TRIGESIMVM SEPTIMVM priuilegium eſt, quia licèt maritus non teneatur pro vxore, & è contra, & mulier habuerit in dotem Feudum, vt meminimus, *ſupra Priuilegio* 34. & ipſa tã-
334 quam feudataria teneatur præſtare ſeruitia † directo Feudi Domino. *cap.* 1. *Qualiter Iurar. debeat. Vaſſall. c.* 1. *de Forma fidelit. & c.* 1. *de Noua forma fidelit. Practica Papienſ. in Forma libelli, quo agit. ad reuocat. Feudi. in verb. coram vobis. Alexand. in conſ.* 30. *nu.* 19. *vol.* 1. *Corn. in conſ.* 139. *n.* 28. *vol.* 1. *Cardinal. Pariſ. in conſ.* 23. *nu.* 19. *vol.* 1. *Iacobus Ardizon. in ſumma Feudor. cap.* 5. *cap.* 6. *cap.* 69. *Bald. Aluar. & Afflict. in c.* 1. *de Allodijs. cum multis allegatis per Ludolph. Schrader. de Feud. parte* 6. *cap.* 6. *nu.* 3. *cum pluribus ſeqq.* Ob dotem autem in feudo
335 conſiſtentem maritus pro vxore ſeruire † tenebitur *Ardizon. in dicto cap.* 69. quem ſequitur *Baptiſta de Sancto Blaſio. de Dote. Priuilegio* 131. *& Ioannes Blanchi in Epithome Feudorum. lib.* 2. *cap.* 4. *n.*
336 7. nam excuſatur mulier ob ſexum † *vt per Ar-*
337 *dizonum. in dicto c.* 69. ideo præſtare poteſt † ſeruitium per Virum. *Iacobinus de Sancto Georg. in Inueſtitura feudali. in verb. Et promiſerunt eidem Domino. nu.* 30. *verſ. Sexto excuſatur. Federic. Schench in c.* 1. *ſub num.* 3. *de inueſtitur. quam Titius accepit à Sempr. Matth. de Afflict. ibidem in princip. Curtius iun. de Feudis parte* 3. *membro* 2. *nu.* 14. *idem Schrader. parte* 8. *cap.* 1. *ſub nu.* 37. *Nicol. Intrigliol. de Feudis artic.* 93. *nu.* 32. *Centur.* 2. *Ioan. Thomas de Ma-*

rinis

rinis de Generibus & qualitat. Feudo. titul. 11. *de Feudo Fœmineo-siue materno nu.* 67. *vers. Quadragesimo secũdo quæro. Petrus Nicol. Mozzius in Tract. feudor. Titul. ex quibus caus. feud. amittatur. sub n.* 122.

338 *vers. Decima excusatur.* dicens seruitia † præstanda per mulierem; per substitutum, vel contribuendo in sumptibus. *Ioan. Raynaudi in c. Imperialem.* §. *firmiter. nu.* 54. *de Prohibita feudi alien. per Federic. Vdalrich. Zasi. parte* 7. *num.* 19. *Ioan. Anton. Cannetius Siculus. in Extrauag. Volentes. Regni Siciliæ.* §. *sed operepreciũm nu.* 11. *Henricus à Rosenthall. in Synopsi Feudorum cap.* 8. *conclus.* 4. *nu.* 15. *parte* 1. *Anton. Borrinius de seruitijs Vassallorum parte* 5. *cap.* 3. §. *sexus.*

TRIGESIMVM OCTAVVM priuile-
339 gium erit, quia licèt quis non cogatur † se obligare. *l. in commodato.* §. *sicut. ff. commodati. l. sicut. C. de Action. & oblig.* Et pater non teneatur pro filio. *Toto Titul. C. Ne filius pro patre, & è contra.* Tamen
340 pater cogitur † se obligare, & recipere filij dotem penes se, ac se obligare ad illam restituendam, hæc fuit opinio *Dyni, & Raynerij de Forliuio in l. si cum dotem.* §. *Transgrediamur. ff. solut. matrim.* quẽ Dynum sequitur *Bartol. in l. lis nulla. num.* 1. *vers. Item, vt promittat.* quos sequitur *Baptista de Sancto Blasio in Tract. de Dote. Priuilegio.* 99. *arg. l. si fi-*
341 *lius familias. ff. de Tutel.* vbi pater † insolidum tenetur si agnouit filiũ tutorem datiuum creatum. *l. fin.* §. *Imperator. ff. de suspect. Tutor.* quo in loco pater cogitur se obligare pro filio Tutore, & supra dictam opinionem tenuit *Specul. in Titul. de Donat. inter vir. & vxor.* §. *formatis, nu.* 11. *vers. sed quid si filius.* & idem tenuerunt *in dicto* §. *Transgrediamur. Bart. Bald. Angel. Imol. Raphael. & Paul. de Castro,* quos ibi sequitur *Alexand. n.* 6. *vers. Idem dum Bartol.* & eiusdem opinionis videtur fuisse *Raph. Comens. in cons.* 40. *incip. Quidam filio.* 2. *vers. Ad secundum, & in finalibus verbis.* quæ arbitror rectè
342 † procedere in dote data filiofamilias cum illa distinctione, quam faciunt Doctores ibi.

Quo verò ad filium emancipatum, concludunt patrem teneri, non actione mandati. *arg. l. fin. in fin. vbi gloss. ff. Quod iussu. ità Paul. de Castro in dicto.* §. *Transgrediamur. sub nu.* 5. *vers. sed quæro quid si filius,* quem sequitur *ibi Alexand. sub num.* 6. *versicul. sed Paulus de Castro hæc dicit.* faciunt dicta *Baldi Nouelli de Dote parte* 6. *priuileg.* 21. *colum.* 2. *vers. Tertio limita.*

TRIGESIMVM NONVM priuilegium illud erit, quod inter alia per viam limitationis *ad Titulum, & l.* 1. *& l.* 2. *C. Ne fideiussores dotium dentur,* retulit *Bald. Nouellus de Dote parte* 6. *Priuilegio* 21. scilicet, illum titulum, illasq; prohibitiones
344 non comprehendere patrem, † quinimmo illum cogi posse ad fideiubendum pro filio de vxoris dote restituenda, quam opinionem tenuerunt *Bartol. Alexand. & alij in l. si constante.* §. *quoties. ff. solut. matrimon. Deci. in l. de Alimentis num.* 12. *C. de Transact. Ioannes Bessianus in consuetudin. Aluerniæ capit.* 14. *Des Donations Dotz, & mariages ar-*

ticul. 40. *versicul. Septuagesimo secundo.* hanc opinionem tenuit *Francisc. Connanus commentariorum iuris ciuilis libro* 8. *capitulo* 9. *sub numero* 8. *& Francisc. Duarenus de Dotibus sub Titul. solut. matr. capitulo* 4. & nouissimè *Iacob. Menoch. de Præsumpt. libro* 4. *Præsumpt.* 190. *sub numero* 43. *& libro* 6. *Præ-*
345 *sumpt.* 1. *numero* 17. & quotidiano † vsu inspicimus viros, & maritos, non solum dare patres, sed etiam alios extraneos fideiussores de conseruandis, ac restituendis in omnem casum dotibus, & dicti priuilegij iunixus Iuramẽto solo, inititur *Corn. in cons.* 287. *Tota vis per Totum vol.* 4.

CONTRARIVM Tamen, non solum in supra dicto casu, sed etiam in alijs quibuscunque casibus ex parte viri fideiussorem de dote conseruanda, & restituenda, non solum patrem, sed nec alium quemcunque dari, aut cogi posse, sed nec datum vltrò, vel etiam sponte, matrimonio con-
346 stante valere, † sed nullum esse, obligari non posse, & obligatum non cogi, apparet *ex l.* 1. *& l.* 2. *C. Ne fideius. Dot. dentur.* & idem habetur per Valentinianum Theodosium, & Arcadium, qui ad Maximianum Orientis Comitem hanc legem scripserunt. Omnium sponsorum, vel fideiusso-
447 rum, † deinceps cauenda dotis sponsione, promissiones absoluimus. quæ est *in Codice Theodosiano libro tertio, titulo* 15. *de Fideiussoribus dotium. Sed l.* 1. *C. Ne fideiussores dotium dentur.* fuit post modum facta per Gratianum, Valentinianum, & Theodosium, & dirigitur in libris currentibus Cyneo, cum dicere debeat Cynegio, qui eorum tempore Præfectus Prætorio fuerit. supra dicta Codicis iura probat ante omnes *Placentinus in Summa Codicis libro quinto, titulo* 20. sed dixit, quòd licèt vir dare fideiussores de restituenda dote, non cogatur, si tamen dederit, tenere ad exemplum testamentarij Tutoris. Ideo adeo est inter pares inuidia. *Azo in summa eodem libro* 5. *titul.* 20. volens à Placentino discedere, inquit, licèt quidam dicant, & quæ sequuntur, Tamen ipse Azo dicit, nec sponte datam fideiussionem valere, vel obligare, quem sequitur *Accursius in dicta l.* 1. *in fin. & ibidem Cynus. Bartol. Bald. ibidem. & Corne. in dicto consil.* 287. *in princip. volum.* 4. firmat hanc opinionem, & quamuis consuluerit contrarium, non fundat se nisi in Iuramento, de quo postea dicemus. *Alexand. in l. si constante.* §. *Quoties. sub numero* 5. *ff. solut. matrim. Iacobus Cuiacius capitulo* 5. *si mulier. Ad Africanum libro* 4. Hodie (inquit) nihil est necesse dari propter dotem, quia mulier habet tacitam hypothe-
348 cam; Olim pignus dari potuit propter † dotem, sed non fideiussor, nisi post solutum matrimonium *l. Quod autem.* §. *si vxor. ff. de Donat. inter vir. & vxor. l.* 7. *ff. de Except. l. si constante.* §. *quoties. ff. solut. matrim. l.* 1. *& 2. C. Ne fideiuss. dotium dent. Ne videretur fidei mariti* diffidere mulier, quo se ei, suamq; vitam committit. *Hæc Cuiacius, cum alijs.* post modum *idem Cuiacius in Paratitla. l.* 5. *Codicis,* exponens Titulum ne fideiussores

dotium dentur, vbi cum dixiſſet, Maritum, ſoce-
349 rum † proſocerum, non cogatur mulieri fide-
iuſſorem dare, ſequitur, & ſi vltrò maritus dede-
rit fideiuſſorem, vel mandatorem, vt non oblige-
350 tur, quia hanc obligationem conſtitutiones † im-
probant *Conſtantinus Harmenopolus Epithom. lib.*
4. titul. 8. inquit, Vir dotem accipiens, fideiuſſores
351 exhibere non cogitur, nunquam † enim pro mu-
liebri dote fideiuſſor datur, niſi antequam ſponſa-
lia contraherentur, id contrauenerit. ſequitur *An-*
dreas Fachineus controuerſ. iuris lib. 8. cap. 76. vbi
ex profeſſo contra *Franciſcum Duarenum* inuehit.
352 *Vndè optimè* & nouiſſimè *Antonius* † *Heringius*
in commentarijs de Fideiuſſoribus nu. 153. cum plu-
ribus ſeqq. corroborauit hanc opinionem, & om-
nes limitationes, quas ad illum Titulum ſcripſe-
rat *Bald. Nouell. in Tract. de Dote parte 6. Priuilegio.*
21. confutauit, & eleganter abſoluit. cuius opinio-
nem ſequor.

OBSERVARI poſſe arbitror diſpoſitionem conſtitutionum præfatarum in hoc Regno, in quo cum nullum fiat matrimonium, in quo per viros nubentes, non conſtituatur donatio per virum mu lieri propter nuptias, ac alia quantitas, quam di-cunt pro honore primi oſculi, quæ conſtitutio quã-titatis, loco pignoris antiqui videtur ſuccedere, quo ſine alia fideiuſſione vxor ſecura quodam-modo redditur, ne fideiuſſionem quærere coga-
335 tur, cauta iam ob ſubrogatam donationem, † lo-co ſoluti antiqui pignoris ex *dicta l. Quod autem* *§. ſi vxor. ff. de Donat. inter vir. & vxorem*, & ex a-lijs iam dictis. *l. vir vxori §. ſi mulier. ff. Ad Vellcian.* *l. 1. ff. Qui pot. in pignor. habeant, & alia iura alle-*
gata per Hering. in dicto cap. 6. num. 121. & pluri-
bus ſeq.

INSVPER, ſecuræ redduntur mulieres, ex eo quòd antequam contrahantur matrimonia, fiunt inter partes matrimonia communi practica
354 contrahere † volentes, conuentiones, & pacta conuenta, per quæ, longo ante tempore, conue-niunt de tali matrimonio contrahendo ſtatuuntur ex parte mulieris dotes, in quibus ſe obligant pro-mittentes, & alij, fideiuſſores, tali tempore dotis ſoluere, & ex aduerſo vir promittit futuræ con-iugi donationem propter nuptias, ac ipſe, cum al-tero, vel pluribus, promittunt, ac ſe obligant dotes in omni reſtitutionis tempore, illas conſeruare, & reſtituere, de qua cautione fideiuſſoria, antequam fiat matrimonium rectè dicit his verbis *Iacobus*
Cuiacius in dicto libr. 5. Codicis. titul. 20. in fin. An-te nuptias (inquit) fateor poſſe dari fideiuſſorem
355 † dotis, vel poſt nuptias, non manente matrimo-nio. Cuius opinionem ego amplector non ob-ſtante, quòd contrarium per eadem verba dixe-tint. *Placentinus in dicto libr. 5. titul. 20. dum di-*
xit, Et quidem nec ante matrimoninm, nec eo conſtante, maritus fideiuſſorem, vel mandato-rem pro dote reſtituenda, vel conſeruanda da-re debet, nec cogitur. *Idem in eodem lib. 5. titul. 20.*
voluit *Azo*, dicens, Aut à marito datur mulieri pro dote reſtituenda, & tunc ſi ante matrimo-nium, vel conſtante matrimonio, detur, non tenet datio. Quod ego contra eos confirmo, quia Ru-brica dicit, *Ne fideiuſſores dotium dentur*, non di-
356 citur autem dos, vbi non † eſt matrimonium. *l. ſi*
is qui Stichum. 57. §. ibi. ff. de Iure Doti. adeo quod antequam contractum ſit matrimonium, Rubrica ſibi locum non vendicat, & idcirco ipſorum opi-nio corruit, cum ante matrimonium non dica-tur dos.

ILLVD autem clarum eſt ex parte viri de conſignandis dotibus poſſe, à muliere peti fide-
357 iuſſores † de conſignandis dotibus, habetur *in l.*
promittendo 42. in prin. l. cum dotis 56. l. mutui 76.
in princ. ff. de iure dot. Hinc *Placentinus in ſumma*
Codicis lib. 5. titul. 20. in fin. dicit, porrò mulier, & eius pars caueri poteſt ritè, & vtiliter viro eius pro dote præſtanda. *Et Azo ibidem in principio.* Cum
358 datur † (inquit) fideiuſſor pro dote, aut à mulie-re datur marito pro dote ſibi præſtanda, & tunc tenet datio. *per dicta iura. Franciſc. Duaren. de Do-*
tibus. Titul. ſoluto matrimonio. capitul. 4. Marc. An-
ton. Natta in conſil. 52. numer. 14. & ſeqq. Anton.
Heringius de Fideiuſſoribus. cap. 10. numer. 269.
quod & voluit *Andr. Alciatus in dicto cap. cum*
contingat ſub numer. 219. verſicul. Illud notandum
eſt.

IVRAMENTO firmari hanc fideiuſſionẽ
359 de reſtituenda dote à marito † traditam, & ob-ligationem, & promiſſionem à quolibet factam, voluerunt *Ioannes de Imol. in c. cum contingat. num.*
8. & ibidem Abb. Panormitanus num. 32. de Iure-
iurand. plenè *Corn. in dicto conſil. 287. incip. Tota*
vis per totum. volum. 4. Paul. de Caſtro in conſ. 188.
in fin. vol. 1. Bald. Nouell. de Dote parte 6. priuileg.
21. Limitatione 12. Salycet. Raph. Fulgoſ. & Corn. in
Autentic. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend.
Ioan. Campeg. de Dote parte 3. q. 174. Didac. Couar.
in c. quamuis in 2. parte Relectionis. §. 2. num. 9. Io-
ſeph. Ludouic. in Deciſion. Pernſina 57. num. 5. Sera-
phinus de Iuramento. Priuilegio. 69. Alexand. in di-
l. ſi conſtante. §. quoties ſub num. 5. verſicul. ſecundo
limita. ff. ſolut. matrimon. Bartholom. Socin. in con-
ſil. 103. Incip. in caſu conuentionis ſub numer. 6.
vol. 3.

CONTRARIVM Tamen tenuerunt *Bar-*
tol. in l. ſi quis pro eo. nu. 9. ff. de Fideiuſſorib. qui di-
360 xit, nullo modo fideiuſſionem in caſu † ſimili fir-mari iuramento, quem ſequitur *Antonius de Butrio*
in dicto c. cum contingat. vbi idem tenuit *Andr. Al-*
ciatus. nu. 218. verſ. Sexto infertur. quam opinio-nem tenuit etiam *Bald. in Repetit. l. Iusiurandum.*
col. 39. verſ. Sed contra prædicta oppono. ff. de Iure
iur. Hãc opinionem firmauit Bart. ea ratione, quia præceptum factũ in perſonam, & eo caſu actus ſub-ſequens iuramento confirmatur, ex quo, qui facit
361 contra præceptũ legis factę ab habente † poteſta-tem peccat mortaliter, quoniam ſcriptũ eſt, qui nõ obedierit principi morte moriatur. *c. 2. ext. de Maio*
ritate, & obed. Supradicti aũt, q tenuerũt cõtrariam

opi-

opinionem, negant quòd prohibitio ſit directa in perſonam, quia *Didacus Couarruuias in dicto §. 2. nu. 9.* dicit, quòd præceptum non dirigitur in perſonam fideiuſſorum, ſed viri. Pro Bartoli opinione, ego † dico dubium non eſſe quod tam *l. 1. quàm l. 2. quàm etiam Rubrica C. Ne fideiuſſores dotium dentur.* directæ ſunt ad virum, vxorem, patres, & omnium † fideiuſſorum Fideiuſſores dictum eſt, ne dentur, datio autem iſta ab aliquo eſt facienda, & non niſi à viro, vel viro mandante, & vxore recipiente, & illa inſtante, ac petente, nec enim datur, niſi ipſa pars petat. *arg. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. Gloſſ. in l. Vniuerſa. vbi Paul. de Caſtro. n. 6. C. de precib. Imper. offer.* & dum darētur, ipſa præſente, vel mandante. Quoad alios quoſcumq; qui fideiuberet, *l. 1.* fideiuſſorem exhibeat. *in l. 2.* ibi, vel omnibus, per quæ verba patet prohibitiones † dirigi in perſonas. Vndè verum dicit *Bartol.* quòd Iuramentum à quolibet iſtorum interpoſitum, quia eſſet non obtemperare † legi factæ ab Imperatoribus, qui habent legis condendæ poteſtatem. §. *Sed quod Principi. cum concor. inſt. de iur. natur. gent. & ciuil.* Quorum poteſtas à Deo eſt, & legis condendæ poteſtas tributa, vt dicit *Salomon. Prouerb. cap. 8.* Per me Reges regnant, & legum cōditores iuſta decernunt. *& Sapientiæ cap. 6.* dicit, Quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & Virtus † ab Altiſſimo. *Propterea Paulus Apoſtolus ad Romanos cap. 13.* inquit, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas, niſi à DEO, & quę à DEO ſunt ordinata ſunt, itaq; qui reſiſtit poteſtati, D E I ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Itaq; ex hac Diui Pauli authoritate apparet inobedientes ſibi ipſis † damnationem acquirere, & peccare. *Idem Paulus ad Titum. cap. 3.* inquit, Admone illos Principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire. *Et diuus Petrus Epiſtola 1. c. 2.* dicit, Subiecti eſtote omni hūmanæ creaturæ propter D E V M, ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue Ducibus, † tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Ob hoc ſequeretur magnum abſurdum, ſi illis, & illorum legibus obedientia non præſtaretur, quinimmo admodum peius, ſi per contrarios actus illorum legibus contradiceretur. Vnde iſta reſiſtentia, quæ à perſonis fieret, dicerentur peccare, atq; Iuramētum, quod peccatum induceret, non valeret. Secundam reddiderunt rationem *Antonius de Butrio*, & alij huius opinionis amatores, quòd ſi iſta fideiuſſio præſtaretur † inſtante eadem vxore, quæ illam à viro ſibi dari & præſtari faceret, eſſet res incongrua, & actus bonis moribus contrarius, ex præfidia, quæ inter ipſos coniuges oriretur. Et eſſet contra bonos mores, & publicam vtilitatem. Sed, vt ego hanc † obſcuritatem lucidiorem faciam, declarabo, qui ſunt iſti boni mores, qui inter coniuges ſunt obſeruantia digni? quæ etiam iſta perfidia, quæ ob inobſeruantiam morum inter ipſos oriretur? Quantum attinet ad mores † inter coniuges, ſatis ſufficere poſſent, illos eſſe debere, de quibus diximus ſupra *titul. 1. nu. 10. cum ſeqq. nu. 124. cum pluribus ſeqq. hoc tomo 3.* cum ſit diuini, & humani † Iuris comunicatio *l. 1. ff. de Ritu nuptiar. l. Aduerſus. C. de crimin. expil. hæred. l. 1. ff. Rer. amotar. Plutarchus in Præceptis connubialibus. cap. 13. inquit,* Speculum Auro, & Gemmis ornatum, vtilitatem vllam afferre, niſi ſimilem ſpeciem referat, ſic opulentæ vxoris, nullus adeſt fructus, ni vitam, moreſq; præſtet cum † vita, & moribus viri congruentes, & conſentaneos. *Naumachius apud Stobæum ſermone 71. inquit,*

Audi ò Virgo, hæc omnia Tibi obſeruanda ſunt.
Non procliuis ad riſum, neq; triſtis eſto,
Nec ocioſa prorſus, ſed labores ſubi moderatos.
Neq; tuis famulis duram, aut valde lenem,
Te præbeas. Negligentiores enim Domini ſemper damna patiuntur
Timentibus autem ſeruis domini facile cum confidentia facilè imperant.
Improbam anum domi nunquam receperis,
Multorum benè conditas familias peſſundederunt anus.
Sed neq; mulierem tibi loquacem aſſocies.
Egregios mulierum mores, improbi ſermones corrumpunt.

Et Herodes in Hemiambis dixit

Mulieris fœlicitas eſt, ſi diligatur à marito.

Sed Philemon dicebat.

Bona Matronæ eſt, ò Nicoſtrata
Nom imperare Viro, ſed obedire
Mulier autem vincens virum, ingens malum eſt.

Phidias Pictor, Elienſibus Venerem pinxit, Teſtudinem calcantem, iudicans hoc munus eſſe mulierum, ædes cuſtodire, & ſilentium. Debet vxor, aut cum marito, aut per maritum loqui. Hinc *Socrates* inquit, viros oportere ciuitatis legibus obedire, vxores autem maritorum ingenijs, Theano Pythagoræ doctrinis Illuſtrata, interrogata, quòd eſſet Matronæ officium, ſtatim reſpondit, viro ſuo † placere. Dicebat Democritus, quòd parens ſermo mulierem ornat, & ornamenti parcitas illi decora eſt. Conſilium dabat *Antiphanes* mulieri dicens

Ne coloribus ornare corpus Velis,
Sed potius animum factis, & moribus ſinceris.

Seneca in Octauia inquit,

Amor perennis coniugis caſtæ manet.

Hinc *Eccleſiaſtici. ca. 25.* habetur, in tribus (inquit) placitum eſt ſpiritui meo, † quæ ſunt probata coram D E O, & hominibus, concordia fratrum. Et amor proximorum. Et vir, & mulier ſibi benè conſentientes. Vnde *Salomon prouerb. cap. 21.* Melior (inquit) eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa, & iracunda. Peſſimi exempli eſſe iudicarunt Imperatores, ſi conſtante matrimonio, cum aliquandiu maritali conſortio, ſumma cum animi, tum corporis lætitia concorditer vixiſſent, poſt modum vxores coniugalis nexus, & amoris oblitæ, intuitu conſeruandarum, ſiue reſtituendarum

377 rum dotium, contra viros lites † inſtituunt, quarũ meminit *Ouidius de Remedio amoris. lib. 2. dicens.*

Lite fugant nuptæq; viros, nuptasq; Mariti
Inq; vicem credunt rem ſibi ſemper agi.
Hoc decet vxores, Dos eſt vxoria, lites.
Audiat, optatos ſemper amica ſonos.

Et Iuuenalis Satira 6.

Nulla ferè cauſa, in qua non fœmina litem
Mouerit.

Narrans de infauſto cuiuſdam Grammatici Matrimonio ſic loquitur *Auſonius*

Arma virumq; docens, atq; arma, virum peritus,
Non duxi vxorem, ſed magis arma domum.
Namq; dies totos, totasq; ex ordine veſtes,
Litibus oppugnet, meq; meumq; larem.
Atq; vt perpetuis dotata à Marte puellis
Arma in me tollit, nec datur vlla quies.
Iamq; repugnanti dedam me, vt domiq; victum
Iurget, ob hoc ſolum, iurgia quod fugium

Præterea dum mulieres non obſeruant mores prænarratos, atq; alios, qui omittuntur, oritur quòd incurrit illa in præfidiam, de qua ſcripſit *Iuſtinianus in dicta l. 2. C. ne fideiuſſor. dot. dent.* quam, vt euitaret, prohibita eſt fideiuſorum prædictorũ

378 à marito † vxori, & vltronea, & coacta datio. Verum video, neminem huc vſque ex noſtræ profeſſionis Doctoribus declaraſſe hanc perfidiam,

379 † quid illa ſit, proinde declarabo illam pro iunioribus, in quorum manibus ſcripta hæc quandoque peruenerint. *Dominicus Nanus Mirabellus in Polyanthea*,

380 ſic illam Deſcripſit. Perfidia eſt † fidei violatio. Et ideo perfidus eſt ille, qui fidei violator eſt. Proinde Perfidia nullum grauius inter mortales crimen iudicatur, quod ſemel admiſsum nun-

381 quam aboleri, vel religione † aliqua expiari poſſe ſcribit *Franciſcus Patritius de Regno. lib. 8. ca. 20.*

382 Sunt autem perfidi, qui † infidi, promiſsa, & fidẽ non ſeruant, *vt de Parthis* dicit *Iuſtinus Hiſtoriar. lib. 41.* In libidinem (inquit) proiecti, in cibum parci, fides dictis, promiſſisq; nulla. Perfidia ſimili aliquos imputari ſcribit *Alexander ab Alexandro*

383 *Dierum Genialium, lib. 5. cap. 10.* Proditio † eſt proponit perfidia, vt fuit illa Iudæ, qui IESVM Dominũ noſtrum oſculo tradidit, vt habetur *Matthe. cap. 25.* Inſignia infidelitatis hæc ſunt, ſuauia,

384 & Dulcia † verba proferre, amplexari, applaudere blandè arridere, maxima polliceri, obteſtari DEVM, ſub pacis fœdere oſculari, ad iurandum

385 eſse pronum, libenter, † quod eſca proditionis, *c. Clericus. 46. diſtinct.* vt ſcribit *Lucas de Penna, in l. fin. col fin. C. de Delatorib. lib. 10.* quo in loco dicit,

386 quam crudelia, & mortifera ſint Iacula † proditorum, vix enim erit, aut nũquam, vt quis ſibi poſſit ab eorum inſidijs præcauere. Propterea quia contra promiſsa Ariadna fuerat à Theſeo in Inſula derelicta, dicit apud *Ouidium in Hercid.*

Venimus huc ambo, cur non diſceſſimus ambo
Perfidè, pars noſtri lectule, maior vbi eſt.

Nec curant perfidiæ crimine inſigniri, & cum maritis durante vita, & vltra contendere, oſtendit antiquum Epithaphium Romæ in marmore ſculptũ, huiuſmodi

Audi miraculum Viator, coniuges duo ſumus.
Hic non litigamus, Nec dicam nomina.
Bebius hic Ebrius, Ebriam me nominat.
Heûs Vxor, etiam in ſepulchro litigas.

Cum itaque ex muliebri, & vxoria lite, quę contra

387 Virum ad præſtandam fideiuſſionem † dotium, matrimonio conſtante, non ſolum odia, diſſidia, & rixæ inter coniuges inducerentur, ſed maculatæ coniugalis fidei exempla ſuccederent, & maritalis amor deficiens loco ſui odia cauſarentur, ſine dubio Violati amoris, & coniugij proditio, & perfidia orirentur, ſequitur, vt illorum Imperatorum Iura ſeruentur, cancellatis actibus, qui aduerſus bonos mores, & publicam vtilitatem, clariſſimas Principum leges macularent.

Tertiam ego rationem aſſigno, quòd Iuſtiſſimas leges fecerunt dicti Imperatores, quin vxores cogere poſsent eorum Viros, matrimonio conſtante ad præſtandas fideiuſſiones de conſeruandis, ac reſtituendis dotibus, cum actum facere nequeant ſi-

388 ne eorundem Virorum † conſenſibus, dicant noſtrates, quicquid velint, ego non à riuulis, ſed à perenni fonte DEI, & à creatis ab illo Mundi principijs authoritatem capio, & cum ſupremorum Senatuum Res iudicatas deſcripſerim, & deſcribendi onus inſtituerim, & aſsumpſerim in caſu, de quo agimus, primis Parentibus noſtris à DEO Optimo Maximo primę noſtrę Mundi Matri Euæ Vul-

389 gatum † illud Decretum protulit omni æuo memorabile *Geneſis, cap. 3.* In dolore paries filios, & & ſub Viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. *Hinc Paulus Apoſtolus, 1. Corinthiorum, cap. 11.* Caput mulieris eſt Vir, *vt ad Epheſios. c. 5. inquit*, Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Dño, quoniã vir caput eſt Mulieris, ſicut CHRISTVS caput eſt Eccleſiæ. Et illa Apoſtoli verba, (ſicut domino) id-eſt tanquam domino, vt concordet cum illo DEI dicto, (& ipſe dominabitur tui) *& Beatus Petrus*

390 *Apoſtolus epiſt. 1. c. 3.* & mulieres † (inquit) ſubditæ ſint viris ſuis. *Beatus Clemens Romanus Conſtitutionum Apoſtolicarum, lib. 3. c. 9.* inquit, Nã ſi mu-

391 lieris caput eſt † viri mulier enim viri corpus eſt, de coſta conflatum, ſubiectumq; illi, à quo eſt abſciſſum. Et poſt pauca ideo inquit, ipſe dixit, Tui dominabitur, Principium enim mulieris, vir eſt, quoniam eius eſt caput. Hæc *Clemens. Et Auguſtinus in lib. 11. de Geneſi ad literam, cap. 27.* dicit, videndum eſt quemadmodum propriè poſſit accipi illud, quod mulieri dictum eſt, & ad virum con-

392 uerſio tua, & ipſe Dominabitur tui, † Neque enim, & ante peccatum aliter fuiſſe decet credere, niſi vt vir mulieri dominaretur, & ad eum ipſa ſeruiendo conuerteretur. Alio modo roborat Rubertus de Operibus *Trinitatis, lib. 3. cap. 21.* qui ità

393 † ſcripſit. Sed adhuc (inquit) quæri poteſt, Quid illud ſit, Mulierem ſub viri poteſtate eſſe, & virum mulieris Dominum eſſe, quoniam vtrunq; dixit, Et ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.

Ad

Ad hoc reſpondendum, valentioris eſſe dominationis, mulierem ſub Domino, quàm ſub poteſtate viri eſse. Sed pulchrè *Benedictus Pererius in Geneſim lib. 6. verſ. 16. Reſtat.* (inquit) illud explicandum, quòd inter Euæ pœnas extremo loco ponitur. Et
394 † ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominatur tui. Fuiſſet etiam in ſtatu innocentiæ mulier ſub viri poteſtate, verum non coactè, nec moleſtè, nullaq; voluntatis repugnantia: Cum enim mulier eſſet integro animo, rectaq; mente, non niſi quod erat honeſtum, & rectum expetens, libens, gaudensq; ſub imperio viri fuiſſet: Quia id voluntati diuinę, rationiq; conſentaneum eſſe intelligebat. Imperium quoq; viri, fuiſſet plenum æquitatis, atq; charitatis: Nec vxor habita eſſet, vt ſerua, & ancilla, ſed vt chariſſima vitæ ſocia, & conſiliorum, atq; officiorum mariti particeps, & ad generationem prolis, atque educationem adiutrix. Poſt peccatum autem grauis pœna eſt mulieri ſubeſſe viro; Tum ob ingenij muliebris læuitatem, atq; vanitatem, animiq; ſuperbiam, iniquo animo maritum ſibi præeſſe ferētis; Tum etiam, quia plerunq; viri vxores ſuas, ſuperbi, iracundè, & aſperè tractantes, Imperium eis, ſuum oneroſum, acerbum, & odioſum faciunt. *Hæc Pererius.* Eandem tertiam rationem aſſignatam poſt *D. Hienonym. ſuper illud Apoſtoli* 1. *Corinthi. cap.* 11. firmat *Felicianus Capitonus Explicationum Catholicarum part.* 3. *Explication.* 44. *Dum etiam* Romanorum Matronę tractabant, vt abrogaretur lex Oppia, quam M. oppius, & Titus Romulius Tribuni plebis R. Fabio, & T. ſempronio *Coſſ.* 5. in medio ardoris punici belli tulerunt, contra eas, ne abrogaretur gra-
395 uiſſimam orationem habens M. Portius † Cato, in qua hæc verba protulit, Maiores noſtri, nullam, ne priuatam quidem rem agere fœminas, ſine authore voluerunt in manu eſſe parentum, fratrum, virorum. Et poſt pauca dicit, Date frenos impotenti naturæ, & indomito animali. Hinc benè è noſtris Decius *in conſ.* 621. *Incip. Alias conſului,*
396 *num.* 5. dicit, filiam eſſe in †poteſtate mariti, quia eſt ſubiecta Dominio viri, *c. Mulier* 33. *q.* 5. & ordo naturalis eſt, vt viris ſeruiant fœminæ, *c. eſt ordo* 33. *q.* 5.

OBSTANT proximè dictis, ſupradictam tertiam rationem debilem eſſe, cum attenta iuris communis diſpoſitione, antequam ducat maritum, ſub patris poteſtate mulier nata, eodem modo illi ſubeſt, nec dum tranſit ad virum, viro ſubij-
397 citur, ſed à paterna poteſtate † non exiens, illi ſubdita remanet ſemper, *Gloſſ. in* §. 1. *Inſt. Ad Senat. conſult. Tertull. Gloſſ. ex illo text. in* §. *patitur, Inſt. de Iniur. l. ſi vxor, vbi DD. C. de condit. Inſert. Corn. in conſ.* 224. *nu.* 6. *vol.* 3. *Infinitos allegans Andreas Tiraquell. de legibus connubialibus l.* 1. *num.* 1. *Aſcan. Clementin. de Patria poteſtate, c.* 5. *num.* 76. *Thom. Grim in conſ.* 87. *num.* 4. 5. *& in deciſ. Neapol.* 54. *per totam.*

NVLLVM dubium in hoc dicto facimus, quin verum ſit de Iure communi maſculos, & ipſas fœminas, ſub parentum poteſtate, & naſci, & conſeruari, mulieres tamen dum non ſunt maritatæ, non tangit ambiguitas, de qua agimus; Sed alia ſubingreditur dubitatio, an ipſis marito traditis, ſi ſub eorum patrum poteſtate remanerent,
398 & quoad illam in eadem † opinione ſumus, vt tunc maritorum poteſtati ſubijciantur, non autem durante matrimonio illas patri, ſed maritis eſſet ſubiectas. Et quamquam in morte maritorum illas ſubingredi iterum ſub patrum poteſtate cen-
399 ſuerint † nonnulli, & ità ampliſſimus ordo ſenatus Neapolitani decreuit, vt habetur *apud Thomam Grammat. in dicta deciſ. Neapol.* 54. meminit *Cæſar Vrſill. in deciſ.* 172. *Franc. Viuius in commun. opinione* 302. *Incip. Filius Familias, num.* 9. 13. *Thorus in Compendio deciſ. Neap. in Verb. Filia maritata.* Tamen nec iſta concluſio, ſic ſimpliciter facta, mihi placet. Et hoc non obſtante, dicerem nullo modo, cum ſemel exierit mulier à patris poteſtate, vi-
400 detur mihi hanc retrogreſſionem † fieri debere, quia quæſita libertas, reduceretur de nouo in ſeruitutem, non eſt hic locus Idoneus, alibi ſi DEVS voluerit aperiam, nunc cum iſta opinione pertranſeo.

HIS, quæ quantum ad iuramentum oppoſuerunt, licèt aliqua dixerim, nunc ſupplementi loco pono, quòd Rubrica, Ne fideiuſſores dotium dentur, & ſi prohibeat, & annullet, nihilominus non deſunt, qui tenuerunt Iuramentum confirmare
401 contractum † ipſo iure nullum ſecundum opinionem *Martini, quam ſequitur Gloſ. in Auct. ſacramenta puberum, in verb. Contractib. C. ſi aduerſ. vend. Iacobus Butrigar. Alberic. de Roſate, Odoffred. Bald. Ioan. Fab. Salycet. & alij in dicta Auct. Sacramenta,* quos vnà cum alijs refert *Anton. Gabriel. Commun. Opinionum lib.* 2. *Titul. de Minor. concluſ.* 5. *num.* 20. *Federic. de Senis in conſ.* 127. *num.* 2. *Petr. Anch. in conſ.* 226. *num.* 2. *Marian. Iun. in conſ.* 79. *num.* 19. *volum.* 2. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapolitan* 83. *ſub num.* 3. *Ioſephus Ludouic. in deciſion. Peruſina* 90. *numer.* 23.

SED ADVERSVM dici poteſt in caſu propoſito, quia cum *Iuſtinianus Imperator in dicta, l.* 2. *C. Ne fideiuſ. dotium dent.* declarauerit fideiuſſionem, quæ eſſet data de reſtituendis, aut conſeruandis dotibus eſſe nullam, ſi data fuerit à marito, patre, & omnibus, qui illam ſuſcipiunt, ſe-
402 quitur actum nullum † Iuramento non firmari, *l. Non dubium. C. de legib. vbi Bartol. num.* 4. dicit, Iusiurandum in contractu inutili appoſitum dicit eſse nullum. Quia iuramentum ſequi naturam ac-
403 tus ſuper quo † interponitur *l. final. C. de non numer. pecun. Ioan. Cephal. in conſ.* 61. *nu.* 11. *vol.* 1. *Hieron. Gratus in conſ.* 15. *nu.* 30. *vol.* 1. maximè quando contractus, vt in caſu propoſito, eſt ex diſpoſi-
404 tione Iuris communis † inualidus. *Angel. in conſ.* 160. *incip. Domina Catherina. per Deciſione col.* 1. *verſ. contrarium dico.* dicens, Iuramentum non cō-
405 firmare ſubiectum non confirmabile. *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol.* 90. *nu.* 2. dum dicit non

valere

406 valere contractum † venditionis feudi, non obſtante iuramento, quia fuerat venditum abſq; aſſenſu Regio per *Conſtit. Regni Incip. Conſtitutionem*
407 *Diuæ memoriæ* † de qua alienatione dixi *in conſ.* 40. *num.* 1. *Centur.* 1. quod conſilium, & Deciſionem allegat. *Marius Giurba, in deciſ. Siciliæ* 50. *ſub num.* 3. *Ioſephus Ludouic. in deciſ. Peruſin.* 64. *nu.* 15. 16. *Carol. Ruin. in conſ.* 135. *numer.* 12. *vol.* 1. *Capella Tholoſan. in deciſ.* 382. *Incip. Item fuit quæſitum an Iuramentum.* dicens contractum nullum de Iure
408 communi non firmari iuramento. † Quo in loco optimè loquitur *Stephanus Aufrer.* dicens, legem poſitiuam prohibentē aliquid propter bonos mores conſeruandos, ſi contra fieret non confirmari actum contrarium ex iuramento. Et iuramentum non confirmare actum ipſo iure nullum, voluit
409 † *Gloſſ. in Auct. ſi qua mulier. C. Ad Velleianum.* Quia quando contractus eſt penitus nullus, iura-
410 mentum in illo appoſitum illum non validat. † vt tenet *Philipp. Franc. in c. Quamuis de Pactis in 6.* quem ſequitur alios allegans *Roland. à Valle in conſ.* 2. *num.* 80. *& in conſ.* 39. *num.* 37. *vol.* 1. *& in conſ.* 57. *nu.* 56. 57. *vol.* 3. *Iacob. Menoch. in conſ.* 29. *num.* 39. *vol.* 1. *Proſper Paſceh. in conſ.* 73. *num.* 21. dicens iuramentum regulari ſecundum actum, ſuper quo eſt interpoſitum, & quòd de iure ciuili nō
411 † validat actum nullum. *idem Paſethus in conſ.*
412 194. *num.* 49. vt non firmet actum prohibitum † fauore pnblicæ vtilitatis. *Virgin. Boccatius ad conſtitutiones Marchiæ gloſſ.* 3. *num.* 13. *Riminald. Iun. in conſ.* 467. *num.* 62. *vol.* 4. *Fabius Turrett. in conſ.* 19. *num.* 19. *vol.* 1. *Auguſtin. Berous in conſ.* 50. *nu.* 16. *in conſ.* 126. *nu.* 1. *in conſ.* 148. *num.* 6. *vol.* 1. *D. Ioannes Baptiſta Valenzuela Velaſquez Regens in conſ.* 62. *num.* 95. 96. *Simon de Pratis in conſ.* 137. *nu.* 97. vbi dicit, Iuramentum habere illam conditionem, quam habet promiſſio, cui adhæret, & ad plus nō
413 extenditur † virtus promiſſionis. *arg. dictæ l. fin.* Idem dicit *Iacob. Philipp. Portius in conſ.* 101. *nu.* 5. 31. non omitto quod dixit *Rota in Antiquis in deciſ.* 653. *incip. Tenet.* Quòd Cardinalis Viuarienſis tenet, quòd Iuramentum poſitum in contractu à iure reprobato, non tenet, quantum ad hoc, quòd contractus valeat, ſed benè tenetur iurans ſuum iuramentum ſeruare. Ego ſemper in ſimili caſu, petere facerem abſolutionem, ac relaxationem iuramenti, & contractum fideiuſſionis diecrem non obſeruandum.

RENVNCIARENT quodamodo Titulo, & legibus ne fideiuſſores dotium dentur, vir, & alij, qui fideiuſſores darent, ſi iuramentum datione confirmaret, eſſetque illarum tacita renun-
414 ciatio, dum illarum † legum prohibitiuarum expreſſa renunciatio prohibetur, vt voluit *Bartol. in dicta, l.* 2. *num.* 3. 4. *C. Ne fideiuſſ. Dotium dent.* dum *poſt Gloſſ. ibi* dicit, quòd legibus prohibentibus renunciari non poteſt, cum contineant præceptum Imperatoris, cui non poteſt renunciari, quod, & voluit *ibi Bald. num.* 2. dicens illi legi non poſſe re-
415 nunciari, quia eſt prohibitoria, † & annullatoria, quos allegat *Andreas Tiraquell. in Rep. l. ſi vir quam in Præfat. numer.* 139. 154. voluit tamen fieri
416 poſſe † cum Iuramento, *C. de Reuocand. Donat.* Et ſi omnes leges prohibitiuæ, & annullatiuæ poſſent à partibus renunciari, Imperatorum, Regum,
417 ac Principum leges prohibitiuæ † ludibrio fierent. Et tamen *Gloſſ. in c. dilecto, ext. de Præben.* dicit, quòd vbi eſt decretum annullatiuum non po-
418 teſt † renunciari. Quòd confirmat *Bald. in l. Iuſiurandum, col.* 34. *verſ. ſed contra prædicta oppono. ff. de Iureiurand.* vbi diſtinguens, quando Iuri prohibitiuo poteſt renunciari, & concludit, quòd quan-
419 do lex prohibet, & annullat, ibi non † poteſt renuciari. Patet in *Rubr. & leg.* 1. *C. Ne Chriſtianum Mancipium*, de quo latè *Marquardus de Suſannis in Tract. de Iudæis, parte* 2. *cap.* 5. *num.* 18. *cum duobus ſeqq.* Similiter per negatiuam eſt *Rubrica, & l. vnica C. Ne ſine iuſſu Principis*, in qua lege habetur, bonorum confiſcationem extraordinariam, vel præter legem, ſiue in caſu à Iure non expreſſo, eſſe
420 penitus † interdictam, niſi à ſolo Principe concedatur, *vt ibi per Baldum*, voluit *Martin. Lauden. in Tract. de Fiſco.* §. 1. *Matth. de Afflict. in c.* 1. *numer.* 5. *Hic finitur lex Conrad. Iacobin. de Sancto Georgio in Inueſtitur. Feudal. in verb. Et cum mero, mixtoq; Imper. Alberic. de Roſate, in* 3. *parte ſtatutorum, qu.* 18. *Marcus Antonius Peregrin. de Iure Fiſci. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 73. *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſt. l.* 1. *q.* 93. *num.* 4. *Octauianus Vulpell. in conſ.* 1. *num.* 12. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegalenſ.* 264. *num.* 1. nouiſſimè *Sebaſtian. Guazzinus in Tractatu de confiſcatione. Concluſ.* 12. *num.* 1. ſic eodem modo habemus *in l.* 1. *l.* 2. *& l.* 3. *C. ne Sanctum Baptisma reiteretur*, quia eo modo negatiuo prohibita eſt Sanctiſſimi
421 Baptiſmi reiteratio, vt pœnæ † capitales, & grauiſſimæ immineant, Et ideo reiteratio negatur, quia *Apoſtolus Paulus ad Epheſ. cap.* 4. dixit, vnus DEVS, vna fides, vnum Baptiſma, & eſt repetitum, *in c. Hi, qui Baptiſma.* 1. *q.* 1. *c. fin. de Baptiſm. c. de quibus, eodem Titul. c. eos quos c. qui bis, de Conſecrat. diſt.* 4. de nō iterando Baptiſmo ſcripſit etiam *D. Clemens Romanus conſtitutionum Apoſtolicarum, lib.* 6. *cap.* 15. *poſt Sanctum Bonauenturam Pelbartus à Themſuar. in Roſario Sacræ Theologiæ, in verb. Baptiſmus.* 5. §. 16. *part.* 4. *Bernardus Diaz in Pract. Criminal. Canonic. capit.* 18. *D. Thomas de Aquino, in Summa part.* 3. *q.* 66. *articul.* 9. *Dominic. de Soto* 4. *ſent. diſtinct.* 3. *q. Vnica. Articul.* 9. in errore iterationis Baptiſmi fuerunt, Donatiſtæ, & Armeni, contra quos ſcripſere antiqui Sancti Doctores, & Theologi, de quibus *Alfonſus de Caſtro Aduerſus hæreſes, li.* 3. *in Verb. Baptiſmus. Hæreſi.* 6. quod reaſſumit *Sebaſtian. Medices in ſumma omnium Hæreſum, in verb. Baptiſmus. Hæreſi.* 6. *Damianus Roſcius de Hæretitis, in verb. Baptiſmus, num.* 19. 20. 21. *Paulus Gryſaldus deciſionum Catholicarum.* §. *Baptiſmus, num.* 34. *Andr. Tiraquell. in Repet. l. Boues.* §. *hoc Sermone, in Regul. num.* 140. *& limitat.* 1. *numer.* 20. *ff. de verb. ſignificat. Ioachim. Hopperus de vera Iuris prudentia lib.* 6. *titul.* 9. Omitto alias leges, &

alias

alias Rubricas, *Ne quis in ſua cauſa, Nerei dominicæ, & cæteras in libro Codicis*, ex quibus eſſe iura penitus prohibitiua, & annullatina demonſtratur.

QVADRAGESIMVM Priuilegium competens mulieri pro dote ſibi reſtituenda eſt
422 tacita hypotheca, quam habet † ſuper bonis viri. *Vulgata, l. vnica. §. Et vt plenius. C. de Rei vxor, act. l. Aſſiduis. C. Qui potior in pignorib. hab. Gloſſ. in l. 1. in verb. ſemper. ff. ſolut. matr. Baptiſta de Sancto Blaſio, de Dote Priuileg. 47. Barthol. Socin. in Regul. 109. Baldus Nouellus de Dote parte 8. Priuileg. 38, quod eſt vltimum. Anto. Neguſant. in Tract. de Pignoribus, & hypothecis, parte 2. Membr. 4. numer. 24.* Sed omittendo alios allegare Doctores, ſufficit hoc dictum fuiſſe à Summo Pontifice in *cap. ex literis, in fine extr. de pignoribus. Martinus Meſnartius in Epithome legum Pontificiarum, lib. 3. titul. 21. verſ. Nec mulier. Daniel Venatorius in Analyſi iuris Pontificij, lib. 3. titul. 21. §. quæ diuiſiones ſumuntur. Iacob. Cuiacius Obſeruation. lib. 3. cap. 10. Ioan. Aurpac. lib. 2. Allegationum, cap. 30. Io. Sainxon in Conſuetud. Turonenſ. titul. 29. De douaire de femme Noble de dote mulieris Nobilis, col. 2. verſic. Primum eſt, Petrus Gregorius Sintag. iuris vniuerſi, lib. 9. cap. 24. numer. 2.* Et vtriuſq; , & viri, & vxoris bona ſunt
423 pro dotibus ſoluendis, † & reſtituendis tacitè hypothecata ſeruata diſpoſitione *dicti. §. & plenius*, voluerunt *Placentinus in ſumma Codicis, lib. 8. titul. 17. verſ. Item ratione fauoris, & Azo in ſumma eod. lib. 8. titul. 14. col. 1. verſ. Ecce enim marito. Ioan. Cephal. in conſ. 98. num. 31. vol. 1. in conſ. 408. nu. 7. in conſ. 448. num. 13. vol. 3. Mynſinger. in obſeruat. 3, verſic. primum. Cent. 3. & in. §. fuerat, num. 11. Inſt. de actionibus Iacob. Thomaz. in deciſ. Lipſenſ. 36, numero 1.*

QVADRAGESIMVM PRIMVM Priuilegium ex ſupradicto naſcitur, quia mulier
424 † pro tacita hypotheca, quam pro dote (vt diximus, in proximo præcedenti priuilegio) habet, præfertur creditoribus habentibus perſonalem, & ſimiliter tacitã etiam anteriorem, vt habetur *in dicta, l. aſſiduis. C. Qui potiores in pignor. habeant. Azo in ſumma Codicis, lib. 8. titul. 17. col. 3. verſ. Item fallit Regula, & col. 4. verſ. vulgaris autem opinio. Baptiſta de Sancto Blaſio, de Dote Priuilegio. 48. Petrus Gregorius Sintagmat. iuris vniuerſi, lib. 9. capit. 24. ſub num. 4. Ioan. Sainxon in Conſuetud. Turonenſ. titul. 29. de Douaire de femme noble, col. 3. verſ. Tertium priuilegium. Ioacchim. Mynſinger. in obſeruat. 3, verſ. Alterum cent. 3.*

QVADRAGESIMVM SECVNDVM priuilegium proponitur, quòd mulier pro dotibus
425 præferatur creditoribus habentibus expreſſam anteriorem hypothecam, *arg. dicta, l. Aſſiduis. §. ad hæc omnia ibi* (potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licèt anterioris ſint temporis priuilegio vallati) quam opinionem originaliter tenuit Martinus gloſſator, pro vt ipſum refert *Accurſius in dicta l. Aſſiduis, in verb. licet, verſ. Et nota, quòd hic eſt*, & hanc opinionem tenuerunt *Iacob. de Arenn. Petr. de Bellapertica. Guido de Suzar. & Cyn. in dicta, l. Aſſiduis. Cardinalis de Zabarella, in c. ex literis, ext. de Pignorib.* quos refert *Stephan. Aufr. ad Capell. Tholoſan. in Deciſ. 217. incip. Item fuit quæſitum, an mulier dans dotem.* Idem voluit *Ioachimus Mynſinger. in § fuerat, num. 12. inſtit. de Act. & in obſeruat. 3. verſ. Altera. Centur. 3.* & ſecundũ hanc opinionem iudicatum fuit in Camera Imperiali refert idem *Mynſinger. in obſeruation. 13. Centur. 4.* quem allegans iudicium Cameræ ſequitur *Nicol. Vigellius in deciſ. 14. Centur. 1. Ioan. Beſſian. in conſuetud. Aluer. cap. 14. Articul. 11. verſic. Nonageſimo*, dicens ità fuiſſe Deciſum in Senatu Tholoſano, aliam Deciſionem eiuſdem Senatus refert *Ludouic. Charondas in anno. 1583.* duas aliàs ſimiles Deciſiones dicti Senatus refert *Gerard. Maynardus in deciſ. Tholoſ. 51. & deciſ. 2. cent. 1. Anton. Gubertus de Sponſalib. & matrim. titul. de Dotium ſingularibus, verſ. vigeſimo primo mulier.*

CONTRARIAM Opinionem, quòd mulier pro dote non præferatur creditoribus haben-
426 tibus † hypothecã expreſſam anteriorem, quam ante omnes tenuit *Accurſius in dicta l. Aſſiduis, in Verbo. licet, & ibidem Iacobus Butrigar. Bart. Bald. Ioan. Fab. Angel. & Salycet. Item Dyn. & Ioan. Faber. in §. fuerat, ſub nu. 5. Angel. de Aretio, ſub nu. 12. verſ. In gloſſa creditoribus, Iaſon, nu. 72. Ioan. Oinotomus, nu. 58.* ſequitur *Corne. in conſ. 182. Incip. circa primum, col. 3. in 2. dubio, verſ. His tamen non obſtantibus, vol. 1.* referens ità tenere *Raphael. Fulgoſ.* & opinionem Accurſij eſſe tenendam. Non eſt aliquod dubium, quòd ſupradicta opinio eſt ſuſtentabilior, & pro hac opinione non eſt lex aliqua. Hanc tamen firmauit *Bald. Nouellus de dote, par. 10. col. 1. & colu. 17. verſic. decimo ſexto, & vltimo limita Petrus Gregorius Sintagmat. iuris Vniuerſ. lib. 9. cap. 24. nu. 4. 5. vol. 1.*

QVADRAGESIMVM TERTIVM Priuilegium erit, quia mulieri dotem repetenti compenſa-
427 tionis exceptio † non admittitur, *l. Vnica, §. taceat, C. de Rei vxor. action. quem tex. ad hoc allegat Accurſ. in l. 1. in Verb. ſemper, prope finem, ff. ſolut. matr.* voluit *Baptiſta de Sancto Blaſio in Tractatu de Dote Priuileg. 54. Ioan. Beſſian. in Conſuetud. Aluerniæ. Titul. Des donations dotz mariages, cap. 14. articul. 11, verſ. Octuageſimo ſeptimo. Petrus Gregorius Sintagmat. iuris Vniuerſi, lib. 9. cap. 24. ſub num. 11. Bald. Nouell. de dote, par. 8. Priuilegio. 1.* quo in loco non refert *Baptiſtam de Sancto Blaſio, vbi ſupra*, qui fuit per multum tempus ante ipſum, & illum tractatum ſcripſit ante ipſum, quo in loco *Bald. Nouellus* ad modum ſe dilatat, *quòd text. in dicto §. Taceat.* non loquatur de compenſatione, ſed de retentione. Ipſa autem oppoſitio compenſationis, eſt principium, retentio eſt finis, quaſi dum dico velle compenſare, volo conſequenter retinere. Et ſupradictum priuilegium firmat *idem Bald. Nouell. in Rep. l. 1. nu. 230. ff. ſolut. matrim.* de Priuilegio meminit *Andr. Tiraquell. de legibus Connubialib. Gloſſ. 8. in Verb. de ſon Mary. nu. 236.*

CONTRARIVM Tamen, & ſaltim hoc ce-

rit Declarationis, & limitationis loco, quòd in cau
428 ſa dotis † admittitur compenſatio, nam compen-
429 ſatio ſolutio † eſt, *l. ſi conſtat, C. de Compenſat.* & imponitur neceſſitas Iudici, vt compenſationem admittat, §. *In bonæ fidei. Inſt. de Actio.* Et ideo ipſo
430 iure vſque ad concurrentem qnantitatem † admittitur compenſatio, *vt in l. fin. C. eod. titul.* voluit *Ludouic. Roman. in conſ. 204. Incip. pro diſcutienda, num. 9. verſic. nec refragatur Raphael Fulgoſ. in conſ. 196. Incip. Ad id de quo col... verſic. obiecta namq; in conſ. 201. Inc. Domina Gualdrada. col... D. Cardi. Tuſcus, litera C. concluſ. 490. num 14. Angel. in conſ. 152.* Et in ſpecie opponi poſſe exceptionem compenſationis mulieri repetenti dotes, decreuit ordo ampliſſimus Sacri Conſilij Neapolitani vt *per Matth. de Afflictis, in deciſ. Neapol. 121. nu. 4. 5. per Iura ab ipſo allegata*, quibus addi poterunt *Marian. Senior, in conſ. 85. num. 8. vol. 1. poſt Bartol. in l. Rei. §. Hæredi, num. 1. ff. ſolut. matr. Ioan. Petr. Surdus in Tract. de Alimentis, tit. 8. Priuileg. 53. num. 4. Ioan. Coraſ. in l. qui liberos, num. 265. ff. ſolut. matr. Michael Craſ. commun. opinion. lib. 1. q. 18. capit. 6. Idem Surdus in conſ. 9. num. 4. vol. 1. Paul. Aemil. Veral. in deciſ. 452. parte 2. Bernardin. Pand. de liquidatione Inſtrumentor. parte 5. num. 21. Barnabas Cornazanus in Deciſ. Lucenſi. 94. num. 10. Carolus de Graſſis, in Tractatu exceptionum. Exception. 16. num. 63. Ioan. Camillus Bilotta in Tract. de Abſolution. à Iuramento, lib. 2. c. 16. num. 9. Nuncius Pellicia in Conſuetud. Auerſæ, cap. 9. num. 86.* quos ſequitur *Ioan. Baptiſta Thorus in Compendio deciſ. Neapol. in verb. Compenſatio.* Sed hanc opinionem dari compenſationem in cauſa dotis, voluit *Vincent. de Franchis in deciſ. Neapolit. 642. num. 2. D. Garſias Maſtrillus in deciſ. Siciliæ 189. num. 6.*

SVBINTELIGE tamen compenſationem
431 † non fieri ipſo iure, ſed neceſſe eſſe illam peti ab homine. §. *In bonæ fidei. §. In compenſatione. Inſt. de act. Ioan. Mohedan. in deciſ. 8. Ioan. Cephal. in conſ. 47. numer. 49. vol. 1. Marc. Anton. Bellon. in deciſ. Genuenſ. 15. num. 19. Rota in Antiq. in deciſ. 295. Incip. Nota quòd vbi aliquis, in fin. Guid. Pap. in deciſ. Delphin. 223. num. 2. Hieronym. Magon. in deciſ. Florentin. 5. num. 2. Chriſtophor. Robuſter. in dec. Nouiſſim. Roman. 627. vol. 1.*

DECLARA Tamen intelligi debere pro
432 concurrenti † quantitate. *Bartholomeus Socin. in Regul. 61. Franciſc. Viuius in communi opinione 43. Incip. Compenſatio. Bernardinus Alfanus in Collectan. 986.*

DECLARA dummodò debitum, quod opponitur ad compenſationem, ſit liquidum, vel bre-
433 ui † liquidandum, *vt per Baldum in conſ. 69. Incip. Pactum tale eſt, num. 3. volu. 2.* quia de liquido
434 ad illiquidum non admittitur † compenſatio, *dicta l. fin. C. de Compenſat.* & idcirco liquidum de-
435 bitum compenſatur, † *vt per Rotam apud Peregrinum Fabium, in Deciſ. Roman. Nouiſſima 253. in fin. lib. 2. Tomo 3. Anton. Capic. in deciſ. Neapolit. 48. num. 3. Anton. Maſſa Galleſius, de oblig. in forma Camerę. Titul. de vi inſtrum. num. 6. Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſt. lib. 2. centur. 1. caſu 14. per totum. Fabius de Anna in conſ. 62. num. 5. Franciſcus Purpurat. in conſ. 218. num. 8. Ioſeph. Cumia in Ritibus Siciliæ, cap. 9. num. 13. Borgnin. Caualeazn. in deci. 35. nu. 14. parte 1. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 15. num. 15. Ioan. Vincen. de Anna, in Allegation. 80. nu. 3. 4. Marcus Anton. de Amatis in deciſ. Marchiæ. 23. num. 7.* allegat *Cæſarem Contardum in Rep. l. vnicæ q. 24. C. ſi de momentan. poſſeſſ. Vincent. Carroci, in Tractat. Exceptionum. Exception. 27. num. 8. optimè Vendelin. Schellinch. in Trac. Actionum, & Exceptionum Forenſium, cap. 243. Incip. opponi poteſt quandocunq; fol. mihi 457. col. fin. verſic. officium iudicis, in proceſſu. Cæſar Vrſillus in deciſ. 121. Marcus Anton. Bellon. in deciſ. Genuæ 34. in deciſ. 191. ſub num. 6. in deciſ. 214. num. 1. Octauian. Cachera. in deciſ. Pedemont. 92. in fin. Hieronym. Magon. in deciſ. Lucenſ. 1. num. 34. Afflict. in deciſ. Neapo. 381. num. 6. Dethardus Horſtius in Synopſi Theſum, lib. 16. titul. 2. Articul. 11. vol. 3. Andr. Facchin. controuerſ. iuris lib. 1. cap. 7. verſ. Ego exiſtimo. Hieronym. Treutler. Diſputationum ſelectar. parte 1. diſput. 25. Theſi. 8.*

DECLARA TERTIO\ poſſe hæredem mariti opponere compenſationem ob res amotas,
436 vel donatas, vt habetur *in l. Rei, §. Hæredi*, vbi hoc voluit *Bartol. in ſummario, num. 2. ff. ſolut. matrimon.* & habetur, *in l. 1. C. Rer. amot.* qui loquitur in Marito, qui poteſt opponere exceptionem compenſationis, pro rebus amotis.

DECLARA QVARTO\ compenſationem in dote admitti, quando vtrunque debitum
437 eſt quantitatis † *Bartol. in l. ſi conſtante, §. ſi vxor, & in l. Rei iudicatæ, §. hæredi mariti, in fin. ff. ſolut. matr. Aym. Crauett. in conſ. 86.* quando enim quæ in compenſationem deducuntur, functionem non
438 recipiunt, quia ſunt † diuerſę bonitatis, ſiue qualitatis, compenſatio ipſa locum ſibi non vendicat, *l. Diuortio, §. ob donationes. ff. ſoluto matrim. Bartol. in dicto §. Hæredi mariti, & in dicto §. ſi vxor. Vendelinus Schellinch in dicto cap. 243. col. 6. in paruis, verſ. Replicari poteſt contra compenſationem*, breuiter, & optimè *Dethardus Horſtius in Synopſi Theſum. lib. 16. Titul. 2. artic. 16. vol. 3.* & breuiſſimè, & eleganter *Franciſc. Connanus Commentariorum iuris, lib. 8. cap. 11. ſub nu. 6.* dixit, Compenſationes eſſe debere rerum æqualium.

DECLARA QVINTO\ ſuprádictũ priuilegium habere locum in dote matrimonij veri,
439 non autem in matrimonio † putatiuo, per ea, quę allegat *Andr. Tiraquellus de Legibus connubialibus in Gloſſ. 8. in Verb. De ſon Mary. nu. 236.*

QVADRAGESIMVM QVARTVM Priuilegium eſt, quod in dies accidit, quòd qui impetra-
440 uit dilationem, ſiue † reſcriptũ moratoriæ Quinquennalis iuxta diſpoſitionem, *l. Quoties, & l. Vniuerſa, C. de Precibus Imperat. offerendis, contra dotes non vtitur, & contra illas non operatur.* Ità voluit *Baptiſta de Sancto Blaſio de dote. Priuilegio. 289.* quem ſequitur *Annibal. Troyſius in Ritu Magnæ Curię*

vie 287. *num.* 12. Quia, vt inquit Blasius, sicuti ista
441 moratoria non comprehendit † debitorem Fisci, nisi expressè pro illis fuerit assecuratus, §. *neque*, §. *publicorum*, *Auct. de Mand. princip.* & tamen Fiscus,
442 & mulier pari passu ambulent, & eodem † priuilegio vtitur mulier pro dote *iuxta text. in l. Dotis tuæ*, *C. de iure dot. l.* 2. *C. de Priuileg. Fisci*, *& post Bald. in cons.* 400. *volu.* 1. *Angel. in cons.* 23. *Francis. Lucan. de Fisco*, §. 32. *Barthol. de Cassan. in Gloria Mundi*, *par.* 5. *consider.* 23. *nu.* 199. voluit *Peregrin. de iure Fisci. lib.* 6. *titul.* 7. *nu.* 22. Ideoque gaudere debet dos eodem priuilegio.

CONTRARIVM tenet *Vincent. de Fran-*
443 *chis in decision. Neapol.* 219. *nu.* 4. † quo in loco, dicit coram ipso fuisse causam discussam, non tamen determinatam, sed tamen dicit ipsum dubitasse contra dotem.

VERVM tamen in priuilegio vertitur æquitas, tam si esset contra maritum dotem petentem,
444 nec cogatur † alimenta vxori præstare sine dote, quàm etiam, & multo plus, si saluus conductus, siue moratoria opponeretur contra mulierē repentem dotem, quia deficeret ei commoditas, vnde sibi præstaret alimenta. Nihilominus capiendo distinctionem, quam facit *Vincent. de Franchis in dicta decis.* 219. Quam ante ipsum dixerat *Prosper Caraiita in Ritu* 287. *nu.* 19. *ex relatione Augustini Caraitæ sui fratris*, qui post eius mortem fuit Regius
445 Consiliarius, quòd aut † dilatio moratoria conceditur per Principem ex gratia *per text. in dicta l. Quoties*, *& l. Vniuersa*, & procedat priuilegium fauore dotis. Aut conceditur ex iustitia, puta per maiorem partem creditorum *iuxt. l. fin. C. qui bon. ceder. poss.* & tunc priuilegium non militet, vbi dicit ità illum obtinuisse pro Gaspare Fabali in sacro Consilio coram Marino Freccia Regio Consiliario.

QVADRAGESIMVM QVINTVM Priuilegium erit, quòd si fuerit viro data in dotem
446 moneta antiqua, † quando debet restitui mulieri in illa debet fieri restitutio, *ità Bartol. in l. Res in dotem* 43. *ff. de iur. dotium*, *per illum text.* vbi res in dotem datæ, quæ pondere numero, mensura ve constant, eiusdem generis alias, eiusue qualitatis restituat dicit *Idem Bartol. in l. Paulus*, *num.* 6. *vsq; in fin. ff. de solut.* Si inuenitur de illa moneta tunc data, puta aurei ad rationem carlenorum vndecim pro quolibet aureo, de illa dos erit reddenda, eo modo, & valore, quo tunc fuere dati, sint autem tempore restitutionis illi aurei facti, & aucti fuere, pro valore duodecim Carlenorum debent illi reddi tamen ad valorem carlenorum vnde-
447 cim, vt valebant † tempore, quo fuerunt datæ dotes, considerando tamen si creuisset, vel decreuisset, & Intercessisset moræ tempus seruata dispositione, *l. vinum. ff. si cert. petatur. Odofred. in leg. In minorum. C. In quib. caus.* & hæc fuit consideratio, dum consuluit apud Asculum Marchiæ *Baldi in consil.* 326. *Incip. Punctus quæstionis talis est. vol.* 2. quod retulit sine numero *Petr. de Anchar. in clem. fin. col. penult. sub num.* 8. *versic. Tertio Casu*, *de Decimis*, quem sequitur *Franciscus Areti in cons.* 11. *Incip. Procedendum est breuiter*, *col.* 2. *vers. Re tamen vera*, *in cons.* 84. *incip. Diligenter ponderatis*, *in princ. & in cons.* 111. *Incip. consideratis diligenter*, *col.* 1. & optimè, & breuissimè, ac substantialiter *Barthol. Socin. in cons.* 298. *Incip. pro fundamento*, *vol.* 2. allegans *Anton. de Butr. & Panor. in c. Quanto de Iureiur.* ante eos *Oldrad. in cons.* 13. *Incip. cum quæstio. & in cons.* 31. *Incip. Thema tale est. Abb. Panormitan. in cons.* 56. *Incip. Quòd solutio*, *vol.* 2. *Martinus Laudensis in Tract. de Monetis*, *sub num.* 15. *vers. in quo Articulo dicendum est. Francisc. Curtius post Alberic. de Rosate in l. cum quid. sub num.* 13. *versicul. ego indistinctè teneo. ff. si cert. petat. Ioan. Raynaud. in Tractatu de Monetis*, *num.* 9. *vers. Concludo igitur. Albert. Brunus in Tract. de Monetis. Particul.* 2. *num.* 4. 5. *& Particul.* 3. *num.* 5. *& Particul.* 4. *num.* 1. 2. *& in prima parte tractatus*, *nu.* 4. *Ioan. Aquila in Tract. de Monetarum potestate. Theoremat.* 8. *incip. Respondetur. Didacus Couar. in Tract. de Mutatione Monetar. num.* 5. *conclusione* 7. *Aegidius Bossius in Pract. Criminal. Titul. de Monetis*, *num.* 19. *Matth. de Afflictis in decis. Neapol.* 90. *sub num.* 4. *in decis.* 194. *nu.* 1. *Guido Papæ in decis. Delphinal.* 493. *sub num.* 1. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 327. *nu.* 8. 9. *Franciscus Viui. in communi opinion.* 513. *incip. Moneta. Ioan. Faber. in* §. 1. *num.* 3. *inst. Quibus mod. tollit. obligat. Anton. Gabriel. Commun. opin. lib.* 3. *Titul. de solut. concluf.* 1. & infinitos referens *Andr. Tiraquell. in Pract. Retract. consanguin.* §. 1. *Gloss.* 18. *num.* 26. *Ioan. Corasius Miscellan. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. *Lælius de Zanchis*, *de Priuilegijs Eccles. Priuileg.* 126. *in princip. Petr. Benintend. in decis. Bonon.* 39. *num.* 2. *Borgnin. Caualcan. in dec. Fiuizan.* 16. *num.* 41. *parte* 2. *Hieronym. de Laurentijs in decis. Auenionens.* 208. *Gerardus Mayuardus in Decis. Tholosath.* 30. *lib.* 3. *Petrus Cenedo collectan. Canonicorum part.* 2. *Collectan.* 80. *num.* 1. *Ioan. Baptista Thorus in Compend. decis. Neapolit. in verb. valor monetæ*, eandem opinionem confirmauit Camera Imperialis, vt testatur *Ioacchim. Mynsing. obseruat. 1. centur.* 4. sequitur *Nicol. Vigell in decisio.* 2. *Centur.* 1. *Ioan. Papon. Arrestor. lib.* 10. *titul.* 3. *Arresto.* 5. *Francisc. Horoman. q. Illustri.* 24. *Alexand. Raudens. Variar. Resolut. lib.* 1. *cap.* 64. *sub num.* 19. *Gaspar Caballin. Milleloq.* 45. In Gallia prouisum fuisse per Regem spectandum fore tempus contractus non autem solutionis, *in ordinationibus Regijs Latinis titul.* 40. §. 3. vt refert *Iacobus Ferrarius ad Guidonem Papæ in dicta decis.* 449.

QVADRAGESIMVM SEXTVM Priuilegium esse videtur, quòd causa dotis vxo-
448 ris præferatur Fisco † in causa Primipilari, si attenderemus *Gloss. in leg.* 1. *in verb. Tuas*, *in fin. C. de Priuilegio Fisci*, in vltimo intellectu, dum dicit quod illa lex loquatur de dote, nec dicit, qui sunt isti, qui hoc dixerunt.

CONTRARIVM dicendum est, quòd in illo casu, Fiscus pro administratione Primipilari,

exe-

449 executionem † fecerat in bonis Primipilaris, quę erant, bona vxoris illius non dotalia, Ideo ſibi dicit Imperator, quòd ſi eſſent bona propria vxoris ipſius adminiſtratoris liquidò probaret, quia ſibi reſtituerentur, *l.1. C.de Priuileg.* & ſic bona ſi fuiſſent verè dotalia, non reſtituerentur, tanquam Fiſco obligata, *in l.ſatis notum. C. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacit. contrahi. & in l.Vtilitas. C. de Primipilo, lib.12.* & hoc eſt verum, quia iſto ca-
450 ſu particulari † in redditione rationum primipilaria, dotes illius vxoris ſunt obligatę, & in illis præfertur Fiſcus. Hoc voluit *Accurſ. in dicta l.1. in dicto verb. Tuas, in Princip. Placentin. in ſumma, lib.7. Titul.75. col.1. verſ. Item ſi bona mariti. Azo in ſumma titul.14. in fin. verſ. Item Fiſco tacitè, libr.8.* & voluit *Angel. in dicta l.1. C. de Priuileg. Fiſci, & in l.aſſiduis C. Qui potiores in pignore habeant.* in vtroq; loco dicit, Fiſcum ex cauſa ſimili præferen-
451 dum eſſe mulieri, etiam † creditrici anteriori, ex cauſa ſuę dotis, quod Priuilegium fuit annotatum à *Baptiſta de Sancto Blaſio in Tract. de Dote. Priuilegio 293. Alexand. in l. A diuo Pio, num.27. verſicul. In quãtum gloſſa dicit. ff. de Re Iudicat. Martin. Laudens. in Tractatu de Fiſco. §.214. Dyn. in c. Qui prior col.3. verſicul. Item Fallit in Fiſco agente, de Regul. Iur. in 6. Franciſc. Lucanus de Parma, de Priuilegijs Fiſci. Priuilegio 18. Matth. de Afflict. in cap.1. num. 26. de Fratrib. de Nouo beneficio inueſt. Anton. Capicius in Deciſ. Neapol.129. numero 13. cum pluribus ſequentibus*, refert, & ſequitur *Marc. Anton. Peregr. in Tract. de Iure Fiſci, lib.6. titul.6. num.42. verſic. ſextum non leue adde Ioan. Vandum libr.1. Variar. quæſt. Iuris q.21.*

452 PRIMIPILARII officium, quod eſſet, † inueſtigandum eſſe conuenit, vt ſi caſus emerſerit, qui hos labores Lecturi ſint, pro hoc diſcendo non cogantur alibi pergere. *Bald. & Angel. in dicta l. ſatis notum*, dixerunt, Primilatus officium gerere, qui pecunias Principi debitas colligit, quos cum retuliſſet *Peregrin. in loco allegato*, dicit, quem nos Camerarium appellamus. *Abb. Panor. in c. ex parte, col. fin. de Conſuetud.* dicit, Primipilarios eſſe primos,
453 qui † in hoſtes Tela ferebant. *Lucas de Penna in Rubr. de Primipilo, lib.12. ex Hugut.* dicit, Primipilus ideſt Vexillifer, qui portat primumpilum, ideſt primam haſtam, Primipilarius, qui portat primum
454 Vexillum ante † Regem, & *Idem Lucas, in l. Vtilitas, colu.2. Ex Vegetio de Re militari, lib.2. cap.8. cap.20.* inquit, Primipilarius eſt, qui, & ſignifer, conſeruabat dimidium totius ſtipendij omnium militum apud ſigna, quem Lucas dicit eſſe verum intellectum, quem ſequitur *Antonius Capicius in dicta deciſion.129.* quo in loco dicit eſſe Camerlingum Generalem, & maiorem, ac Generalem Theſaurarium. Sed ego dicam, quòd iſti Primipilares
455 † magiſtratus erant, qui Primipili cauſa annonæ militaris adminiſtratione fungebatur, à Primipilo armatæ Legionis nomen ſumebant, qui primæ cohorti militariæ præerat, quæ primipilus diceba-
456 tur, à pilo ideſt haſta, dictus, † id poſtmodum ſpicuum eſt vocatum, vt dicit *Vegetius, lib.2. cap.15.* Qui primipilaris erat is qui annonas ad paſcendos
457 milites exiſtentes, vel in locis † limitaneis, vel in Comitatenſibus deputabatur, de quo Conſtantius Imperator ad Taurum Præfectum Prætorio ſcribit, *in l. Primipilaribus, 6. l.8. tit.4. qui eſt de cohortalibus, Principibus, Cornicularijs, & primipilaribus. Cod. Theodoſiani.* Quæ ita dicit, Primipilaribus, qui
458 ad paſcendos milites † ſolemniter ad limitem deſtinantur grauia ſuſtinentibus detrimẽta, hoc modo credidimus conſulendum, vt Duces, qui multa eis extorquere firmantur, nomine munerum, vel ſportulæ nihil amplius percipiant, quàm à patre noſtro perennis memoria. Et quia ſolebant à Primipilaribus, recipere pecunias, ſportulas argen-
459 teas. Vt tolleret hanc extorſionem, quam † percipiebant à Primipilaribus Duces, ordinat Imperator, vt ſpecies illi Primilares exigant, & militibus præbeant, ideo ſubſequitur *in eadem, l.* Vt ſpecies à Primipilaribus præſtentur, nec in num-
460 mum aurum † dirigatur. Comitatenſibus mi-
461 litibus ex Horreis publicis dabantur, † Buccellatus duobus diebus, tertio die panis, alternis diebus Vinum, eo actum, vno die laridum, biduo Veruecina, ſal, & oleum, *vt in l. prima, C. de erogat. militaris annonæ, libro 12.* Limitaneis verò
462 militibus ijdem † Primipilarij dabant loco ſpecierum Laridi, carnis, oleo, & ſale in Auro hoc modo ſtabilito à Valentiniano, Theodoſio, & Ardio Imperatoribus, *in l. cum ante 17. lib.8. Titul.4. C. Theodoſ. de cohortalibus, Principibus, cornicularijs, & Primi pilaribus*, in qua ſic dixerunt cum
463 ante placuiſſet à Primipilaribus † ſecundum diſpoſitionem Diui Gratiani ſpecie erogandæ comitatenſibus militibus ex more deferrentur, limitaneis verò præcia darentur, nunc placuit, vt Auri ad officium Illuſtris per Illyricum Prefectura cum certa taxatione, id eſt pro octoginta libris laridæ carnis, pro octogenis etiam libris olei, & pro duodenis modijs ſalis, ſinguli ſolidi perferantur, quibus concinit *Iacobus Cuiacius in l.8. 9. 10. 11. 12. ad titul. Pandectarum de excuſationibus*. Primipi-
464 laris inquit præcipuum † munus nouiſſimè conſiſtit in exhibenda annona militari. *Tomo 2.* Quod & firmauit *in l. ſolita C. de cohortalib. lib.12.* de primopilo loquitur *Alexander ab Alexandro Dierum Genialium lib.1. cap.5.* Et Prmipili cauſam dici an-
465 nonæ Militaris adminiſtrationem † *dixit Doctiſſimus Ianus Langlæus ocij ſemeſtris lib.7. cap.2.* Ex quo ſequitur opinionem *Baldi, & Angeli* non eſſe totaliter veram, & conſequenter, nec opinionem *Reſtauri Caſtaldi de Imperatore, q.150. notab.257.* dicentis officium Primi pilatus eſſe maiorem Principis Theſaurarium, & notanda ſunt quę diximus, quia alibi non reperiuntur declarata ſecundum veritatem.

MILITES illos primi pilos primæ cohortis, à Pilo dictos, ab armorum ſpecie, quam gerebant
466 † pedum quinque cum Ferro acuto Triangulari vnciarum nouem, vt dicit *Vegetius in dicto lib.2. cap.15.*

c.15.ab illa appellatos cum vllũ ipſe vocari dicat, quorum quãtitatem magnam inſpexi in Ciuitate Ariani in Caſtro antiquiſſimo, & erant ibidẽ Balliſtæ Magnę,& paruę,quibus poterant immitti, & manu balliſtis Pyli magni,& parui cum paruis.

QVADRAGESIMVM SEPTIMVM Priuilegium erit, quòd ſi detur Res Emphyteoti-
467 ca in dotem pro ea non fiat † ſolutio laudemij. Ità indiſtinctè voluit *Iaſon.in l.fin.q.9.nu.49. verſ. Nono quæro. C. de iure emphyt.* & ſic videtur etiam tenere *Anton. Faber.in Codice Fabriano.lib.4.titul. 42.definit.55.vol.1.*

468 CONTRARIVM tenuit *Speculator † in Titul. de locato,ſiue in Titul.de Emphyteuſ.* §. *Nunc aliqua de iure Emphyteotico.nu.135.136.verſ.Centeſimo decimo quæro.* Qui diſtinguit,q̃ ſi datur in dotem æſti mata illa æſtimatione, quæ faciat emptionem, & vẽditionem, & tunc fit ſolutio laudemij,& requi-
469 ritur †conſenſus Domini.*arg.l.plerunq; §.ſin autem.ff.de iur.dot.l.quoties.C.eod.Titul.* aut nõ datur
470 æſtimata,& tunc non dabitur † laudemium, nec exigitur domini conſenſus.*arg.l.Dos.ff.ſolut.matr. l.2.C.de Bon. Mater.l.fin. C.de Impuber.& alijs ſubſtit.* Quia iure naturali remanet in Dominio mulieris. *l.in rebus.C.de iure dotium.* & hãc diſtinctionem probauit *Stephanus Auferius ad Capell.Tholoſan.in deciſ.278. incip. Item ſi aliquis dat. verſ. An autem ſi res.* ſequitur *Petr.Gregor. Sintagmat.iuris Vniuerſi.lib.9.c.24. nu.11. verſ.Adde decimum tertium.* hoc idem voluit *Hippoly. de Marſil. in ſingul. 443. incip. poſtquam ſum in materia, Gaſpar.Caballinus Milleloquio.216.* ſequitur opinionem Speculatoris, ſed non ſine dicendi acrimonia, dicens, q̃, Speculator loquitur de filia,quæ eſt ſuę poteſtatis, & dat ſponſo ſuo pro dote ſua, & inquit, q̃ in hoc bene dicit,& quod nimis indiſtinctè,non aduertẽdo ad praxim, faciens dubium, q̃ non ſemper res æſtimata facit emptionem,puta ſi fieret pactum,q̃
471 tpe †reſtitutionis ſit factum cum marito de reſtituendo rem,vel preciũ. *iuxta l.plerunq; in §.ſi res. ff.de iur.dot.* & q̃ tunc pendeat à futuro euentu ſolutionis matrimonij,& non aduertiſſe ad praxim;
472 Parcat † mihi Caballinus dũ loquitur de praxi cõtra Speculatorem practicæ patrem, Sed reſoluat ipſe in caſu ab eo propoſito,ſi eſſet factũ pactum inter virum,& vxorẽ,q̃ fundus eſſet datus ęſtimatus in centum, verum in caſu reſtitutionis dotis ſit in viri arbitrium, ſi velit fundum, vel centum,Et duret matrimonium per quadraginta annos,an interim ſiue laudemij ſecuritate ſtabit Dominus ? Sequenda mihi videtur opinio *Specul.*quam videtur tenuiſſe *Hoſtienſ. in ſumma Titul.de locato.* §. *Quid ſit de natura huius.* ſequitur *Guido Papa in Deciſion. Delphinal.48.nu.2. Ioan.Raynaudi in Comprehenſorio Feudali,ſiue in c.Imperialẽ.§.habito.nu.10.verſ. Quid autem ſit in re emphyteutica. Petr.Iacob.in Practica.Titul.de actione in rem pro re emphyteutica. in verſ.Ite accepta.Ioan. Berberij in Viatorio iuris.part. 2.titul.3.de locat.& conduct.n.73.74. Andreas Tiraquell.de Retract.Conſang.§.1.Gloſ.14.n.95.108.* & poſt multos, quos allegat *Aurelius Corbulus in Tract.de iure Emphyteutico.Limitation.20.nu.1.*

DECLARA per aliam diſtinctionem,quam ſcribit *Eruditiſſimus Iacobus Ferrerius I. C. Tholoſas ad*
473 *ad Deciſionem † Guidon.Papæ.48.* Quòd reſpicien do ad conſtituentes dotes,ſi fuerint conſtitutæ à parentibus, & fratribus ex bonis parentum, Aut ab extraneis,aut ab ipſa muliere. Si à parentibus,vel fratribus de bonis parentum, hoc caſu ſiue dentur ęſtimata,ſiue inæſtimata, non debetur Laudemiũ. Nam ſi pater,vel frater pro pecunia in dotem con-
474 ſtituta det bona parentum † in ſolutũ, licèt venditioni,& emptioni æquiparetur.*l.ſi prædium.C.de*
475 *Euict.* Tamen ex ſimili contractu laudemium † non debetur,cum hęc bona ſint loco portionis hæreditariæ,filiæ debitæ in bonis parentum.*Ioan.Paponus Arreſto.Franciæ.l.13.tit.2.Arreſto.24.Ludouic. Charondas ex Arreſto Parienſi Reſponſorum l.7. & l.3.caſu 72.Renatus Choppin.in Cõſuetudine Audegauenſi.parte 1.l.1.c.4.n.8.* Et ità Deciſum in Parlamento Toloſæ. Tam in patre,quàm in frarre dotantibus retulit *Ferrerius in loco allegato.* vbi ſcribit quid in alijs caſibus ſupra propoſitis dotante extraneo, vel ſe ipſa muliere, coniungenda ſunt hæc cum his,*quæ ſcripſimus in commentarijs de Magiſtratuum edictis,lib...cap.....per totum. Et in ſumma Deciſionum Chriſtiani Orbis. titul.de Laudemio. tom.1.*

QVADRAGESIMVM OCTAVVM Priuilegium erit, quaſi ad ſequelam priuilegiorum vigeſimi quarti,& vigeſimi quinti à nobis ſupra narratorum,de reſtitutione,ſiue aſſecuratione dotis, q̃ fit mulieri conſtante matrimonio, quibus nunc il-
476 lud annectamus, vt mulier poſſit † dotes petere viro in inſulam deportato. vt eſt *tex. in l.1.C.de Repudijs,* quod, ibidem iuxta illum textum de æquitate *in gloſſa finali* annotauit *Accurſius,*& iſtud priuilegium ante ipſum ſcripſit *Placentinus in ſumma Codicis. lib.5.titul.13. col.2. verſ.Hoc eſt ſi vir euidentiſſime.* Vndè bene illum in ſumma deduxit *Sa*
477 *lycetus* dicens † deportatione viri, ſeu amiſſione
478 ciuitatis matrimonium nõ ſoluitur,† dos tamen de æquitate repetitur. Idem *poſt Placentinũ cenſuit Azo in ſumma ſua Codicis eod.lib.5. tit.13.colum.2. verſ.datur hæc actio ex ſtipulatu Soluto matrimonio.* Notandum iſtud priuilegiũ, quia cum Rex in iſto Regno habeat plures inſulas, & ſolitũ ſit ſepiſſimè in illis deportari, ſic ẽt pluries accidit, vt cogantur vxores ſic Domina Filena de orto Domino Franciſco Antonio Bruno eius viro per magnã curiam
479 Vicariæ deportato †in Inſulam Inarinem,q̃ vulgari Idiomate Iſchiam dicimus, aſſecurationem petijt,& obtinuit pro dotibus, quam pænam ſpatio annorum decem, & octo ſuſtinuit, parte remittente gratiam obtinuit, & ad vxorem redijt.

AMPLIA priuilegium ſupradictum procede-
480 re in dote illius, cui fuit interdictum † aquæ, & igni, vt ſcriptũ eſt in eadẽ.*l.1. C.de Repudijs* pæna verò interdictionis aquæ,& ignis,quę fuerit apud antiquos,plusq̃ alius,quẽ viderim tñ declaraui *in Commentarijs de Magiſtratuum edictis,lib.2.cap....*

Quo in loco commoditatibus matrimonij priuari intelligebatur, illum, qui illa pœna damnatus foret, nec poterat receptari ab aliquo, nec dari auxilium, fauor, vel adiutorium, & dixi habere locum in bannitis in hoc Regno, de quo loquitur *Petr. Foller. in Practica Criminali in verb. Banniantur nu. 4. cum pluribus ſeqq.*

QVADRAGESIMVM NONVM priuilegium dotium erit, quia cũ in hoc Regno Neapolitano habeamus Conſtitutionem, Incip. Hoſti-
481 ci † exceptionem. Scripſit per illius diſpoſitionẽ, in Sacro Conſilio fuiſſe per mulierem litẽ motam & illi fuiſſe oppoſitam exceptionem Hoſticam, ſci licet, quòd ille, cõtra quam inſtabatur fieri executionem pro dote illius mulieris, deberet gaudere
482 hoſtica exceptione, cum militaret † in bello pro Rege contra hoſtes, & plura refert *Vincentius de Franchis in deciſion. Neapolis 286.* quòd contra mulieres non poſſit opponi, & dari non debere reo vocato dilationẽ temporis, quibus dicitur per quindecim dies, ante quàm pergeret ad bellũ, & quàm diu ſtabit in bello, & per quindecim dies poſt quã reuerteretur, iuxta formam illius conſtitutionis. Vnde agenti mulieri pro ſuis dotibus non obſtare exceptionem, nec ipſam impediri debere, quin exequeretur ſententia pro muliere fuiſſe concluſum, licèt non fuiſſet Deciſum.

CVM CAVSA agitata in Sacro Conſilio,
483 quam retulit *Vincentius de Franchis in dicta* † *deciſion. 286.* fuerit diſcuſſa, non tamen determinata, dicendum videtur contra hanc exceptionem Hoſticam priuilegium mulieri concedendum non eſſe, pro vt notauit *Matth. de Afflict. in dicta Conſtit. Hoſtici. n. 29. verſic. An autem ſi agat mulier.* Quod intelligendum eſt, vt ille, pro quo exceptio opponitur, militet pro Summo Pontifice, vel pro fide, vel pro ſtatu Sãctæ Romanæ Eccleſiæ, vel pro Re-
484 ge, & Principe ſuo, ſic ego declaro hanc † ambiguitatem. Et his caſibus, in abſentibus ex cauſa militiæ, dicitur ex cauſa probabili, & neceſſaria Iuriſconſulti ſolemniter prouiderunt illos reſtitui. *l. 1. l. fin. & toto titulo ff. de in integrum reſtit. vbi gloſſa ſingularis, & notabilis*, ponens abſentiarũ quinque genera, quam ibidem probat *Bart. nu. 3.* Ex his dicendum eſt, quòd cum iſti occupati ſint in militijs, & bellis ſimilibus, ſunt abſentes ex cauſa vniuer-
485 ſali † ad Reipublicæ beneficiũ, cuius fauor attẽditur *l. 1. C. Quib. ex cauſ. maior.* Sic pluries fuiſſe Deciſum in ſacro Cõſilio *retulit Antonius Capicius in Inueſtitura Feudali. in verb. Feudorũ exceptiones. verſicul. Hoſtici exceptione*, vbi meminit duarũ Deciſionum, vna Ducisſæ Francauillæ cum Comite Acerrarum; Altera cõtra Dominam Catherinam Paganam cũ Domino Iacobo Pignatello, petentes
486 Dotes, in quibus cauſis † donec vacarunt in Caſtris, non fuit proceſſum, eandẽ opinionem tenuit, & comprobauit *Marinus Freccia de ſubfeudis Baronum lib. 1. Titul. de officio admirati Maris. ſub n. 18.* dicens, q̃ hęc exceptio introducta eſt fauore publico Principis euntibus ad exercitum, & ideo datur, & competit contra mulierem petentem dotem, & inquit, pro vt ſæpe videmus iudicari, & in Sacro
487 Cõſilio decidimus pro † Illuſtriſſ. Domino Marchione Vaſti, & nouiſſimè ſequitur Dominus Carolus Tapia Marchio Belmõtis, ac Regẽs meritiſſimus in ſupremo Cõſilio Italico apud Catholicã Maieſtatem in Hiſpania, qui idem cenſuit *Iuris Regni lib. 3. in dicta Conſtit. Hoſtici. nu. 3. 9.* dicens ipſo referente, ità iudicatum in codẽ ſacro Conſilio pro
488 Illuſtriſs. † Domino Camillo Caracciolo Principe Auellini, Duce Atripaldæ, comite Torellæ Equite Aurei Velleris in cauſa cũ Octauio Piſano. Idem tenuerũt *Nardus Liparulus ad Andr. de Iſern. in c. 1. §. habita. nu. 12. Titul. de ſtatu. & conſuetud. contra lib. Eccleſ. Ioannes Iacobus Maſullus ad Antonium Capic. in Deciſ. Neap. 76. in princ. Iulius Cæſar Imbrian. in Tractat. de primo, & ſecundo decreto. Conſiderat. 5. nu. 38.* ſequitur *Ioan. Baptiſta Thorus in Compendio Deciſionum Neapol. in verb. Exceptio Hoſtica.*

QVINQVAGESIMVM priuilegium erit ad materiam priuilegij 38. q̃ ſi pater recepit dotẽ filij, vel filius illã cum cõſenſu ſuo reciperet, pro eadẽ nurus dote, & illius reſtitutione, erunt eiuſdẽ
489 patris bona tacitè † obligata, *l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur*, vbi hoc voluerunt. *Bart. Bald. Alberic. Angel. Paul. de Caſtro. Ioan. de Imol. Alexand. & alij. ff. ſolut. matri. Alexand. in conſ. 67. Incip. Viſis, & ponderatis, in fin. vol. 4.* quem refert, & ſequitur *Matthæ. de Afflict. in deciſ. Neapol. 332. nume. 2.* quam corroborat *Cæſar Vrſillus ex dicta deciſion. Neap. 332. nu. 4. Nicol. Boerius in deciſion. Burdegal. 195. num. 1.* alios referens *Ioan. Baptiſta Thorus in Compendio deciſ. Neapol. in Verb. Aſſecuratio dotis.*

QVINQVAGESIMVM PRIMVM priuilegium dotis eſt, quòd poſſit ſolidum † totius
490 dotis ab vno ex hæredibus mulier petere, *arg. tex. l. cum ab vno. 55. ff. de leg. 2. & ibi Gloſ. in Verb. putat.* dicit, ſpeciale eſſe in dote, cauſa euitandi circuitus, *l. Dominus. ff. de condict. indebit.* quam opinionem ſequuti ſunt *Dyn. & Cyn. in dicta l. cum ab eo.* quos ibi ſequitur *Bartol.* & tangit *Matth. de Afflic. in Deciſione Neapol. 240. ſub num. 6. verſicul. Tertium dubium eſt nu. 8. in fin. & in deciſion. 132. ſub num. 2. verſ. & ideo quilibet.* allegat *Bartol. in l. debitorem ff. de Pactis.* eſt corrupta litera *in l. debitor. C. de Pactis in l. continuus. §. fin. ſub num. 10. verſicul. fallit in actione de Dote. ff. de verb. obligat.* & vtrobique id dicit *per text. in dicta l. cum ab Vno. per Ioan. de Imol. in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de legat. 1.* & *Bartol.* ſequitur *Baldus Nouell. in Tract. de Dote. parte 8. Priuileg. 33.* Idem voluit *Vincent. de Franchis in Deciſion. Neapol. 581. nu. 2. 3.* nouiſſimè *Ioan. Petr. Surd. in Deciſion. Mantuana. 90. ſub nu. 1.*

DECLARA primò, procedere idem priui-
491 legium, ſi mulieris accedat † volũtas, vt notabiliter dicit *Accurſius in dicta l. cũ ab Vno. 55. in verb. putat.* quia in eius voluntate conſiſtit, ſi velit agere
492 inſolidũ, an contra alios coheredes, cũ † omnes teneantur p̃ portionibus hereditarijs *l. ſeruo legato. §. ſi te-*

ſi teſtator. ff. de leg. 1. *Bald. Nouell. in dicta parte* 8. *priuileg.* 33.

DECLARA ſecundò id procedere fauore dotis, & proinde dari actionem mulieri accedente † voluntate ipſius teſtatoris, qui id mandauerit, vt contra vnum ex hæredibus, vt vnus ille ſolidum ſolueret. *Afflict. in dicta deciſ.* 240. *ſub nu.* 6. *verſ. Tertium dubium & num.* 8. *in fin. Bald. Nouell. in dicta parte* 8. *priuileg.* 33. *& Ioan. Petrus Surdus in dicta deciſion.* 90. *ſub numero* 5. 6. quo in loco tractauit optimè intellectum *dictæ. l. cũ ab Vno.* 493

QVINQVAGESIMVM ſecundum, eſt quòd pactum, per quod conditio dotis fit deterior † in præiudicium mulieris paciſcentis, non valet. *l. Dedit. l. ideſt. l. vbi autem. l. Attilicinus. ff. de pact. dotalib. & annotauit hoc priuilegium Bald. Nouellus de Dote parte* 7. *Priuilegio.* 11. *Matthe. de Afflict. in deciſ. Neap.* 154. *num.* 2. *Thom. Grammat. in deciſ. Neapol.* 103. *ſub num.* 48. *verſ. Nec obſtat quod in calce inſtrumenti, & num.* 123. *Idem Grammat. in conſil. ciuil.* 11. *Natta in conſil.* 207. *num.* 1. *vol.* 1. *Anton. Neguſant. in Tract. de pignoribus parte* 2. *Membro* 4. *numer.* 86. *Iacob. Mandell. in conſil.* 4. *numer.* 8. *vol.* 1. *Andr. Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam. in verb. Donatione Largitus. numer.* 31. *C. de Reuocan. donat. Vincentius Maxilla in Conſuetud. Bari. titul. de Donationibus inter virum, & vxorem, num.* 43. *Ambroſin. in Deciſ. Epiſcopal. Peruſin.* 6. *nu.* 494

4. Ponit tamen ad iſtud priuilegium † decem limitationes *Bald. Nouellus in dicto Priuilegio* 11. *parte* 7. ad quem lectorem remitto. 495

PRIVILEGIA ennarata dotium mulieribus conceſſa communicata, & conceſſa ſunt Dotationi propter Nuptias † Quartæ, ſiue Anteſato, ita, vt paribus paſſibus ambulẽt. *vt in Authent. Sed iam neceſſe l. cum multæ, quæ eſt finalis. C. de Donat. ante nupt. l. vbi adhuc. C. de iure dotium. Angel. in* §. 1. *in Auct. de æqualit. dotis, & propt. nup. don.* dicens quòd in pactis ſuper lucris dotium ſeruanda eſt æqualitas ſicut in dote. tenuit *Matth. de Afflict. in Deciſion. Neapol.* 154. *num.* 4. *Thomas Grammat. in Deciſion. Neap.* 103. *num.* 48. 123. *Vincentius de Franchis in deciſion. Neapol.* 182. *num.* 3. 4. *Vincentius Maxilla in Conſuetudin. Bari. in* §. *Inſtrumenta. num.* 4. *Titul. de Fide Inſtrum. Ioan. Cephal. in conſ.* 98. *num.* 31. *vol.* 1. *Herman. Vulteius iuris prudentiæ Romanorum lib.* 1. *cap.* 20. *verſicul. Donatio propter nuptias.* 496

AMPLIATVR, eandem concluſionem, dotium priuilegia ſimiliter procedre in augmento dotis, præſertim † ſi proueniat à patre, iuxta *tex. in l. inter.* §. *cum inter. ff. de Pact. dotalib. & l. etiam cum gloſſ. ibidem. C. de iure dolium. Paul. de Caſtro in conſ.* 37. *num.* 38. *vol.* 3. quem retulit, & ſequitur *Franciſc. Burſat. in conſil.* 179. *num.* 4. *vol.* 2. & in omni augumento procedere, eadem priuilegia quemadmodum † in dotibus. *Carolus Ruinus in conſ.* 144. *in fin. vol.* 1. *Abb. Panormit. in conſ.* 46. *nu.* 1. 2. *vol.* 1. *Ioan. Campeg. de Dote parte Quinta. q.* 9. *latiſſimè Cardinal. Pariſius in conſ.* 126. *per totum. vol.* 1. *Roland. à Valle in Tractatu Statuti de Lucro Dotis. q.* 100. *nu.* 15. Quamquã Donationem † propter nuptias dici latiniùs illud quod dicunt dotis augumentum *ex Mario Anguſc. in conſ.* 25. *& in conſ.* 55. *Iacobo Mandello Albenſi in conſ.* 68. *vol.* 1. *ex Vincentio Honde. in conſ.* 48. *vol.* 1. voluerit *Ioan. Baptiſtæ Coſta in Tract. de Portione Rata. q.* 88. *nu.* 1. 8. Non tamen verum eſt, quia diuerſa ſunt, cum augumentum † dotis fiat etiam à patre, vt dixi, & tamen non dicitur donatio propter nnptias, pro vt latius dicemus in ſuo titulo, ſi DEO placuerit. 497 498 499 500

PRAELATIONIS Ius in hypothecis, non datur patri, neq; extraneo hæredi, ſed † ſoli mulieri, & illius matrimonij ſoboli, ſiue fiat dotis repetitio in caſibus, in quibus poteſt fieri conſtante matrimonio, ſiue illo diſſoluto. Hæc ſunt verba *Placentini in Summa Codicis. lib.* 7. *titul.* 76. *verſic. Hoc autem priuilegium. Azo verò in eodem Titul. in fi.* dicit, Hoc autem priuilegium non tranſit ad extraneum hæredem mulieris, ſed filios eius, & nepotes. *l. fin. C. Qui pot. in pignor. hab.* 501

CONTRARIVM quòd iſtud ius, & priuilegiũ tacitæ hypothecæ tranſeat ad filios etiam alterius † matrimonij, voluit *Accurſius in l. etiam* 16. *in prima gloſ. ff. ſoluto matrim.* quam opinionẽ, *vt Bald.* refert, tenuerunt *Iacobus de Aren. Dynus, & Cynus, & Salyc. in l. vnica C. de Priuileg. Dotalib. & in l. aſſiduis.* §. *exceptis.* 502

PRIMAM Tamen opinionem tenuit † *Accurſius in l. ſi cum procuratore. in verb. inſolidum. ff. de Re iudicat.* & ſic intelligendus eſt *idem Accurſius* in eo, quod dixit *in dicta l. etiam in princip. ibi* (vt filijs mulieris detur) vt declaretur, eiuſdem matrimonij, vt euitetur in ipſo repugnantia, & contrarietas, poſtquam *in dicta l. ſi cũ procuratore aperuit ſuam opinionem*, quam hoc in loco ſequitur *Bartol.* quod, & voluit *Iacobus de Beluiſo in ſua diſputatione in l.* 1. *C. de Rei vxoriæ action.* voluerunt *Bart. Bald. Angel & alij in dicta l. etiam. Idem Bart. in l.* 1. *C. de Priuileg. Dotalib. Bald. in dicta l. aſſiduis. & in Rubric. de Priuileg. dotalib. Ang. de Aretio. in* §. *fuerat ſub nu.* 16. *Inſtit. de Actionib. verſic. in eadem gloſſa ibi, & alijs deſcendentibus.* Sequitur † tene menti, quòd non tãtum mulieri, & eius filijs, ſed etiã alijs ſuis deſcendentibus datur iſtud priuilegiũ, & pro iſta gloſſ. videtur caſus ad literã, *in Auct. ſi quid. C. Qui potior. in pignor. hab.* ibi, ſiue quælibet ſoboles, eius, quod intelligitur verũ, dũmodo ſint filij, vel alij deſcendẽtes ex eodem matrimonio. Hæc dicit *Aretinus.* Quod explauat *Alexand. in eõſ.* 58. *incip. in cauſa mota. nu.* 4. *vol.* 7. dicens, Priuilegium conceſſum pro dote mulieri, vt in hypotheca præferatur anterioribus creditoribus nõ tranſit mortua muliere, niſi ad filios mulieris eius hæredes, † qui ſint nati ex illo matrimonio, pro quo data fuit dos. Et dicit q; ità coĩter tenetur, & tamquam communem opinionẽ ità illos refert, & ſequitur *Antonius Neguſant. in Tract. de Pignoribus, & hypothecis. parte* 2. *Membro* 4. *n.* 95. Nunc adde alios *Ioan. Baptiſt. Villalob. commun. opinionum in verb. Dos num.* 163. 503 504 505

qui dicit, quòd Priuilegium tacitæ hypothecæ
506 competens † doti non tranſit ad extraneum. *& in verb. Hypotheca. num. 52.* dicit, Nota, quòd licèt iſta hypotheca tranſeat ad filios eiuſdem matrimonij, non tamen ad filios alterius matrimonij. *Anton. Gubert. de ſponſalibus, & Matrimonijs. Titul. de Dotium ſingular. verſ. Vigeſimum ſecundum.*

QVINQVAGESIMVM TERTIVM

Priuilegium eſt, quia contracto matrimonio, &
507 promiſsa † dote in tempore ſi non ſoluatur aduenientе die ſolutioni deſtinato, mora abſq; interpellatione committitur, & alimenta, fructus, & intereſſe debetur, maximè ſi ſit tranſactũ biennium *l. fin. §. præterea. C. de iur. Dot. Gl. ff. fin. in l. de diuiſione. ff. ſolut. matr.* quam ſequuntur. *Bart. Bald. Angel. Lud. Roman. Paul. de Caſtr. & Comens.* quod biẽnium *per dictum. §. præterea.* locum ſibi vendicat quando promiſſio dotium facta eſſet ab extraneo,
508 ſecus ſi à patre, vel ab ipſa muliere facta eſſet † promiſſio, quia non expectatur biennium, vt dicit *Bartol. in dict. l. De diuiſione.* vt eſſe communem opinionem voluit *Alexand. in conſ. 147. incip. Perſpectis per totum. vol. 5. Bald. Nouell. de Dote. Parte 4. col. penultim. verſic. Vnde multo magis. Corn. in conſil. 145. incip. in hac conſultatione. col. 2. verſ. & licèt aliàs vſuræ. vol. 2. Auguſtin. Berous in conſ. 129. nu. 7. vol. 3.* nouiſſimè hos, & alios ſequitur *Achill. Pedrocchain conſ. 14. n. 1. vol. 1. Bernardin. Alphan. in Collect. 697.*

ARGVMENTVM.

Adulterium, & alia carnis delicta diuina, humanaque lege, & apud omnes populos prohibita ſunt, & varijs pœnis punita, ita vt patri, & marito licitum ſit occidere deprehenſam filiam, & vxorem in adulterio. Quando verò procedunt per accuſationem adulterium eſt probandum, quæ probatio fit per coniecturas, & præſumptiones; & vir lucratur dotem, & donationem propter nuptias. Vaſallus autem qui cum vxore Domini turpiter luſerit feudo priuatur, & Dominus deprehenſus à Vaſallo cum eius vxore poterit occidi. Accuſatione tamen adulterij pendente mulieri debentur alimenta. Tutor ſtuprans puellam, cuius tutor eſt, deportatur, & alijs pœnis afficitur.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium eſt alieni Thori violatio.*
2 *Adulterium (ex D. Thoma) eſt illicitus concubitus, coniugati, vel coniugatæ.*
3 *Omne ſtuprum (ex D. Ambroſio) adulterium eſt, nec vtro licet, quod mulieri nõ licet, eadem à viro, quæ ab vxore debetur caſtimonia.*
4 *In lege ſcriptum eſt. Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo.*
5 *Item. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterq; morietur, adulter cum adultera, vt auferas malum de Iſrael:*
6 *Eccleſiaſtici dicitur, Ne reſpicias muliere alieni viri, & ne ſcruteris ancillam eius, neque ſteteris ad lectum eius: Vide quid dicat Salomon ad hoc propoſitum. nu. 7.*
8 *A IESV CHRISTO in euangelio prohibitum adulterium.*
9 *A Diuo Paulo nu. 10.*
11 *Adulterium lege Canonum, & Pontificum, prohibitum fuit, & pœna ſtabilita nu. 12. 13.*
14 *Adulterium lege ciuili prohibitum fuit. nu. 15.*
16 *Adultera quibus pœnis ſubijciatur?*
17 *Adulteræ mulieres, an in monaſterium monialium deduci poſſint. nu. 15. 19. 23. 24.*
20 *Regni huius Neapolitani lege, qualiter adultera mulier puniatur. nu. 21. 22. 23. 24. 25. 26.*
27 *Apud Luſitanos, quomodo puniatur adulterium?*
28 *Abimelech Rex Paleſtinorum, quam pœnam Adulterio impoſuit.*
29 *Iudæi ex Lege Moyſis, quo modo adulterium puniebant?*
30 *Apud Parthos Adulterij pœna quæ erat.*
31 *Arabes quo pacto adulterium punire ſolebant.*
32 *Athenienſium pœna in adulteros lege Draconis.*
33 *Tennes Rex Tenedorum, qua pœna adulteros afficiebat.*
34 *Apud Crotoniatas quali pœna adulterium puniebatur.*
35 *Cumæorum pœna in adulteros.*
36 *Piſidæ quo modo adulteros puniebant.*
37 *Romanorum in Rheam Syluiam Sacerdotem Veſtæ deſignatam vtero gerentem decretum. nu. 38. 39.*
40 *Romuli lex contra Adulteros. nu. 42.*
41 *Numa Pompilius inceſtus cauſa Veſtales virgines, viuas defodi ad Portam Collinam ſtatuit.*
43 *L. Villius Tappulus, & M. Fundanius Aediles accuſantes his probris aliquas matronas, à Populo in Exilium miſſæ fuere.*
44 *Iulius Cæſar Capitali pœna affecit libertum quendam gratiſſimum, qui cum vxore Equitis cuiuſdam adulterium commiſerat.*
45 *Octauianus Auguſtus Proculum quendam libertum acceptiſſimum, quòd matronas adulteraſſet, & alium, qui in filiæ ſuæ peſſonam adulterium commiſiſſet, occidit.*
46 *Tiberius Imperator Apuleia Varinia vxoris ſuæ Neptem de Adulterio cum Manlio commiſſo accuſatam dedit (more maiorum) propinquis iudicandam, illos vltra ducenteſimum lapidem, Vrbe remouiſſe, Manlium Italia, & Africa interdictum. num. 47.*
47 *Lentulus Getulius Conſul, Aquiliam de Adulterio cum Valio ligure delatam, lege Iulia decreuit, Tiberius*

berius exilio illam mulct auit. num. 48.
49 Romani Tarquinios ob Violatam adulterio Lucretiam, Vrbe ciecerunt.
50 Galli Childericum Regem quartum ob adulteria in primarias, & Nobiliores fœminas commiſſa, Regno reiecerunt.
51 Auguſtus filiam, & neptem probris & adulterijs cõtaminatas, relegauit, de illa vide nu. 52. 53.
54 Domitianus Imperator, Equitem Romanum ob deductam in matrimonium vxorem, cui demiſſæ adulterij crimen intenderat, iudicum Albo eraſit.
54 Idem Domitianus, Inceſta veſtalium Virginum, à Patre ſuo, & fratre neglecta, variè, & Seuerè coercuit, priora capitali iudicio, poſteriora, more veteri. num. 55.
56 Tres Virgines Veſtales Domitianus Imperator ob ſtuprum damnauit.
57 Aurelianus Imperator inflexis duarum arborum capitibus, pedes alligari faciebat, illis dimiſſis, ſciſſus, & diſtractus, vno impetu animam exalabat.
58 Opilius Macrinus, adultero, & adultera iunctis, viuos illos incendebat.
59 Seuerum Imperatorem tres mille mechos occidiſſe, Hiſtorici tradunt.
60 Lex Iulia de Adulterijs, à quo fuit condita.
61 Titulus, quo ſe ſcribebat Octauianus Auguſtus.
62 Adulteros occidendi poteſtas, quibus permiſſa ſit? nu. 63. 64. 65. 66. 67.
63 Intellectus. l. quod ait. 23. l. Nihil 32. ff. Ad leg. Iul. de Adult.
64 Marito, & Patri, quando, & quo modo permiſſum ſit occidere deprehenſum in adulterio? nu. 65. 66.
66 Deprehenſio Adulteri, an ſit neceſſaria? num. 67. 75. 76.
68 Regni Neapolitani lege cauetur ex Conſtitut. incip. ſi maritus. Rogerij Regis, qua permittitur viro deprehenſos in adulterio nulla mora protracta occidere. nu. 69. 70. 71.
Theodoricus Gothorum Rex, Criſpiniano, qui vxorem, & adulterum occiderat gratiam petenti, pulchrè inquit, Pro amore pudicitiæ, porrigere ferrum maritis, non eſt leges calcare, ſed condere, ex Caſſiodoro.
72 Iniuſtas eſſe leges permittentes marito, patri, vel alijs occidere, adulteros, voluit Vaſquius quod conſiderandum eſt.
73 Probatio adulterij, quoad poteſtatem occidendi, an ſufficiat, quod inueniantur in Turpi actu? nume. 74. 75.
74 Ioacchimi Hopperi Friſij iuris conſulti in inferiori Germaniæ olim Regis Catholici conſiliarij Doctiſſimus nu. 75. 76.
77 Quando pater, vel maritus nolunt procedere ad occiſionem, ſed potius ad accuſationem pro ſeparatione Thori, vel dotis priuatione, tunc adulterium, vel ſtuprum eſt probandum.
Stuprum, & adulterium probatur per coniecturas, & præſumptiones.
78 Adulterium ſingularibus teſtibus, an probetur?
79 Oſculo, & mamillarum tactu Adulterium, & ſtuprum probantur vide nu. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117.
80 Oſculanti mulierem maritatam, viduam, per Virginem per Regem Robertum ſtatuta eſt pœna mortis, confirmata per Pragm. Ducis de Alcala Prorecgis nu. 81.
82 Dotem perdit mulier ob adulterium, & Marito applicatur. Declara. num. 83. 84. 85. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145.
86 Dos, an debeatur marito, vel hæredibus, intellige. num. 87. 88. 89. 90. 91. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. vſq; ad nu. 111.
96 In vltimis voluntatibus voluntas teſtatoris attenditur, magis quàm in contractibus. Rationem vide nu. 97. 98. 99.
100 Intellectus. l. interdum. §. qui furem ff. de Furt. num. 101.
101 Nocturna, vel diurna delicta Romæ à quibus magiſtratibus cognoſcebantur? num. 102. 103. 104. 106. 107.
105 Qua pœna furta nocturna punirentur. num. 106. 107. 108.
118 Feudo, an priuetur Vaſallus, ſi cum vxore domini turpiter luſerit oſculo luxurioſo, manibus ad femur, partibusq; verendis poſitis? nu. 119.
132 Mulieri accuſatæ à viro de Adulterio, an competat exceptio malorum viri morum. nu. 133.
133 Vxor adultera an perdat dotem, ſi vir tenet concubinam?
134 Mulier, an poſſit maritum de Adulterio criminaliter accuſare? n. 135. 136.
136 Paria delicta quando mutua compenſatione tollantur? num. 137.
138 Maritus putatiuus, an poſſit occidere vxorem, & illius dotem lucrari? Declara. nu. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145.
146 Vaſallus, an poſſit occidere dominum adulterantem eius vxorem num. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153.
154 Vaſalli cum libertis non æquiparantur. num. 156. 157. 158.
155 Vaſalli etiam dicuntur Nobiles, & Barones, qui à Rege feuda habent.
156 Vaſallus à cõcubitu cũ vxore Domini abſtinere dẽt.
160 Obſeruantia eſſe debet inter dominum, & Vaſallum. nu. 161.
161 Qua culpa Vaſallus perderet feudum, eadem Dominus perderet proprietatem. nu. 162.
163 Vaſallo fideli, dominus vicem reddere debet.
164 Author inuehit contra Lucam de penna, Paridem de Puteo, & Mattheum de Affictis, qui dixerant, quòd Vaſalli non occidant Dominos adulterantes illorum vxores.
165 In cauſa adulterij, an poſſit ex officio procedi? num. 166. 167. 168. vſque ad nu. 175.
167 Qui admittuntur ad accuſandum de Adulterio, nu. 168. 169. 170.
175 Mulier de alia cauſa inquiſita, ſponte confeſſa eſt adul-

adulterium commisisse viuente viro, qui de hoc nihil sciebat, tandem per Sacrum Consilium fuit absoluta Declara. nu. 175.176.177.178.179.

180 *Accusatione de adulterio pendente, an debeantur mulieri alimenta? Declara materiam. num.* 181. 182.183.184.185.186.

187 *Differentia inter stuprum, & adulterium.*

188 *Adulterium in nupta, stuprum in Virgine, & Vidua, vel puero, quod est pernicioſius. Et quando stuprum pro adulterio, & adulterium pro stupro capitur, nu.*189.190.

191 *Pœna in stupratorem Virginis de iure diuino.*

192 *Vidua, quæ stuprabatur de iure diuino, quomodo puniebatur?*

193 *Meretrices, quæ omnibus se exhibent sunt venale.*

194 *Vidua honestæ esse vitæ oportet.*

191 *In Vidua stuprum committi dicitur, nisi sit meretrix.*

196 *Canonum pœna in stupro quæ?*

197 *Clericus Virginem stuprans tenetur illam dotare, cum ob ordines non possit illam in matrimonium ducere.*

198 *In statu Ecclesiastico, laici stupratam tenentur, & dotare, & matrimonium cum illa contrahere.*

199 *Si vidua fuerit stuprata tenebitur illam dotare, attenta personæ qualitate, & conditione.*

200 *Stuprum cum violentia commissum iure ciuili pœna mortis punitur.*

201 *Stuprum nefarium masculi cum masculo, & masculi cum fœmina præpostero Vase ac fœminæ cum fœmina gladio vltore puniuntur.*

202 *Tutor, qui puellam, cuius tutor erat stupraverit, deportatur, & omnia illius bona, Fisci iuribus applicantur.*

203 *Tutor, qui contraxit matrimonium cum pupilla per Senatum Mediolanensem, Catenis ligatum, & fustigatum. Tempera benè. nu.* 204. 205. 206.

207 *Matrimonia libera esse debent.*

208 *In causis matrimonialibus, ius canonicum obseruandum est.*

209 *Stuprum sine vi, & violentia commissum à stupratore Nobili, vel honesto punitur pœna dimidiæ partis publicationis bonorum. Si verò à persona humili, corporis coertione, cum relegatione in Insulam.*

210 *Vt pœnæ, & accusationes stupri locum habeant, puella, & Vidua honestæ debet esse vitæ. n.* 211.

212 *Seruus, qui cum propria Domina concubuerit illa capite plectetur, ille igne comburetur.*

213 *Violenter dicitur committi stuprum, quando velata fraude, vel dolo, persuasionibus, verbis fucatis, ac blandis commissum foret.*

214 *Istis artibus, & blanditijs dicitur esse seducta.*

215 *Stuprum non debet auaritia corrumpi, donis, præmio, & blanditijs nu.* 216.

217 *Virginem non dum viripotentem stuprans, humiliores in metallum, honestiores in Insulam relegantur. nu.* 218. *sed videas. nu.* 223.

219 *Neapoli, qui puellam vix excedentem Septennium stupraverat, fuit ad Regias Triremes condemnatus ad remigandum, & illam dotandam.*

220 *In Rota Lucensi Adolescens annorum quindecim, & aliquorum mensium agnouit puellam duorum circiter annorum, suam neptem, cui fregit pudenda, & aliam puellam annorum sex, & alias virgines viripotentes, & masculos contra naturam, fuit condemnatus ad Carceres per quadriennium, quo expleto ad remigandum in perpetuum, & pater illius ad soluenda duo millia scuta Hospitali de Misericordia.*

221 *Vilis, qui vilem stupraverat in Senatu Pedemontano fuit condemnatus ad remigandum per decennium.*

222 *Stuprum commissum per patrem in filiam minorem annorum duodecim per Magnam Curiam Vicariæ, Combustione fuit vindicatum.*

223 *Vidua an ob stuprum dotem, & Lucra dotalia amittat? Vide nu.* 229. 230. 231. 232. 233. 234.

235 *Quinquennio præscribitur iuri accusandi de adulterio, stupro & lenocinio. nu.* 236. *Declara secus si esset mixtura incestus, quia non præscribitur, nisi spacio annorum viginti. nu.* 237. 238. *aut si vi, & Violentia. nu.* 239.

240 *Incestus coitus inter consanguineos, & affines commissus, inter quos matrimonium contrahi prohibetur.*

241 *Incestus commissus cum istis personis prohibitis, iure Diuino pœna mortis, & iure ciuili eadem puniuntur, num.* 242.

243 *Incestus, quoad animæ forum mortale peccatum committitur.*

244 *Nuptiarum Impedimenta ob incestum, quæ sint remissiuè.*

245 *De Raptu virginum, remissiuè.*

TITVLVS SEXTVS.

De Adulterijs, Stupris, incestis, & carnis flagitijs.

MATRIMONII honorabilem societatem, ac optimũ sacramentum fœdare, & maculare solet turpis accessus hoĩs ad alterius † horũ. Vndè Adulterium diffiniri solet, ꝙ † sit alieni thori violatio, *vt in c.* 2. *§. cum igitur* 36. *q.* 4. aliam tradidit *D. Thomas de Aquino. Secunda secundæ, q.* 154. *art.* 8. scilicet, Adulterium † est illicitus concubitus coniugati, vel coniugatæ, verum *D. Ambrosius de Patriarchis, libro tertio, capit.* 4. Nemo (inquit) sibi blandiatur de legibus † hominum, omne stuprum, adulterium est, nec viro licet, quod mulieri non licet, eadem à viro, quæ ab vxore debetur castimonia. Sed, vt breuius agamus, præter propriæ coniugis coniunctiones, aliæ omnes adulterinæ sunt, ac prauæ, sacrilegia, incestus, stupra, & raptus. Istud flagitium carnis præter vxorium omni lege prohibitum, Diuina, humana, & apud nonnullas gentes, punitum, grauissimis pœnis, sententijs Regum, Principum, ac Rerum publicarũ, vt summatim enarrare conabimur, & cum de dotibus,

tibus, dixerimus, & illorum priuilegijs, hoc in loco quando illæ adulterij facinore omittantur, antequam id agam, aliqua crimini huius decreta enarrabo.

4 *LEVITICI, capit.* 19. habetur, Ne † proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo, *& cap.* 20. Si *mœchatus quis fuerit* cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur, &
5 & mœchus, & adultera. *Deuteronomij, cap.* 22. † Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, ideſt Adulter, & Adultera, & auferes malum de Iſrael, *Et Eccleſiaſtici, cap.* 41. Ne reſpicias mu-
6 lierem alieni viri, & ne ſcruteris † ancillam eius, neque ſteteris ad lectum eius. *Salomon Prouerbiorum, cap.* 6. †
7 Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius, precium enim ſcorti vix eſt vnius panis, mulier autem viri precioſam animam capit, *& ibidem poſt pauca,* ſubſequitur. Qui adulter eſt propter cordis inopiam, perdet animam ſuam, turpitudinem, & ignominiã congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. Sed, & IESVS CHRISTVS *Matthæi, cap.* 5. inquit, Audiſtis, quia dictum eſt antiquis.
8 Non mœchaberis. Ego autem † dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Et hæc omnia prohibuit *Apoſtolus Paulus.* 1. *Corinthiorum, cap.* 6.
9 Neque (inquit) Fornicarij, neque idolis † ſeruientes, neque Adulteri, neque molles, neque, maſculorum concubitores, &c. Regnum DEI poſſide-
10 bunt. *Et ad Coloſſenſes, cap.* 3. † Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, Fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malã. *Ad Hebræos, cap.* 13. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus, fornicatores enim, & adulteros iudicabit DEVS.

LEGE CANONVM & Pontificum pro-
11 hibetur Adulterium, & punitur Laicus † excommunicatione, *cap. ſi quis Epiſcopus,* 27. *q.* 1. *c. lator,*
12 2. *q.* 7. Clericus autem † deponitur, & toto ſuæ vitæ tempore in monaſterium detruditur. *Gloſſ. in dicto c. lator.* Mulier ſimiliter in monaſterium re-
13 cluditur, † ſi maritus illam recipere nolit, ibi permanere, & pœnitentiam agere cogitur, *c. Intellexi-mus, c. gaudemus, extr. de Adulter. c. ſi quis Clericus,* 81. *diſtinct. Archidiacon. in dicto c. lator. Goffred. de Trano, & Hoſtienſ. in ſumma. Titul. de Adulteriys,* §. *quæ pœna. Ioan. Andr. Ioan. de Imol. & Ioan. de Anania, in c. ſignificaſti, ext. de Adult. Idem Ioan. Andr. Imola, & Abbas Panormit. in c. Vt clericorum, ext. de Vita, & honeſt. cler. Paul. Grillandus in Tract. de Pœnis omnifariam coitus, q.* 6. *per totam. Ioan. Bernard. Diaz in Pract. crimin. Canonica, cap.* 79. *Petrus Follerius in Practic. Cenſual. in Verb. Nicolaus Epiſcopus, nu.* 182. *cum pluribus ſeqq. & in tract. criminal. canonica, in Verbo. Flagitium carnis, cap.* 19. *per totũ. Petr. Duen. Regul.* 101. *per totam. Ioan. de Selua in tractat. de Beneficio, par.* 3. *q.* 3. *nu.* 16. *Lancellott. Conradus de offic. Prator. in cauſis criminalib. cap. de Adulterijs, per totum. Iuli. Clarus in* §. *Adulterium nu.* 7. *Daniel. Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij, lib.* 5. *tit.* 16. §. *Quis effectus. Thomas Triuiſanus in deciſion. Veneta,* 59. *nu.* 7. *lib.* 2. *Matthias Colerus in deciſion. Germaniæ,* 176. *nu.* 2.

LEGE CIVILI, quam Conſtantinus Imperator conſtituit, mortis pœna ſcilicet gladij pu-
14 niri † ſacrilegos nuptiarum, *in l. quamuis, la* 2. *Ad leg. Iul. de Adult.* qua pœna ſolum maſculum adulterum puniri dicta legis authoritate voluit *Placentinus in ſumma Codicis, lib.* 9. *tit.* 9. vbi hanc materiam optimè tractat, eodem modo, *& Azo. colum.* 5. *verſ. conuicto autem crimine,* quòd adulter debeat
15 † decapitari, voluit *Bald. in dicta l. Quamuis, la* 2. *in princip. & in l. ſi quidem, in finalibus verbis, C. de contrahend. & commit. ſtipul. & in l. Data opera, ſub nu.* 14. *verſ. Qui adulterium, C. Qui accuſ. non. poſſ.* vbi enumerans ſexaginta circiter caſus, in quibus ſtatuta eſt pœna mortis, hunc etiam nominat. *Albericus de Roſate, & Lud. Roma. in l. Tranſigere, C. de Tranſact. Alexand. in conſ.* 13. *Incip. attentis his, qua in Themate, ſub nu.* 3. *vol.* 7. *Angel. de Aretio in tract. Maleficior. in Verb. Ch'hab adulterato la mia donna, col.* 10. *verſ. Quæro, quæ ſit pœna, ante eum Albertus Gandin. in tract. Maleficior. titul. de tranſactionibus, & pactis in Maleficijs, col.* 1. *verſic. Quæ autem ſunt crimina,* pulchrè *Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus, l.* 13. *nu.* 18. 19. *&* 20. *Ioan. Milleus in Praxi criminum, tit. de tractatu pœnarum citra mortem, nu.* 113. *fol. mihi* 173. *in paruis. Iodocus Dohouder. in praxi crimin. cap.* 89. *per totum. Ioan. Paponus, in præcepto Non mœchaberis, lib.* 1. *tit. de Adulterio, verſic. Pœna in adulteros. Simon Maiolus de irregularitate, lib.* 5. *cap.* 38. *nu.* 5. *Cyrillus Fulgonius in Summula criminum, par.* 2. *tit. de publicis iudicijs,* §. 4. *num.* 6. *Andr. de Iſern. in conſt. Regni. Legum aſperitate, col.* 1. *Petrus Belluga in Speculo Principum. Rub.* 11. §. *videamus, il* 2. *ſub num.* 1. *in fin.* vbi ego tetigi *in verb. Adultero, & dixi, in dicta Rubr.* 11. §. *ſunt, & aliæ, in verb. Adulterij. Stephanus Forcatulus in Cupidine iuriſperitor. cap.* 5. *ſub nu.* 4. *Franciſc. Connanus commentar. iuris ciuilis, lib.* 5. *cap.* 7. *ſub num.* 3. *Thomas Triuiſanus in deciſion. Veneta* 59. *n.* 7. *lib.* 2. *Matthias Colerus in deciſion. German.* 176. *n.* 3. *Nicol. Reuſnerus in deciſion. Ienenſi* 19. *nu.* 14. 15. *lib.* 3. *Hieronym. Bruchnerus ad Gerard. Maynard. in deciſion. Tholoſan.* 2. *ſub nu.* 2. *lib.* 4.

ADVLTERA verò mulier fuſtibus cęſa, & verberata, in monaſterium detruſa, Maritus intra biennium illam recipere poterit, elapſo biennio,
16 illaque à viro non ducta ad domum, vel antea † mortuo, tonſa monaſtico habitu ſuſcepto, vita durante ibi permaneat, dote partita. § *ſi verò quando. Auct. vt nulli iudicum. Vnde ſumpta eſt Auct. Sed hodie. C. Ad leg. Iul. de Adulter.* & voluerunt omnes ſupra allegati. Tamen *Lucas de penna,* vt refert *Bartholom. de Capua in Conſt. Maieſtatis. nu.* 17. repre-
17 hendebat authorem Iuſtinianum Imperatorem † ob intruſionem in monaſterium mulierum adulterarum, quæ Diuina lege lapidabantur, nunc du-

cere-

ecrentur in Monasterium, quo in loco, malę consuetudinis intuitu, possint aliæ optimæ vitæ Moniales corrumpi. Sed dicendum est his temporibus nostris, istas ambiguitates cessare, tum ob summam summorum Pontificum, & omnium Prælatorum Vigilantiam, qua vtuntur pro Monasteriorum Monialium custodia, cum etiam, quia in ciuitatibus
18 Nobilibus sunt plura † Monasteria Mulierum, quę via iniquitatum relicta, in monasterijs castissimè viuunt, quod optimè obseruauit Illustrissimus Lucius Sanseuerinus tunc Archiepiscopus Rossanensi, in qua Ciuitate Monasterium pœnitentium Mulierum erexit, nunc Archiepiscopus Salernitanus,
19 S. R. E. Cardinalis, vitæ † exemplaris, & morum sanctitate insignis. Sed deficientibus monialium Monasterijs, ad alterius prouincię monasteria portandam adulteram mariti sumptibus censuit *Antonius Faber in Codice Fabrian. lib. 9. titul. 7. definition. 2. Gerardus Maynardus in Decis. Tholos. 2. vbi Bruchnerus lib. 4.* Ex alio etiam Bartholomeus de Capua perperam reprehendebat Iustinianum Imperatorem, cum laudari oporteat, cum non coegisset meretrices, sed fecit monasterium meretricum conuersarum ad vitam meliorem, vt scribit *Procopi. de ædific. Iust. lib. 1.*

LEGE NEAPOLITANI huius Regni
20 Nasi † truncatione adultera mulier punitur. *per Federici Secundi Imperatoris Constit. Incipientem. Legum asperitate Lenita.* quæ nasi truncatio committitur Viro, sin autem illam vir vxori non dederit, per curiam publicè fustigabitur. Quo verò ad pœnam viri adulteri, nihil est immutatum, sed seruatur pœna dictæ *l. Quamuis.* & fuisse ità pluries iudicatum, & adulteros plures fuisse ad mortem per
21 sententias † condemnatos, & sententias fuisse exequutas dicit *Matth. de Afflictis in dicta Cōst. Legum asperitate. Notab. 3. sub nu. 7.* refert & sequitur *Vincentius de Franchis in Decis. Neapol. 240. nu. 5.* Nobilis quidam, qui repertus fuit in domo cuiusdam honesti viri post longam carcerationem in Magna Curia tempore, quo Regnum gubernabat Illustrissimus D. Ioānes Alfonsus Pimentellus Comes Beneuenti, fuit exulatus extra Regnum. Ignobiles autem pro absoluto, & simplici adulterio, cessantibus
22 alijs † qualitatibus ad Remigandum in Regijs Triremibus transmittuntur. vt dicit *Vincentius de Frāchis in dicta decis. 240. Ioan. Baptista Thorus in Compendio Decision. Neapolit. in Verb. Adulteri de iure cōmuni, & in verb. Pœna adulterij. Petrus Caballus Resolutionum Criminalium. Casu 200. sub nu. 101. vers. sexto præmitto. Martin. Monter. in Decis. Aragon. 16.*
23 *nu. 26.* Quandoq; in hoc Regno Adultera † absq; fustigatione fuit in monasteriū detrusa, vt est apud *Thomam Grammat. in Decision. Neapol. 31.* quem refert *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæst. lib. 2. Centur. 5. casu 419. nu. 57. Franciscus Vtuius in decis. 490. sub num. 9.* quo in loco pungit Grammaticum, quod ab illa sententia fuisset appellatum, & sententiam reuocatam fuisse à Sacro Consilio. Sed tamen non negat *Gram.* quòd fuerat appellatum, non tamen reuocata sententia, vt ipse dicit, quia cum ipsa Cassandra adultera esset per suam confessionem in Iudicio factam, absolui non poterat, quia appellauerat, ex eo, quòd fuerat condemnata ad publi-
24 cè fustigandum, † & postea retruderetur in monasterium, nihilominus ex ordine sacri Consilij Magna Curia illam misit in Monasterium. Vnde cum in anno 1559. fuerit hoc sibi dictum, non fuit dicta sibi veritas, cum in anno 1551. fuissent impressæ Venetijs Decisiones Grammatici, viuentibus suis Collegis Magnæ curiæ, & omnibus Regijs Consiliarijs, & viuente Don Petro Toledo tunc prorege, cuius mandato, antequam libri tradantur Typis videntur, nec permisissent, sententiam supremi Tribunalis in publicum tradi; parcant mihi manes Viuij amici, quem tamquam patrem viuentem colui, quia id dixi, vt Iurisconsultum de professione nostra optimè meritum, & Regium Consiliarium ab huius notæ suspicione liberarem. Sed antequam vlterius procedā, dico quòd in Regno vlteriori Siciliæ declarata est dicta *Constit. Legum asperitate Lenita. per Regem* prout habe-
25 tur in *Ritibus Siciliæ, † cap. 72.* super quo videndus est *Iosephus Cumia*, qui fecit optimum Commentarium. Crederem Federicum Secundum Imperatorem quoad pœnam mulieri adulteræ statutam, id ex Aegyptiorum legibus habuisse, quibus in Adulterum pœna statuta erat, vt ei virilia execarentur, si
26 vi adulterium † commisisset, sin autem sine vi mille plagæ verberum ille sustineret, mulieri nasus amputaretur, vt narrat *Diodorus Siculus Bibliothec. lib. 1. Ioannes Boemus de Moribus Gentium, lib. 1. cap. 5. Simon Maiolus de irregularitat. lib. 5. cap. 38. nume. 5.*

27 APVD LVSITANOS pœna † capitis est. *Titul. 15. lib. 5.* apud HISPANOS pœnæ diuersæ, *in l. 1. Titul. dolos adulterios, par. 7. l. 15. eiusdem Tituli, & ex legibus Styli, l. 93. ex legibus Fori Regalis, lib. 4. tit. 7. sunt leges septem. Petrus Auendan. in Respon. 24. plenè D. Regens Valenzuola, in cons. 28.*

Decreta, & leges diuersarum gentium in crimine Adulterij.

ABIMELECH Rex Palestinorum ità cauit, pro Rebecha vxore Isaac, Qui tetigerit homi-
28 nis huius † vxorem, morte morietur, vt habetur *Genesis, cap. 26.* postquam per fenestram viderat Isaac ludentem cum Rebecca, vndè vidit vxorē, & non sororem esse, de quo etiam Diuinitus admonitus fuerat, vt testatur etiam *Philo Iudæus in lib. de Plantatione Noæ.*

IVDAEI ex Lege Mosis Adulterum, & Adulterā lapidabant, excepto si per vim adultera adul-
29 terium perpetrasset, † in quem casum libera dimittebatur, vt diximus in huius Tituli principio. Vim non interueniss interpretabantur, si mulier cum in Vrbe esset, non proclamasset, si in agro adulterium com-

commiſſum fuiſſet, vis præſumebatur, & adulter ſolus interficiebatur.

PARTHI delicta nulla grauius ob id morte quàm adulteria puniunt, & ob id fœminas, non
30 conuiuia tantum † virorum, verum etiam conſpectum interdicunt. vt ſcribit *Iuſtinus Hiſtoriarum. lib.* 41. *Andreas Tiraquell. de legibus connubialibus. l.* 13. *nu.* 8. *Petrus Aerodius Decretorum. lib.* 5. *titul.* 6. *cap.* 1.

31 ARABES, ſimiliter morte, Adulteros † puniunt. *Euſebius de Præparatione Euangelica. lib.* 6. *cap.* 8. *Strabo. Geographiæ. lib.* 16. *Ioannes Boæmus de Moribus gentium. lib.* 2. *cap.* 1. *Ioannes Baptiſta Aſinius in l.* 2. §. *Et pœnæ pecuniariæ. nu.* 72. *cum pluribus ſeqq. ff. de Religioſ. & ſumptib. funer.* cuius memini *ad Bellugam in ſpecul. Princip. Rub.* 11. §. *ſunt & aliæ. in Verbo. Adulterij.*

ATHENIENSES, Draconis lege, adul-
32 teros † morte puniebant, quamquam antea cum apud illos Regnum regeret Hippomenes Rex eandem mortis pœnam Adulteris imponere ſolitus eſſet, nam, & Limonam filiã ad Currum alligatam cum adultero interfecit. *vt Heraclides retulit.* Quãuis illorum mortem alio modo deſcribat *Suidas.*

TENEDORVM Tennes Rex ex lege ab ipſo lata, mortis cum ſecuri pœna contra adulteros
33 † ſtatuta, in quam cum illius filius incidiſſet, interroganti, quid faciendum eſſet, lege vtendum eſſe decreuit in filium. Et deinceps Numiſma percuſſum, viri, & mulieris imaginem referens è quorũ collo ſecuris dependeret, *vt Heraclides in Politicis eſt author. & Stephanus de Vrbibus,* quos retulit *Tiraquellus in dicta l.* 13. *num.* 6.

CROTONIATIS Legem tulit Sabæthus,
34 vt Adulteri in ignem conijcerentur. † In Adulterium ipſe deprehenſus, cauſam dicens, ſe excuſabat, quòd amore ductus deliquiſſet, ſed ſponte pœnam ſubiturum decernit. Crotoniatæ parabant ignem ob authoritatem, & amplitudinem, ſed pœnam exilio commutare; Reus tamen Conſtitutioni ſuæ, & decreto obtemperans, magna animi cõſtantia, ſe in ignem proiecit. vt eſt author *Lucianus.* quem ſequuti ſunt *Aerodius Decretorum. lib.* 5. *titul.* 6. *cap.* 5. & nouiſſimè *Hieronymus Miraſlovus Theologus minorum obſeruantium Hiſtoriæ Calabræ. lib.* 3. *c.* 10. vbi Salæthum hunc appellat, *Sic & Alexander Sardus de Moribus Gentium. l.* 2. *c.* 29.

CVMAEI, ſi qua mulier apud eos in adul-
35 terio deprehenſa † fuiſſet, hanc in forum deductã, ſaxo imponebatur ſpectanda omnibus, & inde ſuper aſino collocatum, & circa vrbem peruectam in eundem locum reſtitui oportebat, & ex illo actu infamia notatam, Onobatim appellandam. *vt dicit Plutarch. problemate.* 115. *Alciatus Parergon. lib.* 2. *cap.* 47. *Catellian. Cotta. in memorab. in verb. Conſuetudo.*

36 PISIDAE, Virum, & mulierem † de Adulterio conuictos vnà cum muliere, circunduci per Ciuitatem ſuper aſino per aliquot Dies *vt poſt Nicol. de mont. Gent. Stob. Sazm.* 42.

ROMANORVM legibus, atq; obſeruationibus, à quibus veluti gubernamur, & regimur, quid promiſſum, atq; executum fuerit alio, meliori fortè ordine demonſtrare conabor.

AMVLIVS Procæ Albanorum Regis filius, Numitorem fratrem habuit, natu (vt ferunt) maiorem, in quo, vt aliquibus placuit, alternis annis
37 filios Regnare ſtatuit Rheam † Syluiam, Numitoris filiam Sacerdotem Veſtæ deſignatam, vt ſpe prolis intercepta incontrouerſo Regno potiretur, ſed illa compreſſa, ſiue volens, ſiue vi, cum verum gereret, matris conſilio, ſimulant aduerſam valetudinem, & ideo à ſacris abſtineret. Re detecta Numitor, & illius vxor, vt ſceleris participes, accuſantur, Puellæ cuſtodes apponuntur. Dilatione data parentibus, vim filiæ illatum affirmabant, non ab homine, ſed à Deo, vel Genio quodam, & ità, qui vim intulerat narraſſe, & prædixiſſe geminos parituram, vt expectaretur euentus, quo detegeretur, an factum eſſet fraude humana, vel Diuina prouidentia. Cumq; edidiſſet geminos in puellam innoxiam minimè ſæuiendum. At ſimulatum commentum non placuit, ſed totius conſilij ſententia, viſum eſt, lege vtendum eſſe, iubent Rheam, cuius corpus pollutum eſſet, virgis cæſam, interfici, & quod natum eſſet, in profluen-
38 tem † aquam eijci, ac proijci, vel iuxta legem in Terra viua defoſſa, paruuli prope ripam Tyberis exponerentur, narrant *Dionyſius Halicarnaſſæus. Hiſtor. libr.* 1. *Liuius, lib.* 1. *Plinius de Viris Illuſtribus, cap.* 1. *Lucius Florus, lib.* 1. *Iuſtinus, lib.* 43. *Eutropius de Geſtis Romanorum, lib.* 1. *cap.* 3. *Ioan. Zonaras Hiſtoriar. parte* 2. *Aymarus Riuallius Hiſtoriæ Iuris Ciuilis, lib.* 1. *cap.* 2. Ea credo ab omnibus legentibus notari, quæ fabuloſa ſunt, abijci oportere, bonum, & regale fuit Amulij factum, Neptem Rheam Syluiam inter virgines veſtæ dicatas collocari, non Regnandi cauſa id feciſſe, cum haberet Numitorem fratrem, qui vxorem habebat vn-
39 de † oriri poterant, qui Regno ſuccederent, quos de medio tollere poterat. Diſplicuit Amulio, Regis Neptem tam immane facinus perpetraſſe, diſplicuit, meo quidem Iudicio, quod illud à patre, & matre velaretur, figmento quòd compreſſa fuiſſet à Marte, vel alio Genio, quod potuiſſet inter aniles fabulas annumerari, quinimmo lenocinij crimine notari.

ROMANI diuerſimodè de Adulteri pœna cauerunt, Nam Romulũ contra Adulteros legem
40 tuliſſe, nec † refert qualem? *Dionyſius Halicarnaſſæus, lib.* 2. Verum ſi in veneficio natorum, aut in adulterio, aut clauium adulteratione deprehenſa foret, eo caſu vxorem à ſe dimittere, atq; repudiare permiſit, vt refert *Plutarchus in Romulo,* ſequitur *Tiraquell. in dicta l.* 13. *num.* 14. NVMA Pom-
41 pilius inceſtus † cauſa Veſtales virgines viuas defodi præcepit ad Portam Collinam. Author *Plutarchus in Numa. Aymarus Riuallius in Hiſtoria Iuris ciuilis, lib.* 1. *c.* 4. Quamquam aliter illam ſcripſerit *Aulus Gellius Noctium Atticarum, lib.* 4. *cap.* 3.

Romu-

Romulum autem ita cauisse, mulierem Adulte-
42 rij conuictam † vir, & cognati, vti volent, necanto, vt refert *Dionysius Halicarnasseus, lib.* 2. Sed L. Villius Tappulus & M. Fundanius Aediles accusarunt apud populum aliquas matronas his pro
43 bris, & in exilium fuisse † damnatas scribit *Liuius lib.* 5. sed & Q. Fabius Gurges aliquas matronas stupri damnatas pecunia mulctauit, ex qua Veneris ædem faciendam curauit, vt narrat *Liuius lib.* 10.

IVLIAE leges, quoad Iulium Cæsarem dictatorem, ob adulteratam quãdam Romani equi-
44 tis vxorem libertum quendam † sibi gratissimum, capitali pœna affecisse, scribit *Suetonius Tranquillus in eius vita cap.*.....Octauianum verò Augustum acceptissimum libertum Proculum, quòd matro-
45 nas adulterasset, & alium, qui in filiæ suæ † personam adulterium commississet Interfecit, vt est author *Dion Cassius.* Vndè TIBERIVS Imperator Apuleiam Varilliam sue vxoris Neptem, de Adulterio accusatam commisso cum Manlio, proprinquis more maiorum iudicandam dedisse, illas vl-
46 tra † ducentesimum lapidẽ ab vrbe remouisse,
47 Manlium † Italia, atq; Africa interdictum; vt scribit *Cornelius Tacitus annalium, lib.* 11. Verum cum Lentulus Getulitus consul Aquiliam de Adulterio cum Valio ligure delatam, Iulia lege reliquisset,
48 Tiberium exilio mulctasse † scribit *Idem Tacitus*
49 *Annalium, lib.* 4. Vulgatissimum tamen † fuit Romanorum, quo Tarquinios vrbe eiecerunt, ob Adulterium in Lucretiam commissum, de quo *Dionysius Halicarnassæus, lib.* 3. *Liuius lib.*.... & omnes Romanarum rerum scriptores. Sic Galli Childeri-
cum Regem quartum ob adulteria in primarias,
50 & nobiliores † fœminas commissa, Regno eiecerunt, vt Scribit *Paulus Aemilius in illius vita, è nostris Stephanus Forcatulus de Gallorum Imperio, lib.* 5. Augustus filiam, & Neptem probris, & Adul-
51 terijs contaminatas † relegauit, vt est author. *Suetonius Tranquillus in Augusto, capit.* 65. de quibus *Seneca de Beneficio, lib.* 6. *cap.* 33. sic inquit, Diuus Augustus filiam intra pudicitiæ maledictum, impudicam relegauit, & flagitia Principalis domus in publicum emisit, admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis commeasationibus ciuitatem, forum ipsum, ac rostra, quibus pater legem de Adulterijs tulerat, filiæ in stupra placuisse, de qua Augusti filia Iulia ita loquitur *Velleius Paterculus Historiarum, lib.* 2. Fœda dictu, memoriaq; horrenda in ipsius domo tempestas erupit, quippe
52 filia eius † Iulia per omnia tanti parentis, ac viri immemor, nihil, quod facere, aut pati turpiter posset fœmina, luxuria, libidine, infectum reliquit, magnitudinemq; fortunæ suæ peccandi licentia metiebatur, quicquid liberet, pro licito vendi-
53 cans. *Et post pauca.* Iulia † (inquit) relegata in Insulam, patriæq;, & parentum subducta oculis, quam tamen comitata mater Scribonia voluntarij exilij, permansit Comes. Domitianus Imperator Equitem Romanum ob deductam in matrimonium vxorem, cui dimissæ adulteri crimen in-
54 tenderat, erasit † iudicum albo. Incesta Vestalium virginum à Patre suo, & fratre neglecta, variè, ac seuerè coercuit, Priora capitali supplicio, poste-
55 riora, more † veteri, vt est author *Suetonius Tran-*
56 *quillus in Domitiano, cap.* 8. *Eusebius* dicit, tres † virgines Vestæ ob stuprum damnatas à Dimitiano: De quibus *Philostratus de vita Apollonij, lib.* 7. *ca.* 4. dicit, quòd nonnulli Domitianum laudarẽt, quòd Romæ Templum Vestæ purgasset virginibus tribus, zonarum causa interemptis, & quia rem cum viris habuisse culparentur, cum oporteret eas castas, atq; intactas custodiri. Verum vxor sua, cum adulterium cum Paride Saltatore commisisset, illam repudiauit, de Paride curauit, vt *is* veluti ab alio, & ob aliam causam interficeretur, vt voluit *Xiphilinus in Domitiano*. Aurelianus Imperator, inflexis duarum Arborum capitibus, pedes adul-
57 teri alligari faciebat, † postea illis dimissis, sic scissus, & distractus, vno impetu animam exalabat, *vt Flauius Vopiscus in illius vita scripsit*. Opilius
58 Macrinus adulterum, & adulteram † iunctis corporibus viuos incendebat, vt scribit *Iulius Capitolinus*, & Seuerum Imperatorem sui Imperij tempore tres mille mœchos occidisse Dion Cassius author est. Finiam has criminales de Adulterio Decisiones, cum illa agitata coram imperatore Troiano de muliere illa Galleta Tribuni militum vxo er, quę cum militum centurione Adulterium commiserat, excussis coram Imperatore probationi-
59 bus, Adulter Centurio † exauctoratus, & relegatus fuit, mulier pœnis Iuliæ legis, quam pulchrè agitatam † retulit *Plinius Iunior Epistolarum, libr.* 6. *Epistol.* 31. *ad Cornelianum.*

NON MIRVM si huic Adulterij crimini ab omnibus fere scriptoribus datũ legis Iuliæ nomen est, & tributa sit prohibitionis illius, & pœnę illatio, per ea, quæ supra dixi *hoc eodem Titul. verficul. lege ciuili*, Magna est, & sequenda Vlpiani authoritas, qui, & si dicat *in l.* 1. *ff. de Adulter.* Hæc
60 lex lata est à Diuo Augusto † declarat autem post modum, *in l. quod ait, & in l. Nihil. ff. eod. titul.* ac illam appellat legem Iuliam de Adulterijs. Sic *in l.* 1. *ff. de concubinis.* Magnum sibi reputabat Augustus, quòd nomen Iulij, qui ipsum in filium adoptauerat, tribueretur. Ità enim apud Romanos à sui Imperij initio scriptum extitit. C. IVLIVS DIVI F. C. N. Cæsar OCTAVIANVS. II. PO-
61 PVLI ROMANI † IMPERATOR VICTO ad ACTIVM ANTONIO SOLVS REMP. TENVIT. continuatum itaq; semper est nomen, Iuliæ, & ideo leges suæ de adulterijs Iuliæ nominatæ, cum suo tempore seueriſſimè vindicasset, vt vltra ea, quæ supra diximus, scribit *Eutropius Rerum Romanorum, lib.* 7. *cap.* 2. sic easdem leges nominarunt supremi illi viri, qui legum Pandectas Compilarunt, *& Imperator Iustinianus in* §. *Item lex Iulia. Iust. de Publicis Iudic.* dicens. Item lex Iulia de adulterijs coercendis, quæ non solum temeratores alienarum Nuptiarum gladio punit, &

quæ

quę ſequuntur. Hac nomen clatura vſi ſunt, & antiqui, & nouiſſimi Iuriſconſulti, eodem modo, & nos facere non dedignabimur.

OCCIDENDI Adulteros ob criminis
62 † obſcenitatem poteſtas conceſſa eſt patri *l. Patri 20. l. nec in ea. 22. l. Quod ait. 23. l. Nihil 32. ff. Ad leg. Iul. de Adulter.* Vt patet illam inuentam in actu turpi, in domo ſua, vel generi, vno impetu, tamquam in ſua poteſtate illos occidat. Draconem, & Solonem Atheniẽſium legum latores nominat Vlpianus *in dicta l. quod ait*, verba illa grecè ſcri-
63 pta, Deprehenſionem in adulterio † ſignificare notat *ibidem Gulielm. Budæus in annotationibus poſterioribus.* Idem voluit *Pandulphus Prateius in Iuris prudentia veteri ad leges Draconis l. 7.* Marito
64 itidem † adulterum vxoris ſuæ occidere permiſſum, ſed non quemlibet, vt patri, *l. Marito 24. ff. de Adult. l. Gracchus C. Ad leg. Iul. de Adulter.* Solon
65 ait Adulterum in opere † deprehendenti occidendi ius eſto, per quam cuilibet qui, in actu venereo deprehenderet, necandi ius eſſet, refet *Plutarchus in Solone*, quam etiam retulit *Prateius in Legibus Solonis, l. 80. Marcus Portius Cato in Oratione, quæ de Dote inſcribitur.* Ità dicit, vir (inquit) cum diuor-
66 tium † fecit, mulieri Iudex pro Cenſore eſt. Imperium quod videtur habet, ſi quid peruersè, tetrèq; factum eſt à muliere, mulctatur, ſi vinum bibit, ſi cum alieno viro probri quid fecit condemnatur. De Iure occidendi, ità ſcriptum eſt. In adulterio vxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impunè necares, ſcripta eſt apud *Aulum Gellium Noctium Atticarum, lib. 10. cap. 23. ita latam à Romulo, l. 15. Adulterij conuictam vir, & cognati, vt volent necanto. Prateius ad leges Romuli.* alia verba, quæ ſequuntur Gellij ſunt, qui dicit eſſe iniuſtam, quia ſi vir adulteraſſet, ne digito illum poſſet tangere, quaſi vellet pro muliere legem Similem ſta-
67 tutam fuiſſe. Deprehenſionem † voluit *Iulius Clarus in §. Homicidium, nu. 42. Iodocus Damhouderius in Praxi Criminum, cap. 89. num. 19. Anguſſol. conſil. 7. num. 10. vol. 1 Marc. Mantua in conſ. 241. nu. 19. vol. 1. Ioan Cephal. in conſ. 305. num. 7. vol. 3. Anton. Scappus de Iure non ſcripto, lib. 1. cap. 50. numer. 23. Nicolaus Reuſnerus in deciſ. Ienenſi. 19. num. 14. 15. lib. 3. Paulus Montanus de Iure Tutelarum, capit. 15. num. 125. Maynardus in dec. Tholoſ. 2. ibi Beuchner. lib. 4. Ioacchimus Hopperus de vera Iuris prudentia lib. 12. titul. 6. Quicquid dicat Ioan. Vandus variar. quæſt. Iuris lib. 1. q. 12.*

68 NEAPOLITANI REGNI Iure, † Marito permittitur deprehendẽti in actu adulterum, & vxorem nulla mora protracta, occidere, lege lata per Regem Rogerium *in Conſt. incip. ſi maritus.*
69 † Alexander Seuerus Imperator, *in dicta l. Gracchus. C. de Adulter.* permittebat id fieri licere in perſona vili, & humili, vt ibi declarat *Accurſ. in Verb. occidi potuerit.* Et hoc erat difficile ſcire, ma-
70 xime noctis tempore. Sed in hoc Regno † habet ampliorem occidendi poteſtatem maritus, quàm per diſpoſitionem Iuris communis, cum occidere permittatur adulterum cuiuſcunq; conditionis ille fuerit, & in omni loco, cum illum non diſtinguat, vt optimè aduertit *Marianus de Caramanico gloſſator in dicta Conſt. ſi maritus*, de iſta poteſtate mariti in hoc Regno voluit *Petr. Foller. in Practic. crimin. in verb. Dentur capitula quod ſuffocauit vxorem, num. 63.* plenè *Matth. de Afflict. in dicta Conſt. ſi maritus, poſt Paridem de Puteo*, quem allegat, concludit *Anton. Scappus de Iure non ſcripto, lib. 1. cap. 50. num. 24.* Theodoricus Rex Criſpiniano, qui vxorem adulteram, & adulterum occiderat gratiam faciens, apud *Caſſiodorum Variar. libr. 1. cap. 37.* inquit, Quapropter pro amore pudicitiæ porrigere ferrum maritis, non eſt leges calcare, ſed condere.

AMPLIA dictam concluſionem occidere poſſe maritum vxorem in actu adulterij depre-
71 henſam etiam † prægnantem, vt voluit *poſt Guilel. de Cuneo Bartol, in l. Imperator, la 2. num. 2. ff. de ſtatu homin.* & ibidem *Bald. in 2. lectura* & voluit *Felin. in c. ſi verò, col. 2. de ſent. excom. Ioan. de Arnon. in Epithomat. 52. incip. ſi maritus. Ioan. Cephal. in dicto conſ. 305. num. 8. vol. 3.*

HAS LEGES quæ permiſerunt Patri; ma-
72 rito, & alijs † poteſtatem occidendi filias, & vxores eſſe iniuſtas cenſuit *Ferdinandus Vaſquius controuerſiarum Illuſtr. lib. 1. cap. 8. num. 49.* nihilominus videndus eſt idem *de ſucceſſ. creatione. §. 7. nu. 22. lib. 1.* multa vtrimq; dici poſſent, quæ ad maiorem commoditatem, omitto.

PROBATIO Adulterij, quoad poteſtatem datam patri, & Marito, vt impunè id fieri poſſit,
73 † tenendum eſt ſufficere deprehenſionem in actu turpi, & per occiſionem inde ſubſequutam, maximè ſi ambo adulter, & adultera in eadem domo reperiantur interfecti, vt vidi factum Neapoli inter magnos Dominos, & Titulatos, qui in eodem palatio, in eadem Camera, & in eodem lecto ambo nudi occiſi fuere, quo caſu illa deprehenſio fa-
74 cit adulterium eſse probatum. † *Iuxta dictum Hoſtienſ. & Anton de Butrio in c. tua fraternitas, num. 2. Abb. Panor. ibidem, num. 2. extr. Adulter. Ioacchimus Hopperus Friſius Regis Catholici in Inferiori Germania olim cõſiliarius I. C. doctiſſimus de vera iuris prudentia, lib. 12. Tit. 6.*

CONTRARIVM videtur ſuaderi ex *gloſſ. & Antonio de Butrio, in c. ex literarum, de eo, qui duxit in matrimonium quam poll. per adult.* quæ ex-
75 ponit † deprehenſam ideſt conuictam, *iuxta text. in l. 1. & ibi Bartol. C. de petit. bonor. ſublat. l. 10.*

TAMEN cum iura allegata declarauerint,
76 deprehenſionem fore neceſsariam † ad illos occidendos, dicuntur publico iudicio damnati, vt in *l. palam. §. fin. ff. de Ritu Nupt.* & ſeruandum eſt dictum *Hoſti, Anton. de Butri. & Panorm. primo loco allegatorum*, quod tenet, per ſupradicta *Ioſephus Maſcardus de Probation. cond. 44. nu. 7. 8.*

QVANDO verò nollent procedere pater, vel maritus ad occidendum, ſed ad accuſandum, vel ad thori ſeparationem, vel ad priuationem

dotis

dotis tunc facienda eſt probatio, & adulterium, &
77 ſtuprum difficilis † ſunt probationis, & ideo probantur per coniecturas, & præſumptiones. *Alexand. in conſ. 189. num. 12. vol. 6. Marcus Antonius Blanchus in Tract. de Indicijs, num. 69. Dominicus de Sancto Geminiano in conſil. 4. Decius. in conſ. 577. num. 11. Cardinal. Pariſius in conſil. 54. numer. 61. vol. 4. Marian. Iunior. in conſ. 32. num. 12. volum. 2. Iacob. Menoch. de Arbitr. iudic. quæſtionibus, libr. 2. centur. 2. caſu 116. num. 11. & in conſil. 31. num. 18. vol. 1. Petr. Ioan. Anchar. quæſtion. Familiarium, lib. 3. q. 75. num. 7. Ioan. Baptiſta Ferret. in conſil. 128. num. 22. Ioan. Maria Monticell. in Practic. criminal. Regul. 2. num. 3. Riminald. Senior in conſ. 50. num. 5. vol. 1. Franciſc. Marc. in deciſio. Delphin. 514. n. 14. 15. vol. 1. Bartholom. Bertazol. in conſil. crimin. 20. nu. 7. vol. 1.* plenè, & eleganter *D. Ioannes Baptiſta Valenzuela Velaſquez Regens, in conſil. 28. nu. 17. cum pluribus ſeq. & per totum.*

SINGVLARIBVS Teſtibus adulterium
78 probabitur, † *vt per Alexand. in conſ. 13. incip. Attentis his, num. 23. 24. vol. 7. Bald. in conſ. 207. incip. Quia dicta Domina. vol. 4. Ioan. Baptiſt. Ferrett. in conſ. 108. nu. 14. 15. Aym. Crauett. in conſ. 73. ſub nume. 33. Marc. Anton. Natta in conſ. 478. n. 22. vol. 3. Marian. Iunior. in conſ. 99. per totum. vol. 2. Vdalric. Zaſi. in conſ. 11. vol. 2. Iacob. Mandell. in conſ. 25. nu. 2. Franciſc. Burſat. in conſ. 69. nu. 12. in conſ. 58. nu. 16. vol. 2. & dixi Latius in hac ſumma deciſion. totius Orbis. tit. 11. nu. 66. cum pluribus ſeqq. to. 2.* voluit *Nicol. Boer. in deciſ. 23. nu. 44. 47.*

OSCVLO, ET MAMILLARVM ta-
79 ctu † probatur Adulterium, & per amplexus. *Bartol. in l. 2. & in l. capite quinto, ff. de Adult.* Sunt enim hi actus præludij adulterij. *Doctor. in c. præterea. de Teſtib. Ripa, in rub. de iudicijs, nu. 18. Bald. in cap. tuæ, de procur. Barthol. de Caſſæneo, in conſuetud. Burgundiæ, rub. 4. §. 6. in Verb. Et ſera tenue, nu. 27. verſic. ſed quomodo probatur. Ludouic. Carrer. in Practic. criminal. §. circa quartum, num. 259.* vbi plures allegat. *Roland. à Valle in conſ. 34. nu. 7. vol. 2. Michael Calidon. in rubr. de iudicijs, nu. 48. cum pluribus ſeqq. Hippoly. Riminal. in conſ. 260. nu. 44. & in conſ. 274. nu. 6. vol. 3. Aegyd. Boſſus in titul. de coitu damnato, & punibili, nu. 57. 58. Thomas Triuiſan. in deciſion. Veneta, 12. nu. 5. lib. 2. in deciſio. 21. nu. 2. 3. lib. 2. in deciſion. 56. nu. 2. 3. lib. 2. Martan. Socin. Iunior, in conſ. 32. vol. 2. Barthol. Bertazzol. in conſ. criminal. 273. nu. 13. vol. 2. Ioan. Baptiſta Coſta de Facti ſcientia, & ignorantia, diſtinct. 12. num. 2. Optimè Didacus Couarru. in Epithome de ſponſalibus, part. 2. cap. 7. §. 6. nu. 3. Nicol. Bellon. in rub. de Edendo, num. 81. Franciſc. Viuius, commun. opinion. 447. Emanuel Suarez in Theſaur. receptar. ſentent. §. oſculum, num. 32. Robert. Maranta, in conſ. 16. nu. 2.*

80 IN ISTO REGNO Neapolis ſopita Deciſio eſt per Regem Robertum in capitulo, ſiue edicto *incip. vt ſine*, per quod oſculanti mulierem, maritatam, viduam, vel virginem ſtatuta eſt pœna mortis, & ſi conſentiente muliere amiſſio dotis, factum in anno Domini 1332. poſt modum confirmatum anno 1563. fuit dicti capitulum per Prag-
81 maticam Ducis de Alcala Proregis. † *incip. conſiderato quanto ſia deteſtabile, ſub Titul. de oſculantibus mulieres, & dico in fin.*

DOTEM OB ADVLTERIVM Mulierem
82 perdere, abſolutiſſimum in Iure noſtro † habitum eſt, *ex l. conſenſu, C. de Repud. cap. plerunque extra de Donat. inter vir, & vxor facit, l. viro, & vxore 40. l. cum mulier. 49. ff. ſolut. matr.* Illaque præcedente iudicis ſententia marito applicatur, & locum
83 † habet in matrimonio etiam putatiuo, vt *per gloſ. in dicto c. plerunq; Bald. Nouell. de Dote, parte 12. §. Hactenus*, dicens eſſe communem opinionem. *Paul. de Caſtr. in conſ. 147. vol. 2. Didacus Couar. in Epithome, de ſponſalibus, parte 2. cap. 7. §. 6. numer. 1. Iulius Clarus, in §. Adulterium, num. 13. in fin. nu. 15. Franciſc. Viuius in Commun Opinion. in Verb. vxor perdit dotem. Ioan. Baptiſta Villalobos commun. opinion. in §. Adulter. num. 68. Præſtantiſſimus Præceptor. Ioan. Bolognettus, in Rubr. C. de Edendo, num. 29. Petrus Gerardus in Singul. 48. incip. ſcias. Barth. de Caſſæn. in Conſuetud. Burgundiæ. Rubr. 4. §. 6. in verb. Et ſera tenue, numer. 16. Angel. de Aretio in Tract. Maleficiorum, in verb. ch'hai adulterato la mia donna, numer. 25. Hyppolyt. de Marſil. in ſingul. 234. incip. Paria delicta, & in l. patre vel marito, num. 12. verſic. Nolo tamen omittere. ff. de Quæſtio. Ludouic. Roman. in conſil. 286. incip. Hæc Iuliana, num. 1. Alexand. in conſ. 189. incip. In cauſa, & lite vertente, num. 1. 7. vol. 6. Ludouic. Roman. in ſingul. 311. incip. Propter adulterium. Catellian. Cotta in memor. in Verb. Mulier propter adulterium. Ludouic. Carrer. in Pract. Criminal. §. circa quartum, numer. 253. Roland. à Valle in conſ. 50. per totum, volum. 1. Aegydi. Boſſus in tit. de coitu Damnat. & punibili, nu. 54. Guid. Papæ in ſingul. 885. Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus, l. 1. ſub num. 45. in fin. & in verb. de ſon mary, num. 238. Lancellott. Conrad. de officio prætoris in cauſis criminalib. Titul. de Adulterijs, num. 23. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 338. num. 1. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 514. num. 4. 5. & per totã, vol. 1. Vincentius de Franchis in deciſ. Neap. 174. Ioan. Lopez de Palacios Rubios in Repetition. Rubric. de Donat. inter vir. & vxor. §. 20. nu. 1. Ioan. Petr. Surd. de Alimentis. Titul. 7. q. 24. num. 10. Pet. Cenedo in Collectan. Iuris Canonici, parte 3. Collectan. 154. numer. 1. Martin. Mesnartius in Epithome legum Pontifical. lib. 4. Titul. 20. verſicul. mulier tamen. Emanuel Suarez in Theſauro receptarum ſententiarum in verb. Adulterium, nu. 80. 81. Petrus Antonius Anguſſol. in conſ. 9. num. 2. lib. 5. & poſt Scabinos in deciſ. Lipſenſ. 570.* voluit *Matthias Colerus in deciſ. Germaniæ. 176. num. 40. cum pluribus ſeq. Anton. Scappus de Iure non ſcripto lib. 1. cap. 50. nu. 13. Thomas Triuiſan. in deciſ. 16. num. 1. 2. 3. in deciſ. 21. num. 1. 2. 3. lib. 2. Don Garzias Maſtril. in deciſio. Siciliæ. 57. num. 1.*

84 CONTRARIAM ſententiam, quòd † Hodie nullo modo ob adulterium mulier dotem amittat

tat tenuit *Camillus Plautius, in Rubric. C. de Edendo, num. 46. cum pluribus ſeq.* quo in loco pluribus vſus eſt argumentis, vt hanc ſuam nouam opinionem fulciret. Tamen ex profeſſo illam confuta-
85 uit † *Iacobus Menoch. de Arbitrarijs iudicum quæſt. lib. 2. centur. 3. caſu 287. num. 11. cum pluribus ſeqq.* credo autem Plautium potius, vt oſtenderet ingenij acutiem, & ſubtilitatem, quàm, vt ſibi perſuaderet, futuros aliquos, qui contra tam magnam Iuriſconſultorum phalangem, arma pro ipſius opinione tuenda, ſumerent.

PARVM ab illa diſtat opinio illorum, qui cenſuerunt, quòd, & ſi maritus iure, vel conſuetudine vxorem in adulterio deprehenſam occide-
86 rit, non tamen ſibi debeatur dos, aut illius † pars, quæ vigore ſtatuti, vel pacti haberetur. *Bald. in l. i. numer. 3. verſ. extra quæro nunquid, C. Vnde Vir, & vxor.* dicit, quòd maritus occidens vxorem perdit ius ei ſuccedendi, quia qui occidit, videtur diuertiſſe, vnde nihil lucratur, *vt l. conſenſu, C. de Repud. Idem Baldus in conſil. 26. in fin. volum. 3.* allegatur *text. in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir, ff. ſolut. matrim.* vbi textus videtur clarus. Si vir (inquit) vxorem ſuam
87 occiderit, dotis actionem † hæredibus vxoris dãdam eſſe Proculus ait, & rectè, non enim æquum eſt virum ob facinus ſuum, dotem ſperare lucri facere. Idem, & ex contrario ſtatuendum eſt, poſt alios idem tenuit *Bald. Nouellus in Tract. de Dote, part. 8. priuilegio 31. & ex opinione Bartol. & Bald. ac aliorum in dicto, §. ſi vir,* voluit *Ioan. de Amicis in conſ. 9. incip. Facti ſeries, num. 5.* dum dicit, quòd maritus, ſiue occidat vxorem, ſiue non præſtet ali-
88 menta, vel in ægritudine nullum medicum † adhibeat, vel minus idoneum, vel medicinas non impendat, dotis lucro priuatur, ſiue debeantur ex conſuetudine, ſiue ex pacto. *Bartol. in l. ei, qui, ff. de his quib. vt indignis. Hippolyt. de Marſil. in l. Nihil intereſt, nu. 1. ff. Ad leg. Cornel. de Sicar. Ioan. Campegius, de Dote, part. 5. quæſt. 2. & amplè Roland. à Valle in Tract. de Lucro dotis, quæſt. 61. num. 11. 16. Decius in conſil. 525. incip. Viſis his, quæ accuratè, num. 2.* quam opinionem tenuit, & corroborauit *Antonius Gomez in l. Tauri 80. num. 63. cum pluribus ſeq.* quem refert, & ſequitur *Iul. Clarus, in §. Homicidium, ſub numer. 19. in fin.* dicens expreſsè,
89 Et hæc concluſio locum habet etiam quando † maritus vxorem occidit iure, vel conſuetudine id permittente, puta propter adulterium, nam neque eo caſu lucratur dotem, iuxta formam ſtatuti, vel pacti, quam opinionem ſequitur *Nicol. Boerius in Deciſion. Burdegal. 244. numero 12.* & antea per tranſitum *in deciſion. 25. num. 4.*

90 CONTRARIAM Tamen opinionem † tenuit *Bartol. in dicta l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir, num. 5.* dum inquit, Quid ſi maritus interfecit vxorem repertam in adulterio, propter quod ipſa debebat perdere dotem, an vir perdat iſtud Lucrum? dicit *gloſſ.* quòd ſic, quia non licebat ſibi interficere. Et per hoc dico, quòd ſi licuiſſet interficere ex conſuetudine, vel ſtatuto, non perderet dotem. *vt l. qui ſeruum, de Verb. obligat. de leg. 1. l. Quid ergo. §. ſi hæres. Hæc Bartolus.* vbi debitor occidens ſeruum debitum ex iuxta cauſa puta adulterij, habetur, ac ſi alius occidiſſet, ſine ſua culpa, vel dolo. vt habetur *in dicta l. qui ſeruum.* Similiter ſi hæres occiderit hominem legatum merẽtem puta, quia cum filia, vel vxore adulterando repererit, non tenetur. *l. quid ergo la 1. §. ſi hæres. ſupra allegati, & vtrobiq; gloſſa. & Bartol. poſt Cyn.* ſequitur *Bald. in dicto §. ſi vir. nu. 11. verſicul. ex his habemus.* dicens, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd poſſit vir impunè interficere vxorem inuentam in Adulterio, nunquid
91 vir lucratur dotem † ex tali maleficio? & dicendum eſt, quòd ſic, ſecundum *Bartol.* nam iſtud homicidium eſt licitum, & facit *l. fin. C. de Adulter.* Et quæ dixerat *Bald. in dicta l. 1. C. Vnde vir, & vxor.* vt ſupra retulimus, reprobantur ibidem à *Salycet.* contra dictum *Baldi,* tenent *Angel. Ioan. de Imola, & Raph. Fulgoſ. in dicta l. ſi ab hoſtibus.* prout illos retulit, & ſequitur *Alexand. ibi, numer. 4. verſ. per iſtum textum.* quam dicit ipſum ſequutum fuiſſe dum legeret dictam. *l. 1. C. Vnde Vir, & vxor,* prout ibidem concludit, *numer. 11. verſ. Item quærit hic Bald.* dicens formaliter, quòd illa opinio *Bald.* loquitur de ſucceſſione in hæreditate, quæ ſimpliciter defertur, vnde occiſori acquiritur, licèt fiſcus poſſit ei, vt indigno auferre, Aliud eſt in lucro dotis quæ ex pacto debet obuenire marito, quia illa defertur ſub conditione, ſi maritus culpam non commiſerit. *l. Lucius. ff. ſol. matr. l. conſenſu. C. de Repud.* & ità reſidet, dicens poſſe ſuſtineri opinionem *Bartol.*

NOTANDA ſunt iſta præſertim in hoc Re-
92 gno Neapolitano pro intellectu dictæ *Conſtit. † incip. Si maritus,* per quam conceſſa eſt facultas marito interficiendi vxorem deprehenſam in adulterio, quòd debeatur lucrum dotis marito, vt concludam, prima enim opinio, ob quam mouebantur forte *Bald. & alij* ad concludendum, quod non
93 debeatur tam ſi lucrum promiſſum ſit in caſu mortis, & iſto caſu dicitur non deberi, quia non videtur mulierem cogitaſſe caſum mortis ſibi inferendam per contrahentem, & ideo conuentio ad hunc caſum non referatur. *arg. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verbor. oblig.* quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.* & ità procedat. *text. in dicto §. ſi vir.* quam etiam ſi ageretur de lucro debito ex diſpoſitione legali, & ſimiliter, licèt ob adulterium vxor dotem amittat, & maritus vxorem adulterantem occiderit, quamuis impunè illam occidat, tamen dotem, vel lucrum dotis illi non dabitur, cum præmium legale illi non debeatur, qui propria authoritate ſibi ius dixit, & adminiſtrauit. *l. interdum, la 2. §. qui furem. ff. de Furt.* ità concludunt *Bald. Imol. & Roman.* & ante eos *Matth. Matteſilan. Notabil. 73. incipi. Nota mirabilem,* quos refert *Alex. in dicto, §. ſi vir.* Quę omnia breuiter poſ-
94 ſunt reſolui, quòd dum † dicitur mulierem non

cogitasse de horrido mortis actu, dici posset è conuerso nec Virum cogitasse, quòd vxor debuisset adulterium committere, & infamare eius personam, & familiam suam, ac ipsius mariti honorem adulterio denigrare. Quia, vt inquit *Virgilius lib. 9. Aeneidos*

Non solos tangit Atrides
Iste dolor

placuit inter Virum, & vxorem contractum, & quicquid in illis positum est, facere, & præsumi-
95 tur † antea excogitatum, quicquid illis placuit fuisse in conuentionem deductum *l. 1. §. conuentio de pactis.* cum nec cogitationes similes sint de substantia actus, sed verba. Et regula in contrarium adducta procedit in vltimis voluntatibus, in qui-
96 bus intentio, & voluntas † testatoris attenditur, *l. in conditionibus primum locum, in princip. ff. de condit. & demonstrat.* & eo casu receditur a verbis, vt seruetur voluntas testatoris. vt voluit *Bartol. in l. in ambiguo, ff. de Rebus Dub. cum concordantibus relatis ab Andr. Tiraquell. in Repet. l. si vnquam, in verb. libertis, num. 20. C. de Reuoc. Donat.* Ratio au-
97 tem, quare † in testamentis, & vltimis voluntatibus voluntas, & intentio testatoris attenditur magis quàm in stipulationibus, & contractibus, quia voluntas, & intentio testantis, ex ipsius solius iudicio, atq; arbitrio procedit, contractus autem ex
98 voluntate duorum † contrahentium, vt eleganter docuit. *Nicolaus Valla in Commentarijs de Rebus dubijs, tract. 1. sub num. 11. vers. Maxime autem.* Et inter duodecim tabularum. Hanc legem fuisse scribit *Pandulphus Pratæus in iuris prudentia Ve-*
99 *teri, l. 15.* In † contractibus ea præstantur, quæ lin-
100 gua nuncupata sunt, Minus † obstabit *text. in dicta l. interdum, §. Qui furem.* Ex quo ibi, fur asportatus ad præfectum Vigilum, qui cognitio-
101 nem habebat, † de incendiarijs, effractoribus, furibus, & raptoribus nisi tam atrox delictum fuisset, vel persona tam famosa, quo casu ad Præfe-
102 ctum † Vrbi remittebatur, vt est *apud Lucium Feneſtellam de Magistratibus Romanis, cap. 24. Franciſc. Hotoman. de Magistratibus Romanis, cap. 15.* & habetur *in l. Nam & salutem, ff. de offic. Præfecti Vi-*
103 *gil.* Idcirco ad præfectum † vigilum fur iste ductus Nocturnus erat, nam si diurnus fuisset ad alios magistratus Vrbis spectabat, quo stante, Solonis lex, Furem occidi permisit, si cum furtum
104 faceret nox, aut interdiu, si se telo defenderet † vt narrat *Aulus Gellius Noctium Atticarum, lib. 11. cap. 18. Aymarus Rivallius Historiæ Iuris ciuilis, lib. 2. comment. 9. Pandulphus in iuris prudentia veteri, in Solonis l. 77. & in 12. Tabul. l. 72.* Sic & *Plato de*
105 *legibus Dialogo 9.* Qui nocturnum † furem domum suam ingressum interemit, mundus sit, hoc est impunè illi esto, de his meminit *Vlpianus in l. fur manifestus, & in l. si quis in seruitute, ff. de Fur-*
106 *tis*, quo in loco furem manifestum † Græci dicunt, ἀντίφορος ideſt antephoron de his scripsit *Andr. Alciatus Paratermissorum, lib. 2. Cælius Rhodigi-*
nus lectionum antiquarum lib. 10. c. 6. nouissimè Ferrandus Adduensis explicat. lib. 1. cap. 43. Has pœnas furibus statutas narrant *Alexand. in conſ. 138. n. 9. vol. 6. Ang. de Aretio in Tract. Maleficiorum in verb. Vestem Cælestem abstulit, col. 3. Marsil. in l. furem, n. 2. ff. de Furt. & in l. sicut allegas. in princ. C. eodem Titul. Iodoc. Damhoud. in Praxi Criminum, c. 78. n. 2. Iul. Clarus, in §. Homicidium, nu. 41. & nouissimè Ioan. Bonifacius in Tract. de Furtis, §. inuito Domino, nu. 32. 33.* Ideoq; cum esset ei permissum illum occidere, & tamen ad præfectum vigilum accessit intendens coram eo rei furto substractæ persequu-
107 tionem, rectè dicitur † renunciasse censeri pœnam criminalem pro furto, quia illam dare omisit, cum illam dare ipse noluisset. In quæstione nostra eadem ratione, si vxorem in Adulterio deprehẽsam occidat, facit quod per legẽ sibi committitur. Sed dotem in casu suo non cẽsetur ei remittere, aut lucrum promissum, cum non posset propria authoritate illud recipere. Quid enim si dos nõ esset exacta, sed quòd fuisset promissa, & esset exigenda? Si autem fures nocturni, vel balnearij, vellent au-
108 diri, puta facere aliquas defensiones † tunc audiri debent, vt dicit *Vlpianus in l. 1. vbi Accurs. ff. de Furibus Balnearijs.*

CONCLVSIO Itaq; ex dictis relatorum Doctorum est, quòd quando lucrum proueniret marito ex conuentione, & tunc non deberetur tanq̃ ab vxore, non excogitatum, & tũc illi non deberi dixerunt, quorum opinionem ego oppugnaui. Et sic etiam qñ deberetur lucrum ex pacto de bonis præmorientis, ex pacto præsertim comprobato per legem, & in statuto contentam dispositionem, puta diceret conuẽtio seruata forma statuti, vel consuetudinis, & tunc lucrum, & si promitteretur per pactum vigore statuti & consuetudinis, vt sunt maiori ex parte in hoc Regno, eo casu lucrum de-
109 betur, cum sit † factum homicidium lege permittente, quo pœnam non meretur. *l. Gracchus, C. de adulterijs. Sic Matth. Matthesilan. in dicta singul. 73. Bart. Angel. Alex. & Iason. in dicto §. si vir.* hoc idem probauit *Rol. à Valle in Tract. de Lucro dotis, q. 63. numer. 6.* allegans *Campeg. in Tract. de dote, part. 5.* & hoc idem sequitur, & probat *Marc. Anton. Peregrinus de iure fisci, lib. 2. tit. 3. num. 11.* Et vltimo dum transcribuntur ista, eandem sententiam tenuit *Ioan. Petrus Surdus de Alimentis, titul. 8. q. 69.*
110 *num. 10.* dicens, quòd ratio assignata † per illos, qui tenent, quòd lucrum ex conuentione promissum, non debeatur marito occidenti vxorem deprehensam in adulterio, nũquam sibi placuit, prout mihi displicet, & potius stabo cum Bartolo, & alijs, teneant alij, vt volunt.

QVOAD Amissionem dotis mulieris deprehensæ in adulterio, & occisione inde sequuta, nulli dubium, sufficere isto casu probationem osculorũ,
111 siue basiorum, † ac tactum mammillarum, aliorumq; similium, de quibus dixi supra *hoc eodẽ tit. versicul. Osculo, num. 79.* Et notanda sunt verba *D.*

Au-

Auguſtini in lib. de chriſtiana fide. Epiſtol. 109. *ad monachas. deducta in c. Nec ſolo.* 32. *quæſt.* 5. *dicentis.* Nec ſolo affectu, ac tactu, ſed aſpectu quoq; appe-
112 titur, & appetit concupiſcentia fęminarum: † Nec dicatis vos animos habere pudicos, ſi habeatis oculos impúdicos, quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius, & cum ſe ſibi inuicem, etiam tacente lingua, conſpectu mutuo, corda nunciant impudica, & ſecundum concupiſcentiam carnis, alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus. *Et Diuus Gregorius lib.* 21. *Moralium cap.* 9. *& in c. Qui viderit.* 32. *q.* 5. qui viderit (inquit) mulierem ad concupiſcendum eam, iam mæchatus eſt in corde ſuo, quia enim Græco vocabulo, adulter męchus dicitur, cum non aliena coniux, ſed mulier videri prohibetur,
113 apertè veritas oſtendit, quia etiam ſolo viſu, † cum turpiter, vel innupta concupiſcitur, adulterium perpetratur. quorum cauſa *Alexand. in conſil.* 77. *per totum, vol.* 7. dicit, quoad dotis omiſſio-
114 nem ex ijs † dicit, eſse probatam per prædicta, quod, & plenè tractauit *Marian. Socin. Iunior. in*
115 *conſil.* 32. *vol.* 2. quia ex oſculis, & tactu † mammillarum mulier præſumitur adultera, & dotem perdit. *Ripa in Rubr. extra de Iudicijs, numer.* 16. *Franciſc. Burſat. in conſil.* 69. *numer.* 11. *volum.* 1. *Ioſeph. Maſcard. in Tractat. Probation. concluſ.* 1337. *num.* 3. *Surdus de Alimentis titul.* 7. *q.* 16. *num.* 2. *Bartholom. Bertazol. in conſil. criminal.* 20. *num.* 8. *volum.* 1. Mulier enim ità amittit dotem per adul-
116 terium præſumptum, ſicut † per adulterium verũ *Pirrhus Alphanus Præceptor meus in ſtudijs Dialecticis, in Rubr. C. de Edend. num.* 45. 46. quem ſequitur *Ioan. Paptiſta Coſta de Facti ſcientia, & ignoran. diſtinction.* 12; *num.* 32. *Marcus Mantua Dialog. Denarior. Claſſe* 13. *cap.* 29. *num.* 1. *Bartholom. de Caſſan. in Conſuet. Burgund. Rubr.* 4. §. 6. *in verb. Et Sara tenue, num.* 24. *Menochi. de Præſumptionib. lib.* 5. *Præſumption.* 41. *num.* 26. *Bertazzol. in conſil. crimin.* 273. *num.* 13. *volum.* 3. *Anton. Scappus de iure non ſcripto, lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 22. ex noſtris benè, & ſubſtantialiter *Paris de Puteo. de Syndicatu. in verb. Officialis offenſa. num.* 13. *cum pluribus ſeqq.* de quo agit de reperto in domo cum muliere in
117 domo illius; quam autem meliorem † probationem in ſimili partes offendere poterunt, quam ſi occiſum hominem in Camera mulieris deprehendant, alij quærant alias probationes, vt excludant patentia facinora. *Nicol. Vigellius in dec.* 83 *cent.* 1.

FEVDO non mirum ſi vaſallus priuetur, ſi
118 cum vxore illius turpiter luſerit, vt ponit † *ibi Accurſius*, manus ad mammillas miſerit *in c.* 1. §. *Item ſi fidelis. in verb. Luſerit. Quib. modi feud. amittatur.* declarant ſi oſculum luxurioſum, manus ad femur, parteſq; verecundas contrectauerit,
119 declarat. *Iacobus de Ardizzon. in ſumma Feudor. part.* 2. *cap.* 55. *incip. cum prædictum.* vbi ſummatim cauſas enumerat. *& in capit.* 86. *incip. Item amittit, ſi turpiter. Andr. de Iſer. in dicto* §. *Item ſi fidelis, nu.* 8. 9. *Iacob. de Beluiſ. col.* 1. *Bald. ibidem, num.* 17. *Iacob. Aluarot. nu.* 19. *Præpoſitus, num.* 1. *Martin. Laudenſ. num.* 6. *Matth. de Afflict. num.* 12. *Franciſc. Curt. in Tract. Feudor. par.* 4. *cauſ.* 2. 3. *Gulielm. Hanneton. in Tract. Feudor. lib.* 3. *cap.* 11. *Franciſc. Duaren. in conſuetud. Feudor. cap.* 14. *nu.* 11. *Paris de Puteo in Tractat. de Reintegrat. Feud. cap.* 251. *num.* 2. *Iacobin. de Sancto Georg. in Inueſtitur. in verb. Dictiq; vaſalli promiſer. nu.* 32. *Anton. Capic. in Inueſtitur. Feudali, in verb. Feudorum amiſſiones verſ. amplia ſexto. Eguinar. Baro de Benefic. ad Ortenſium, libr.* 3. *cap.* 3. *Ioan. Ferrar. Montan. in Vſus Feudor. lib.* 4. *notab.* 2. *cap.* 1. *Ludolphus Schraderus de Feudis, part.* 9. *cap.* 2. *num.* 74. 84. 85. *Franciſc. Sonsbech. in tract. Feud. part.* 12 *nu.* 16. 24. *cum alijs allegatis per Henricum à Roſenthal in Synopſi Feudor. c.* 10. *concluſ.* 28. *nu.* 1. 2. *Franciſ. Hotoman. in Diſputation. Fendiſtica cap.* 41. *verſ. Vndecima eſt.*

AMISSIONE DOTIS Itaquè poſita pro conſtanti, ob adulterium vxoris, ac lucri dotalis, & quòd conſignetur marito. Declaranda primò
120 erit iſta concluſio, quòd † ſi mulier, adultera habet patrem ſuperuiuentem, ipſi filiæfamiliæ, vel conuenit, ac pactum ſibi fecit de dote ſibi reſtituenda, palam erit patri, non marito dari, ipſiuſq;
121 filiæ delictum patri nocere † non debet, *argum. l. ſi dotem, C. de iure dot. Dyn. in l.* 2. §. *ſed vtrum, ff. ſolut. matrim.* quem ſequitur *Bartol. in* §. *eſt quoque, numero* 3. *in Auct. de nupt.* Idem voluerunt *Cyn. Ioan. Faber. Bald. & alij in dicta l. ſi dotem, vbi, & Salycet. Et poſt Dyn.* voluerunt *Bartol. Paul. de Caſtro, Alexand. in dicta l.* 2. §. *Item ſi voluntatè, vbi Ripa, nume.* 2. *& in dicta l.* 2. §. *quid ſi in patris,* voluit *Iaſon, ſub numero* 7. *verſicul. ſecundo infertur. Idem Bartol. in l. ſi finita,* §. *ſi de veſtigalibus, ff. de damno infect. Anton. de Butrio in cap. plerique extr. de donationibus inter vir. & vxor. Salycet. in l.* 3. *C. de bonis damnator. Barthol. de Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ, rubr.* 4. §. 6. *in verb. Et ſarà tenue, nu.* 20. *&* 21. vbi dicit, hanc eſse communem opinionem, quem ſequitur per eadem verba *Gaſpar Caballin. Milleloq.* 527. *Nicol. Boerius in Apoſtillis ad Dyn. in c. Non debet de regul. iur. in* 6. *idem Boerius in deciſ. Burdegal.* 338. *nu.* 5. *Anton. Scappus de iure non ſcripto, lib.* 1. *c.* 50. *nu.* 16.

CONTRARIVM Tamen tenuit *Accurſius*
122 *in dicta l. ſi dotem, in verbo fuiſſe,* dum dicit, † quòd quando pater non eſt ſtipulatus dotem ſibi reddi, ſibi imputet, *& gloſ.* ſequitur *Raphael Comens, in dicto* §. *quid ſi in patri,* & corroborando hanc opinionem, *Caſſan. in loco allegato,* aliqua induxit, & reliquit cogitandum.

PRIMA opinio tenenda eſt, vti communi
123 ſcribentium numero approbata, Quinimmo † etiam in caſu, quo pater non fuiſſet ſibi ipſi ſtipulatus, & vxor illo exiſtente adulterium commiſiſſet filia marito coniuncta, non illi, ſed patri dotem dare cogitur, quia dos à patre profecta ad pa-
124 trem redire debet, maximè ſecundum † conſuetudinem *Martini l. Dos à patre, C. ſolut. matr.*

Cald. in conſil. 1. colum. 3. titul. de Donat. inter vir. & vxor. Curt. Iun. in conſil. 43. num. 9. Vincent. de Franch. in Deciſ. Neapol. 196. in princ. Ioan. Baptiſta Coſta de Remedijs ſubſidiarijs Remed. 65. numero 9.

DECLARA Secundò, & ſubintellige, quòd quãdo ſolutum eſt matrimonium Dos ad patrem
125 non ſpectat, ſed remanet apud filios etiam †ſi pater eſſet ſtipulatus illam ſibi reddi, vt ampliando dicta *Curtij Iun. in dicto conſ. 43. num. 9.* dicit *Ioan. Nicol. Arelaten. in l. generaliter, numero 46. C. de ſecund. Nupt.* quos refert, & ſequitur *Ioan. Baptiſt. Villalobos. opinion. Commun. §. Dos, numero 171. 172.*

DECLARA Tertiò, quòd in caſu ſuperius narrato, quando mulier ob adulterium amittit dotem, non debetur nec marito, nec patri ſi exi-
126 ſtunt filij, quia illis debetur dos, & donatio †propter nuptias. *arg. §. ſi vir de Adulterio. in Auct. vt matri, & auiæ.* voluit *Gloſſ. notab. in c. 1. in verb. reciperet extr. Vt lit. nõ Conteſt. Bald. in l. hac edictali. in prima lectura, num. 5. verſ. ſed pone Berta nupſit. C. de ſecund. nuptijs. Franciſc. de Crema in ſingul. 86. incip. ſtatuto cauetur. Nicol. Boer. ad Dyn. in dicto c. Non debet. de Regul. iur. in 6. in apoſtill. incip. Adde in quibus caſibus & in dicta Deciſion. Burdegal. 338. num. 6. Didac. Couar. in Epith. de Sponſal. par. 2. cap. 7. §. 6. num. 4. Caſſan. in loco allegato ſub nu. 20. Petr. Cenedo in Collectaneo iuris Canon. par. 3. Collect. 154. nu. 2. Lancellott. Conrad. de offic. Pratoris in cauſ. criminal. titul. de Adulterijs ſub nu. 24. verſ. Quinto ſi mulier.*

DECLARA Quartò ſi vir cum vxore reconciliati ſunt, puta, quia cum expuliſſet vxorem, illam iterum reduxit ad ſuam domum, vel approbando mores præteritos, vel (ne teneatur pœna Lenocinij) dixerit illam non ducturam vitã turpem,
127 aut † meretriciam, ſed bonam, honeſtam, & caſtam, quo caſu criminum præteritorum remiſſionem inter eos factam eſſe, non autem præiudicabit ſibi maritus ad cõmittenda. *tex. in dicto c. plerunq; vbi Gloſ. Notabilis. in verba, nec reconciliat.* vbi hoc expreſſim dicit *Præpoſitus, Angel. de Aretio, in Tract. Maleficiorum in verb. ch'hai adulterato la mia donna, vbi Auguſtin. de Arimino. nu. 50. Didac. Couarruuias in dicta part. 2. cap. 7. §. 6. ſub nu. 7. Lancellott. Conrad. de offic. Prætor. in cauſis crimin. titul. de Adulterijs ſub num. 26. 27. verſic. ſeptimo quando maritus vxoris mores.* de qua reconciliatione habetur *in c. quemadmodum. extr. de iureiur. in c. ſi illic. 23. q. 4.* quæ iura annotauit *gloſſ. pen. in c. intelleximus de Adulter.* quam viri, & vxoris reconciliatio-
128 nem poſt adulterij accuſationem † admitti in Gallia narrat *Gerardus Maynardus in Deciſion. Tholoſ. 2. nu. 7. lib. 4.*

CONTRARIVM quoad hoc tenuit *Salycet. in l. quoniam Alexandrum. C. Ad legem iul. de Adulter.* dicens, dicto caſu, quo mulier eſt reconci-
129 liata viro, † ob crimina per primum adulterium per indulgentiam à marito remiſſa non poſſe de nouo crimina commiſſa accuſare ab eodem viro. *arg. c. de benedicto 32. q. 1.* quaſi per dictam reconciliationem, & indulgentiam, etiam adulteria, quæ de nouo committeret, cenſeri remiſſa.

CVIVS contrarium dicunt; *glo. in dicto verb.*
130 *Nec reconciliata in fin. dicit,* ſecundum † Euangelicam veritatem, remittendo quoad ipſum præterita, quod ſibi licuit, & prohibens futura, & ita dicit *Præpoſitus in dicto c. plerunq;*. Euangelica veritas hoc decreuit *apud Ioannem cap. 8.* dum illi mulieri adulteræ dixit, Mulier vbi ſunt, qui te accuſabant? nemo te condemnauit? quę dicit, Nemo Do-
131 mine. Dixit autem Ieſus. Nec ego † te condemnabo. Vnde, & iam amplius noli peccare, & contra per plura concluſit *Ioannes Lopez in Rep. c. per veſtras. §. 9. num. 18.* quem refert, & ſequitur *Didac. Couar. in dicta part. 2. cap. 7. §. 6. num. 7. & ex Iacob. de Beluiſo, & Auguſtino ad Aretin. vbi ſupra Lancellottus conradus in dicto titul. de Adulter. n. 26. 27.*

DECLARA quintò Accuſationem de Adulterio contra vxorem non operari nec effectum habere quoad pœnas, ſi mulier opponat contra vi-
132 rum exceptionem †malorum morum paris delicti, aut turpis fornicationis, quia illo caſu accuſatio non admittitur. *Gloſſ. notabilis in verb. punietur in l. caſtitati. C. de Adult. in trac. Maleficiorũ in verb. ch'm'hai adulterato la mia donna, in verb. Quæro quas defenſiones ſub nu. 49. verſ. Quarto opponitur?* quod ibidem approbauit *Auguſt. poſt ipſum, nu. 50. plures allegãs Hippoly. de Marſil. in ſingul. 234. incip. Paria delicta. Ioan. Lopez, in Rubr. de Donat. int. vir. & vxor. §. 20. per totum. Didacus in Epithom. de ſponſalib. part. 2. cap. 7. §. 6. Abbas Panormitan. in cap. 1. nu. 3. ext. vt lit. non conteſtat. Barboſa in Rub. ſoluto matrimonio. par. 1. num. 98.* dum inquit, vxor adul-
133 tera non perdit dotem, ſi maritus † habet concubinam, quod antea dixerunt *Paulus de Caſtro in conſ. 128. incip. hæc mulier non debet excludi,* quem refert, & ſequitur *Hippol. de Marſil. in l. patre, vel marito, nu. 12. verſ. Nolo tamen omittere. ff. de quæſt.*

SVBINTELLIGE Tamen non procedere ſupradictam concluſionem, ac declarationem ſi maritus accuſaſſet vxorem criminaliter de adulterio,
134 quia iſto caſu, cum mulier nõ poſſit maritum † de adulterio criminaliter accuſare *vt in l. 1. C. de Adul. vbi optimè Accurſ. in verb. Violato.* & voluit *Hippol. in l. patre, vel marito. nu. 11. ff. de quæſt. Ioan. Lopez in dicta Rubr. de Donationib. inter vir. & vxor. §. 20. nu. 3. nu. 5. verſ. Quando igitur.* Sed tunc procedit,
135 qñ † maritus agit ciuiliter ad ſeparationẽ Thori, & amiſſionem dotis, vt illa agere poſſit cõtra virũ pro lucranda donatione pp nuptias, & tunc militat Regula, ꝙ paria delicta mutua compenſatione
136 † tolluntur. *vt c. intelleximus. c. fin. ext. de Adulterijs, vt per Paul. de Caſtr. in conſ. 402. vol. 1. Ioan. Lopez in dicto §. 20. Marſil. in dicta l. patre, vel marito, n. 14.* & ſic intelligenda allegata *per eundẽ in ſingul. 234. incip. Paria delicta adde Didacum Couar. in dicta par. 2. c. 7. §. 6. num. 6. Lancellott. Conrad. de officio Prætoris in cauſis criminalibus. titul. de Adulte-*

ſub

ſub nu. 26. verſ. Quinto limita. & Abb. Panor. in dicto c. 1. nu. 3. ext. vt lite non conteſt. vbi addentes. Sebaſtian. Medices de Compenſationib. par. 1. q. 34. & q. 48. Surdus de Alimentis titul. 7. q. 16. nu. 47. ſequitur *Ioan. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ignoran. diſtinct. 25. nu. 2. 3. centur. 2. & antea idem Coſta diſtinct. 12. nu. 30. centur. 2. Thomas Triuiſan. in Deciſion. Veneta. 45. nu. 2. lib. 1.* Et quoad Thori ſepa-
137 rationem, & dotis amiſſionem † iudicantur ad patria, *vt voluit Anton. Gamma in Deciſ. Luſitan. 234. num. 1.*

DECLARA ſextò Maritum putatiuum, nõ
138 poſſe occidere vxorẽ putatiuam, neque † lucrari illius dotem, *vt poſt Anton. de Butrio in dicto c. plerunq; de Donat. inter vir. & vxor. Lud. Roman. in l. Lucius Titius col. 6. verſ. ſed ſuccedit. ff. ſolut. matri. Alexand. in l. ſi cum dotem. §. fin. col. 2. ff. eod. Titul.* refert. *Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus. in verb. de ſon mary. Gloſ. 8. nu. 238.*

CONTRARIVM tamen verius, ſed modo infraſcripto videlicet, nã cum habeamus *Gloſſ. in l. de iure. §. fin. in verb. Non legitimum. ff. Ad Mu-*
139 *nicipal. & de incol.* dicentem, licere † marito, vel patri occidere adulterum vxoris putatiuæ. Tamen cum illam ibidem reprobat *Bart.* Nihilominus, ſicuti vxor vera propter adulterium perdit dotem,
140 ſic etiam putatiua. † vt voluit *gloſſ. communiter approbata in dicto c. plerunq; per Hoſtienſ. Goffred. & Innocent. Ioan. And. Card. & Panor. in dicto c. plerunque*, quia nec matrimonium, neq; ſpem matrimonij Violare licet. *l. ſi vxor. ff. de Adult.* & iſtam opinionem, quòd mulier putatiua perdat dotes ob a-
141 dulterium † benè corroborat *Ioan. Lopez in dicta Rub. de Donat. inter vir. & vxor. §. 36. n. 3. 4. & per totum, & poſt Cardin. Alexandrin. Petr. de Anchar. Barthol. Brixien. Paul. de Caſtr. Lud. Bologni. Thom. Parpal. Marſil. & Eundẽ*, quos refert, & ſequitur *Andr. Tiraquell. de legibus Connub. in dicta Gloſſa 8. nu. 265.* quem referens ſequitur *Petr. Cened. Collectan. iuris canonici parte 1. collectan. 12. num. 5.* Quæ opinio corroborari poteſt per alia priuilegia, & quæ ſcripſimus *ex Baldo, Salyceto, Ferretto, Menochio, Monaldo, Socin. Iuniore, Phanuccio, & Illuſtriſſimis Cardinale Puteo, & Bononienſe, & Blanchetto, & Regente Valenzuela ſupra titul. 1. num. 890. vſq; ad nu. 897. incluſiuè hoc tomo 3.*

SVBDECLARA ſupradictam opinionem procedere quando ſcienter contraxiſſet in gradu prohibito mulier matrimonium, & commiſiſſet
142 † adulterium, vt ſic perderet dotem *iuxta doctrinam Imol. in dicta l. Lucius Titius nu. 42.* quem ſequitur *D. Cardinalis Blanchettus in Deciſ. nouiſſim. Roman. 606. nu. 1. vol. 1.*

DECLARA ſeptimò, non poſſe mariti hæ-
143 redes, illo mortuo, accuſare illius vxorem † de adulterio per eam, ipſo viuente, commiſſo, poſtquam ipſe viuens nihil oppoſuit. ita voluit. *Antoni. de Butrio. in c. fin. de Donat.* fuit tamen hoc dictum originale *Accurſij per illum text. in l. rei iudicatæ 16. ff. ſolut. matr. in verb. morum repete ob, quaſi diceret ob morum coertionem, & in gloſ. ſequenti, in verb. Non habet.* poſt modum in campum duxit *Dynus*, & clariorem firmauit *Bartol. in verb. Morum,*
144 *num. 5. ibi poteſt retinere vir, non* † *autem hæres.* ſequuntur *ibidem Bald. Angel. Ludo. Roman. Franciſc. Aretin. Alexand. & alij*, aſſerentes eſſe hanc communem Doctorum ſentẽtiam, *Præpoſitus. Cardinal. & Panor. in dicto c. plerunq;. Signorol. de oHmod. in conſil. 50. incip. in quæſtione Ludo. Roman. in conſ. 286. incip. Hæc Iuliana. Ang. de Aretio. in Trac. Maleficiorum. in verb. che m'hai adulterato la mia donna. num. 29. & alij relati ab Anton. Gabriel. commun. opinion. lib. 7. titul. de Maleficijs. concluſ. 35. num. 8. Hippoly. de Marſilijs, in Rep. l. Vnicæ. num. 62. C. de Raptu Virgin. Andr. Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam in verb. ſuſceperit liberos. nu. 217. C. de Reuoc. Donat. Nicol. Boer. in Deciſion. Burdegal. 338. nu. 7. Didac. Couar. in dicta parte 2. cap. 7. §. 6. num. 9. Petr. Cenedo collectaneorum iuris Canonici, parte 2. Collectaneo. 154. n. 7. Dominus Cardinal. Blanchett. in Deciſion. Nouiſſim. Roman. 606. nu. 4. vol. 1. Octauian. Cacheran. in Deciſ. Pedemontan. 77. num. 10. & Sebaſtian. Medices. in Tract. Mors omnia ſoluit, parte 2. concluſion. 5. num. 18. Peregrin. Fabius in Deciſ. nouiſſima Roman. 86. nu. 1. 2. lib. 2. vol. 3. & in deciſ. 13. nu. 1. 2. lib. 3 vol. 3.* optimè, & eleganter *Anneus Robertus Rerum iudicatarum cap. 14. lib. 1. Antonius Gamma in Deciſ. Luſitaniæ. 234. num. 4. ſed vide Aluarum Vallaſcum in conſultation. ſiue Deciſ. Luſitan. 169. nu. 1. 2. 3. 4. 16. Nicol. Vigellius in deciſion. 61. parte 1.*

SVBDECLARANDVM erit, præcedens dictum, procedere non poſſe, ſi probaretur v-
145 xorem marito viuente † adulterium feciſſe, ipſo tamen ignorante, & proinde agere hæredes poſſe ad quærendam illius dotem. vt voluit *Cynus in l. fin. C. de reuoc. Donat. Roman. & Aretin. in dicta l. Rei iudicatæ. in §. hæredi. Alexãd. in conſ. 189. incip. in cauſa, & lite num. 3. vol. 6. Andr. Tiraq. in dicto verb. Suſceperit liberos. num. 217. Didacus dicta parte 2. cap. 7. §. 6. num. 9. verſic. ſecundum vxor. Sebaſtian. Medices, in Tract. Mors omnia ſoluit, parte 2. concluſ. 5. numer. 20. remiſſiuè Petrus Cenedo Collectaneor. Iuris Canonici parte 2. collectan. 154. num. 7. D. Peregrin. Fabius in dicta deciſion. nouiſſim. Roman. 86. lib. 2. vol. 3. & in dicta deciſion. 13. libro 3. vol. 3.*

DECLARA octauò, Vaſallus reperiens Dominũ adulterantem eius vxorem non poſſe illum
146 † occidere, nec ſi reperiret cum eius filia, ſicut poteſt dominus è contra. *arg. l. Marito. §. 1. & l. ſi adulterium. §. liberto. ff. Ad leg. Iul. de Adult.* nã Do-
147 ctores æquiparant Vaſallos liberto. † vt pluries hoc facit *Andr. & Lucas de Penna in l. 2. C. in quibus cauſ. colon. cenſ. lib. 11.* Sic ad literam dixit *Matth. de Afflict. in Deciſion. Neap. 265. n. 30.* hoc idem voluit *Paris de Paris de Puteo in tract. Syndicatus. in verb. Officialis offenſa. nu. 17.* Fuit originale dictũ ipſius *Lucæ de Penna*, cuius dictum iſti alij Paris, & Afflictus habuerunt pro euangelio.

ADVERTENDVM Tamen arbitror supradictam conclusionem intelligi debere illã procedere, & locum habere in Regibus, & Principi-
148 bus sui Iuris, vel Tyrannis, qui † per vim committerent adulterium, vel quid simile, de quo incidenter tractat *Bald. in l. eam quam, num. 25. vers. Et scias quòd in istis spurijs. C. de Fideicommiss.* quo in loco tractat, an ille, qui nascitur ex tali complexu succedat matri, & dicit succedere posse ex testamento, & ab intestato; reddit rationem, quia
149 præsumitur per vim, & ex † mætu terribili id factum fuisse quibus remanet mulier excusata. In his itaq; casibus, ridiculum esset, virum mulieris, qui in simili adulterio incideret, velle cogitare Tyranni Principis, & adulteri interitum. Nam illud etiam Tyranni Phalaridis dictum *in Epistola 65. ad Hieronem* dici conueniret, dum ait, Quum multa de te, & de concione, quam contra me ad Leontinos habuisti, dicere possim, nolo tamen su-
150 perfluis vti verbis, nisi quòd Culicem † Elephas Indus non curat. Verum ista fieri solent à paruis
151 Regibus, qui Tyranni euadunt, † vt dicit *Aristoteles Moralium Nicomachiorum, lib. 8. cap. 10.* Principes autem optimi, ac Reges magnanimi ab his
152 abstinent † prauis actibus, & facinoribus, præsertim cum suis subditis. Et si quãdo in his inciderent, nulla opus esset violẽtia, si mulierem aliquam optarent, facile, & reperirent, & acciperent, Quia sunt Domini rerum, & personarum, vt dicit *Marinus Freccia de subfeudis Baronum, li. 2. Authoritate 4. num. 4.* Et dixi amplè *in commentarijs de Regis Catholici Præstantia.* Prẽterea credo intellexisse de
153 Dominis directis, Regibus, & Principibus † absolutis, non autem de Baronibus, qui dicuntur vtiles Domini, & Rex sit per Antonomasiam Dominus directus. Nam est bona comparatio, & æ-
154 qualitas inter libertos, & vasallos, † quia cum seruitus Iuris gentium fuerit inuentum, cum à principio nascentis mundi, liberi omnes nascerentur, inducta seruitute, subsequuta manumissione, serui, qui manumittebatur, liberi fiebant, ac libertini dicebantur, *vt docuit Iustinianus In princ. Inst. de libertinis*, habebant isti ciuitatem, quam mutare tamen non poterant, nisi eorum voluntate. Hinc miratur *Cicero in Oratione pro Cæcinna*, quare illi ciues Romani in Latinas colonias mitterentur? Quibus in locis, qui mittebantur, mulcta imposita cogebantur, tractabantur, vt Plebei, & iure priuato, & à stipendijs, & honoribus erant repulsi. Vnde anno Vrbis 456. ob Hetruriẽ, & Vmbrorum motus *Liuius, lib. 10.* His nuntijs (inquit) Senatus conterritus, Iustitiam iudici, delectus omnis generis hominum, haberi iussit, nec ingenui modò, aut iuniores, sacramento adacti sunt, sunt seniorum etiam cohortes factæ, libertiniq; centuriati, cum antea non admitterentur ad militiam. Habita itaq; consideratione ad illa tempora, palam est, vasallos tamquam ingenuos habitos fuisse, & haberi, neq; à militia, ac alijs prærogatiuis spectantibus ad ingenuos vnquam amotos fuisse, ac non admissos. Insuper non est dare æqualitatem inter liber-
155 tos, & Vasallos, nam vasalli dicũtur etiam † Nobiles, & Barones, qui feuda à Rege habent, qui authoritatem habent nobilitandi, & feuda concessa habent homines, & alios subuassallos, *Andr. de Isern. in c. 1. §. cæteri. Quis dicatur Dux vel Marchio. Iacob. de Beluiso in Proœm. Feudor. in 6. diuisione Lucas de Penna in l. mulieres, col. 2. vers. Quarto ex comitatu. C. de Dignitatibus lib. 10. Matth. de Afflict. in dicto c. 1. col. 3. Quis dicatur Dux, & Marchio*, & plenè *Andr. Tiraquell. de Nobilitate, capit. 7. per totum*, liberti autem similia non habent. Præterea sunt inter ipsos libertos, & vasallos plures inę-
156 qualitates, liberti enim ob leuissimam † culpam, quam in dominum committebãt, bona amittunt, & in seruitutem reuocantur. Quod non est in vasallo, quia, & si per ingratitudinem aliquam di-
157 gnam, priuaretur feudo, non † tamen fieret seruus, plures inæqualitates inter libertum, & vasallum retulit *Franciscus Sonsbech. in vsus Feudorum parte 12. numer. 49.* quo in loco argumentari à liberto ad Vasallum est admodum debile Ar-
158 gumentum, & non esse semper verum, † dicit *idem Sonsbeci. in dicto Tractatu. parte 13. num. 164. Vdalricus Zasi. in §. pœnales, nu. 24. inst. de Actionib.* pro vt longius hanc argumentationem refutat. *Ioachim. Mynsing. in Obseruat. 91. obser. 92. centur. 4. & Henricus à Rosenthal. in Synopsi Feudor. capit. 1. concluf. 11. n. 1. 2. Ioannes à Reberteria Disputation. iuris. lib. 1. Propos. 5. Ernestus Cothman Disputationum iuris Ciuilis disputation. 3. Thesi. 1. Thesi. 2.*
159 3. 4. 5. Pro supplemento, iam Vasallum † abstinere debere à concubitu vxoris Domini, matris, filiæ, neptis, & nurus, & à turpi lusu cum eis, vt diximus *supra hoc eodem titulo. versicul. Feudo non mirum. Afflict. in c. 1. §. Item si fidelis, nu. 18. vers. Quod autem si vasallus habuit rem, nu. 33. Ripa in l. fin. num. 22. 37. 42. 43. C. de Reuocand. donat.* Quare autem, non eadem authoritate constitutæ, non sint pro vasallis, quæ pro domino statuta fuerunt? cur illæ ipsæ pœnæ pro vasallis nõ sint erga Dominos, qui cum illorum vxoribus concũberent? vt pro illis factæ fuerunt. cum cuique notum sit mutuam
160 deberi fidem, & obseruantiam † inter Dominum, & vasallum, paternum, & clientem, etiam dispositione Feudali. *c. 1. §. Domino. si de Feud. defuncti content. sit inter domin. & agnat. & Lotharius*
161 *Imperator* inquit, inter Dominum, & vasallum † nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire. *cap. 3. incip. Quoniam inter de prohibit. feud. alienat. per Lotharium. Andr. de Iser. in dicto §. Domino.* dicit, quòd ex quacunq; causa, & culpa
162 commissa per † vasallum perderet ipse culpans feudum, Ex eadem culpa commissa per dominum perdet ipse proprietatem: Sicuti vasallus debet Domino esse fidelis, sic è contra Dominus vasallo
163 debet † vices reddere. *c. vnico. in fin. de form. fidelit.* quia iudicantur ad paria. vt concludit *Rosenthal in Synopsi Feudorum cap. 11. conclusion. 19. nu. 16. vol. 2. Petr. Nicol. Mozzius de Feudis Titul. ex*

quibus

quibus cauſis feud. amittat. nu. 132. *Matth. de Afflic. in Deciſ. Neapol.* 24. *num.* 4. *in deciſion.* 295. *num.* 1. *Menoch. in conſ.* 32. *nume.* 19. *volum.* 1. *Ioan. Petrus Surdus in Tract. de Alimentis. titulo* 8. *quæſt.* 43. *numero* 8. *Ludolphus Scharderus de Feudis, parte* 10. *ſection.* 8. *nume.* 34. Ex quibus breuiter cenſeo, debuiſſe abſtinere *Lucam de Penna, Paridem de Puteo, & Matthæum de Afflictis* ab eo, quod dixerunt, quòd vaſalli non occidant Dominos adul-
164 terantes † eorum vxores, quaſi dederint, anſam Dominis, vt committerent ſimilia carnis flagitia, tũ quia ſpero Dominos feudales eſſe debere, quòd à prauis his abſtineant, & ſic etiam ceſſaturos illos oportere; quorum honori præiudicarent, cum diffi cile videatur, iuſtum dolorem ſui honoris temperare, cum præſertim non poſſet in Palatio domini honorificè comparere, quin degito commonſtratus, eſſet omnium ludibrio, & contemptui expoſitus.

EX OFFICIO in cauſa adulterij procedi
165 poſſe, † & inquiſitionem formari voluit *Andr. de Iſern. in Conſt. Regni incip. Legum aſperitate. in fin.* cum ſit crimen publicum. *l.* 1. § *ſi publico. ff. de Adult.* quem ſequitur *Matth. de Afflict. in dicta conſtit. legum aſperitate. num.* 12. *Thom. Grammat.* 11, *Deciſion. Neapol.* 31. *nu.* 6.

CONTRARIVM quòd ſit crimen priuatum, & idcirco in illo ex officio procedi non poſ-
166 ſit, quia † non omnibus accuſatio, ſed quibuſdam perſonis permittitur. *l. quamuis la* 2. *C. de Adult.* & communem eſſe hanc Doctorum Sententiam poſt *Raph. Fulgoſ. in conſ.* 135. *poſt nu.* 2. *& Antonium Gomez in l. Tauri* 80. *num.* 49. voluit *Iulius Clarus in* §. *Adulterium num.* 4. *verſ. Eſt autem hodie. Hippolyt. Bonacoſſ. in commun. opin. criminal.* §. *Adulterium.*

EGO hoc modo ambiguitatem reſoluo, primò, quia, & ſi adulterij crimen publicum appel-
167 lari ſoleat, non tamen † de illis eſt, vt vnicuiq; à principio accuſandi poteſtas ſit, ſed illorum numero ſit, propter publicam vindictam adinuentorum iuxta dictum *Baldi in l. ſi præſidium. col.* 4. *verſ. Quæro igitur. C. de ædilicijs actionib.* Sed in illius
168 † delicti accuſatione, non omnes admittuntur, ſed maritus, & pater, & patri maritus præfertur. *l.* 1. *l. iure mariti. C. de Adulterijs.* & Maritum, & patrem, & fratrem, patruum, & Auunculum. *in l. quamuis, la* 2. *C. eod. titul. Bonifacius de Vitalinis, in tractatu Maleficiorum tit de adulterio, nume.* 4. 5. 6. *Cyrillus Fulgeonius in ſummula criminum, par.* 2. *tit.*
169 *de Publicis iudicijs,* §. 1. *nu.* 3. rationem † aſſignant, ne fœdentur connubia; Aliud ego dico, quia à Iudice, & Iuſtitia expectatur propulſatio iniuriarũ,
170 ſi autem in crimine † adulterij iudex procederet ex officio per inquiſitionem ſuam, poſſent teſtes falſi, aut inimici reſtificari contra honorem mulieris, & maculam illi falſo inſimulari, quod ab omni prorſus ſapientum virorum iudicio alienum eſſe debet. Illis tantum accuſandi anſam iura tribuerunt, quibus confidit, non ſine magna cauſa id tractaturos, cum de bona illorum, & familiæ fama agitur. Duobus tantum caſibus poſſe Iudicem ex
171 officio procedere in adulterio, quando nomina † adulterorum inter reos recepta ſunt, vt voluit *Bar. in l.* 2. § *ſi publico, ff. de adulter. Matth. de Afflict. in dicta conſt. Legum aſperitate, n.* 9. *Thomas Grammat. in dicta deciſ. Neapol.* 31. *nu.* 6. Quando dicantur re-
172 cepti inter reos † in crimine adulterij, ſcribit *Bar. in l. adulterij, C. de adulterijs.* Sed ego dico alio modo ſcilicet, quando aliqui illorum, quibus data eſt accuſandi poteſtas, accuſaſſent, & illorum aliquis accuſaſſet, & facta accuſatione morerentur, aliove
173 modo deficerent, & nomina † illorum adulterorum tamquam rei in inquiſitione experirentur. Altero modo, quando adulterium eſſet notorium, & ideo iudex ex officio procedere poſſet, vt annotauit *idem Grammat. in dicta deciſ. Neapol.* 31, *nu.* 7. *& Ioan. Baptiſta Baiardus in Practica criminali*, §. *adulterium, nu.* 14. alio autem modo non licet, ne à iudice, cuius opus eſt iuſtitiam facere, naſcatur iniuria.

CONFESSA mulier, commiſiſſe adulterium coram iudice incidenter, cum inquireretur de alia cauſa, & illud perpetraſſe viuente viro, qui de hoc nullam habuit notitiam, & cum iſte caſus verteretur in magna Curia Vicariæ, fuit dubitatum, an potuiſſet condemnari ex dicta confeſ-
174 ſione, & tandem, fuiſſe abſolutam † vt refert *Matth. de Afflictis in deciſion. Neapol.* 176. quam refert *Petrus Follerius in Practic. Criminal. in verb. Et ſic confitebuntur. num.* 31. *Iulius Clarus in Pract. crimin. q.* 19. *num.* 4. *vbi Baiardus, num.* 3. *vſq; ad finem, & q.* 55. *num.* 7. *Vincentius de Franchis in deciſ. Neapo.* 240. *nu.* 13. *Sigiſmundus Scaccia de Iudicio cauſ. ciuil. & crimin. cap.* 75. *nu.* 3. *Aluarus Vallaſcus dec. Luſitaniæ* 65. *verſ. Illud autem.*

EGO autem dicam breuibus quantum potero meum in caſu propoſito iudicium, Magnam curiã Vicariæ, in qua incidenter emanauerat confeſſio commiſſi adulterij, optimè feciſſe, quia intentionẽ fundatam habebat procedẽdi in cauſa ob emana-
175 tam confeſſionem iudicialem induci notorium, † quam diſcuſſionem pluſquam alius enucleaui *in ſumma deciſionum totius Chriſtiani Orbis, titul.* 3. *de confeſſione, num.* 10. *cum pluribus ſequentibus, tomo* 2. nunc verò, referam quãdo emanat Notorium per confeſſionem, quid faciendum, quid ſuper ea re dixerit *Albertus Gãdinus antiquus, & peritiſſimus criminaliſta, Inriſconſultus in tract. criminal. titul. de Notorio, nume.* 9. vbi hæc verba inquit, In qualibet
176 autem ſpecie † notorij, puto ſecundum veriorem opinionem aliter diſtinguendum, nam quædam ſunt Notoria Iudici, & alijs, quædam verò alijs tãtum, & non iudici, in his, quæ ſunt notoria iudici, & alijs, vt quia facta ſunt præſente iudice, & tot alijs, qui ſufficiunt ad notorium facti, in hoc enim caſu iudex non recuſatur, *vt extr. de appellat. c. propoſuit.* nec requiritur accuſator, nec denunciator, nec datur libellus, nec lis conteſtatur, nec iuratur de calumnia, vel de veritate dicenda, nec requiruntur

runtur testes, vel aliqua probatio, immo tunc ordinem iudiciorum non seruare, est secũdum ordinem Iuris procedere, citabitur criminosus ad sententiam audiendam, vt præfatis, *c.tua nos.c.vestra, & extr. de consanguinitat. & affinitat.c.quod verò, & extra de purgat. canonica, c.cum dilectus.* Nec in hoc casu à sentẽtia lata poterit appellari, *vt ext.de Appel.c.peruenit.c.cõsuluit, c.cum speciali.Hæc Gandinus.* Qui post modum transit ad aliã speciem notorij, corã alijs absq; iudicis præsẽtia facti. Ex qua Theorica percipimus, quòd cum illa mulier Adulterium confessa esset coram quatuor Magnæ Curiæ Vicariæ Iudicibus, Regente illius, Aduocato Regij Fisci, procuratore Fisci, Actuario, scriba, ministris, & alijs de familia illorum supremorum Magistratuum, poterat procedi ad condemnandam illam mulierem pro dicto adulterio. Sed rectè sacrum Consilium decreuit, quòd ex dicta in-
177 quisitione nunc † non fieret condemnatio, sed inquiratur de Adulterio, & daretur sibi copia pro defensione, & motos fuisse per dispositа in *c.2.ext.*
178 *de confess.* † vbi summus Pontifex ex confessione incidenter facta per quendam Canonicum, recepisse obligationem pecuniæ, vt præstaret consensum electo Bethlemitanæ ecclesiæ, ex sua confessione absq; alio illum condemnauit. Sic ex illo text. dicit *Martinus Mesnartius in Epithome legum Pontificalium, lib.2.Titul.18.vers.E contra.* si quem (inquit) tertium licèt incidenter in iure sese simoniacæ prauitatis vitium, mediatoremue eius fuisse comperiet, coerceto ab omni officio, & beneficio ecclesiastico deposito, cuius text. Authoritate *An-*
toni. Corsetus in singul. in verb. Confessio, inciden-
79 ter, dicit, confessionem † incidenter factam, non sufficere ad imponendam pœnam ordinariam, sed potest ex illa inchoare nouum processum, & procedere ad vulteriora, & ex eius confessione illum priuare. Reliqua concernentia hanc materiam confessionis incidenter factę, dixi pleniſſimè *in hac eadem summa titul.3. cum multis seqq. Tomo* 2. ad quem lectores remitto, cum sit impressus.

180 ALIMENTA vxori pendente † accusatione adulterij dari debere à marito, authoritate, *l.pen.ff. Vt in poss.legatorum*, voluit. *Alberic. de Rosate in l. finali, nu.2. C.de ordin.cognit. argu. Glossæ ibidem, in Verb. litis sumptus. Innocent. in c.per vestras, in fin.* quem sequuntur *Hostiens.& Ioan.And. & Cardin. & vltimo loco Ioan. Lopez in repetit.dicti cap.per vestras*, §.39.*num.*5. & alios allegans. *Ioan.Petr.Surdus in tractatu de Alimentis, tit.*1.*q.*129.*num.6. Aluarus Valascus in consultation. siue decision. Lusitan.* 1.*nu.*4. *Ioan.Papon. Arrestorum Curiæ, lib.*24.*tit.*6. *Arresto.*2.

QVANDO autem commisit adulterium, iu-
181 iustè recusabit dare vxori alimenta † maritus *Gloss. in l.fideicommissum, C. de fideicommiss.* & ex multis concludit *Ioan.Lopez in repet.rubricæ de donationibus inter vir,& vxor*, §.64.*nu.*9. refert, & sequitur *idem Surdus de Alimentis, tit.*5.*q.*16.*n.*16. & 17. reddendo rationem, quòd maritus ob adul-
182 terium potest vxorem † expellere, *cap.ex parte, de sponsalib.c.ex literis, & c.gaudemus, de diuort. c.tuæ, de procurat. l.consensu, C. de repud.* expulsio autem vxoris tunc à marito fieri potest, quando crimen adulterij vxoris est notorium, illudq; facere illi li-
183 cet † propria authoritate. *Gloss.in cap.fin.de adult.*
184 vt quando cum adultero publicè habitaret † *Gloss. in c.*1.3 2.*q.*1. *Didac.Couar. in Epithome de sponsalibus, par.*2.*cap.*7.§.5.*num.*9.12. dicens, quòd si non est notorium adulterium id marito non liceret facere, sed expectare deberet Ecclesiæ iudicium, *cap. porrò.de diuortijs, c.plerunque, de donat.inter vir. & vxor. Iacob. Nouell.in tract. Ad defensam, tit.quæ personæ accus.non poss.nu.*46. & latè *Surdus, in dicta q.* 16.*nu.*18. & 19. Vndè istud procedit, quando adulterium est notorium, vel facta est Ecclesiæ declaratio. Supradicta verò altera opinio, quando ad huc pendet lis de adulterio. Et huc spectat il-
185 lud, quòd facta separatione Thori ob vxoris † adulterium, teneatur maritus illi alimenta prestare, quòd ex *Cardinal. Alexandrino in dicto c. ex parte, col.fin.vers.sed operæ precium, de sponsal.* voluit, *Iul. Clarus in dicto* §.*adulterium, nu.*17. quia si in illam vitæ turpitudinem luxuriosam vitam agẽdo per-
186 sistat, alimenta vir illi dare non tenebitur, † secus si ad meliorem vitam rediret, & de commisso delicto pœnituisset, vt voluit *Octauian. Cacheran.in decis.Pedemontan.*124.*nu.*11.13.14. quem sequitur. *Ioan. Baptista Baiard. in pract. criminal.* §. *adulterium, num.*113.

STVPRVM inter, & Adulterium, hoc inter-
187 esse Modestinus *dixit*, *quòd* Adulterium † in nuptam, stuprum in viduam committatur, sed lex Iulia de Adulterijs hoc verbo indifferenter vtitur, *l.Inter stuprum* 101.*ff.de verb. significat.* Adulteriũ
188 † cum nupta admittitur, stuprum in vidua, vel Virgine, vel puero. *Idem Modestinus in l.stuprum.* 34.*ff.Ad legem Iul.de adult.& stupro*, de vltima stupri specie cum pueris, & masculis, nihil hic dicam, cum satis, superque in illius narrationem, abhominationem, & pęnam, dixerim *in hac summa Decisionum omnium totius orbis christiani titul.* 1. *num.* 30. *vsq; ad num.*107. *hoc Tomo* 3. Quandoq; stu-
189 prum pro adulterio † accipitur, & adulterium pro stupro, *l.Inter liberas.*§.*lex Iulia.ff.de Adulter.*
190 Vbi in Virginem, & viduam committi † dicitur, scribit de eis *Decius in cons.*306. *incip. In casu proposito, num.*5. *Aymo Crauetta in cons.*205.*numer.*25. 28. *Paul. Grillandus, de Pœnis omnifariam coitus, q.*7. *Lancellott. Conradus de officio Prætoris in causis criminalibus titul.de stupratoribus, num.*1. cum alijs, quæ inducit *Angel. de Aretio, in tractatu maleficiorum, in verbo, che m'hai adulterato la mia donna, nu.* 51. *Francisc.Viuius in decis.*299.*num.*5. *Bonifacius de vitalinis in tract. Maleficior. titul. de Adulterio, Incestu, & stupro, num.*1. *Ioan. Paponus in præcepto, non Mecchaberis, titul. de stupro. Petr. Follerius in practica crimin.in verb.Capiat Informationem, num.* 13. *Cyrillus Fulgeon.in summula criminum, parte* 2. *titul.de publicis iudicijs.*§.4. *per totum. Iodoc. Damhouder.*

houder. in Enchiridio Criminum, cap. 147. Ioacchimus Hopperus de vera iuris prudentia, lib. 12. tit. 6. Herman. Vulteius iuris prudentiæ Roman. lib. 1. cap. 48. col. 7. in paruis, verſ. ſtuprum propriè.

POENA autem de Iure Diuino contra ſtuprantem virginem, ità eſt. Si reduxerit (inquit)
191 quis † virginem, nec dum deſponſatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt, vt habetur *Exodi, cap. 22. ſimiliter Deuteronomij, cap. 22.* ſcriptum eſt. Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet ſponſum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit, dabit, qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam, non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ ſuæ. Harum diuinarum legum meminit, illaſq; declarat *Philo Iudæus in lib. de ſpecialibus legibus Decalogi.* Vidua
192 honeſta † habita, quæ ſtuprum commiſiſſet, Iure diuino crematur flammis antiquitus, & ideo credens Iudas, quòd ſibi relatum fuerat Thamar vidua eius nurus, quòd prægnans eſſet, dixit, quòd illam ducerent, vt cremaret, illa detexit eſſe ab illo grauidam, nec fuiſſe meretricem, vt ſcriptum eſt. *Geneſis, cap. 38.* Erant enim prohibitæ Iſralitæ, ne ſcortum fierent. *Deuteronomij, cap. 23.* Non erit (inquit) meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de fi-
193 lijs Iſrael. Meretrices enim, quæ publicè † corpora ipſarum omnibus venalia proſtituunt, maioribus pœnis dignæ iudicantur, *c. Meretrices 32. q. 4.* quia impudentius faciunt palam ſe omnibus exhibentes, *l. palam. 43. ff. de Ritu nuptiarum.* Adeo-
194 quod viduam † honeſtæ vitę eſſe oportet, vt cum ea dicatur ſtuprum, *c. vidua 34. diſtinct. Angel. de Aretio, in tract. at. maleficiorum, in verb. chemi hai adulterato la mia donna, & ibi Auguſtin. Arimineus, num. 55. Paul. Grillandus de Pœnis omnifar. coitus, q. 7. num. 4. Iodocus Damhoud. in Enchiridio crimin. cap. 92. num. 2. Lancellott. Conradus de officio Prætoris in cauſis criminalib. titul. de ſtupratoribus, ſub num. 4. Petrus Gregorius Sintagm. Iuris lib. 36. ca. 9. num. 4. Hieronym. Treutlerus Diſputation. Selectar. parte 2. Diſputation. 32. Theſi. 3.* Idem dixerunt antiqui noſtrarum legum Magiſtri, vt ſunt *Placentinus, & Azo in eorum ſummis Codicis, lib. 9. titu. 9.*
195 Qui ambo dixerũt, dici ſtuprum in vidua, † dum modo non ſit meretrix. Quòd vidua ſit honeſta dicit *Abb. Panor. in c. peruenit, in finalibus verbis, extra de Adulter.*

CANONVM pœna in ſtupro, quoad clericos virgines deflorantes, cum crimen iſtud graue
196 iudicetur, cum de illo † conuictus, condemnatus reddatur infamis, & tamquam capitale crimen commiſerit, promoueri nequeat, quinimmo, ſi promotus fuerit deponendus erit. *Abb. Panormit. in c. At ſi clerici, col. 12. num. 35. verſ. Et prædicta inducuntur, ext. de Iudicijs, arg. c. ſi quis clericus, vol. 1. 81. Diſtinct. c. lator Nemeſion. 2. q. 7. Paulus Grillandus de Pœnis omnifariam coitus, q. 7. ſub num. 1. poſt eundem Abbat. in c. vt clericorum, de vita & honeſtat. clericor. Ioan. Bernard. Diaz in pract. crimin. canonica. cap. 77. num. 2. 3. Simon Maiolus, de irregularitate, lib. 5. cap. 40. Ioan. Berberij in Viatorio iuris parte 1. Rubrica 2. ſub num. 25. verſic. Et clericus. Petrus Gregorius Sintagmat. Iuris vniuerſi, lib. 36 capit. 9. Lancellott. Conradus de officio Prætoris in cauſis criminalibus, tit. de ſtupratoribus, num. 15. Iulius Clarus in §. ſtuprum, num. 3. Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudicum quæſtionibus, lib. 2 centur. 3. caſu 285. nu. 5.*

Quinimmo Eccleſiaſticus iudex clerico poſſet pę-
197 nam pecuniariam † imponere, quia cum non poſſet ob impedimentum ordinum illam virginem ſtupratam in vxorem ducere, tenetur illam dotare, & aliam pœnam pecuniariam, vel corporalem imponere, vt concludit *Abb. Panorm. in dicto c. peruenit, num. 4. verſ. Ex prædictis poteſt ext. de Adult. Paul. Grillandus in dicta, q. 7. numer. 2. Diaz in dicta*
198 *Pract. cap. 77. nu. 6. 7.* Laici tamen † in terris Eccleſię tenentur eam dotare, & illam in vxorem ducere, ſi pater, & ipſa conſenſerint, ipſis tamen recuſantibus, ſolam dotem dare debent, ſi verò hi, qui ſtuprum commiſerint, & recuſauerint, tunc prius verberibus ceſus in monaſterium detruditur. *arg. c. 1. & c. 2. de Adulter.* Si verò ſtuprum com-
199 mitterent cum vidua honeſtè viuente, † pœna pecuniaria punientur arbitrio iudicis, cõſiderata qualitate facti, & perſonarum conditione, *vt in dicto cap. 1. vbi Panormitan. & in dicto c. vt clericorum, de vita, & honeſtat. Cleric. ità Grillandus, in dicta, q. 7. nume. 3. Iul. Clar. in dicto. §. ſtuprum, ſub nu. 3. Antonin. Theſaurus, in deciſ. Pedemont. 3. nu. 2. 3. Thomas Triuiſanus in deciſ. Veneta. 59. nu. 9. 10. lib. 2.*

IVRE CIVILI ſtuprum cum violentia
200 † commiſſum pœna mortis punitur. §. *ſin autem. Inſtit. de publicis iudicijs. Ioan. Berberij in viatorio iuris parte 1. Rub. 2. num. 12. 13. Lancellott. Conradus de offic. prætoris in cauſis criminal. tit. de ſtupratoribus, ſub num. 9. Aegidius Boſſius in tit. de coitu damnato, & punibili, num. 19. Franciſcus Veggius in conſ. 66. ſub num. 198 in fin.* quem ſequitur *Franciſc. Viuius in dec. 299. nu. 5. Ioan. Berberij in Viatorio. Iuris, par. 1. Rub. 2. ſub nu. 12. in fin. Ioſephus Cumia in Ritibus Siciliæ, cap. 71. ſub num. 11.*

STVPRVM Nefarium Maſculi cum Maſculo, & maſculi cum fœmina in vaſe præpoſtero,
201 ac fœminæ † cum fœmina, qui gladio vltore puniuntur, *l. ſtuprum. ff. de Adulter. l. ſtuprum. ff. de Ritu nuptiar. §. 1. Auth. vt non lux. contra natur. l. ſi adultertum cum inceſtu. §. ſtuprum. ff. de Adulter. l. 1. §. fin. ff. de extraord. criminib. l. cum vir nubit in fœminam, l. fœdiſſimam. de Adulter. §. Item lex Iulia. Inſt. de publ. Iudic. Placentin. & Azo in ſummis. Codicis, lib. 9. tit. 9. Ioan. Berber. in dicta parte 2. Rubr. 2. num. 12. Cyrillus Fulgeon. in ſummula criminum, parte 2. tit. de publicis iudic. §. 4. nu. 14. Ioan. Paponus in præcepto non mœchaberis tit. de ſtupro, verſ. ſtuprũ* item, dixi *longius tit. 1. n. 30. vſq; ad nu. 107. hoc tomo* 3. quo in loco, pœnitet me tantam paginã fœdaſſe.

TV-

TVTOR, qui puellam, cuius tutor erat, stu-
strauerit deportationi subiugatur, & bona illius
202 omnia Fisci iuribus applicantur, *l. vnica. C. si quis eam cuius tutor fuerit, corrup. Placentin. in summa Codicis, lib. 9. tit. 9. col. fin. ver. Excipiuntur quatuor. Azo in summa eodem libr. 9. & tit. 9. versic. Item, & quando tutor. Paulus Grilland. in dicta, q. 7. num. 12. Aegydius Bossus in tit. de Coitu Damnabili. & punibili sub num. 41.* vbi dicit per Senatum Mediolanen-
203 sem quendam Tutorem † qui contraxetat matrimonium cum pupilla, catenis ligatum, & fustigatum. *Antonius Gomez in l. Tauri 80. num. 24. Iul. Clarus, in §. Fornicatio, num. 24. Paulus Montanus tract. de Iure Tutel. cap. 31. Effectu. 8. sub numer. 18. Baiard. in §. Stuprum, num. 18. Barthol. de Cassan. in Consuetud. Burgund. Rub. 2. §. 1. num. 34. vers. Quadragesimus Tertius Casus Marc. Anton. Peregrinus de iure Fisci, lib. 2, tit. 10. num. 6. Ioacchim Hopperus de vera iuris prudentia, lib. 12. tit 6. Cyrillus Fulgeon. in summul. Criminum parte 2. tit. de public. iudic. §. 4. sub num. 11. vers. Tutor, qui pupillam. Boerius in decis. Burdegal. 317. num. 2. 4. Autonin. Thesaurus in decis. 3. sub nu. 3. Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in caus. criminal. titul. de Stupratorib. sub num. 12. versic. Octauo limita Herman. Vulteius iuris prudentiæ Roman. lib. 1. cap. 48. col. 8. vers. eiusmodi.*

TEMPERA autem non procedere si præ-
204 cessisset matrimonium, inter pupillam, & † tutorem, *l. Senatus consulto. ff. de Ritu Nuptiar. l. 1. C. de interdicto matrimonio inter pupill. & tutor. Rolan. à valle de lucro dotis, q. 101. Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæstion. lib. 2. centur. 2. casu 194. num. 12.* Puta, quia præcessisset patris pupillæ despon-
205 satio, vel testamento suo à patre vxor destinata, puta quia futuri generi integritatem, & fidem cognouisset, rationes fuissent redditæ, & vigesimus quintus annus ætatis aduenerit, *vt in l. si patris, in*
206 *fin. C. de interdicto matrimon.* Vel fretus † authoritate Iuris Canonici, quo Iure non prohibetur Tutor accipere puellam pupillam maiorem duodecim annorum, vt est de mente *Angeli in consil. 92. incip. super primo quæsito, col. fin. in sexto, & septimo dubio. Alexand. in l. filius à patre §. si quis eo. ff. de lib. & post hum.* vbi etiam *Iason. nu. 1. & post Abbat. in Rub. de cognatio. legal. & Carolum Ruinum in consil. 189. num. 15. vol. 2.* & alios voluit *Menoch. in dicto casu 194. num. 13. Felin. in c. 1. num. 17. de sponsalib. Marc. Ant. Peregrin. in dicto tit. 10. num. 10. nouissimè Paulus Montanus de iure tutelarum, cap. 31. Effectu 8. numer. 27.* cum de Iure canonum matri-
207 monia † libera esse debent, *c. Gemma de sponsalib.*
208 & in causis matrimonialibus ius † canonicum obseruari debet. *Federicus de Senis, in consil. 36. Ant. de Butrio in consil. 35. incip. visa forma contractus, nu. 2. Panor. in consil. 65. vol. 2. Dec. in consil. 35. nume. 9.* & voluit *Bartol. in l. priuilegia. C. de sacros eccles.*

STVPRVM sine vi, & violentia commis-
209 sum † à stupratore Nobili, vel honesto punitur publicatione dimidiæ partis bonorum, si verò à persona humili, corporis coertione cum relegatione in Insulam. *§. item lex Iulia inslit. de publicis iudic. Angel. ae Aretio, & Augustin. in tract. Maleficior. in verb. ch' hai adulterato la mia donna, num. 55. Paul. Grilland. in dicta, q. 7. num. 4. Thom. Gram. in voto. 4. Corn. in consil. 114. incip. licèt primo aspectu, col. 2. versicul. pœna autem stupri, volum. 1. vt post Bermondum Choueronium de Publicis concubinarijs,* voluit *Iulius Clarus, in §. stuprum, sub num. 3. in fin. Cyrillus Fulgeon. in Summula Crimin. parte 2. tit. de publicis iudicijs §. 4. num. 10. Berberius in dicta parte 1. Rubric. 2. sub num. 12. Ant. Gomez. in l. Tauri 80. nu. 5. Ioan. Paponus in præcepto non machaberis titul. de stupro, versicul. Sed nouum ius lib. 1. Iodocus Damhouder. in Enchiridio criminum, cap. 92. numer. 4. Antesignani Placentin. in summa codicis lib. 9. tit. 9. col. 4. versic. pœna stupri. Azo in eodem lib. 9. tit. 9. col. 6. versic. Et imponitur pœna stupri. Matheslan. Notab. 100. incip. Nota text. quem paucis sciunt quod stuprans. Petrus Gregorius Sintagmat. iuris vniuers. lib. 36. cap. 9. sub num. 5. Iosephus Cumia in Ritibus Siciliæ, cap. 71. sub nu. 11. Hieronym. de Laurentijs in decis. Auenionens. 71. num. 1.*

HONESTAE Tamen vitæ siue puella, siue
vidua sit illa esse debet, cum qua tractatur cõmis-
210 sum stuprum, vt † accusationes, & pœnæ locum habeant, *ità Iustinianus Imperator, in §. item lex Iulia. inst. de public. iudicijs.* Eadem lege Iulia (inquit) etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi, vel virginem, vel viduam honestè viuentem stuprauerit, *vbi gl. in verb. viduam*, & ex pluribus hanc qualitatem honestatis probat *Cardinal. Paris. in consil. 160. numer. 4. 14. 15. 16. & per totum, vol. 4. Iulius Clarus in §. stuprum. Iosephus Cumia in Ritibus Siciliæ, cap. 71. num. 15. Ioan. Cephal. in consil. 140. num. 17. 23. cum pluribus seqq. volum. 1. Francisc. Bursat. in consil. 69. num. 4. 9. & per totum, vol. 1. Barthol. Bertazzol. in consil. criminal. 50. per totum, vol. 1.* dicens esse communem Doctorum sen-
211 tentiam, & in his casibus has qualitates probandas fore, dicit *Iosephus Mascard. de probationibus conclusio. 1254. num. 21. & in conclus. 1343. nume. 8. Thesaurus in decis. Pedemont. 3. sub num. 3. Herman. Vulteius iuris prudantiæ Roman. libr. 1. capit. 48.* Et ità intelligenda sunt, quæ *scribit Nicol. Boerius in decis. Burdegal. 316. numer. 8. & Iosephus, Ludocus in dec. Lucens. 61. sub num. 7.*

SERVVS, qui cum propria domina concubuerit, illa capitis pœna plectetur, seruus autem
212 igne † comburitur, *l. Vnica, C. de mulieribus, quæ se proprijs seruis iunxerunt. Placentinus in summa Codicis, lib. 9. tit. 11. Azo in summa sua, lib. 9. tit. 11. similiter, Cynus in dicta l. Vnica,* quem refert, & sequitur *Iul. Clarus in §. Fornicatio, nu. 18. Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in causis criminalibus, tit. de stupratoribus, nu. 12. vers. Nono in seruo. Cyrill. Fulgeon. in summula criminum, par. 2. tit. de publicis iudicijs, nu. 11. vers. si qua tamen mulier. Petrus Gregorius syntagm. iuris vniuers. lib. 36. cap. 9. nu. 12. Ioachimus Hopperus de vera iurisprudentia, lib. 12. tit. 6. Nicol. Boeri. in decision. Burdegal. 316. sub nu. 5. in fin.*

fin. Hermannus Vulteius iurisprudentiæ Romanor. lib. 1. cap. 48. col. 8. verſ. Alterum eſt ſtuprum.

AD VIOLENTER ſtuprum commiſſum, illud aggregant, quando velata fraude, vel dolo,
213 perſuaſionibus,† verbis fucatis, ac blandis, ac ſimilibus, *arg. l. 1. §. fin. C. de raptu Virgin.* ibi, niſi enim eam ſollicitauerit, niſi odioſis artibus circumuenerit, non fecit eam velle in tantum dedecus ſe prodere, dicitur enim iſto modo his artibus, & pol-
214 licitationibus eſſe ſeductas,† vt præſupponit *Bal. in l. raptores, ſub num. 6. C. de Epiſcopis, & clericis*, idem voluit *Matth. de Afflictis in Regni conſtitutio. Si quis rapere, ſub num. 9. verſ. Tertio quæro*, ſequitur *Petrus Foller. in Pract. Criminal. in verb. & ſi confitebuntur, num. 16. Aegid. Boſſus in titul. de coitu damnabili, & punibili, num. 66. Franciſc. Caldas in l. ſi curatorem. C. de in integr. reſtitut. minor. in verb. vel aduerſarij dolo, numer. 58. Lallus de Tuſcia, in dicta Conſt. ſi quis rapere. num. 4. Hieronym. de Laurentijs in deciſ. Auenionenſ. 72. num. 4. Franciſc. Viuius in deciſ. 299. ſub num. 6. Hippoly. Bonacoſſa in commun. opin criminali, par. 1. §. ſtuprum committens. Petrus de Rauenna in ſingul. 666.* qui licèt dicat intelligi inuitam, & nolentem commiſiſſe ſtuprum, facit nihilominus ſtuprũ, & non debebat auaritia cor-
215 rumpi, de ſtupro †ex donis, blanditijs, ac prẽmio ſcribit etiam *Antonin. Theſaurus in deciſion. Pedemont. 3. num. 1. Iacobus Ferrerius ad Guidonem Pape in Deciſion. Delphinal. 555.* pulchrum Iudicium *ex Iſidoro Peluſiota in Epiſtola* 215. lectione, & memoria dignum, inducit. Hinc *Angel in §. fin. in fin. Auct. de lenonibus*, dicit, quòd qui aurum, & pecuniam dedit, punietur pœna ſtatuti, quæ imponi-
216 tur adulteranti mulierem inuitam,†quod vt notabile retulit *Decius in conſ. 170. incip. viſo themate, col. 2. & pulchrè Hippoly. de Marſil. in ſingul. 353. inci. Datio. Menoch. de Arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſu 360. num. 51.* & alios referens *Petrus Cenedo collectan. iuris canonici, parte 2. collectan. 37. nu. 3.*

VIRGINEM nondum viripotentem, ante duodecimum ætatis annum deflorans, à Paulo Iuriſconſulto, ità iudicatur. Qui nondum viri
217 potentes † virgines corrumpunt, humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in Inſulam relegantur, aut in exilium mittuntur, *ità in l. ſi quis aliquid §. Qui nondum. ff. de pœnis*. Delictum iſtud maxima animaduerſione dignum, ob illius obſcenitatem, & indignitatem, hanc quæſtionem tractauit *Guido Pape in deciſ. Delphinal. 555. Thomas Grammatic. in deciſ. Neapol. 22. Didacus Perez. li. 8. tit. 15. Ioan. Guttierez canonicar. quæſt. lib. 1. cap. 37. num. 5. Iul. Clarus in §. ſtuprum, num. 9. Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudicum quæſt. lib. 2. centur. 3. caſu 264. Iodocus Damhouder. in Enchiridio Criminum, cap. 92. num. 8. Anton. Gomez in l. Tauri 80. num. 4. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucenſi 17. numer. 15. cum ſeqq. Anton. Scappus de iure non ſcripto, lib. 5. c. 147. num. 11. Herman. Vulteius iuris prudentiæ Romanorum, lib. 1. cap. 48. col. 9. in paruis, verſic. Quibus addi poteſt.* Iudicia, & decreta facta in ſimili quæſtione, ob diuerſitatem factorum, fuere etiam diuerſa.
218 In Delphinatu †puella erat Decennis, & dictum fuerat per D. Ioannem Baiulli Præſidentem, quia delictum in tali puella non erat perfectum; Sed attentatum, & ideo non erat locus pœnæ *arg. l. 1. §. fin. in fin. ff. de varijs, & extraordin. cogn.* vt eſt videre *apud Guidon. Pape in dicta deciſ. 555.* Sed in ciuitate Neapolis puella vix excedebat ſeptem-
219 nium, illam † inquiſitus ſtuprauerat, & corruperat ſeras virginitatis aperiendo, ita quòd medicorum ſuffragijs opus habuit, & per ſeptennium ad remigandum in Regijs triremibus, & ad illam dotãdam fuit per Magnam Curiam Vicariæ condemnatus, & cum appellaſſet ad ſacrum Cõſilium fuit ſententia confirmata, & exequuta, *vt per Thomas Grammat. in dicta deciſ. Neap. 22. Ioan. Baptiſta Thorus in Compendio deciſ. Neapol. in verb. Stuprans virginem immaturam. Petrus Cenedo collectan. Iuris Canonici, parte 2. collectaneo 37. num. 2.* In Rota Lu-
220 cenſi Adoleſcens †annorum quindecim, & menſium deceni, cognouit puellam duorum circiter annorum ſuam neptem, cui pudenda fregit, qua ex cauſa puella mortua eſt & cognouiſſe faſſus eſt aliam puellam annorum ſex, & alias virgines viri potentes, & pueros contra naturam, & condemnatus fuit ad carceres per quadriennium; quo expleto ad remigandum in perpetuum, & pater illius ad ſoluenda duo millia ſcuta Hoſpitali de Miſericordia, & ſic fuit executum, vt ſcribit *Ioſephus Ludouicus in deciſ. Lucenſi* 17. In Senatu Sabaudo
221 cum iudex Foſsani condounaſset † illum, qui ſtuprauerat virginem annorum vndecim ad pẽnã mortis, & amputationis capitis, iſque appellaſset ad Senatum, in quo cauſa diligenter diſcuſsa condemnauit illum vilem, qui vilem ſtuprauerat ad remigandum in Triremibus per decenniũ, de quo *Antonin. Theſaurus in deciſ. 3. in fin. & in deciſ. 148.* Dum ſimiles caſus occurrunt, ſunt maxima emendatione, & animaduerſione digni. Stuprum commiſſum per patrem in filiam minorem duodecim
222 annorum † pœna combuſtionis fuit per Magnam Curiam Vicariæ in patrem vindicatum, vt retulit *Matth. de Afflict. in Regno Conſt. Si quis rapere, n. 17. Ludouic. Carrertus in Pract. criminali, §. circa quartum, num. 307. 308. Thorus in dicto verb. Stuprans virginem immaturam. Petrus Caballus Reſolut. Criminalium cent. 1. caſu 29.* Si tameu commiſſumeſſet ſtuprum cum puella non viri potente, ſed cum
223 vi, pœna † mortis damnandum eſſe voluit *Vincentius de Franchis in deciſ. Neapol. 534. numer. 2. Antonius Faber in Codice Fabriano lib. 9. Tit. 7. Definit. 5. nu. 7. Ioan. Baptiſta Thorus in compendio deci. Neap. in verb. Stuprum commiſſum per vim.*

VIDVA an ob ſtuprum dotem, & lucra
224 † dotalia amitta? *Paul. de Caſtro in l. ſororem nu. 4. C. de His, quib. vt indignis*, tenuis, quòd amittat dotem. Et idem dixit *idem Caſtrenſ. in conſil. 121. incip. reuocatur in dubium*, vbi plenè ad partes, quẽ refert, & ſequitur *Petr. Gerard. de Petra ſancta in ſingul. 48. incip. ſcias quòd ſi mulier Hippolyt. de Marſilijs*

filijs in singul. 416. *incip. plures proficiò repperiuntur. Franciſc. Viuius in commun. opinione, in verb. vxor opinio* 447. quos referunt *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegalenſ.* 338. *Vincent. de Franch. in deciſ. Neap.* 421. *num.* 16. *Michael. Cifuentes in l. Tauri* 14. *numer.* 4. *Ioan. Lopez in Rep. Rubric. de Donation. inter virum, & vxorem* §. 67. *num.* 6. §. 81. *num.* 6. *Ioan. Baptiſta Villalob. opinion. communium in verb. vidua, nu.* 34. *Nicol. Bellon. in Rub. C. de Edend. num.* 83. *Emanuel Suarez in Theſauro Recep. ſententiarum in verb. vidua, nume.* 56. *Ioan. Baptiſta Laderch. in conſil.* 193. *Cæſar Vrſill. in deciſ. Neapol.* 265. *ſub nu.* 63. *Gerard. Maynard. in deciſ. Tholoſ.* 99. *lib.* 3. quos cum alijs multis ſequitur *D. Regès Valenzuela Velaſq. in conſil.* 80. *num.* 38. *cum plurib. ſequent.*

CONTRARIVM Tamen, quòd ob ſtu-
229 prum † vidua dotem, & lucra dotalia non amittat, tenuit *Alexander in dicta l. ſororem, contra Paulum de Caſtro*, quam opinionem ſequitur *Aymo Crauetta in conſ.* 205. *num.* 24. *& in conſ.* 304. *in fin. Deci. in c. Paſtoralis de iudic. Ioan. Papon. Arreſtor. Cur. lib.* 22. *titul.* 9. *Arreſto.* 16. *Gulielm. Mayner. in l. In ambiguis pro dote, num.* 208. *ff. de Regul. Iur. Marian. Socin. Iunior in conſ.* 111. *ſub nu.* 7. *vol.* 3. dicens quòd forte contra *Paulum de Caſtro* hodie eſt magis communis opinio. *Gulielm. Benedict. in Repet. c. Raynutius, in verb. Qui cum alia matrimonium contrahens, de Teſtament. ſub num.* 202. de ſtupro viduę loquens, dicit hæc verba, ſed hoc vltimum in do-
230 te, & parafernalibus bonis, vt propter † ſtuprum perdantur communiter reprobatur, quos ſequitur *Iul. Clarus in* §. *ſtuprum, num.* 6. copioſe *Roland. à Valle in conſ.* 86. *num.* 35. *vol.* 2. *Didacus Couaruu. in Epithome de ſponſalibus parte* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 10. 11. *Barthol. de Caſſ. in conſuetud. Burgund. Rubr.* 4. §. 6. *in Verb. Mulier. nu.* 24.

CONCORDIAE loco inter duos legalis ſcientiæ magiſtros, & virtices optimè fecerunt,
231 † qui dixerunt, quòd ſi vidua intra annum luctus ſtuprum committeret, tunc vera ſit, & ſequenda Pauli de Caſtro opinio, extra illud tempus verò Alexandri opinio prævaleat. Ità *Andr. Alciat. in tract. Præſumption. Regul.* 2. *Præſumption.* 9. *nu.* 5. *Didacus Couar. in Epithome de ſponſalibus. Parte* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 11. *Ioan. de Garronibus in Auth. eiſdem, num.* 2. *C. de ſecundis Nuptijs. Rolandus à Valle in dicto conſ.* 86. *num.* 41. *vol.* 2. *Iul. Clarus in dicto* §. *Stuprum, num.* 6. *in fin.* & ſic iudicatum fuiſſe in ſe-
232 natu † Burdegalenſ. ſcribit *Nicol. Boer. in deciſion.* 338. *in fin. poſt Arrium Pinel. in l.* 4. *num.* 9. *C. de Bonis Maternis*, voluit *Vincentius de Franch. in deciſ. Neapol.* 421. *num.* 16. *Hieronym. de Laurentijs in deciſ.* 145. *Qui pulchrius quam* alius quiſpiam Iura *Pauli de Caſtro, & Alexandri* narrauit, hoc idem voluit, & ſequitur *Bartholom. Bertazzol. in conſil. criminal.* 20. *num.* 42. *vol.* 1. *Petrus Duennas Regul.* 12. *limitatione* 2. *in fin.* & ità ſimiliter Iudicatum
233 fuit per Senatum Pedemontanum † vt *per Octauian. Cacheranum in dec. Pedemont.* 77. *in fin.*

SED CONCORDIAM iam dictam nec acceptarunt, ſed opinionem Alexandri ample-
234 ctentes, recuſarunt † opinionem *Alciati, & ſequacium. Ioan. Franciſcus Ripa in l.* 2. *num.* 8. *ff. ſolut. matrimon. Gulielm. Benedict. in dicto c. Raynutius, in verb. Qui cum alia matrimonium contrahens, ſub numer.* 202. *de Teſtament. Didac. Couar. in parte* 2. *cap.* 7. §. 6. *ſub nu.* 10. dicens ità pluries fuiſſe iudicatum, & opinionem Alexandri eſſe ſatis æquam. *Petrus Duennas in Regul.* 12. *limit.* 4. *Quintil. Mandos. de Caſibus Annalibus, nu.* 39.

QVINQVENNIO præſcribitur iuri ac-
235 cuſandi † de Adulterio, ſtupro, & lenocinio, quod tempus continuum, non autem vtile computabitur, *l. Mariti.* §. *ſex menſes.* §. *quinquennium, vſq; in fin. & l. Quinquennium, de Adulte.* declarant ex antiquis *Placentin. in ſumma Codicis, lib.* 9. *titul.* 9. *col. fin. verſic. ſopiuntur ſicut dictum eſt. Azo in ſumma lib.* 9. *tit.* 9. *col. fin. verſ. Et poteſt accuſatio. Dynus in ſuo pulchro, et vtili Tractatu Præſcriptionum. tit.* 25. *verſicul. Alia eſt de accuſato, num.* 3. & ità fuiſſe De-
236 ciſum in Senatu † Burdegalenſi ſcribit *Ioan. Papon. Arreſtorum Curiæ, lib.* 24. *Titul.* 11. *Arreſto.* 2. & voluit *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegalenſi* 26. *num.* 12. 13. 14. *Iulius Clarus in* §. *Adulterium, num.* 20. *Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſt. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 287. *nu.* 13. *Ioan. Franciſc. Balbus in tract. Præſcriptionum* 4. *parte* 4. *partis principalis, q.* 2. *ſub num.* 9. *verſic. ſeptimo limita Regulam Ioan. Berberij in Viatorio iuris parte* 1. *Rubric.* 2. *ſub nu.* 15.

DECLARA non procedere concluſionem, ſi eſſet adulterium mixtum cum inceſtu (de quo ſtatim dicam) quia tunc non præſcribitur, niſi ſpa-
237 tio viginti annorum, † ſicut in alijs delictis *Placentinus, & Azo in locis allegatis*, ratio quam dicũt *Bald. & Salycet. in l. adulter. C. de adulter.* Quòd quando dicunt duo delicta ſunt inuicem permix-
238 ta, illud, quod eſt magis † perpetuum, reducit ad ſui perpetuitatem minus perpetuum, quos refert *Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.* 26. *nu.* 13.

DECLARA ſecundò non præſcribi dicto tempore, ſi adulerium, vel ſtuprum cum inceſtu
239 fuerit † per vim, & violentiam commiſſum, vt dicunt *Placentinus, & Azo vbi ſupra*, quia vt dicit *Accurſius in dicta l. Mariti, in gloſſ. fin.* quòd tunc non dicitur accuſari lege Iulia de Adulterio, ſed de vi, Et ideo dicendum eſt, eo caſu officia præſcriptionis quinquennij nihil iuuare ſed currere præſcriptionem longiorem viginti annorum. *Iul. Clarus in dicto* §. *Adulterium, num.* 1. *Nicol. Boer. in dicta Deciſ. Burdegal.* 26. *nu.* 15. 16.

INCESTVS eſt coitus inter conſanguineos, & affines, inter quos, Iure prohibente ma-
240 trimoniũ † contrahi non poteſt, *c. lex illa.* §. *Inceſtus* 36. *q.* 1. de quo in iſto loco pauca tangam, quia nonnulla dixi in hac *ſumma Deciſionum omnium totius Chriſtiani Orbis tit.* 1. *verſ. Inceſtus crimen, nu.* 557. *per totum num.* 566. *hoc tomo* 3. & amplius dixeram *in commentarijs de Regis Catholici præſtantia, cap.* 16. idcirco nunc breuiter me expediam.

COMMICTENTIBVS crimen iſtud ex cã libidinis

bidinis fornicationis cum illis perſonis prohibitis de Iure Diuino, pœnam mortis ſtatutam fuiſſe. *Leuitici, cap.* 20. *& Deuteronomij, cap.* 37. demonſtraui. Et iure ciuili eandem pœnam imminere, quæ
242 eſt ſtatuta contra adulteros. vt † dicit *gloſſ. in l. ſi adulterium cum inceſtu,* §. 1. *in gloſſ.* 1. *ff. de Adult.* Sed contra adulteros eſt pœna mortis. *in l. quamuis, la* 2. *C. eodem Titul.* ergo contra inceſtuoſos eſt pœna mortis. hoc voluit *Paulus Grillandus de pœnis Omnifariam coitus, q.* 2. *nu.* 15. 16. *Lancellott. Conradus de officio prætoris in cauſis criminalibus. Titul. de Inceſtuoſis, nu.* 1. 6. 7. *Aegidius Boſſus de coitu damnato, & punibili, nu.* 7. *Ioan. Baptiſta Baiardus, in* §. *inceſtus, nu.* 1. *cum pluribus ſeqq.* plenè *Nicol. Boer. in Deciſ. Burdeg.* 318. *per totam, Thomas Triuiſanus in Deciſion. Veneta.* 59. *num.* 4. *lib.* 2. *Didacus Couar. in Epithome de Sponſalibus, part.* 2. *cap.* 6. §. 8 *nu.* 2.

QVOAD animæ eorum nõ dubium erit eſſe mortale peccatum, cum vocetur abuſus conſan
243 guineorum, & affinium, † vnde verus inceſtus cum matre, & filia carnali eſt crimẽ adulterio maius, *c. Adulterij malum* 32. *q.* 1. Alius tamẽ inceſtus in remotiori, conſanguinitatis, vel affinitatis gradu, vel cum ſpirituali cognata nõ videtur eſſe tam grandis ſicut adulterium. *arg. l. ſi adulterium cũ inceſtu,* §. 1. *ff. de Adulter.* & eorum, quæ dicit *D. Thomas de Aquino. in* 2. 2. *q.* 143. *articul.* 9. *ad tertium.* quem ſequitur *Martinus Nauarrus in conſil.* 1. *nu.* 2. *titul. de Reſtitut. in integ. & in ſumma confeſſariorũ, cap.* 16. *ſub nu.* 3. *de quibus Alexand. de Ales in ſumma part.* 2. *q.* 143. *membro* 9. *Angel. de Clauaſio in ſumma,* §. *Inceſtus, nu.* 2. *Barthol. Fumeus in Armilla in verb. Luxuria, nu.* 5. *Sebaſtian. Medices in ſumma peccatorum Capitalium, q.* 31. *Ioan. Paponus in Præcepto, non mœchaberis, lib.* 1. *impedimento matrimonij* 25. *& in titul. de inceſtu, Cyrillus Fulgeonius in ſummula Criminum parte* 2. *titul. de Publicis iudicijs,* §. 4. *nu.* 24. 25.

QVANTVM ad nuptiarũ, & Matrimoniorum
244 impedimenta ob inceſtum, & nuptias inceſtas, † quæ à me iam ſcripta ſunt non repetam, primò *in commentarijs de Regis Catholici præſtantia in c.* 16. quo in loco aliqua nouiter dixi, aut noua quidẽ, & ſi non noua, ſaltim ab alio non enũciata, vel declarata. Secundò, quoad hęc, & ſimilia impedimenta dixi *in hac ſumma Deciſionũ totius chriſtiani orbis, tit.* 1. *hoc tom.* 3. *præſertim à nu.* 529 *in antea.*

245 DE RAPTV virginum † dixi *in dicto tit.* 1. *nu.* 567. *vſq; ad nu.* 579. *eodem tomo* 3.

ARGVMENTVM.

Sacrilegium dupliciter committitur ſcilicet auferendo, & furando ſacrum de ſacro, non ſacrum de ſacro, & ſacrum de non ſacro, & violando Virgines, & Moniales in monaſterio recluſas, pro quibus pœna mortis ſtatuta eſt, vltra diuerſas pœnas in diſcurſu enumeratas; eſt crimen mixti fori, & eſt locus peruentioni.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium aliud eſt, quod committitur in Eccleſijs, ac Templis DEO ſacratis, aliud in Virgines Moniales DEO deſponſatas.*

2 *Sacrilegium primum eſt, quod committit, qui aufert ſacrum de ſacro, non ſacrum de ſacro, & ſacrum de non ſacro, nu.* 6. 7. 35.

3 *Placentini, & Alonis opinio, quod ſit Sacrilegium? num.* 4.

5 *Martiani Iuriſconſulti opinio, quod auferens rem priuatam de loco ſacro non ſit ſacrilegium, ſecundum Ciuiliſtas.*

6 *Pecunia ſi rapitur de ſacro Sacrilegiũ erit ex Quintiliano.*

8 *Sacrilegij pœna contra clericos eſt illorum depoſitio.*

9 *Clericus poſt trinam monitionem excommunicatur ex ſacrilegio.*

10 *Ex ſacrilegio manifeſto infamia ſequitur, & nota publica.*

11 *Sacrilegium à promouendo, vel promoto commiſſum, diuerſimodè punitur, nu.* 12.

12 *Sacrilegij pœna quæ? nu.* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25.

26 *Theſauros, & pecunias ſanis, & Templis reponere ſolebant.*

27 *Sacrum ſacroue commendatum, qui clepſerit, rapſeritq; parricida eſto, inquit Cicero, nu.* 32.

28 *Cicero ad quid ſcripſit libros de legibus? nu.* 29. 31.

30 *Plato libros de legibus ex illis Minois, Lycurgi, & Solonis compilauit.*

33 *Alexander Macedo in Templo Solis apud Ciliciam pecuniam repoſuit.*

34 *Clyſthenes Athenienſis Princeps cum de Rebus ſuis timeret apud Samum in Iunonis Templo dotes filiarum depoſuit.*

36 *Antibal ab Antioco, cum quo bellum geſſerat, diſcedens magnam ſecum pecuniarum quantitatem portaret, de qua famam exiſſe ſciebat, Cretam ad Cortynios, Anforas plumbo plenas, Auro, & argento ſummas oſtendens in Dianæ Templo depoſuit, ſe fortunæ illorum credere ſimulans, clam ſtatuas ſuas auro, & argentato complens aſportarit.*

37 *Iulius Cæſar dictator in ſuo primo conſulatu, è Capitolio tria millia pondo auri furatus, & tantundem inaurati æris repoſuit.*

38 *Sacrilegi, peſſimiq; Tyranni Reges, & Principes fuere omni tempore, qui non ſolum Fana, & templa falſorum Deorum, Furtis, Rapinis, & Latrocinijs infeſtarunt, ſed templa DEI viuentis optimi maximi expilarunt.*

39 *Nabuchdonoſor Rex Babilonis omnia vaſa tempore Ioachim Regis Iuda tranſtulit Babilonem, & omnia Aurea facta per Regem Salomonem, & ipſe, & Nabuzardan illius Princeps, columnas inſuper æreas, baſes, & mare æneum confregit, & alia in Babilonem aſportauit, nu.* 40.

41 *Sesac Aegypti Rex capit Vrbem Hierusalem, & omnes Thesauros Domus DEI, & Regiæ transtulit in Aegyptum.*

42 *Hunc Sesac Sesostrem vocant Iosephus, & Diodorus.*

43 *Omnia Vasa Aurea, & Argentea capta per supradictos fuere per Decreta Regum Cyri, Darij, & Artaxersis Persarum Regum restituta.*

44 *Decretum Regis Cyri restitutorium nu.45.46.*

46 *Decreuit dari Vitulos, agnos, & hædos in holocaustum DEO cæli, & Sacerdotibus Templi, Frumentum, sal, vinum, & oleum secundum Ritum Sacerdotalem in Hierusalem, hoc confirmauit Darius & abundantius Artaxerses, nu.47.*

48 *Sacrilegiorum, & Templi DEI pollutiones, & iniurias, nunquam DEVS reliquit inultas.*

49 *DEI Miraculum, ob Oniæ.3. Pontificis Hierosolimitani orationem contra Heliodorum Regis Seleuci Principem volentem Templum spoliare. numero 50.*

51 *Transtulit DEVS Regnum Caldeorum ad Medos ob Sacrilegiũ Baldaxaris Regis Nabuchdonosor filij.*

52 *DEVS altissimus adeo Sacrilegia odiuit, vt etiam illa, quæ fierent in Templis Gentilium non reliquerit inulta.*

53 *Pyrrhus Epirotarum Rex, quod Naufragium, & calamitatem passus, quòd apud Locros Templũ Proserpinæ rapinis violasset.*

54 *Sententia grauissima à Senatu Romano lata contra Q. Plemminium quòd idem Proserpinæ Templum pecunijs, & Thesauris spoliasset, nu.55.*

56 *Brennus Gallorum Dux Tholosatium Templa magna auri quantitate spoliauit.*

57 *Cum Phalaris non tam Tyrannus, quam sapiens Agrigentinus, quòd cum Policleti medici opera curatus, & Templis Messanensium Aurea vota misisset, quæ à ciuibus rapta, quid illis notabiliter scripserit, nu.58.*

59 *Sacrilegium coitus cum moniali, & Virgine in Monasterio recluſa.*

60 *Albertus Gandinus I.C. criminalista ex primis.*

61 *Angelus de Aretio secundus.*

62 *Bonifacius Vitalinus Tertius.*

63 *Hyppolytus de Marsilys quartus.*

64 *Pœna Raptus Monialis, nu.65.*

66 *Pœna Clerici coeuntis cum Moniali, nu.67.*

68 *Vestales Virgines, & illorum custodia à Romulo inuenta. nu.69.*

70 *Virgines Vestales stuprum committentes viuæ defodiebantur.*

71 *Opimia virgo Vestalis viua defossa. Duos illius flagitij coargutos, verberatos prius, necarunt, sic, & Floronia, & l. Cantilius stuprator, nu.72.*

73 *Vrgente peste Vrbem Romam, reperta est Vrbinia virginitate amissa, à sacris amotam, iudicio conuictam, Verberatam, traductamq; per Vrbem, viuam defossam, & patratores, vnus sibi mortem intulit, alter à Pontificibus sub furia flagris cæsus, & necatus, & statim pestilentia desijt, nu.74.*

75 *Domitiani Imperatoris Iudicia de alijs Virginibus Vestalibus, nu.76.*

77 *De seruanda, siue vendicanda amissa virginitate, quid dicat B. Clemens Romanus ex dicto Apostoli, num.78.*

78 *Regni Neapolitani, iuribus Rogerij Regis Constitutione pœna mortis imminet siquis etiam non velatas moniales corruperit.*

79 *Sacrilegij tam raptorum rerum sacrarum, quàm non sacrarum de sacro, quàm corrumpentium Virgines Deo Sacras, esse crimen mixti fori, numer.80. 81.82.*

83 *An sit locus præuentioni vtriq; Iudici? nu.84.*

85 *Romæ ob ætatem minorem sacrilegus fuit condemnatus ad membri mutilationem. Alter ob duplicatum Sacrilegium & alia furta, fuit furca suspensus, sed alius ad pœnam corporalem, non mortis, nu. 86.87.*

88 *Neapoli qui crucem argenteam ab Ecclesia furto subtraxerat, furca suspensus fuit.*

89 *Qui paramentum altaris sericum ab Ecclesia Sancti Laurentij subtraxerat fuit furca suspensus.*

90 *Scholaris per aliud furtum in Ecclesia Sanctæ Mariæ Annunciationis necessitate famis fuit condemnatus ad Remigandum per Triennium.*

91 *A Regia Audientia Salerni residente, qui furatus erat Vas argenteum, in quo erat Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod suis manibus recepit, & manducauit, demum Vas vendidit, captus, & confessus, fuit raptatus, siue trascinatus, furcæ suspensus, & in fruſta diuisus.*

TITVLVS SEPTIMVS.

De Sacrilegio.

SACRILEGII materiam plures tractarunt, doctè, & eleganter, sed tamen inuolutè, ego duobus membris illam separabo, vnum respiciens violentias, furta, & latrocinia, quæ fiunt in Templis, Ecclesijs, & locis
1 DEO sacratis. † Alterum verò respiciens violentias carnalium actuum, qui fiunt in Virgines DEO sacratas monasterijs, & sacratis locis reclusas.

SACRILEGII membrum primum, (si canonum iure loquimur) dicit summus Pontifex,
2 quod illud est quod aufert sacrum † de sacro, non sacrum de sacro, & sacrum de non sacro. *c. Quisquis, §. Sacrilegium 17. q.4.* quam descriptionem reassumpsit *glos. in c. Sacrilegium, in eadem causa 17. q.4.* ab hoc dissentit *Placentinus in summa Codicis,*
3 *lib.9.tit.29.* dicens, est autem sacrilegium † quando sacrum de sacro aufertur, At si non sacrum eripitur de sacro, certè non est sacrilegium, sed simplex furtum. Sed *Azo in sua summa libro 9. titul.*
4 29. dicit plus, Est autem sacrilegium, † quando de sa-

de ſacro auferatur, At ſi non ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro quis intercipiat, contrarium eſt, quicquid dicant decretiſtæ, pro Placentini, &
5 Azonis opinione inquit *Martianus* † *in l. Diui. ff. Ad leg. Iul. peculat.* Diui Seuerus, & Antoninus (inquit) Caſſio Feſto reſcripſerunt, res priuatorum, ſi in ædem ſacram depoſitæ, ſurreptæ fuerint, furti actionem, non ſacrilegij eſſe, *Bartol. in l. Diui, ſupra allegata, num.* 1. & iſtud eſt ſecundum ciuiliſtas. vt dicit *Bald. in l. ſi nondum, vel l. ſi res nondum, nu.* 4. *C. de Furt.* Huius opinionis *Fabius Quintilianus Oratoriarum inſtitutionum, li.* 7. *c.* 3. *ex autor*, Quia de Templo pecunia ſurrepta eſt, Actor dicebat Sa-
6 crilegium eſſe. Reus negat eſſe Sacrilegium, † quia priuata pecunia, & Sacrilegium eſt ſurripere aliquid ſacri, verũ dicit adijciendũ eſſe, aut ex ſacro.

OBSERVATVR tamẽ Canonum, non autem
7 legum Sacrilegij deſcriptio † *iuxta* † *text. in dicto c. quiſquis*, §. *Sacrilegium tex. c. ſi quis contumax.* 12. *q.* 4. *& gloſſ. in dicto c. Sacrilegium, non autem text. in dicta l. Diui.* neq; Placentini, & Azonis dictum, & & iſtam dicit diſpoſitionẽ canonum ſeruari *Bald. in dicta l. ſi nondum, nu.* 4. quem refert, & ſequitur *Paulus Grillandus de Pœnis omnifariam coitus, q.* 1. *nu.* 6. *Lancellott. Conradus de officio prætoris in cauſis criminalibus. Titul. de Sacrilegis, nu.* 8. *Iul. Clarus, in* §. *Sacrilegium, ſub nu.* 1. Idem dicit *Cyrillus Fulgeon. in Summula. criminum, part.* 2. *titul. de publicis Iudicijs*, §. 2. *num.* 11. *Matthæus de Afflictis in Regni Conſt. Multæ leges, num.* 3. 4. vbi enumerat modos, quibus ſacrilegium committatur. & alios *Lucas de Penna in l.* 1. *per totam, C. vt dignitat. Ordo ſeruet, lib.* 12. *Petr. Foller. in Practic. Crim. in Fragmentis, tit. de Sacrileg. n.* 47. 48. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 254. *numer* 1. 2. *D. Garſias Maſtrill. in Deciſion. Siciliæ* 68. *num.* 3. *Nicol. Reſnerus in Deciſion. Ienenſi.* 16. *num.* 9. *lib.* 1. *Tiber. Decian. in Tract. Criminal. lib.* 6. *cap.* 30. *num.* 16. *Baiard. in* §. *Sacrilegium, nu.* 4. 5. *Vincent. de Franchis in Deciſ. Neapol.* 240. *nn.* 18. 19.

8 POENA canonum pro ſacrilegio contra † clericos eſt illorum depoſitio. *vt ex Hoſtienſe in ſumma Titul. de Accuſationibus*, §. *Quis ſit effectus verſ. Et gratia exempli*, voluit *Ioan. Bernard. Diaz in Practica crimin. canonica, cap.* 81. *num.* 2. Eſt etiam
9 pœna quòd poſt trinam † monitionem excommunicatur, *c. ſi quis domum.* 17. *q.* 4. quem allegat *Ioan. Berberij in Viatorio iuris, parte* 1. *Rubric.* 17. *ſub nu.* 6. vbi quę dicit, referam, vnde (inquit) miror, quòd iura Canonica in tanto ſcelere, ita mitem pœnam imponant, vt ſentit *gloſſa in c. ſunt, qui opes* 17. *q.* 4. pro qua facit, *c. fraternitatis* 12. *q.* 2. & ideo crederem dici poſſe, quòd ſi ſacrilegium perpetratum ſit manifeſtum, ex quo infamia ſequatur, vel no-
10 ta † publica, Tunc aut commiſſum eſt à promouendo, vel à promoto. Primo caſu, in pœnam incidens, impeditur, ne promoueatur ad ſacros ordines. *arg. à contrario ſenſu, C. de Fur.* pro quo facit
11 *cap. fin. ſi quis præſoiter.* 50. *diſt.* poteſt etiam † puniri tamq; fur. *arg. c. quid ergo* 13. *q.* 4. & cõdemnari pecuniariter erga eos, ad quos ſacrilegij quærimonia pertinet. *dicto c. ſiquis contumax.* 17. *q.* 4. Si
12 verò à promoto, tunc crederem, quod poſſet † ſuſpendi, arg. eorum, quæ habentur. *in c. at ſi clerici, vel in c. cum non ab homine. de Iudic.* vel fortè etiam
13 priuari. Quia iſtud crimen ſacrilegij irrogat † infamiam. *vt in dicto c. fin. de Furtis.* Et quia eſt inter publica crimina numeratum. *Hæc Berberij.* Et
14 iure Pontificio, crimen † iſtud proditioni Iudæ aſſimilatur, ita, vt eandem pœnam mæreatur *c. quid ergo* 23. *q.* 4. quia eſt peccare in DEVM, quòd ma-
15 ius eſt peccare, quam † in hominem *c. ſicut, qui Eccleſiam* 17. *q.* 4. Et ſunt infames *c. infames* 6. *q.* 1. Sic decreuit *Ioãnes Octauus Põtifex*, Quiſquis (inquit) inuentus fuerit reus ſacrilegij, Epiſcopis, vel Ab-
16 batibus, ſiue † perſonis, ad quas, quærimonia ſacrilegij iuſtè pertinuerint, Triginta libras examinati argenti puriſſimi componat, & poſt pauca inquit, ſiquis domum DEI violauerit, & aliqua ſine licentia illius, cui commiſſa eſſe degnoſcitur inde abſtulerit, ſi qui Monaſteria, & loca DEO dedicata, & Eccleſias infringãt, & depoſita, vel alia quæ-
17 libet exinde abſtrahant damnum nouies † componant, & emunitatem tripliciter, & velut ſacrilegĩ, canonicæ ſententiæ ſubiugantur. Hęc, & alia *in dicto c. quiſquis.* 17. *q.* 4. Vrbanus Triplicem imponit
18 † pœnam, infamiæ, carceris, vel perpetui exilij, & relegationis, *c. Attendendum* 17. *q.* 4. Symmachus
19 ſacrilegum anathemate feriendum † ſtatuit *in c. indignè.* 12. *q.* 2. Gregorius Nonus ſimili modo. *in c. conqueſtus, ext. de Foro competent.* Duplex pœna
20 pecuniaria, & excommunicatio ex † concilio Triburienſi *in c. ſiquis contumax.* 17. *q.* 4. de his pœnis iuris canonici meminerũt. *Diaz in Practica criminali Canonica, c.* 81. *Paul. Grilland. de Pœnis omnifar. coitus, q.* 1. *per totam. Ioan. Berberij in Viatorio iuris, parte* 1. *Rubrica* 17. *Petr. Gregorius Syntagmat. iuris Vniuerſ. l.* 33. *c.* 15. *Lancellot. Conradus de officio Prætoris in cauſis criminalibus. tit. de Sacrilegis, ſub nu.* 3. *Menochius de Arbitrarijs iudicum quæſt. li.* 2. *cent.* 4. *caſu* 389. *n.* 7. nolo fraudare ſuo decore, eum qui hanc rem incidenter tractauit doctè, & eleganter
21 † *Ioan. Bonifacium in Tract. de Furtis*, §. *Alienæ rei, n.* 25. plura *Didacus Peguiera, in dec. Cataloniæ.* 24. *Hierony. Cauallos opin. comm. contra cõmunẽ, q.* 363.

POENA autem ſacrilegij ex ciuili lege, alia
22 † ſtatuta eſt, vt attenta ſacrilegij qualitate, ac diuerſitate, eodem modo diuerſę nominationes, atq; pœnarum ſpecies, & qualitates diuerſæ. Ante alios
23 Vlpianus inquit, ſacrilegij pœnam † habebit Proconſul pro qualitate perſonę, proq; rei conditione, & temporis, & ętatis, & ſexus, vel ſeuerius, vel clemẽtius ſtatuere, & ſcio multos ẽt ad beſtias dãnaſſe ſacrilegos, nonnullos ẽt viuos exuſſiſſe, alios verò in furcas ſuſpendiſſe. Sed moderanda pœna eſt, vſque ad beſtiarum damnationem, eorum, qui manu facta, templa effregerunt, & dona DEI, nocte tulerũnt. *l. Flagitij pœnam* 6. *in princip. ff. de*
24 *Adult.* ſubſequitur *Paulus* Sacrilegi capite † puniuntur. *l. Sacrilegi.* 9. *ff. eod. tit.* & ſi interdiù aliquid

liquid modicum de templo tulerit, pæna Metalli coercendus est plebeius, honestior deportandus. Ità vnum post alium sequentes concludunt *Placentinus in summa Codicis, lib. 9. titul. 29.* Idem scribit *Azo in summa sua eodem, lib. 9. titu. 29.* Et hi duo sufficerent, ni alij, qui ex nostris ab eorum pristina ætate per tot secula subsequuti sunt, alia nõ tradidissent. *Pandulphus pracius in iuris prudentia veteri ad l. Draconis 4. Aegydius Bossus in Tract. at. crimin. titul. de Sacrilegis, nu. 6. Paulus Grillandus de Pœnis Omnifariam coitus, q. 1. nu. 7. Cyrillus Fulgeonius in summula Criminum, parte 2. Titulo de Publicis iudicijs, §. 2. nu. 11. Lancellot. Conrad. de officio Prætoris in causis criminalibus, titul. de Sacrilegis, sub num. 3. Iacob. Menoch. in dicto casu 389. nu. 2. cum seqq. Petrus Gregorius Syntagmatum iuris, lib. 33. cap. 15. n. 1. cum pluribus seq. Petrus Follerius in Pract. Criminal. in Fragmentis, nu. 47. Barthol. de Cassen. in consuetud. Burgundiæ, Rub. 1. §. 5. in verb. Simple Iarrecin. num. 1. cum alijs seqq. Iodocus Damhouder. in Enchiridio criminum, cap. 111. num. 6. Iul. Clar. in verb. Sacrilegium, nu. 4. Tiberius Decian. Rerum criminalium, lib. 6. cap. 30. per totum, Nicol. Boeri. in Decisio. Burdegal. 254. num. 5. 6. 7. 9. Nicolaus Reusnerus in Decision. Ienensi. 16. num. 9. 10. Hieron. Ceuallos opinionum commun. contra communem, q. 363. Didacus de Peguiera in Decision. Cataloniæ. 24. num. 15. 16. Gaspar Anton. Thesaurus quæstion. Forensi. lib. 1. q. 80, nu. 23. 24. Matthias Colerus in Decision. Germaniæ. 152. nu. 1. Ioan. Berberij in Viatorio iuris, parte 1. Rubric. 15. nu. 2. Anastasius Germonius de Sacrorum immunitatibus, lib. 3. cap. 12. nu. 70. 71.*

HAS duas diuersas pœnas per ius ciuile impo-
25 sitas considerari oportet, primã, † quæ iudici qualitatem imponit, vt cõsideret qualitatem personæ, sexum, ætatem, & alia locum habeat in sacrilego illo, qui potius furtum facit, quam Sacrilegiũ, rei non sacræ à sacro, aliam verò pœnam mortis ingerentem locum habere in furante sacram rem à loco sacro. vt post alios declarat *Fulgeonius in Sũmula Crimin. parte 2. titul. de Publicis iudicijs, §. 2. num. 11. cum seq.* sed ante ipsum breuius dixit *Ioan. Berberij in dicta parte 1. Rubr. 15. nu. 2. Peguiera in Decision. Catalon. 21. nume. 23. Gaspar. Antoninus Thesaurus quæstion. Forensium, lib. 1. q. 80. sub n. 24.*

TEMPLIS, ac Fanis, & Thesauros, & pecu-
nias, resq; præciosas, homines graues commenda-
26 tionis, & † custodiæ causa reponebant, vota etiam magni valoris, ex auro, & argento, ac gemmis ornata mittebantur, quæ si ex illis locis furto surripiebantur, qui ista moliebantur, & exequebantur, tamquam sacrilegi puniebantur. Vndè optimè *Ci-*
27 *cero lib. 2. de legibus.* † Sacrum, sacrovè commendatum, qui elepserit, rapseritque, parricida esto. Quam inter leges duodecim Tabularum sic describit etiam *Aymarus Riuallius Historiæ Iuris Ciuilis, lib. 2. cap. 18.* Arbitror enim eas, quas in illis legibus descripsit Cicero, non omnes, sed aliquas
28 esse ex legibus duodecim tabularum, alias † ab illo descriptas sua compositione, & reliquas omissas. Scripsit enim, & ob Rempublicam Roma-
29 nam, quæ suo tempore labi † cæperat, vt quandoque vel illa, vel aliæ futuræ essent Respublicæ, quæ suis illis vterentur. Exemplo Planis, qui ex legibus Minois Lycurgi, & Solonis, ex illis, ade-
30 mit, addidit, & mutauit. vt dicit *Marsilius † Ficinus in Platonem de legibus. Dialogo. 5.* Videantur *Linius, Dionysius, Diodorus, alijq; Historici,* Videantur etiam è nostris, *Riuallius, Charondas, Zasius, Spiegellius, Balduinus, Hotomanus & alij Iurisconsulti noui ssimi, graues, & diligentissimi,* qui alias enumerarunt in his libris, minimè relatas; proinde *in eodem de legibus, lib. 2.* Discebamus (inquit) enim pueri
31 † duodecim, vt carmen necessarium, quas iam nemo discit. Sed iam illa rationabilis, & antiquissima est, & ideo ex ea dicitur, sacrilegium committi etiam ab eo, qui tollit rem, vel pecuniam de sacro, non sacram, vel depositã, aut rem aliquam sacro loco commendatam. Sed ideo eodem in li-
32 bro subiungit *idem Cicero,* Sacrilego † (inquit) pœna est, neq; ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum, quod & nunc multis fit in Fanis, ponit duo exempla, Alexandri Mace-
33 donis, qui in Solis Delubro apud Ciliciam † pecuniam deposuit. Sic & Clysthenis Athenienses Principis, qui cùm rebus suis timeret, Iunonis, Templo
34 credidit apud Samum † filiarum dotes. *Bonifacius*
35 *Vitalin. in Tract. at. Criminal. Titul. de Pœna † committentis Sacrilegium, nu. 1.* dicens de pecunia sacra, & religiosa, & re dedicata, & relicta ad Ecclesiam fabricandam, vel ad vestes sacras comparandas, vel paramenta altaris, vel sacra vasa, vt calices, turribula, & similia. Fuere etiam alij complures, qui non eo animo sincero, ac bono, si dolo, & fraudulenta intentione similia deposita in Templis, ac Fanis facere simularunt, Anibal enim ab Antiocho quo cum bellum gesserat discedens, magnam cum secum pecuniarum quantitatem portaret, de
36 qua famam † exisse sciebat, Cretam ad Cortynios veniens, Amphoras plumbo plenas operiens, Auro, & Argento summas ostendens, in Dianæ Templo deposuit, se fortunæ illorum eam credere simulans, Clam verò statuas suas æreas, Auro, & argento plenas complens, asportauit. vt est author *Aemilius Probus, & post eum Plutarchus in illius vita & post Trogum Pompeium, Iustinus Historiarum, lib. 32.* Eodem modo, sed peiori dolo, ac fraude Cæsar Dictator primo suo Consulatu è Capitolio
37 tria millia Pondo † auri furatus, & tantundem in aurati æris reposuit, & euidentissimis rapinis, ac sacrilegijs pluries vitam maculauit, vt est author *Suetonius Tranquillus in illius vita, cap. 54.*

SACRILEGI, pessimiq; Tyranni, Reges, &
& Principes fuere omni tempore, qui non solum
38 Templa, & Fana † falsorum deorum, Latrocinijs, Rapinis, & furtis expilarunt, sed DEI optimi maximi Domibus, & Templis non pepercerunt; Nabuchdonosor Rex Babylonis ascendit Hierosoly-
39 mam, & illa capta, non solum † omnes Thesauros domus Regiæ tempore Ioachim Regis Iuda, sed

cōcidit omnia vaſa Aurea, quæ fecerat Rex Salomon in templo Domini, & tranſtulit illa in Babilonem. vt habetur *lib.4.Regum,cap.24.* poſt modum idē Nabuchdonoſor Miſit Nabuzardan militię Principem, qui reliqua vaſa, Aurea, & argentea, & columnas æreas baſes, & Mare æneum confregit, & Turribula, & phialas, quę aurea, aurea & quæ argentea, argentea, ſimiliter in Babiloniam
40 † tranſtulit. vt ſcriptum eſt *lib.4.Regum,capite.25. Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum. lib.10. cap.8. c.9.& cap.10.& lib.2. Paralipomenon.cap.36.* Antea
41 autem Roboami Regis tempore † Seſac Aegypti Rex cum exercitu maximo cū cępiſſet Vrbes munitiſſimas venit vſq; Hieruſalem, quam cum cępiſſet, ſubſtulit omnes Theſauros Domus Domini, & Domus Regiæ, quos trāſtulit in Aegyptū. vt patet. *lib.2. Paralipomen.c.12.* quam Hiſtoriā narrauit etiam *Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum, l.8.*
42 *c.4.* Regem vocans Suſacum, dicens, in nomine † huius Regis erraſſe Herodotum, *lib.2.* dum vocat illum Seſoſtrim, de quo lōgius ſcripſit *Diodorus Siculus l.2.* dum de Seſoſi plura, quàm alius ſcripſit. Sed hæc Sacrilegia fieri permiſit DEVS, ob ipſprū infidelitatem, & Idolorum Falſorū adorationem. Et omnia ſupradicta, quæ vt ſupra portaūerat in
43 Babylonem fuere per Decretum † Regium eidem Templo Hieroſolymorū reſtituta. Audito Decreto Cyri, Darij, & Artaxerſis Perſarum Regum.

CYRVS Perſarum Rex decreuit. Qui eſt
44 de Populo DEI accedat in Hieruſalem, quæ eſt † in Iudæa, & ædificetur Domus DEI Iſrael, ipſe eſt DEVS, qui eſt in Hierualſem. Vaſa Templi Domini, quæ tulerat Nabuchdonoſor de Hieruſalem, proferantur ibidem, quorū hic eſt numerus. Phialæ Aureæ Triginta, Phialę Argenteæ mille, Cultri vigintinouem. Sciphi Aurei triginta, Sciphi Argentei ſecundi quadringentidecem, vaſa alia mille. Omnia vaſa, Aurea, & Argentea, quinque millia quadringenta. Omnia portētur per Saſſaboſar. *Habetur, l.1.Eſdræ, c.1.c.6.* quæ omnia longius ſcribit, & progreditur *Ioſephus Antiquitat. Iudaic. l.11.*
45 *c.1.c.2.* Inſuper decreuit † dicens, Sed à me præceptum eſt, quid oporteat fieri à Præsbiteris iudæorum illis, vt ædificetur domus DEI, ſcilicet, vt de Arca Regis, ideſt de Tributis, & quę dantur de Regione transflumen ſtudioſe ſumptus dentur viris illis, ne impediatur opus. Quod ſi neceſſe fuerit, & vitulos, & agnos, & hędos in holocauſtum DEO
46 cæli, Frumētum, † Sal, Vinū, & oleum, ſecundum Ritum Sacerdotum, qui ſunt in Hieruſalem detur ei per ſingulos dies, ne ſit in aliquo quærimonia, & offerēt oblationes DEO cæli, orentq; pro vita Regis, & filiorū eius, hæc ſcripta ſunt, *lib.1.Eſdræ, c.6.*
47 quo in loco ſequitur † confirmatio Darij eius filij, *& c.7.* decretatio abūdantior Artaxerſis. Quæ poſui, vt videant Reges, & Principes, quæ officia, ēt Barbari Principes in Eccleſiam DEI contulerint, vt confudantur, vel ſimilia facere addiſcant.

SACRILEGIORVM autem, & Templi DEI pullutiones, & iniurias, DEVS optimus Maximus
48 nunquam † reliquit inultas, cum enim Syriæ Rex Seleucus ad prædandum, & ſpoliādum Templum Hieroſolymorum Heliodorum Oniæ.3. Pontificis Maximi tūc tempore miſiſſet, qui ea ex cauſa cum tota ciuitate affligebatur, & Orationes Domino fundebant, vt tātum facinus dignaretur auertere, & ecce, dum Heliodorus ſe accideret ad exequendam opus, apparuit quidā equo inſidens grauiſſimo aſpectu, veſtibus, & operimētis optimis ornatus, qui arma videbatur gerere aurea, cuius equus in Heliodorum calces immiſit, & qui cum dicto equite apparuerunt duo Iuuenes, virtute decori, optimi gloria, ſpecioſiq; amictu, circum eum ſteterunt, & flagellabant, & ſine intermiſſione, multis
49 plagis † verberātes, ſubito Heliodorus concidit in Terrā, & iacebat mutus in terra omni ſpe, & ſalute priuatus, cuius amici ſupplicabant Oniā, vt rogaret Dominum Altiſſimum, vt ei vitam donaret, oratione per Pontificem facta, acceſſerunt ijdē, qui illum flagellauerant, & dixerunt eidē Heliodoro,
50 gratias age Onię, quia propter eum Dominus † tibi vitam donauit, & nuncia omnibus magnalia, DEI. Hæc, & alia narrantur, *l.2.Machabeorum, c.3.* Eodē, modo quia Baldaſſar Nabuchodonoſor Regis Caldęorum filius, cum feciſſet magnum conuiuiū cū mille optimatibus ſuis, fecit recipere ſacra vaſa aurea, & argentea, quæ pater aſportauerat à Templo Hieroſolymorum, & in eis bibit Rex, optimates, vxores, & concubinæ illorum, ob quod
51 Sacrilegium, DEVS omnipotens † tranſtulit Regnū à Caldęis ad Medos, vt habetur *Danielis, c.5. c.6. Ioſephus Antiquit. Iudaicarum lib.10. cap.12.*

DEVS Altiſſimus adeo Sacrilegia odiuit, vt & ſi facta eſſent aduerſus Templa Gentilium inulta
52 non reliquerit, † exercitus enim Xerſis Perſarum Regis miſſus ad prædandum Apollinis Delphici Theſaurum Tempeſtate maxima, & fulminibus obrutos diſpuiſſe, vt voluit *Diodorus Siculus, l.12.* Pyrrhus Epyrotarum Rex apud Locros in Regno
53 Neapolis cum † à Proſerpinę Templo pecuniā rapuiſſet, nauibus illam ducens ſequēti die tēpeſtate lacerata illius claſſis fuit, vt naues, quæ ſacrā pecuniam habebant, in littora eorūdem Locrenſiū iactatæ, ſibi ipſi ob cladem habitam, edoctus, decretū protulit, vt pecunia omnis Proſerpinæ Fano reſtitueretur, pro vt tandem ab ipſo iuſſum fuit. Cū ſe-
54 cunda vice Q. Plemminius † idem Templū pecunijs, & Theſauris ſpoliaſſet, & grauamiua locrēſibus illata à decem legatis Romæ miſſis, & in Senatu narrata auditis narrantibus, fuit illis gratiſſimū iuſtitiæ cōplementū exhibitū, vt carceratus, Plem-
55 minius duceretur, & † Senatus Conſultū, vt vinctus ductus, & ex vinculis causā diceret, & quantā pecuniā rapuiſſet, duplā ſacro Theſauro inferret, & in Carcere illū necari, bonaq; reliqua, publicari, ſic à Senatu Sētentia prolata, & executa fuit. vt eſt author *Liuius, lib.29.* vbi de vtroq; eodem modo *Valer.Max.l.1.c.2. de Neglecta Religione.* & nouiſſimè *Hieron. Miraflorus Hiſtoriarum Calabriæ, lib.2. cap.6.* De Brenno Gallorum Duce, & Q. Cæpio-

56 ne Conſule, quòd † Templa, & Fana Tholoſatium magna auri quantitate diuerſis Temporibus ſpoliarunt, ſcripſere *Iuſtinus, lib.* 24. *lib.* 32. *Valerius Maximus, lib.* 1. *cap.* 2. *Aulus Gellius Noctium Atticarum, lib.* 3. *cap.* 9. de Brenno *Propertius, lib.* 3. *Inquit*

Torrida Sacrilegum teſtantur limina Brennum
Dum petit intonſi Pythia Regna Dei.

Cum grauiſſimo morbo laboraſſet Phalaris Tyrannus Agrigentinus non ſortè adeo Tyrannus,
57 quàm † ſumma ſapientia grauis, & Polieleto medico, qui eum curauerat, & Dijs apud Meſſanenſes gratias agens, dona Aurea, & Argẽtea illorum Templis voti gratia miſiſſet, illi ad ſe ipſos eorumq; vſus conuerterunt, is Phalaris *Epiſtola* 8. ità inter cætera inquit, ſimulata namq; mihi iniuria, ac ſi noſtra, qui ea miſimus gratia, prophana fuerint,
58 in Deos ſacrilegium commiſiſtis. Quid enim † refert, munera iam dicata, an tantum deſtinata Dijs auferre, vtraq; enim illorum, non mittentiũ, ſunt. Nos igitur gratiam in Deos, vos impietatem oſtẽdiſtis, ſi quidem, & dantem, & vos rapientes nouerunt. Satis autem habeo, vt Deorum, qui à vobis ſpoliati ſunt, iram experti, vos ipſos ſceleſtos intelligatis. Et poſt pauca, dicit, Meritas verò temeritatis veſtræ pœnas dabitis, quos violaſtis, & de me, & de his, quæ impunè in eos auſi eſtis. *Hæc Phalaris.*

SECVNDVM Sacrilegij membrum, eſt coitus cum Moniali, ac Virgine in monaſterio exi-
59 ſtenti, in quo † pœna capitalis eſt, in omnibus Virginibus, & mulieribus in monaſterio exiſtentibus, habetur, *in* §. *ſiquis rapuerit, Auctor. de Sanctiſſimis Epiſcopis, l. ſiquis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & cler. l.* 1. *C. de Rapt. Virgin.* de horum delictorum pœna *poſt Guidonem de Suzar. primus criminalium*
60 *cauſarum Iuriſconſultus Albertus de Gandino* † *in Tract. Criminal. Titul. de multis quæſtionibus depen-*
61 *dentibus à ſtatutis, num.* 10. 21. Secundus † Doctor rerum Capitalium *Angelus de Aretio in verb. che m'hai adulterato la mia moglie, ſub nu.* 55. tractauit
62 Raptum. Tertius criminaliſta † *Bonifacius de Vitalinis in Titul. de Adulteriis, nu.* 12. Quartus, qui omnia Criminalia iura, & omnes quæſtiones criminales Tractauit, ita, vt omnes qui ſubſequuti ſunt, illum referre neceſſe eſt, qui docte, copioſe, &
63 eleganter omnia egit † *Hippolyt. de Marſilijs, in Rep. l.* 1. *C. de Raptu Virginum, per totam, Iul. Clar. in* §. *Fornicatio, num.* 15. *& in Practica Crimin. q.* 68. *nu.* 33. *Deci. in conſ.* 338. *nu.* 1. *in conſ.* 579. *num.* 5. *Matth. de Afflict. in Deciſ. Neap.* 276. *nu.* 8 *Franciſc. Marcus in deciſ.* 966. *nu.* 1. 2. *vol.* 1. vbi vltra ſupranotatas pœnas narrat dicens, quòd laicus raptum cum moniali committens, vltra pœnam capitis,
64 bona ipſius applicantur † monaſterio, *arg. c. ſiquis*
65 *rapuerit* 27. *q.* 1. & idem † dicit eſſe, ſi quis ſollicitauerit, vel corruperit quãlibet religioſam. Idem aſſeruit *Octauian. Cacheran in Deciſion. Pedemontan.* 103. *ſub num.* 5. 6. *Hippolyt. Bonaceſſa commun. opinio. criminal. part.* 1. *in verb. Monialem.* Clericus coiens cum Moniali priuatur ſuo officio, & detru-
66 ditur † in monaſterio, *dicto c. ſiquis rapuerit, c. ſi quæ monacharum* 27. *quæſt.* 1. *Ioan. de Anan. in conſ.* 1. *col. vltim. Marſil. in dicta l.* 1. *de Raptu Virg. ſub nu.* 41. 42. vbi dicit Monialem habentem rem cum aliquo, extrahi de illo monaſterio, vbi erat, & cum omnibus bonis ſuis debet in alio monaſterio deponi, in quo cautiùs cuſtodiatur, ne rurſus in eo-
67 dem † crimine reuertatur *text. in dicto* §. *ſi quis rapuerit, Auct. de Sanctiſſ. Epiſc. DD. in dicto c. ſiquis rapuerit, Menoch. de Arbitrar. Iud. quæſt. lib.* 2. *centur.* 4. *caſu* 389. *num.* 25.

CVSTODIA Virginum in loco Sacro, & à laicis ſeiuncto fuit à Romulo in Italia inuenta-
68 ta, qui † fecit Veſtales Virgines, ſub Titulo, & defenſione Deæ, ſub qua militabant. Et fuerunt quatuor à principio electæ à Romulo, & duæ aliæ
69 † vſque ad numerum ſex Virginum, quæ ſi contra virginum honeſtatem ſtuprũ, & carnis flagitium committebant, viuæ defodiebantur, vt de Opimia
70 Veſtali Virgine ſcribit *Dionyſius* † *Halicarnaſſeus, lib.* 8. dicens, Tandem ad Pontifices delatum eſt, vnam Veſtalium, ignis ſacri cuſtodum, Opimiam amiſſa virginitate, ſacra polluere, cuius criminis vera cõfeſſione, quæſtionibus expreſſa, alijs quoq; argumentis conuictam, traduxerunt per medium Comitium, dempta prius capiti corona ſuis manibus, viuam deſoderunt in ſpecu ſubterraneo. Duo verò eius corruptores flagitij coargutos confeſtim
71 necauerunt † verberatos. Eodem modo de Floronia Virgine Veſtali, & L. Cantilio illius ſtupratore, qui à Pontifice Maximo, virgis ad mortem
72 † vſque ceſus, de quibus *Liuius, lib.* 32. Et dum peſtis Romæ fueret, repertam fuiſſe conſtitit Vr-
73 biniam, virginitate † amiſſa, amotam fuiſſe à ſacris, & iudicio conuictam, verberatam fuiſſe, traductamq; per vrbem, viuam defoſſam. Et ex inceſti patratoribus, alterum ſibi ipſi manum intuliſſe,
74 alterum à Pontificibus comprehenſum, in † foro ſub furca flagris cęſum, atq; necatũ, & ita demum peſtilentiam deſijſſe, ſcribit *idem Dionyſius Halicar-*
75 *naſſeus, lib.* 9. Sic etiam de Minutia † ſcribit *Liuius, libr.* 8. Hinc de Domitiano Imperatore ſcriptum
76 eſt, Inceſta Veſtaliũ Virginum † à patre ſuo quoq; & fratre neglecta, variè, ac ſeuerè coercuit, priora capitali ſupplicio, poſteriora more veteri, nã cum Ocellatis ſororibus, item Varonillæ liberum mortis permiſit arbitrium, corruptoresq; earum relegaſſet, mox Corneliam Virginem Maximam, abſolutam olim, de hinc longo interuallo repetitam, atq; conuictam defodi imperauit. Hæc retulit *Suetonius Tranquill. in Domitiano, cap.* 8. Si itaq; illa antiquitas falſæ illius, ac ludibriæ deæ virginitatem puellarum tanto cum honore cuſtodiebant, & cum peccarent, tã ſeuerè puniri curabant? quanta diligentiori cura id modò apud nos obſeruari curandum. Nam, & ſi *B. Clemens Romanus Conſtitutionum Apoſtolicarum, lib.* 4. *c.* 14. *ex dicto Apoſto-*
77 *li.* 1. *Corinthor. c.* 7. dixerit, De virginitate † præceptum non accipimus, volẽtium poteſtati id remit-

ti-

timus, tamquam votum illud, tamen admonemus ne facilè aliquid promittant, quoniam Salomon ait, melius est non vouere, quàm vouere, & non reddere, Virgo igitur sit sancta corpore, & anima, vt templum DEI, vt domus CHRISTI, vt habitaculum Spiritus sancti, oportet enim eam, quæ promisit, digna promisso suo opera efficientem, ostendere promissum suum verum esse, vt propter exercitationem pietatis, non propter calumnias nuptiarum conceptum. Ne sit vaga, ne intempestiuè ambulet, careat duplici mente, sit veneranda, continens, temperata, casta, fugiat multorum commercia, præsertim profanorum. *Hactenus B. Clemens*, sic de Subdiaconis dicebat *Innocentius Secundus Pontifex*. Quòd cum ipsi Templum, &
78 vasa † Domini, & Sacrarium Spiritus sancti debeant esse, & dici, indignum est eos cubilibus, & immunditijs deseruire, *vt in cap. decernimus. 28. Distin.*

REGNI Neapolitani Iure, virgines etiam non dum velatas rapiens etiam iungendi matrimonij causa pœna mortis punitur. *per Constitutionem Regis Rogerij. incip. siquis rapere, vbi Marinus Caramanicus gloßator, Andr. de Iser. Affli. Lallus, & alij.*

IVDEX Causarum Sacrilegij tam quoad furta rerum Sacrarum, vel non sacrarum, quam
79 † etiam quoad personas Ecclesiasticas, præsertim virgines, & moniales, quis sit Ecclesiasticus, an secularis? Non dubium est, iura, & Doctores esse pro vtraq; parte. Verum hanc quæstionem tractauit *Petrus Belluga in Specul. Principum. Rubri.* 11. §. *Videamus, vbi in verb. Sacrileg.* dixi communiter
80 teneri esse † crimen mixti fori, & vtrunq; Iudicem posse procedere, allegaui *Philipp. Francum in c. fin. §. per hoc not ab. 3. de Pœnis, in 6. Alex. in consil.* 111. *incip. Ponderatis, col. 2. vol. 1. And. Barbat. inter cons. Criminal. diuersorum* 93. *nu.* 13. *volum. 1. Matthæ. de Afflict. in Constit. Regni. Multa Leges, numer. 4. Stephan. Bertran. in consil. 9. & in consil.* 10. *volum. 7. Paulum Grilland. de panis omnifar. coitus, q. 1. nu. 4. Franciſc. Marcum in Decision. Delphinal.* 989. *nu. 4. vol. 1. Cyrillum Fulgeoniũ in Summula Criminũ parte 2. Titul. de Public. iudicijs §. 2. numer. 12. Petrum Foller. in practica. Criminal. canonic. parte 2. cap. 17. num.* 13. 14. *Menoch. de Recuperanda possess. Remed.* 14. *num.* 207. *Roland. à Vall. in cons. 14. nume. 9. 14. vol. 2.* quibus nunc addo similiter alios tenentes es-
81 se crimen mixti fori † *Abb. Panor. in c. cum sit generale, nu. 1. de Foro compet. Tiber. Decianum in tract. crimin. lib. 6. cap. 14. & lib. 36. num. 7. Garsiam Mastrill. in decis. Sicilia 68. numer. 3. 4. & in decis. 210. num. 7. Anastasium Germon. de sacrorum immunitatib. lib. 3. cap. 12. num. 70. cum pluribus seq.* Et consido, quòd *text. in c. cum sit generale, de Foro compet.* Vbi postquam in sacrilegio dicit dari ecclesiæ
82 electionem † coram quo rectore vult sacrilegum conuenire, ergo laicus iudex potest de illo cognoscere, ibi in fauorem ecclesiæ est introductum, vt malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum rectores possint, sub quo maluerint iudice conuenire. *Adde Lancellott. Conradum, de offic. prætor. in causis criminal. titul. de sacrilegis, num. 9.* Apud Romanos autem vigente Republica Publij Clodij causa, qua de sacrilegio in Pompeiam Cæsaris vxorem in Bonę Deæ templo acto, vel attentato, non Pontifices, sed apud senatum pluries decreta.

PRAEVENTIONI locum fore in simili
83 delicto † *ex Azone in summa in tit. de pœnis, & per Abb. Panormit. in dicto cap. cum sit generale, per Paulum Grillandum, in dicta, q. 1. num. 4. Marcum Mantuam in cons. 266. num. 89. Franciſc. Marc. in dicta decis. 989. vol. 1. dixi ad Bellugam in dicto loco in apostilla, incip. sacrilegio, in fin. & in verb. Mixtis,* vbi dixi. an per pœnam ab vno Iudice impositã, impe-
84 diatur alter, quin † aliam imponat? & videndi etiam erunt *Bartholom. Cepolla in Cautela. 5. Ioan. de Amicis in cons. 37. col. 1.* & fore locum Præuentioni voluit *Corne. in cons. 175. num. 12. vol. 1. Lancellott. Conrad. in loco allegato in tit. de sacrilegis, in fin. optimè Octauian. Cacheran. in decis. Pedemontan.* 103. *per totam.*

ROMAE fuit minor ob minorem ætatem
85 condemnatus ad membri mutilationem, alter † ob duplicatum sacrilegium, & alia furta fuit furca su-
86 spensus † *per Ioan. Bertachinum de Firmo*, vt ipse scribit *in Repertorio in verb. Sacrilegium, num. 7.* refert *Barthol. de Cassen. in consuetud. Burgundiæ. Rub. 1. §. 5. in verb. simple Larreccin. sub numer. 8.* quo in loco, illum, qui effregerat Archam in Ecclesia san-
87 cti Lazari, & furatus fuerat, quasi † monetas quatuordecim Francorum, fuit cõdemnatus ad aliam pœnam, quàm mortis.

NEAPOLI quidam Salernitanus, qui Crucem Argenteam furto subtraxerat ab Ecclesia sancti Florentij, siue sancti Ioannis Florentinorum,
88 qui fuit statim furca † suspensus, vt dicit *Petrus Follerius in Practica criminali, in Fragmentis, tit. de sacrilegio, sub num. 47.* refert *Iul. Clarus in verb. sacrilegium, sub num. 4.* Et ego in primis annis Neapoli dum Dialecticis studijs vacabam, & erat in Magna Curia Vicariæ Regij Fisci Aduocatus Doctor Pyrrhus Antonius Pansa, quidam qui Al-
89 taris paramentum sericum ab Ecclesia † sancti Laurentij ordinis conuentualium sancti Francisci furto subtraxerat ante eandem Ecclesiam fuit furca suspensus, sed in Senatu sabaudo fuit Vercellẽsis ob furtum Pallij altaris condemnatus per triennium ad triremes. *Thesaurus Iunior quæstio. Forens. lib. 1. q. 80. num. 24.* Et circa idem tempus in anuo in quo erat annonæ Caritas quidam adolescens necessitate vesperi se occultauit in Ecclesiæ San-
90 ctæ Mariæ † Annunciatæ, & nocte ab Imagine Glorioſæ Virginis, in qua pendebant quædam imagines argenteæ votiuæ, ex illis accepit tres, aut quatuor valoris circiter triginta, aut quadraginta aureorum, & mane apertis tribus illius Ecclesiæ ostijs miraculosè cum exirent gentes & ingrederentur in magno numero ob deuotionis concursum,

sum, nunquam potuit inuenire vnam pottarum, & sic fuit captus, considerata ætate iunenili, magnaq; fame, & necescitate fuit ductus, per Illustres dictæ Ecclesiæ Magistros, fuit tractatum cum Illustriss. Et Eccellentiss. Domino Don Perafanno Ribera Duce Alcala Regni Prorege, & fuit condemnatus ad Remigandum per Triennium condonata ex causis præfatis sibi mortis pęna, quia erat scholaris exterus, & fame coactus, id patrauerat.

SALERNI in Regia Audientia fuit condemnatus ille de Terra sancti Cipriani, qui fracta
91 Ecclesia, cępit Vas Argenteum, in † quo erat sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod sua manu cępit, & manducauit, & vas vendidit, captus, confessus, fuit raptatus, siue trasinatus, furca suspensus, & in frusta diuisus, refert *Petrus Foller. in Practic. Crimin. Canonica parte 2. cap. 17. in fin.* retulit illum *Clarus, in §. Sacrilegium, sub num.* 4. in quam pęnam in vasorum sacrorum similium consentit *Gaspar Anton. Thesaur. Quæstion. Forensium lib. 1. quæst. 80. sub numer. 24. versicul. ego verò distinguerem.*

ARGVMENTVM.

Sponsalitiæ largitates dicuntur munera, quæ sponsæ mittuntur ab amicis ipsi sponsæ, & alijs nominibus nuncupantur istæ donationes propter nuptias secundum locorum diuersitates. Disparitas autem in pactis de lucrando in his donationibus reducitur ad paritatem in quãtitate minori. Et non soluta dote ob pendentiam dilationis ad soluendum, sequuta morte viri datur actio mulieri ad hanc donationem propter nuptias; & res fideicommisso, & Emphiteusi subiectæ pro soluenda huiusmodi donatione alienantur, veniunt tamen in restitutione si mulier transit ad secunda vota. In matrimonio putatiuo non debentur.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalitia largitas proprium contractus nomen habet, non tamen numeratur inter donationes inter virum, & vxorem, vel propter nuptias.*

2 *Largitas sponsalitia est, quam facit sponsus sponsæ in anulis, & alijs munusculis.*

3 *Quando data reuocantur, & quando non.*

4 *Dona, quæ mittuntur sponsæ ab amicis, dicũtur sponsalitiæ largitates.*

5 *Sponsalitias largitates dicit Suidas fuisse munera, quæ à patre sponsæ, & sponso, quæ postridie nuptiarum mittebantur cum pompa. Puer præcedebat, portans facem incensam, hunc sequebatur mulier canistrum gerens, quæ aurum, patellas, sinagmata, lecticas, pectines, lectos, alabastros, sandalia, Thecas, pixides vnguentarias.*

6 *Neapoli per Nobiles mitti solent similia munera antequam vir accedat ad vxorem.*

7 *Arrhas vocant Hispani similia dona inter sponsos, & coniuges,*

8 *Arrhas Hispani dicunt esse pignora inter sponsos pro matrimonij securitate, & quæ de iure ciuili appellantur donationes propter nuptias.*

9 *De Archis author dixit remissiuè.*

10 *In Regno Neapolitano, ista donatio vt plurimum vocatur donatio propter nuptias, secundum leges Regni vocatur Dotarium, & Tertiaria, & in Ciuitate Neapolis appellatur, Quarta, & Antefatum, num. 11. 12.*

13 *In Gallia ista Donatio, & in Burgundia, & aliquibus locis appellatur Doerium, siue Doharium, siue Douaire.*

14 *Ista donatio alibi vocatur Augumentum dotis, & lucrum dotale.*

15 *Donatio propter nuptias incognita fuit Iurisconsultis Pandectarum compilatoribus.*

16 *Iustinus. Imperator author l. cum multa. Iustinianus vero l. fin. C. de Donat. ante nupt.*

17 *Donationes propter nuptias fieri possunt ex prouisione Leonis Imperatoris.*

18 *Paritas, siue æqualitas Donationis propter nuptias respectu dotis, vt decreuit Iustinianus, numer. 19. 21.*

20 *Quæ donatio ante nuptias prius dicebatur, aboleuit, & propter nuptias Iustinianus obseruari ac nominari mandauit.*

22 *Aequalitas illa intelligitur Dotis, & propter nuptias donationis, pro vt inter contrahentes pactum fuerit.*

23 *Aequalitas Dotis, & propter nuptias donationis, Tollitur consuetudine, nu. 27.*

24 *In Regno Neapolitano diuersimè tractatur donatio propter nuptias.*

25 *Soluto matrimonio. succedit mulier in dote.*

26 *Quis succedit in donatione propter nuptias soluto matrimenio? uu. 27. 28. 29. 30. 31.*

31 *Quãta est donatio propter nuptias inter Magnates.*

33 *Promissa dote, non tamen soluta, si tempus solutioni datum adhuc pendet, & ante fatum, siue quarta, similiter fuit promissa constitui, & non fuerit constituta, & maritus moritur, an vxori illas petenti opponi possit, non deberi, nu. 34. 35. 36. 37.*

38 *An non soluta tota dote, & soluitur matrimonium, an debeatur tota donatio propter nuptias, vel secundum quantitatem dotium solutarum?*

39 *Solemnitates requisitæ in contractibus, & instrumentis minorũ viginti quinque annorum, non requiruntur in contractibus donationis propter nuptias vti pendentes à contractu matrimonij.*

40 *Maritus confessus fuit recepisse dotem à socero, & cum vxori constituisset antefatum, sine dationem propter nuptias, & reuera pater fecit instrumentum mutui, matrimonio dissoluto dubitatur, an dicta donatio debeatur? num. 41. 42.*

43 Ma-

43 *Maritus si assignet vxori donationem propter nuptias super restabili, an vxor proprietaria, siue, usufructuaria censeatur, num.44.45.46.*

47 *Donatio propter nuptias vt à muliere lucretur, an necesse sit matrimonium esse consumatum, nu.48. 49.50. Declara ex auctore, nu.51.52.53.54.*

55 *Ob osculum sponsæ illatum, dari medietatem bonorum sponsi quo modo procedat? nu.56.57.69.77.*

In Regno Neapolis pœna capitis imminet osculanti mulierem, et si dicat feciſſe intuitu matrimonij contrahendi.

Promitti ſolet in hoc Regno per contrahentes quædam portio mulieri per virum, & dicit (Pro honore primi oſculi) & iſtam quantitatem mulier lucratur, in vſufructu, & propriteate, vide plene nu.ſeq.

56 *Dictam primi oſculi promiſſionem intelligi oportere pro honore pudicitiæ, quod nõ negauit Alexius Cõmenus Imperator Conſtantinopolitanus, nu.57. plenè author. nu.70.71.72.73.74.75.76.78.79.*

58 *Sancta reputantur oſcula in ſcriptura ſacra, inter Iſaac, & Iacob, Ioſephi cum fratribus, Moſis, & Aaron, Dauidis, & Ionathæ, Heliſci, Annæ, & Raguel cum Sara filia, Mariæ Magdalenæ oſculantis, & Vngentis pedes Domini, & aliorum, quæ narrantur, num.59.60.61.80.*

62 *De oſculis ſanctorum Apoſtolorum loquitur Clemens Alexandrinus, & dicit de alijs oſculis.*

63 *Oſculum inceſtum veneno plenum ſanctitatem ſimulans.*

64 *Oſcula, vel ſi tangat Phalangia graues offerunt dolores. Phalangæ quid? num.65.*

65 *Oſcula impudicitiæ, virus emittunt.*

66 *Phalanga genus Aranearum, quo modo texunt? & quo modo coeunt.*

67 *Oſcula, concubitus, complexus, Turpem, fœdamq; dormitionem damnat D. Cyprianus.*

68 *Apud nos Italos extraneum non oſculari mulierem mos perpetuus, & ſi quando accidat homicidia, & mortes ſub ſequuntur.*

70 *Apud Galliam mulieres ex oſculo, nihil lucrari cum apud eos ſint vrbanitatis officia.*

81 *Res fideicommiſſi reſtitutioni ſubicitur an ſicuti ex cauſa dotis, ſic poſſit alienari pro donatione propter nuptias.*

82 *Secundas nuptias contrahens mulier, an filijs primi teneatur reuituere donationem propter nuptias, antefatum, quartam, & Arrhas? nu.83.84.85.86. 87.88.89.90.*

87 *Donatio dicitur, quæ nullo Iure cogente fit.*

90 *Donum largitionem, & ſignum honoris appellat Ariſtoteles.*

91 *Arrhæ ſunt donationes propter nuptias.*

92 *Donationem propter nuptias amittit mulier per trãſitum ad ſecunda vota.*

93 *Emphiteoſim dare pater filio, an poſſit pro donatione propter nuptias? num.94.95.96.*

97 *Dotis, ſiue propter lucrũ donationis propter nuptias, an debeatur in matrimonio putatiuo.*

98 *Viuente matre, & duobus filijs, quorum vnus moritur, ſuperſtite matre, ac altero fratre, creditores mortui prætendunt ſibi ſatisfieri, ſuper portione Antefati, ſiue donationis propter nuptias vide, nu. 99.100.101.102.103.104.*

TITVLVS OCTAVVS.

De Donatione propter nuptias, Quarta, ſiue antefato.

DONATIONES, quæ fiunt inter ſponſos, inter virum, & vxorem, ſiue propter nuptias, ſiue quomodocunque dixiſſe libet, & in iure noſtro aliqualem habent differentiam, & in diuerſis Regnis, & Prouincijs, ac ciuitatibus diuerſimodè vocantur.

SPONSALITIA largitas horum numero
1 eſt, non tamen id permiſit Iuſtinianus vt in donationũ numero illa aggregetur, ſed propriũ, ac ſpecialem illum contractum dici, & appellari, *vt in Auct. vt ſponſalit. largit. in princ. Verum Speculator. in Tit. de Donat, inter vir. & vxor. §.1. num.3. verſ. Et ſcias* dicit, quòd Sponſalitia largitas, dicitur il-
2 la, quam ſponſus facit ſponſæ, vt ſupra,† cuius reliquiæ ſeruãtur in anulis, & alijs munuſculis, quæ ſponſæ donantur; poteſt igitur ſponſus ſponſæ donare, & è conuerſo, quæ donatio in ſe conditionem habet, vt ità demum retineri poſſit ab accipiente, ſi per eum non ſtat, quo minus matrimonium compleatur, alioquin quod datum eſt, repe-
3 titur. Si verò caſu matrimonium † impeditur, ſi quid ſponſo dedit ſponſa reuocatur in totum. *Hæc Speculator*, de illa breuiter pertranſit *Iacob. Spiegellius, in lexico, in verb. Sponſalitia largitas*, de illa habetur *in l. ſi à ſponſo. 16. C. de Donat. ante nupt.* &
4 dicuntur largitates Sponſalitiæ † dona, & munera, quæ ſponſæ mittuntur ab amicis ipſi ſponſæ triduo antequam in publicum prodeat, de hac *in l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto pet. Cælius Rhodiginus lection. Antiquarum, lib.11. cap.60. Iulius Pollux, lib.3. cap.3. Andre. Alciatus Paradoxor, lib.1. cap.2. Conſtantinus Harmenopulus, in promptuario iuris, lib.4.*
5 *cap.7.* Sed *Suidas* dicit, fuiſſe † munera, quæ poſtridiè nuptiarum, ab ſponſæ patre, tam ſponſæ, quàm ſponſo mittebãtur, cum pompa. Puer enim præcedebat veſte indutus, facem incenſam portans, hunc ſequebatur mulier, caniſtrum gerens, quæ aurum, patellas, ſinegmata, lecticas, pectines, lectos, alabaſtros, ſandalia, Thecas, pyxides vnguentarias, interdum ſponſo, vnà dotem adferebant, quæ retulit *Petrus Gregorius Syntagmatum lib.8. cap.7.* Solent tamen Neapoli, & per Nobiles in hoc Regno ſimilia mitti, quando contracta
6 ſunt † ſponſalia, & matrimonia, prius tamen, quòd ſponſus, ſiue vir, ad ſponſam, ſiue virum accedat, vide *Iacobum Cuiacium in Paratitla Codicis, lib.5. tit.1. tit.3.*

7 ARRAS vocant Hiſpani ſimilia † munera inter ſponſos, & coniuges, vt poſt *Didacum Couarruuias in Epithome de ſponſalibus* 4. *parte ſecundæ partis, cap.3. §.7. num.12. & Ioan. Royas de ſucceſſionib.*

*sionib. cap.*33. *num.*34. voluit *Petrus Cenedo collectaneorum iuris Canonici, parte* 3. *Collectaneo* 82. *num.*4. Verum *Rodericus Suarez in tit. de las Arras, num.*1.2. dicit, illas esse pignus inter † sponsos pro matrimonij securitate, & illas esse, quæ de iure ciuili appellantur donationes propter nuptias, *arg.l. Arrhis. C. de sponsalib.* de Arrhis ego fusius dixi *supra in dicta summa Decisionum omnium totius Orbis tit.*1. *num.*316. *per totum, num.*331. *hoc tomo* 3. quo in loco lectores remitto, sed apud Hispanos † plura disposita sunt *per leges Fori, lib.*5. *tit.*2. sub quo sunt sex leges, super quibus optimè scribit *Alfonsus Montaluus.*

IN REGNO NEAPOLITANO ista donatio vocatur, vt plurimum Donatio propter † nuptias, sed secundum leges Regni, vocatur Dotarium, & Tertiaria, *vt in Regni Const. licentiam, & per Constitutionem,* † *Mulier que dotarium, & per Regem Carolum sucundum, in capitulis Regni, in c. Mulier dotarium, seu tertiariam.* Et particulariter in Ciuitate Neapoli appellatur quarta, vt in pluribus consuetudinibus dictæ ciuitatis ita nominatur † *vt in tit. de Iure quartæ*, in qua Rubrica diuersitatem ponit *Napodanus Sebastianus*, appellatur etiam antefatum, *vt per Matth. de Afflict. in decisio. Neapoli.*291. *sub num.*2. *& in dec.*333. *num.*1.

GALLIAE, & Burgundiæ aliquibus in locis, donatio ista propter nuptias appellatur † Dorium, siue Doharium, siue Douaire, *vt per Bartholomeum de Casseneo in Consuet. Burgundiæ. Rubr.* 2. §.7. *&* §.8.

ALIIS in locis vocatur ista donatio Augumentum dotis, & alibi lucrum † dotale, vt per *Rolandum à Valle in tract. de lucro dotis quod, & Iacobus Mandellus in consil.*22. *& in cons.*68. *numer.*1. *vol.*1. *arg.l. cum multæ, per totam, & l. si constante. C. de Donationib. ante nupt. Marcus Angussol. in consilio* 25. *& in cons.*55. *Hondedeus, in cons.*48. *vol.*1.

HAEC DONATIO propter nuptias, incognita fuit antiquis † Iureconsultis, ex quorum dictis Pandectarum libri confecti fuere, vt attestatur Iustinianus Imperator, *in* §. *est, & aliud. Iust. de Donat.* & dicit, per Iustinum patrem suum fuisse prouisum in dicta, *l. cum multæ, vti allegat gloss. in dicto* §. *est, & aliud sed dictam l. cum multæ*, arbitror esse † factam per Iustinum, & aliam pinguiorem factam fuisse per Iustinianum ipsum, & est *in l. fin. C. de Donat. ante nupt.* Vnde hodie non ambigitur donationes propter nuptias fieri posse, † cum per Leonis Imperatoris legem *in l. ex morte. C. de pactis conuentis*, fuisset prouisum, non debere esse parem dotis, & donationis propter nuptias quantitatem, sed quod obseruaretur in lucris faciendis quantitas, & contra illam pactiones fortè factas improbat. Hanc Leonis prouisione declarauit Iustinianus, dicens, quòd † si vir, & vxor disparia lucra Dotis, & ante nuptias donationis paciscantur, maior pars lucri, ad minorem promissionis portionem reducatur, ità clarè scripta sunt *per Iustinianum in l. lege C. de Pactis conuent. vbi Bar.* cum summario ità breuiter pertranfit, dicens, Dispa-
19 ritas in pactis de lucrando, reducitur † ad paritatem in quantitate minori. *Petr. Gregor. Syntagmat. Iuris vniuersi, lib.*8. *cap.*7. *num.*26. Et cum Iustinus Iustiniani pater, permisisset quòd si augeretur ante, vel post nuptias dos, eodem modo augeretur donatio ante nuptias, *vt in si constante. C. de Don. v. ante nuptias* Iustinianus constituit, vt similis donatio non solum augeatur, sed etiam constante matrimonio initium habet, & vt rebus conuenientia
20 nomina darentur, non † ante nuptias, sed propter nuptias deinceps appellaretur, *vt in dicto.* §. *est, & aliud. Instit. de Donation.* Has post tot legum Varietates, Iustinianus in *Nouella* 97. *quæ est, Auct. de æqualitat. Dotis, & propt. nupt. donat.* quo in loco statuit, atque decreuit, vt omninò æqualitas in-
21 ter dotes, & propter nuptias donationem † seruaretur, & lucris inde prouenientibus, quod ibidem prosequuntur *Bartol. & Angel. in dicta Auct. de æqualitate dotis*, & habetur *in Auct. æqualitas. C. de Pactis conuent.* Et hæc est magistralis instructio materiæ Donationis propter nuptias, nunc prosequēdæ sunt quæstiones, & decisiones, quę quoad illas occurrunt.

INTELLIGENDA Tamen sunt præfata omnia, quòd dictis legibus non obstantibus, con-
22 stitutio donationis propter † nuptias, quòd sit æqualis cum dote, non est obseruandum, pacta autem quoad lucrum sint æqualia, vt dicit *Accursius in dicta l. ex morte, in Verb. Obseruandum, C. de Pactis conuent. & apertius, & clarius, in dicta Auct. æqualitas, C. eod. tit. in Verb. Pari.* vbi dicit, quòd cū hodie nulla fiat donatio, vel alia forma, vel minori, dicas hanc Auctenticam, vel consuetudine tolli.
23 Adeo quod per consuetudinem † æqualitas illa, non est in vsu, sed seruantur pacta, quæ inter partes fieri solent, vt optimè concludit *Guido Papæ in decision. Delphinal.*363. vbi dicit quòd prętextu consuetudinis nō seruatur æqualitas in istis. Quinim-
24 mo dico, quòd in isto Regno Neapolitano † diuersimodè seruatur cōstitutio donationis propter nuptias, quia aliquibus in locis constituit maritus Tertiariam, quæ ascendit ad tertiam partem dotiū, & in alijs maiori ex parte datur, & constituitur donatio propter nuptias, quarta pars dotium, & & illa apud nos vocatur quarta.

SOLVTO matrimonio, quis succedit in dicta donatione propter nuptias ? *Bartol. in dicta Auct. de æqualitat. dotis, col.*1. *versic. secundo per hunc*
25 *textum, num.*3. dicit, quòd sicut † soluto matrimonio, dos redit ad mulierem, *l. in rebus. ff. de Iure dot.*
26 ità donatio redit ad virum † §. *est & aliud. Inst. de Donat. auct. Data. C. de Donat. ant. nupt. & ista omnia ponit text. in c. fin. extra de Donat. Inter virum & vxor.*

DECLARA, prout paulo ante dictum fuit, istas æqualitates dotium, & donationum propter nuptias, per crontrarios vsus consuetudinum, ac
27 pactionum † obseruari, ex conclusis *per Guid. Pape in Decision. Delphinal.*363. adeo quòd supradicta

dicta assertio Bartol. intelligi debet, nisi pacto de dicta Donatione propter nuptias, & antefato aliter fuerit dispositum, vt dicit *gloss. 1. in auct. siue à me. C. ad Senat. consult. Velleian. Et Bald. in l. Quod scitis, num. 6. C. de bonis quæ lib.* dicit quod mulier ex
28 pacto poterit Donationem † propter nuptias lucrari, & habetur in dicto, *c. fin. de Donationib. inter virum, & vxorem. Ludouic. Gozadin. in consil. 47. num. 16.* dicit, quòd donatio propter nuptias, licèt
29 soluto matrimonio reuertatur ad donantem, † tamen fallit, quando ex pacto est aliter dictum. *Ideo Ioan. Neuizan. in Sylua Nuptiali, li. 2. in verb. Diuiti non est nubendum, n. 74. vers. caucant secundo mariti,* vbi dicit, quòd mariti si per pactum promitterent vnà cum dotibus restituere augumentum
30 † dotium, eo casu non reuerteretur ad ipsum, vt cum alijs voluit *Iacob. Menoch. in cons. 155. num. 36. vol. 2. Roland. à Valle in cons. 62. nu. 2. cum pluribus sequent. vol. 1. Cardinal. Paris. in consil. 59. num. 17. vol. 2. Math. Coler. in decis. 192. num. 4. Vincent. de Franchis in decis. Neap. 182. numer. 14.* In Vrbe Neapolitana Antefatum, & Donatio propter nuptias Nobilium Platearum Capuanæ, & Nidi, est quanta est medietas dotium promissarum. Et quoad eos magnates eorundem platearum est tertia
31 pars dotium, Vndè † qui ex vltimis erat dos maior puta sexaginta millia aureorum, Antefatum erit viginti mille, si autem essent de nobilibus dictarum, si erant viginti mille in dote, Antefatum esset decem mille; sed est facta noua pragmatica mitigans summam illam.

DOTE PROMISSA, non tamen soluta, si tempus solutionis datum adhuc penderet, donatio propter nuptias, antefatum, siue quarta similiter, fuerit promissa constitui, & non fuerit con-
32 stituta, & interim maritus moritur, an, † vxori illam petenti possit opponi, quòd non debeatur, sed contrariũ, quod debeatur, patet ex dictis *Ioannis Andreæ in Additione ad Specul. in tit. de actionib. & obligationibus, col. 1.* vbi dicit, quòd & si dos fuerit promissa, & non constituta, agi potest, cum tempus adiectum sit ad fauorem stipulãtis rei interpre-
34 tandum, dies enim † stipulationi adiectus facit, ne præsenti die pecunia cum effectu debeatur, & sic pro reo, & non pro stipulatore diem adiectum, *l. cum tempus, in fin. ff. de Regul. Iur. vbi Deci. Cagnol. Ioann. Ferrar. Montanus, & nouissimè Petrus Faber.* Et cum similis quæstio accidisset In Sacro Regio
35 Consilio Neapolitano, stante † adhuc pendentia dilationis, ac temporis ad soluendas dotes statuti, daretur vxori superuiuenti tota quantitas Donationis propter nuptias, Quartæ, siue antefati, *vt per Matthæ. de Afflict. in decis. Neapolit. 333.* de qua facit mentionem *Thomas Grammatic. in decis. Neapol. 97. sub num. 5.* & ambo dicunt sic fuisse per amplissimum ordinem decisum pro Domina Lucretia Caracciola vxore quondam Don Ioannis de Ciruignola, & idem tenuit idem *Thomas Grammatic. in Consuetudine Neapolis. Incip. Quartam, sub tit. de iure Quartæ, in addition. incip. mulier etiam fol. 253.* vbi refert duas alias Decisiones eiusdem Sacri Consilij, vnam pro filia Leonardi Imparati vxore quondam Annibalis Calzaioli, & alteram pro Antonia Strina, quę fuerunt in anno 1515. & 1519. *Idem Grammat. in dicta decis. 97. pro Domina Diana Lopez.* Facit, quod dicit *idē Afflict. in dec. 242.* Idem voluit *Guido Pape in decis. Delphin. 274. sub num. 2. plenius in decis. 430. pleniss. in decis. 565. per totam. Ioan. Paponus Arrestorum curiar. libr. 15. tit. 4. Arresto. 13. Nicolaus Boerius in decis. Burdegalens. 22.* vbi doctissimè conclusionem istam resoluit *Cæsar Vrsillus in decis. 61. num. 4. & in decisio. 333. Consiliarius de Georgio in allegat. 45. num. 20. Roland. à Valle de lucro dotis, quæstio. 7. Andre. Gail Practicar. obser. lib. 2. obseruat. 79. Nicol. Vigell. in decis. 45. cent. 1. Phanucc. de Phanuccis, in Tract. de lucro dotis, in verb. restituenda, num. 35.* sequitur *Ioan. Petrus Surdus de Alimentis, tit. 1. q. 42. vel 46. num. 56. 57. Nuncius Pelliccia in Consuetudin. Auersæ, ca. 4. num. 187. Andreas Molfesius in Consuetuaine Neapol. parte 7. q. 5. num. 3. Ioan. Baptista Thorus, in compendio decis. Neapol. in verb. Antefatum, an debeatur Masserius in Practic. Tit. de Dote, & matrimonio, nu. 13. vers. Item si fuerit conuentum. Arnoldus Ferronus in Consuetud. Burdegalens. tit. de Dote §. 6. circa finem Aluar. Valasc. in consil. siue decis. Lusitan. 3. sub num. 5. Franc. Marc. in decis. Delphin. 17. vol. 2. Costa de Portione Rata. q. 88. num. 4. 5. 6. Franc. Milanens. in decis. Sicilia. 9. num. 98. 99. lib. 2. Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius, in verb. Et vxorem nomine Adelasiam. decis. 5. sub num. 21. vers. secundo fallit, vbi maritus, de Testament.* Hanc conclusionem *Tholosanus alter*, (quorum Iurisconsultorum Tholosanorum ingenijs, & doctrinarum elegantia
36 † mirifice vtor) *Iacobus Ferrerius ad Guidonem Papæ in decisio. 274.* doctissimè tuetur, quibus adde *tertium Gerardum Maynardum in decis. Tholosan. 77. lib. 2. Iacobum Cuiacium in Nouella. 2. in fin. Roland. à Valle, in cons. 10. num. 4. vol. 1. Ioan. Baptista Costa de Ratione Ratæ, q. 88. nu. 6. 7.* sed hanc quæstionem ego absolueram sunt plures anni *in consil. 99. num. 35. centuria 1.* & antefatum, seu quartam non constitutam, nihilominus pro illa potest agi condictione ex illa lege *Auct. Dos. data, vbi gloss.* & voluit *Angel. in §. aliud quoque Auct. de æqualit. dot. Ioan. Anton. de Nigris, in c. mulier dotarium numero 27. in fin.*

PROMISSA Dote in tempore, illaque in tempore non soluta, existente vxore in mora, solu-
38 ta in parte, vel non † soluta, donatio propter nuptias, siue antefatum, mortuo viro, si nihil fuerit solutum, nil debetur, pro ea tamen dotium quantitate soluta, pro eadem donatio propter nuptias, antefatum, siue quarta debita erit. *Auct. sed quæ nihil. C. de Pact. conuent. & in §. hoc igitur. Auct. de æqualitat. dotis,* vt dixi *in dicto cons. 99. numer. 35. centur. 1. Thomas Grammat. in Consuet. Regni. Incip. si aliquis Baro.* & fuit etiam de mente *Bartholi de Capua, in c. Regni. Mulier dotarium, nu. 8.* vbi dicit, ità vidisse de facto pronunciari in conflictu sapientum.

tum. Et ità fuit Decisum in Sacro Consilio Neapolitano, *vt per Matthæum de Afflictis in decision. Neapoli.242. Nicol. Boer. in decision. Burdegal.23. per totam*. quos sequitur *Ioan. Anton. Cannetius in extrauag. capituli, Volentes. Regni Siciliæ, cap.34. incip. Sed quid si fuerit constitutum, num.1. fol.97. Hippolyt. Riminald. in consil.19. num.7. volum.1. Iacob. Mandell. in cons.199. vol.2. Garsias Mastrillus in decision. Siciliæ.73. num.12. Nicol. Intrigliolus in decision. Siciliæ.5. num.14. Cardinal. Parisi. in cons. 95. num.42. vol.2. Nuncius Pellicia in Consuetud. Auersæ, cap.4. nu.198.*

SOLEMNITATES requisitæ in contra-
39 ctibus, & Instrumentis † puta mulierum in consensu consanguineorum, vel in contractu minorum viginti quinque annorum, non comprehendunt instrumenta, vel contractus donationis propter nuptias, vti pendentes à contractu matrimonij, & statuti verba, nec ipsum statutum procedit in contractu matrimoniali, & dependentibus ab eo. *vt post Barthol. Socinum, in consil.80. incip. Præsens contractus per totum, volum.4. Carol. Ruin. in cons.61. colum.4. volum* 3. vt in muliere obligante pro dote. *arg. l. fin. C. Ad Senatus Cons. Vell.* voluit *Bald. Nouell. in Tract. de Dote, parte 6. Priuileg.48. in princ. Andr. Tiraquell. de Retract. Consanguin. §.1. gloss.14. numer.91. Bernardin. Pand. de liquidat. Instrum. parte 2. declar.18. num.71. & Vincent. Maxill. in consuetudin. Bari, Rubr. Qualiter mulieri alien. permiss. sit, §. mulier nulli, num.45.* & præsertim in donatione propter nuptias, *post Ludouic. Roman. in consil.280. incip. Præsupposito quod Viua voce, quod est duplicatum, in consil.394. eiusdem principij. Et Iason. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, colum.8. ff. de Pact.* voluit *Paul. Aemilius Verall. in decisione tertia, numero 2. 3. & in decision. 199. parte 3.*

PROMISSAM à Patre dotem pro filia, ma-
40 ritus recepisse confessus fuit, cum † constituisset ei donationem propter nuptias, siue quartam, seu antefatum, & tamen pater fecit eidem viro Instrumentum mutui, vnde dissoluto matrimonio, dubitabatur, an donatio, siue antefatum deberetur? & fuisse decisum deberi, dicit *Ioan. Angelus Pisanellus ad Afflictum in decision. Neapolit.242. in decision. 323. in decisi.333.* quod dicit obtinuisse *ex Doctrina Bart. in l. penul. §. penultimo. ff. solut. matrim.* quo in loco, *Bartol.* optimè dicit ad hanc conclusionem vt illam referam. Vnde credo veram Decisionem,
41 quia Pisanellus suo tempore fuit ex primæ † classis aduocatis, illam tamen descripserunt *Andreas Molfesius in consuetudine Neap. par.7. q.6. num.13.* prout illam refert *Thorus in Compendio decisionum Neapol. in Verb. Antefatum an debeatur si pater.* Tamen dicas addendum esse *Antonium Capicium in decision. Neapol.183. sub n.4.8.* quam sequitur *Ioan. Anton. Lanarius in cons.18. nu.9. Qui Capicius* refert dictum *Bartol. in l. in his rebus, penul. § si vir, sub nu.1.* vbi dicit, quòd per illam confessionem rece-
42 pisse dotes, Intelligitur † facta solutio, hoc idem sequitur *Alexand. in cons.36. incip. Viso Themate, col.1. vers. Antecedens vult allegare. vol.2.*

MARITVS si assignaret vxori donationem super aliqua re stabili illam dans in Antefatum, seu Doarium, ac Dotalitium, an censeatur pro-
43 prietaria, an vsufructuaria? censendam † esse Dominam, ac proprietariam. *vt per l. Titia la 1. §. fin. ff. de legat. 2. l. Donationes, §. species, ff. de Donat. l. fin. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consumunt, l. libertis, vbi Bartol. ff. de alimen. & cibar. legat. gloss. in l. si mulier, C. de iure dot.* hoc idem firmat secundum suam distinctionem *Bartol. in dicta l. libertis, in princ. num.6.* sic firmauit per iura prædicta *Guido Papæ in Decision. Delphin.525. nu.1.* Quinimmo e-
44 tiam in casu conditionali, adueniente conditione, fit dominij translatio in † vxorem absque aliqua traditione. *argum. Gloss. in Auct. Donationē, in verb. vendicare. C. de iure dot.* quæ vult quòd si res donata non sit tradita mulieri, habet rei vendicationem, & est speciale, quòd sine traditione transfe-
45 ratur † dominium, quod tamquam notabile retulit *idem Guido Papa in Decision. Delphinal.524.* & posse agere mulierem directa vendicatione, si ponas illam fuisse inductam in possessionē, alioquin
46 † vtili rei vendicatione. vt dicit *Salycet. post gloss. in dicta Auct. Donationem*. Sed vita vxoris durante ipsam potius dici posse vsufructuariam existentibus filijs, quia moriente filijs superstitibus (vt dicemus) ad illos pertranfit.

MATRIMONIVM consumatum, an esse oporteat, vt donationem propter Nuptias, Ante-
47 fatum, siue † quartam, mulier lucretur? Non deberi mulieri hanc propter nuptias donationem, diligentissimè, & doctissimè tractauit *Napodanus Sebastianus, in Consuetudine Neapol. incip. Quartam, nu.26. cum pluribus seqq. sub titul. de iure quartæ.* quem nouissimè sequitur *Ioan. Andr. de Georgio, in Allegat.45. num.1. 2. idem* voluit *Gerardus Maynardus in Decis. Tholos.55. lib.4. nu.12.* mouetur *Napodan. per l. si à sponso. C. de Donation. ante*
48 *nupt.* eò quòd antefatum non † debetur, cum constituatur per carnis corruptionem, *l. Sancimus, C. de Nuptijs*. ibi ex quo vota nuptiarum reipsa processerint. quod exponit *Ioan. Andreas de Georgio* vt
49 supra, & tenet non deberi antefatum † matrimonio non consumato, quia cum ex text. *dictæ l. si à sponso.* quo cum ex osculo sponsæ illato, non de-
50 beatur, nec † lucretur, nisi pro medietate, quasi per illud pro medietate caro sit corrupta, ideo nihil debeatur, nisi demonstretur consumatum fuisse matrimonium, & sic totam carnem fuisse corruptam. Sed ante eos hoc idem dixerunt ante alios *Placentinus in summa Codicis, lib.5. titul.3. colum.1. versicul. quid ergo si ante nuptias.* Idem dicit *Azo in summa sua, lib.5. tit.3. vers. Sponsalitia autem.*

EGO aliter dicam, quòd illam opinionem quòd ad hoc, vt mulier habeat in viri morte donationem, siue Antefatum, ac lucra dotalia, quòd
51 † requiratur, vt per copulam matrimonium sit consumatum, dico non esse veram, voluit hoc expref-

pressim *Bald. in l. Deo nobis, in princ. num. 6. in fin. C. de Episcop. & cleric.* dicens infrascripta verba. Ergo est hic expressum, quòd non requiritur ad
52 lucrandum copula † carnalis, & est menti tenendum. *Hæc Baldus*, quem sequitur *Thomas Grammaticus in Decision. Neapol. 103. n. 89.* sufficit enim ad consequenda nuptialia lucra, matrimonium
53 † contractum fuisse cum Ecclesiæ, & Canonum solemnitatibus, non habito respectu, quòd matrimonium non sit per copulam consumatum. *Bartol. in l. Nihil, ff. rer. amotar. Paul. de Castr. in l. cui fuerit, ff. de condit. & demonstrat.* vbi dicit hanc esse communem opinionem. *Matthæ. Mattesilan. in Notabil. 75 incip. Nota quod disponens*, dicens de-
54 beri lucrum siue sit sequuta copula † carnalis, siue non, dummodo fuerit contractum matrimonium per verba de præsenti. *Bald. Nouell. in Tractatu dotis, parte 6. Priuileg. 37. in fin. Ioan. Campeg. de Dote parte 5. q. 19. Ioan. de Amicis, in consil. 69. nu. 6. Arnoldus Ferronus in Consuetudin. Burdegal. Titul. de Dote, §. 6. Matth. de Afflict. in Decis. 60. Neapol. incip. Quartam in addit. incip. Anisto casu.* dicens ita fuisse decisum in causa D. Ioannis Michaelis Gesualdi, & D. Baldassaris Caraccioli *Iacobus Tomingus in Decision. Lypsiæ. 36. in fin. Ioan. Baptistæ Thorus in Compendio Decisionum Neapoli in verb. Dos promissa.*

OSCVLI verò causa illati, dari medietatem
55 bonorum per sponsum sponsæ donatorum † *per text. in dicta l. si à sponso.* arbitror procedere in meris sponsalibus de futuro ante contractum matrimonium, quia dicitur ibi ante nuptias; Non enim modici momenti osculum inferri reputauit Constantinus Imperator præsertim in Italia, particulariter in hoc Regno Neapolitano, in quo ex Regijs nostris legibus, & pragmaticis, quibus cauetur statutam fuisse pœnam capitis osculanti mulierem etiam si diceretur fecisse intuitu matrimonij contrahendi, reputatur tamquam Adulterium, aut stuprum. *Francisc. Ripa in Rubric. de iudicijs. col. 3.* Ideo maiori ex parte in hoc Regno Neapolitano, dum conficiuntur pacta, & instrumenta dotalia, ex parte viri promittitur quarta pecuniarum, ità quòd si fortè Dos mulieris esset mille ducatorum promittit vir ducentos quinquaginta, lucrãdos per mulierẽ præmoriente viro, si cum filijs superstitibus, quòd mulier sit vsufructuaria vita durante, illis morientibus seruata forma inris cedunt lucro mulieris in vsufructu, & proprietate. Et nihilominus Et promissio à viro aliorum ducatorum centum, pluris, vel minoris secundum qualitatem personarum, cui promissioni datur huius modi titulus (Pro Honore primi Osculi) quam partem mulier lucratur dissoluto matrimonio in vsufructu, & proprietate, & est perpetuò ipsius mulieris. Hæc est illa donatio, de qua scribit *Constantinus Imperator, in l. Res vxoris, C. de Donat. int. vir. & vxor.* Quòd pudici-
56 tiæ præmio detur † Vbi *Bald. in fin.* dicit, nota quòd Donatio, quæ fit vxori præsumitur fieri in præmium pudicitiæ, quod non inuenitur, ità bene alibi. Quod sequutus Alexius Comnenus Cõstantinopolitanus Imperator, qui arrarũ despon-
57 sationes fieri, & solemnitatibus illarum † gratum osculum addidit. *vt per Enimundum Bonafidei Iuris Orientalis, lib. 1. in Constit. incip. Sponsaliorum, nuptiarumq; terminos.* Idcirco quoad O-
58 sculorum materiam, & si in sacris † libris sancta reputantur oscula inter Isaac, & Iacob, *Genesis. cap. 27.* Et oscula Ioseph cum fratribus, *Genes. cap. 45.* Moysis, & Aaron. *Exod. cap. 4.* Dauidis, & Ionathæ *lib. 1. Regum, cap. 20.* Heliseus dixit ad Eliam, sine, & Osculer patrem meum, & matrem meam, *lib. 3. Regum, cap. 19.* Anna, & Raguel o-
59 sculati † sunt Saram filiam Tobiæ, *cap. 10.* Maria Magdalena, Vnguento vngebat pedes Do-
60 mini, lachrimis † rigabat, & illos osculabatur. *Lucæ, cap. 7.* Oscula sancta illa fuerunt, sicut osculo sancto Paulus Apostolus salutat Romanos, *cap. 16.* Corinthios similiter *Corinth. 1. c. 16. 2. Corinth. cap. 13.* Tessalonicenses eodem modo. *1. Tessalon. capit. 5.* Eodem modo, & D. Petrus. *1. cap. 5.* Hæc oscula, & amplexus à viris, & mulieribus
61 sanctis exhibita, sancta † reputata fuerunt, bona, & religionis, amicitiæ; ac amoris, signa, & honoris causa permittebantur. Propterea IESVS Christus noster Dominus, dum proditorem discipulum, osculum, quod esse solebat amoris symbolum vertebat in Odium, & mortem, in [illegible]
62 dixit, Osculo † filium hominus tradis. *Lucæ. cap. 22.* Vndè rectè cum dixisset de Sanctis Apostoli osculis *Clemens Alexandrinus. Pedagogi, lib. 3. cap. 11.* subiunxit dicens, est autem aliud quoque osculum incestum, veneno plenum, † sanctitatem si-
63 mulans; an nescitis quòd etiam Phalangia si ore tantum tangant, graues dolores hominibus affe-
64 runt? Oscula autem impudicitiæ sepe virus † immittunt. *Hæc Clemens*, vt intelligatur optimi istius
65 Pontificis dictum, dicam quòd Phalangæ † sunt de genere Aranearum paruarum habentes morsum venenosum, quæ aliquando in nares hominũ & pecudum, ac Ceruorum intrant, & multa mala operãtur, de quibus scribit *Albertus Magnus de Animalibus, libr. 26. cap. 204.* Audias nunc illarum
66 naturam, Phalanges, quę † texunt, hoc modo coeunt, cum fœmina deductã Araneam traxerit, mas eandem mutuò trahit, quod vbi sępius fecerint, coeunt, & auersis clunibus copulantur, propter aluum orbiculatũ, modus hic coniungendi his congruit. Hæc ad viuum scribit *Aristoteles de Historia Animalium, lib. 5. cap. 8.* Et quod antea sub his exẽplis dixerat *Clemens Alexandrinus* cõfirmatur per illud. quod scribit *D. Cyprianus ad Pomponiũ Epist. 11. l. 1.* Certè (inquit) ipse concubitus, ipse cõplexus,
67 ipsa † confabulatio, & inosculatio, & cõiacentium duorũ turpis, & fœda dormitio, quantũ dedecoris, & criminis cõfitetur? *Hæc B. Cyprianus.* ex qb. constat, q grauis sit ista mulierũ, oculatio, pśertim a-

68 pud nostros Italos, & osculo solo † in mulieré p extraneum illato homicidia oriãtur, idcirco postquam narrasset ob osculum inter sponsum, & sponsam si mors oriretur dimidiam bonorum à spon-
69 so sponsæ donatorum mulieri † deberi ex dicta *l. si à sponso, C. de Donat. ante nuptias, Antonius Gubertus de sponsalibus, & matrimonijs, Titul. de effectu sponsaliorum, num. 10. vers. quæstionis est*, dicit
70 apud ipsos Gallos mulierem nihil lucrari † ex osculo, cum apud eos sit Vrbanitatis, officij, & salutationis causa. Ideoq; non sine causa maiores nostri modestè agentes, introduxerunt, q̃ mariti pro honore primi osculi in casu mortis cõstituunt quantitatem, quam habent in vsufructu, & proprietate, nec non antefatum, quartam, siue donationem propter nuptias, quam lucrantur seruata forma dispositionis iuris ciuilis. Illud pro honore
71 † primi osculi, quod est illud, quod dicit *Bald. in l. Quod scitis, sub num. 9. vers. Certè bona sunt istæ considerationes, C. de Bonis qua liber.* vt vir timeat lædere pudorem matrimonij, cum detur ista donatio in præmium pudicitiæ, & Virginitatis. vt prosequitur *Ioan. Nevizan. in Sylua Nuptiali, lib. 1. in verb. Diuiti non est nubendum, num. 74.* quem sequitur *Cæsar Vrsillus, in decision. 333. sub num. 2. Didac. Couar. in Epith. de sponsalib. par. 2. cap. 3. §. 7. nu. 7. Vallasc consult. siue decis. 2. num. 4. Ioan. Lopez in Rub. de Donat. inter vir. & vxorem, §. 12. nu. 1.* Et hoc est quod dicit *Andr. de Iser. in Regni Constit. licentiam, colum. 2. vers. in corpore vnde sumitur.*
72 dum dicit de muliere quòd si nulla dos data sit † nihil consequitur, scilicet de donatione propter nuptias, & non de alio lucro, sicut est donatio propter osculum, prout nos supra diximus de promisso pro honore primi osculi. Et de ista promissione *post Blasium Lancea, in c. Volentes. Regni Siciliæ, n. 2. limitatione 2. vers. Sed pulchra. Ioan. Anton. Cannetius in eodem c. Volentes, cap. 33. incip. sed an deberium.* dicens quòd istud non datur pro modo facultatum, sed datur à sponso sponsæ in præmium
73 virginitatis † amissæ. & idem dicit. *in c. 34. incip. Sed quid si fuerit constitutum. Iosephus Cumia in Ritibus Siciliæ, cap. 94. nu. 14. 15.* dum dicit, hoc dotarium, siue antefatum, non esse respiciendum si est
74 promissa, data, vel non data dos, quia debetur, † quoniam est violata virginitas. *Francisc. Milanes, in decision. Siciliæ, 9. num. 107. lib. 2.* sequitur *Garsias Mastrillus in decision. Sicil. 73. num. 10.* voluit *Vincent. de Franch. in decis. Neapol. 182. num. 9.* quo in
75 loco dicit dari antefatum † loco arrarum, quæ prius constituebantur, hodie datur in detrimen-
76 tum amissæ † Virginitatis. allegat *Azonem in summa de Donat. ante nupt.* vbi hoc non dicit *Azo*, sed tam ipse, quàm *Placentinus* dicunt, quòd interue-
77 niente † Osculo, datur medietas illa, de qua in dicta *l. si à sponso.* & dictum *Vincent. de Franchis* sequitur *Ioan. Baptista Costa de Portione Rata. q. 111. nu. 6.* Osculum dari sponsæ à sponso, iuxta Vulgatum versiculum,

Visus, colloquium, Tactus, post oscula factum.

Idcirco *Petrus Gregorius Syntagmatum iuris, lib. 8.*
78 *cap. 8. num. 3.* quòd osculum est initium † consumationis nuptiarum, & quodammodo fruitio sponsæ. Veritatem fateri oportet, oscula enim sunt incitamenta ad obtinendos fructus, & effectum
79 amoris, & lasciuarum cupiditatum. † Hinc Paris, qua in parte Helena oscula suæ puellæ dederat ibidem ipsum dare dicit *apud Ouidium in Heroidis*

Oscula si nata, dederas ego protinus illa
Hermiones tenero lætus ab ore tuli.

Hinc Iuuenalis Satyra 6.

Ac mollia semper
Oscula delectent.

Et Virgilius lib. 1. Aeneidos

Et dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet

Sic Ausonius ad Gallam inquit

Da tamen amplexus, oblitaq; gaudia iunge.
Da fruar, & si non quod volo, quod volui.

Proinde Ouidius.

Oscula si dederis, fiam manifestus amator.

Idem Ouidius lib. 6. Metamorphoseos.

Auidisq; amplexibus hærent.

Et dum diximus *ex Paulo 1. ad Thessalonicenses. cap.* 5. Salutate fratres in osculo Sancto. *ibidem D. Am-*
80 *brosius* dicit, Sancta † oscula sunt in salutatione christiana, cætera, carnalia sunt. Et idcirco mulierem ex osculo valde suspectam de adulterio. voluit *Didac. Couar. in Epithome de sponsalibus 4. parte 2. partis, cap. 7. §. 6. nu. 3. Nicol. Bellon. in Rubr. C. num. 81. Francisc. Bursatus in cons. 218. nu. 3. vol. 2. Ioseph. Mascardus de Probation. conclus. 57. num. 5. & conclus. 64. num. 1. cum pluribus seq. Graffius in decis. 84. nu. 5. lib. 2. parte 1.*

RES FIDEICOMMISSI Restitutioni subiectæ, alienari tamen possunt pro donatione
81 † propter nuptias, sicuti ex causa dotis. *Auct. Res quæ C. commun. de legat. Anto. Gomez in l. Tauri 50. num. 10. sequitur Aluarus Vallascus in Consultat. siue decision. Lusitan. 2. nu. 10.* secus dicit esse in arrhis Hispanicis.

SECVNDAS NVPTIAS contrahens mulier, an liberis, ac filijs primi viri dare teneatur donationem propter nuptias, antefatũ, siue quar-
82 tam, & † arrhas? Deberi donationem propter nuptias, antefatum, & quæ habuit à primo viro, mulieri ipsi, vita durante, dummodo non transeat ad secundas nuptias, & ipsa mortua authoritate *l. Fœminæ, & l. generaliter, C. de secund. nuptijs. §. hinc nos alia, Auct. de Nuptijs* tenui supra *in hac summa Decisionum Omnium totius christiani Orbis tit. 2. scilicet de secund. Nuptijs, nu. 49. cum pluribus seqq. hoc tom. 3, quam* esse communem opinionem probaui *ex Bartolo, Baldo, Angelo, Salyceto, Romano, Aretino, Bartholomæo Socino, Gabrielio, Natt. Mariano Iuniore, Rolando, Cremense, Verallo, Surdo, Buratto, Mantua, Maynardo, Couaruuia, Durante, Deciano, Vigellio, Villalobo, Vincentio de Franchis, Petro Gregorio,* quibus nũc addo *Ioan. Lopez de Palatios Rubios in Rubric. de Donat. int. vir. & vx. §. 27. n. 1. Rhoderi-*

cum

cum Suarez de las Arrhas. Notabili 2. & in l. quoniã in prioribus limitat. 10. nu. 2. vers. in vno casu Franciſc. Sarmientus Selectarum interpretationum, lib. 1. cap. 4. num. 4. Ludouic. de Molin. in Hiſpanorum Primogenijs, lib. 2. cap. 10. nu. 62. Franciſcus Milanenſis in Deciſion. Siciliæ. 9. nu. 7. lib. 2. loquimur de iure communi, quo vtimur in Regno, quia ſuccedunt
83 filij in iſta donatione, & antefato etiam † ſi non ſint hæredes patris, nec matris, ſecus in Neapolitanis, qui ſuccedunt, vt hæredes per illorum conſuetudinem. vt loquitur *Afflict. in deciſ. 37. in deciſion. 314. Cæſar Vrſill. in deciſ. 314.* & aduertit *Fabius de Anna, in conſ. 74. num. 8. 9.* quamuis hoc omnibus innoteſcat.

CONTRARIVM tenuit *Aluarus Vallaſcus in conſultatione, ſiue Deciſion. Luſitaniæ. 16. num. 6. cum ſeqq.* quòd dicta concluſio locum non habeat
84 in Arrhis, quæ † in Hiſpania dantur à Viris, ſiue Sponſis ſponſæ, vel vxori, quàm ſuam opinionem tuetur, non ſolum de iure Hiſpanico, ſed etiam de iure communi, Cuius Viri authoritas apud me ſemper magna eſt habita, tamen in hoc caſu mihi non ſatisfacit. Præſertim quia totum fundamentum, quod videtur habere pro coloranda ſua opi-
85 nione, quòd *tex in dicta † l fœminæ.* volens, tum in caſu mortis, tum tranſitus ad ſecundas nuptias deferri bona ad filios viri, intelligi de bonis, quæ ad mulierem prouenerunt ex donatione, & liberalitate viri, non autem ex Titulo oneroſo, vt terminat *Bald. in Auct. in donatione, C. de ſecund nupt. Ludouic. Roman. in conſil. 219. incip. ex themate conſultationis, num. 4. vers. vltimo pars iſta, Nicol. Boer. in Deciſion. Burdegalenſ. 185. num. 10. & alij multi, qui omittuntur*, & iſtam maximam ego veram affirmo. Sed ad probandam minorem hoc opus hic la-
86 bor eſt, quòd arrha, † quę per virum mittitur contineat onus, verum eſſe non arbitror. Proinde dico, Arrhas, quæ dantur in Hiſpania à ſponſo ſponſæ, vel vxori futuræ, loco, & vice donationis eſſe, nemo negabit, cum donatio dicatur, quod nullo
87 iure † cogente conceditur *l. Donari, ff. de Donat.* & repetitur *in l. Donari, ff. de Regul. iuris.* Hinc *Seneca, lib. 3. de Beneficio, cap. 19.* Beneficium id eſt, quod quis dedit, cum illi liceret, & non dare. Idcirco onus continere non poteſt, cum fiat ex mera viri liberalitate, nec præſumendum donatas fuiſſe Ar-
88 rhas cum onere, vt dici poſſit contractus † oneroſus, vndè iſta donatio liberè facta præſumitur *arg. eorum, quæ dicit Riminald. Senior in conſil. 431. nu. 14. vol. 3.* vbi dicit per hoc transferri onus præ-
89 fatum † probandi in contrarium, vt dicit *Ioſephus Maſcardus de Probationibus concluſ. 1142. n. 1.* Et turpe eſt aſſerere aliter, cum domum appellet
90 largitionem † poſſeſſionis, & ſignum honoris *Ariſtoteles, lib. 1. Rhetoricor. cap. 23.* Et ideo donationem irreddibilem eſſe dicit *Albertus Magnus, lib. 4. Ethicor. Tract. 1. cap. 1.* Quinimmo has arrhas,
91 eſſe donationes propter † nuptias, probo per eaſdem leges Hiſpanicas. *Partita 4. titul. 11. l. 1. quæ incipit, El algo.* quæ continet iſta verba, *y lo que el Varon da ala muger por razon de caſamiento, es llamando en latin donation propter nuptias, que da el Varon ala muger, por razon, que caſa con ella, y tal donacion como eſta dic, en en Eſpaña propriamente arrhas.* Sed ſic quòd Donatio propter nuptias per tranſitum intra annum luctus amittit proprietatem, & extantibus filijs ſimiliter mulier præmo-
92 riente, ad illos † peruenit *per dictam l. fœminæ, & alia iura ſupra allegata*, reſoluta remanet Doctoris Vallaſci opinio & primam eſſe veram.

EMPHITHEOSIM poteſt pater dare fi-
93 lio pro donatione propter nuptias, ſi eſt vnicus † abſq; domini conſenſu, ſi eſſet proximè ſucceſſurus, & ſi haberet alios filios cederet in partem ſibi tangentem in diuiſione, *ita per text. in §. Emphyteoſim auct. de non alienaud.* voluit *Speculat. in Titul. de Emphyteoſi, §. Nunc aliqua de iure Emphyteotico, num. 133. verſicul. Centeſimonono quæritur, & num. 134. Ioan. Raynaudi in comprahenſorio iuris, in c. Imperialem, §. habito, ſub numer. 10. verſicul. Quæro vlterius, quid ſi ipſa met mulier, & verſicul. Et quæ dicta ſunt de re feudali, Aluarus Vallaſcus, in Conſultatione, ſiue Deciſion. Luſitan. 113. num. 9. cum pluribus ſeqq.* quo in loco dicit, non requiri conſenſum Domini, quia dicitur non alienatio,
94 ſed mera † anticipatio filij & anticipatio diuiſionis. Huic concluſioni concinit, quod nouiſſimè ſcribit *Annæus Robertus Rerum Iudicatarum, lib. 3. cap. 6.* dum cauſam ponit, in qua Titius pater habens filios Męuiam filiam, Sempronium, & Seium maſculos, Męuiæ in dotem dedit ducatos ſexcentos, poſt modum Sempronio vxorem ducenti donauit propter nuptias alios ducatos ſexcentos. Seius non ducendo vxorem, vocat in Iudicium pa-
95 trem, à quo petit tantundum. Supremus † Pariſienſis Senatus Titium patrem ab iniuſta filij petitione abſoluit, & filio imponit, vt veniam temeriæ, & importunæ flagitationis à patre deprecatur.
96 Donationem dari poſſe † propter nuptias à patre filio ſcripſit *Bartol. in l. frater à fratre, nu. 57. ff. de cond. Indeb Socin. in Regul. 103. cum alijs allegatis per Andr. Gail Practicar. obſer. lib. 2. obſeruat. 38. num. 13.*

DOTIS, ſiue donationis propter nuptias lucrum ſtatuto debitum viro, vel vxori, non debe-
97 tur in matrimonio † putatiuo, vel aliàs in perpetuum prohibito. vt voluerunt *Bald & Salycet. in l. 1. C. de condict. ob cauſam, idem Bald. in c. iurauit, col. 1. vbi Felin. extr. de Probation. Bartholomæus de Caſſaneo in Conſuetud Burgundiæ Rubr. 4. §. 2. in verb. Femme num. 5. Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 129. incip. Dum eſſem.* quem refert, & ſequitur *Ioan. de Arnono. in Epithom. 98. incip. Stante ſtatuto, Bald. Nouell. in Tractat. de Dote, parte 11. §. Hactenus expeditum eſt, col. 12. verſicul. ſexta differentia eſt. Ioan. Campeg. de Dote, parte 5. q. 8. Cardinal. Pariſius in conſ. 34. nu. 13. vol. 3.* latè hanc concluſionem diſputando tenuit *Roland. à Valle in Tractat. de*

*lucro dotis, q.97. nu.*18. & probauit *Senatus Lusitanicus.* vt est videre *apud Anton. Gammam, in Decision. Lusitaniæ* 90. *nu.* 3. 4.

VIVENTE Matre, & duobus filijs, accidit, vt moreretur vnus ipsorum, qui contraxerat nonnulla debita, superstitibus matre, & altero filio,
98 prætendebant creditores super † portione antefati, siue donationis propter nuptias, cum prætenderet frater medietatem antefati ad ipsum spectare, Tamen contrarium fuisse Decisum refert *Vincentius de Franchis in decision. Neapolis* 106. *nu.* 3. 4. & hanc inseruit *in Compendio Decisionum Ioan. Baptista Thorus in verb. Antefatum.* Sed aduertēdum quòd dicta Decisio non procedit de iure commni
99 nec de iure † Regni, quoad alios extra Vrbem Neapolis, quia illa Decisio erat inter Neapolitanos, & fuit interposita vigore consuetudinis Neapolitanæ. *incip.* [*Quartam. Titul. de iure quartæ.* de iure communi mater est vsufructuaria, & illa mortua, succedunt filij superstites. De iure Regni vltimo loco habemus. *c. mulier dotarium.* per quod
100 fuit † aliter dispositum. Quinimmo valde dubia mihi videtur illa Decisio, etiam attenta consuetudine Neapolitana *Incip. Quartam.* in qua dicit, (ita quod mulier ipsa habeat quartam ipsam deducto prius ære alieno, contracto ante quartæ constitutionem in plena proprietate, si liberos ex marito præmortuo, non habeat, sed vbi habet liberos ex marito præmortuo, potest fructus quartæ ipsius, authoritate propria, per se, & per alios capere, & apprehendere. Qui vsusfructus muliere ipsa mortua consolidatur proprietati, & ad omnes liberos mariti ex quacunque vxore susceptos, à quo quartam habet, perueniet. Liberis autem prædecedentibus ipsi matri, mater ipsa ipsius quartæ proprietatem habet) ex cuius contextu consuetudinis Decisio relata non videtur procedere, quia Antefati, matrem, apparet stantibns liberis vsufructuariam esse, vnde mortuo vno ex filijs, proprietas diuerso iure censeretur, quod est
101 iuri contrarium, cum vna, eademq; res non † debeat diuerso iure censeri, *c. cum in tua in fin. extr. de cimis, c. cognouimus,* 12. *q.* 2. *l. eum, qui ædes, in fin. ff. de vsucap.* Præterea *text. in supradicta consuetudine,* quatuor vicibus ad proprietatem omnes liberos vocauit, ibi, si liberos ex marito præmortuo. Secundo ibi, sed vbi habet liberos. Tertio pinguius, ibi ipsa mortua consolidetur proprietati, & ad omnes liberos. Quarto, ibi, liberis autem prædecedentibus, ex quibus sequitur, tam viuentibus, quàm morientibus ipsos omnes filios vocauit, vt vsusfructus eidem proprietati, accederet, ac re, &
102 verbis illos coniunxit, † *arg. l. Re coniuncti, ff. de Vulg. & pupill.* sequitur quòd moriente vno ex liberis, illius portio proprietatis, per ius accrescendi currat ad alterum filium mortui fratrem, sunt etenim coniuncti coniunctione legali in ipsa pro-
103 prietate, in qua habet † locum ius accrescendi. *iuxta doctrinam Bartol. in l. seruus communis, ff. de Acquir. hæred.* maximè cum tractemus de proprie-
104 tate, & vsufructu, vt debeat accrescere † proprietas proprietati. Iuxta doctrinam *Floriani de Sancto Petro, in l. si Titio vsus, ff. de Vsufr.* Quinimmo ille filius primò mortuus vnus ex proprietarijs rei, cuius vsusfructus, tunc erat matris, non dicebatur tamquam proprietarius rem possidere. vt dicit *Bald. in c.* 1. §. *Marchio, col.* 1. *vers. Extra quæro. Qui feud. dar. poss.* ex quibus modestè dictam decisionem non tenerem, omitto alia, quæ dici possent.

ARGVMENTVM.

Inter virum, & vxorem de præsenti donatio est prohibita, firmatur tamen iuramento; Donatio reciproca, & æqualis valet, dummodo in continenti fiat, & siquid plus alter ipsorum habet reuocatur: Morte confirmatur, si traditio vera, vel ficta interuenerit. donatio in reparatione rei dotalis valida est. Imperator, & Principes non recognoscentes superiorem donare possunt. Pater filio in potestate donare non potest, quæ iuramento confirmatur: filio tamen emancipato valide donat. & in remunerationem facta donatio itidem valida iudicatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum, & vxorem regulariter prohibita est, nu.* 2. 3. 4. 36.

2 *Ratio prima assignatur, ne mutuo Amore se spolient, nu.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

7 *Plutarchus Traiani Imperatoris tempore floruit.*

14 *Ratio secunda, quare sit interdicta donatio inter virum, & vxorem, ne cesset studium educandi liberos, num.* 16.

15 *Syluestria animalia partus suos educant, num.* 16. 17.

19 *Philippus Tertius Rex Catholicus qua nocte.* 8. *Aprilis.* 1605. *natus est Philippus Quartus nunc Regnans, magno Comitatu Capellam Regiam ingressus, gratias DEO reddens, sic in die Baptismatis, num.* 20.

21 *Baptizandos filios, & educandos in disciplina, & præceptis DEI docuit B. Clemens Romanus.*

22 *Recta educatio liberorum, & corpora, & animas, pulcherrima, & optima efficit secundum Platonem, num.* 23.

24 *Maxima cura patrum ad educandos filios esse debet, cum sint optima, & proxima pars illorum.*

25 *Educandos esse filios in disciplina, & correctione Domini, dicit Apostolus.*

26 La-

26 *Lacedemones plurimum laudantur, quòd plurima diligentia vterentur pro eorum puerorum eruditione.*

27 *Gymnasticam, & Musicen erudiendos filios, voluit Aristoteles illam pro corporum, hanc pro animorum salute.*

28 *Ioannes Bodinus Vrbem Romam laudat, vt summos Pontifices pungeret, cui optimè respondet Auctor. nu. 29. 30.*

31 *Rationem Tertiam prohibitionum donationum coniugalium tradidit Iurisconsultus Paulus, ne discuterentur matrimonia, quod declarat auctor, num. 32. 33.*

34 *Rationem quartam assignat Pomponius, quia melior fieret pauperior, & deterior fieret ditior, nu. 35.*

37 *Donatio inter sponsos de præsenti non valet, nisi inter sponsos de futuro, sed intellige, nu. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.*

45 *Donatio inter virum & vxorem, an Iuramento firmetur? Declara nu. 46. 47. 48. 49.*

59 *Donatio reciproca, æqualis, siue mutua inter virum, & vxorem, an valeat? Vide rationem, nu. 51. 52. 53. 54. 55.*

56 *Donatio inter virum, & vxorem, an morte confirmetur? nu. 57. 58. 59. 60. 61.*

61 *In donatione reciproca nulla requiritur traditio.*

62 *Vir, & vxor in tabulis dotalibus, conuenerunt, vt omnia bona mobilia in communi societate vtrique essent, & superstiti cederent, si viduitas seruaretur, mortuo viro, vxor vidua per aliquot annos stetit, demum secundas nuptias contraxit, Hæredes viri bona petunt, causa perorata, Amplissimus ordo Parisiensis, pro viri hæredibus Decreuit.*

63 *Donatio per Virũ vxori facta in reparatione domus combustæ, vel alterius rei deterioratæ fieri potest.*

64 *Imperator donare potest Imperatrici, vel Augustæ, 69. 148.*

65 *Reges omnes, & Principes sui iuris possunt donare vxoribus, Principes absoluti declarantur, Duces Mediolani, Burgundiæ, Sabaudiæ, Magni Duces Hetruriæ, Mantuæ, Vrbini, Mutinæ, & Rhegij. Marchiones Montis ferrati, nu. 67. 68.*

66 *Imperatorum, Regum, ac Principum sui iuris contractus, tamquam leges seruantur.*

70 *Vestes præciosæ, monilia, Murenulæ, segmenta, Torques, inaures, Anuli, & alia præciosa ornamenta ad mundum muliebrem spectantia, quæ à Viro ad vxorem mittuntur, viro mortuo vxori, an viri hæredibus debeantur? Disputatio quotidiana est, amplè illam Declara, nu. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. per totum num. 130.*

78 *Vestes non præciosæ, & quotidianæ præsumuntur donatæ vxori à viro nu. 112.*

79 *Donationes factæ à viris vxoribus antequam traducantur ad domum validæ sunt exemplo Principum ac Dominorum Platearum Nobilium Vrbis Neapolis, Capuanæ, Nidi, Montaneæ, Portus, Portæ no-*

uæ, & similium, nu. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 90. 91. 92. 93.

94 *Anulus, quo matrimonium contrahitur, num remanet viri, an vxoris, num. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105.*

106 *Donationes factæ vxori, à consanguineis viri, vel amicis, cui debeantur viro, an vxori, nu. 107. 108. 109. 110. 111.*

113 *Vestes luctus, siue lugubres cuius sint, & ad quem illa erogatio spectat? nu. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130.*

131 *Cadauera veste alba sepelliri solebant, nu. 133. 134. 135.*

132 *Sacra sindonis, qua CHRISTVS dominus fuit inuolutus, ponitur ab Alfonso Paleotto Archiepiscopo Bononiẽsi, quæ ornatur Doctissimis, & elegãtissimis apostillis fratris Danielis Mallonij Grauissimi Theologi.*

133 *Mulieres in luctu albis Vestibus induebantur, num. 134. 135. 136. 137. 138.*

139 *Donatum à Viro vxori ad sustẽtationem annuam, vsq; ad vires dotis.*

140 *Donatio lucri pecuniarum vxori.*

141 *Donatio fructuum prædij.*

142 *Donationes, quæ vsus gratia deseruiunt.*

143 *Donans vir vxori pro agendis suis negotijs, puta pro rebus parafernalibus.*

144 *Donari, an possint vxori seruorum operæ.*

145 *Donando vir, quod in diem debet, præueniens soluat vxori.*

146 *Donans vxori causa mortis.*

147 *Vxor donans viro ad adipiscendam dignitatem.*

148 *Donans Imperator Augustæ.*

Authores à quibus author has solitas donationes excussit. Berberius, Vigellius, Connanus, Lopez, Socinus, Duennas, & Bessianus.

149 *Pater, an donet filio in potestate? nu. 150. 157. 158.*

150 *Patri possessio quæritur per filium etiam in causa peculiari, nu. 151.*

152 *Pater, & filius vna, & eadem persona censentur.*

153 *Donatio, quæ à patre ad filium procedit, ad patrem redit.*

154 *Pater filio emãcipato validè donat, n. 155. 156. 157.*

158 *Donatio patris in filium, an Iuramento firmetur, nu. 159. 160. 161. 162. 163. 164.*

159 *Iuramentum est de iure naturali.*

165 *Donare, an possit pater filio in remunerationem? Declara, nu. 166. 169.*

166 *Merita, an sint probanda? nu. 167. 168. 169. 170.*

170 *Meritorum simplex assertio patris in donatione, an sufficiant.*

171 *Merita æquipollere debent donationi, num. 172. 173. 174.*

175 *Studiorũ causa, an pater validè donet filio? nu. 176.*

177 *Donatio quæ fit patri à filiofamilias, an valeat remissiuè?*

178 *Reges donant filijs in potestate.*

179 *Pater, an rectè donet filiofamilias causa matrimonij, vel nuptiarum.*

TITVLVS NONVS.

De Donatione inter virum, & vxorem, & Donatione inter patrem, & filium.

PROSEQVENDO donationum materiam, post donationes propter nuptias, de donationibus, quæ fierent inter nuptos, scilicet virum, & vxorem dicemus, & de hjs, quæ inter patrem, & filium.

1 INTER virum, & vxorem † prohibita est donatio, *l. 1. l. 2. l. 3. l. sed si vir. 32. §. Quod legaturus. ff. de Donatio. inter vir. & vxor. l. creditor. 20. C. eod. tit. Placentinus in summa Codicis, lib. 5. tit. 16. Azo similiter, in summa Codicis, lib. 5. tit. 16. in princip. Ioan. Berbery in viatorio iuris parte 2. Rubr. 4. nu. 3. Nicolaus Boerius in Consuetud. Bituricens. titul. Des Constumes concernans lex mariages, & Douaires, in verb. Homme, & femme mariez, in princip. Bartholomæ. de Cassen. in consuetudin. Burgundiæ Rubric. 4. Des Doietz appartenans à gens mariez. §. 7. §. 8. Ioã. Bessianus in Consuetud. Aluer. tit. 14. Des Donation. doiz & mariages, Articul. 39. in princi. Iulius Clarus in §. Donatio. q. 9. in princ. Petr. Duen. in Regul. 225. in princip. Iacob. Menoch. de Arbitr. Iudic. quæstion. lib. 2. centuria 2. casu 132. num. 3. Francisc. Aretin. in cons. 84. incip. Diligenter, & maturè, in 2. dubio. Marc. Anton. Natta in cons. 28. num. 5. volum. 1. in cons. 600. num. 36. vol. 3. Marian. Socin. Iun. in cons. 44. num. 6. vol. 2. Angel. Gambilion. in consil. 100. num. 21. Marian. maior. in cons. 66. num. 16. vol. 1. Lancellott. Gallia in cons. 89. num. 4. pulchrè Ludouic. Roman. in cons. 146. Incip. Ista quæstio, sub numer. 1. Ioan. Sainzon. in Consuetudine Turon. tit. Des Donaison entres los nobles. Articul. 2. in princip. Surdus in consil. 78. num. 14. vol. 1. Ioacchim. Mynsinger. in observat. 33. cent. 2. Ioan. Corasius Miscell. lib. 5. cap. 1. num. 1. Andr. Gail. Practicar. observat. lib. 2. observa. 40. D. Cardin. Mantica in decis. 49. nu. 1. Hieronym. Treutler Disputation. Selectar. parte 2. Disputat. 19. Thesi. 4. Rol. à Valle in cons. 70. nu. 1. vol. 4. Ioannes Gallus, q. 145. Barthol. Cepoll. in Cautela 112. incip. Donatio. Antoninus Thesaur. in decis. Pedemont. 32. num. 1. Iacob. Philipp. Portius in cons. 112. in princ. & numer. 41. Christoph. Torniola, in cons. 60. num. 4. in cons. 67. num. 7. Argentreus in Consuetud. Britanniæ, in verb. Tilire. Articul. 266. §. 5. numer. 5. Roland. Cauagnol. in Decret. Montis ferrat. Decreto. 74. §... numer.*

RATIO prima assignatur, ne vir, & vxor
2 mutuo amore se spolient, quod † tradidit *Vlpianus in dicta l... & dicta l. 3.* vbi ex verbis Antonini Imperatoris inquit. Maiores nostri inter virum, & vxorem donationes prohibuerunt, amorem honef-
3 tum † solis animis æstimantes, famæ etiam coniunctorum consulentes, ne concordia precio conciliari videretur. Quod *Pomponius, in dicta l. sed si vir. 32. §. quod legaturus, ex Proculo*, inquit, ita ne amore alterius alter despoliaretur. Satis nos diximus, ac de mutuo cõiugum amore verba fecimus,
4 † quando de sponsalibus, & matrimonijs scripsimus, nunc aliqua reiterare necesse erit, cum ex Adami dicto scriptum sit *Genes. cap....* Hoc nunc nunc os ex ossibus meis, & Caro de carne mea, & postea subsequitur, vnusquisq; relinquat patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, quod, & Barbari designarunt, nam *ex Hierocle in lib. de Nuptijs, refert Stobæus sermon. 65.* Sed viri, & mulieris (inquit) coniugium, qui
5 mutuo † copulantur, & sacri sunt dijs nuptialibus, natalitijs, laribus, & inter se consentiunt, nihilq; non commune habent, vsq; ad corpora, immo ipsas animas. *Et ex Musonio ibidem* inquit, Quam a-
6 liam ob causam opifex hominis, primum bipartitò diuisit genus nostrum, deinde pudenda bina † adiunxit, aliud mari, aliud fœminæ; Dein cupiditatem vehementem, vtriq; iniecit, conuersationis, & coniunctionis cum altero, & ingens desiderium mutuum vtriq; alterius concitauit, vt mas fœminam appeteret, fœmina marem. Iste amor est corporis, & amimorum, quo Iurisconsultus, & Imperator Antoninus dixerunt, quòd mutuo amore se spoliarent, ob amorẽ bonorum, & donatione.
7 *Plutarchus* qui Traiani † Principis tempore, & apud ipsum, & Romanos floruit, qui *Problemate 7.* quærit, quare vir ab vxore, & vxor à viro dono aliquid accipere † prohibentur ? quo in loco
8 plures conatur rationes reddere, quarum illa huic rei congruentior mihi visa est. An (inquit) quod vilissimum benevolentiæ signum donatio sit ? dant enim, & alieni, & qui non amant. Idcirco hoc donandi lenocinium ex matrimonio sustulerunt, vt non mercennarium, sed gratuitum, & spon-
9 taneum sit hoc † totum amare, & redamari. An quòd ab alijs, accipiendo, corruptæ alienos admittunt, grauissimum visum est gratis suos diligere, vel alludendo quod supra ex Hierocle diximus, concinit, alia ratio, quam subsequitur *Plutarcus* dicens. An illud potius, quòd viri, & vxoris rem communem esse oportet, nam, qui, quod datum est accipit, & quod datum non est, id alienum
10 † censere didicit, quo fit, vt exiguũ inuicem dando totum perdant. *Hæc ex Plutarcho*. Insuper nos dicimus, quòd matrimonium, & nuptias cum (vt Iurisconsultus ait) non concubitus, sed consensus
11 faciat *l. Nuptias, ff. de Reg. iur.* Hic autem † consensus in matrimonio, ac nuptijs requisitus, ac verbis expressus, animorum, corporum, & voluntatum vnionem designat. *Alexãder de Ales in summa parte 2. q. 175. Membro 6. §. 1.* Hanc tamen voluntatum, & animorum vnionem, & consensum, dum
12 vir vxori, vel vxor viro donat, † disunit, ac diuidit, & quod prius animis fouebatur, dono minuitur, & languescit. Sed, & Plutarchi in loco allegato authoritatem ad hunc effectum nouissimè retu-
13 lit *Ferrandus Adduensis explicationum, lib. 1. cap. 21.* Ratione ne mutuo, amore se spolient † probãt *Placentin. & Azo in summis, lib. 5. titul. 16. Riminal.*

Senior

Senior in conſ. 240. num. 15. vol. 2. Deci. in dicto conſ. 202. col. 1. Ioan. Coraſ. Miſcellan. lib. 5. nu. 1. Andr. Gail Practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 40. ſub nu. 1. Hierony. Treutl. diſput. Selectar. parte 2. diſput. 19. Theſi 4. Iacob. Philipp. Portius in conſ. 112. numer. 18. Chriſtophorus de Caſtellion. in conſ. 2. incip. P. certos filios, nu. 5.

RATIO ſecunda aſſignatur à *Paulo Iuriſconſulto in dicta l. 2. ff. de Donat. int. vir. & vxor.* quòd ſit interdicta donatio inter eos, quia ceſſat ſtudiũ educandi liberos, quam refert *Decius in conſ. 202. incip. vt præſens conſultatio. col. 1.* Hæc ratio conſiderabilis eſt, cum ſi donaret vir vxori, vel è contra
14 bona, deficeret donanti facultas † educandi liberos, cui potius fauendum eſt, quàm donationi. Rationi enim naturali conuenit, vt illos qui à nobis nati ſunt, educemus, ne à ſilueſtribus animalibus
15 vincamur, † qui partus ſuos educant. *Vnde Vlpianus in l. 1. §. ius naturale eſt, ff. de Iuſtit. & iure, inquit,* Hinc deſcendit maris, & fœminæ coniunctio,
16 quam nos matrimoniũ appellamus. Hinc † liberorum procreatio, & educatio quod, & Vlpiani dictũ ſequutus eſt Iuſtinianus Imperator *in §. ius naturale Inſt. de iure natur. gent. & ciuil. Iacobus Philip. Port. in conſ. 112. ſub num. 18. verſ. Tertio quia* Vnde *Cicero in Oration. pro ſexto Roſcio Amerino.* Magna eſt (inquit) humanitatis, multum valet communio ſanguinis, portentum, atq; monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie, & figura, qui tan-
17 tum humanitate beſtias † vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſima luce priuarit, cum etiam feras inter ſeſe partus, atq; educatio, & natura ipſa conciliet. Propterea *Salomon Prouerbior. cap. 29.* Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. Quod chriſtianis noſtris eſt ſummè notandum, quòd ſtatim edito partu, ad recipiendum Sanctiſſimum Baptiſmatis ſacramentum, poſt redditas DEO omnipotenti gratias quòd partum Diuina volũtate editum eius Sanctiſſimo Diuino auxilio fouere dignetur. Hoc peculiare habent Catholi-
18 ci Reges † noſtri, exemplum videant in Philip-
19 po Tertio Rege, dum † natus fuit Philippus Quartus nunc Regnans. Die 8. Aprilis. 1605. qui media nocte, Regio comitatu Capellam Regiã petijt, gratias DEO Altiſſimo reddidit, poſt modũ in illius Baptiſmatis die, effuſa ſũma liberalitate, ſolẽ-
20 niſſimæ lætitiæ actus † magnanimi editi fuere, de quibus amplè ſcripſi *in Commentario Genealogiæ Auſtriacæ in Philippo Tertio*, ad quem lectores remitto, *& apud Cæſarem Paronam Mediolanenſem lingua vulgari Itali Idiomatis*, ad quos Lectores remitto. *Vnde B. Clemens Romanus Conſtitutionum*
21 *Apoſtolicarum, lib. 6. c. 15.* inquit, Baptizate † quoq; puerulos veſtros, & educate eos in diſciplina, & præceptis DEI. Dicam cum *Platone de legibus*
22 *Diango. 7.* Quod educatio † liberorum recta, & corpora, & animas, quàm pulcherrima, & optima efficit. Mala autem educatio, qua plerunq; Diuitum, & Tyrannorum filij viuunt, eſt in cauſa, vt amittant patrum dominia, vt dicit *idem Plato. de legibus Dialogo.* Filij ſi educati rectè à paren-
23 tibus ſunt, per ſanctos & iuſtos † mores, boni meritò euadunt, contra ſi fiunt, ſecus ſentient detrimentum, vt ſcribit *Ariſtoteles Oeconomicorum, lib. 2. cap. 2.* cum poſt ipſos patrem, & ma-
24 trem, educandos eſſe filios, maxima cura † eſſe debeat, tanquam pars illorum proxima, vt dicit *idem Ariſtoteles Magnorum Moralium, lib. 1. cap. 31. Eccleſiaſticus, cap. 7.* Filij tibi ſunt? erudi illos, curua illos à pueritia illorum. Filiæ tibi ſunt? ſerua corpus illarum, & non oſtendas faciem tuam hilarem ad illas. *D. Paulus Apoſtolus ad Epheſios, cap. 6.* Et vos patres, nolite ad iracundiam prouo-
25 care † filios veſtros, ſed educate illos in diſciplinam, & correptionem Domini. Lacedemones laudantur, qui circa puerorum eruditionem pluri-
26 ma diligentia † vterentur, eò quòd bonam illorum eruditionem vtilitati Reipublicæ futuram ar-
27 bitrarentur, vt voluit *Ariſtoteles lib. Politicorum. 8. in princip. Idem Plato in Timæo* duas in ciuitate artes neceſſarias fore Gymnaſticen, & Muſicen
27 hanc † animorum, illam corporum nutricem, qui Gymnaſticam negligunt corporeis viribus languere, qui Muſicen, ideſt Muſarum ſtudia aſpernantur, rudes, & Barbaros fieri. Proindè populi vt plurimum, qui delectantur muſarum cognitione, mitiſſimi eſſe ſolent. *Ioannes Bodinus, lib. de Reipublica. 5. cap. 1.* Quid Romanos commemorem (inquit) Quid Vrbem † illam æternam, quæ toties de Europa, de Aſia, de Africa trium phauit, cum vtraq; ſtudia coleret? ſed hæc protulit pauca, & Vrbem Romam, Summos Pontifices, vt ſui moris eſt pungeret, ſubſequitur poſt modum dicens. Nunc vero facies ità verſa, atque
29 immutata † eſt, vt minimè mirum videri debeat, ſi ab ocioſiſſimis Pontificibus per ſummam ignauiam, ac dedecus æternum, neglecta militari diſciplina, Triumphatam, ac proculcatam videamus, ex quo planè intellectum eſt, quantum praua, quantum recta educatio poſſit. *Hactenus Bodinus.* Qui bene fecit Romam Vrbem æternam
30 appellando, † quia vſq; ad extremum vltimi iudicij diem in ſua magnitudine ſeruabitur. Verſa eſt, & immutata à Dominio tot Cæſarum, & Imperatorum, qui illam Carnificinam inter eos, illorumque ſubditos exercuerunt, Donec ab eiſdem Imperatoribus lauacro ſanguinis Sanctorum Petri, & Pauli, atque aliorum Sanctorum Pontificum, ac Martyrum fuit nobilitata; Tunc vitiorum fęditate prauorum hominum congerie tunc ſentina flagitiorum, nunc Arca virtutum. Tunc Idolis, falſiſque Dijs, Templa, fanaque erecta. *Sic declarauimus Bodini dictum.*

RATIO Tertia aſſignatur à *Paulo Iuriſconſulto in eadem l. 2. ff. de Donat. int. vir. & vxor.* quia futurum eſſet, vt diſcuterentur matrimonia.
31 † Non aliud ſignificans, quia ex donorum receptione, ceſſabat illa animorum coniunctio, diſcu-
32 tio enim verbum † nil aliud ſignificat, niſi in diuerſa quatio, vndè optimè Accurſius, dicit, diſcuterentur, ideſt ſepararentur, ex qua ſeparatione

viri

viri ab vxore, & Diuortia, & repudia oriri poterant, & hinc iure prohibitæ donationes, ad conseruandam ipsorum coniunctionem, ità etiam *Azo*
33 loquitur, dum discuterentur, ideſt † separarentur *in summa lib. 5. Tit. 16. vers. prohibitæ autem sunt.*

34 RATIO quarta, quam refert † *Pomponius in dicta, l. sed si vir 32. §. Quod legaturus. ff. eod. tit. de*
35 *Donat. inter virum, & vxorem*, quia melior † fieret pauperior, & deterior fieret ditior, vt in dicta *l. 1. 2.* quod comprobarunt *Placentin. & Azo in dictis eorum summis. Deci. in dicto cons. 202. col. 1. Ioan. Coras. Miscell. lib. 5. cap. 1. nume. 1. Andr. Gail. Pract. obseruat. lib. 2. obseru. 40. nu. 1. Treutler in disputati. Select. par. 2. Disp. 19. Thesi. 50. Iacobus Philip. Porti, in cons. 112. num. 18.*

CONCLVSIO firma remanet, quam su-
36 pra posuimus, *nu. 1.* donationem inter virum, & vxorem non valere, & fieri non posse.

AMPLIATVR eadem conclusio, quòd etiam inter sponsos de præsenti, vt donatio non va-
37 leat, nisi inter † sponsos de futuro, vt voluerunt. *Cyn. & Bald. in l. cum in te. C. de Donat. ante nuptias.* voluit *Alexander in cons. 142. inci. viso processu causæ, col. 3. vers. Item respondeo, quòd dictum statutum, vol. 5. Marian. Socin. senior. in consil. 123 incip. supra scripti præstantissimi. col. 2. vers. sed his non obstantibus, vol. 1.* quos refert, & sequitur *Petrus Duennas in Regul. 221. Ampliation. 1.*

CONTRARIVM tamen voluit *Azo in*
38 *summa Codicis, lib. 5. tit. 3. de Donation.* † *ante nupt. in fin.* quo in loco tenuit, quòd Donatio facta sponsæ de præsenti antequam sit ducta ad domum viri sed facta ad domum sponsæ, & donatio valet, aut sponsus donauerat in domo sua ducta iam sponsa, & tunc non valebit, quinimmo in itinere poterit ei donari, & postquam sit ducta, si tamen sit inducta separata à viro, *arg. l. penul. §. 1. ff de Donat. int. vir. et vxor.* quem sequitur *Ioan. de Imol. in l. si soror. §. Lucius. ff. solut. matrimon.* quod dicit esse valde
39 † notandum, pro quo adducit rationem, quia tunc non videtur interuenire tacita domesticitas, & consequenter non videtur subesse ratio mutuæ spoliationis propter mutuam affectionem, & domesticitatem, *l. 1. ff. de Donat. inter vir. & vxor.*

PRIMAM nihilominus opinionem veram esse, & illam communiter tenuerunt non obstante
40 † Azonis dicto, & opinione, quòd etiam si donatio sit facta sponsæ de præsenti adhuc etiam non ductæ ad domum viri, non valeat *per textum in dicta l. penultima. §. 1. ff. de Don. int. vir. & vxor.* vbi
41 habetur † Sceuolæ Iurisconsulti decretum, quòd Donatio facta antequam sponsa ducatur ad domum viri, & antequam tabulæ dotis signarentur non valet, nisi fiat ante matrimonium, quod consensu contrahitur, vt ibi text. (matrimonium contractum, quod de cõsensu intelligitur) & hoc idem
42 voluit *post Irnerium, & Rogerium* † *glossatores, Accursius in verb. Attinuisse, & in verb. Consensu*, & contra opinionem *Azonis* voluit *Alexander in dicto consil. 142. col. 3. vol. 5. Cyni, & Bald.* opinionem sequutus, *& post Iacobum de Arena. Iacob. de Raueñ. Cyn. Bald. & Salycet. & Angel. Marianus Socinus senior in dicto cons. 123. col. 2. vers. sed his non obstantibus, vol. 1.* Quinimmo *Ioannes de Imol. qui in dicta l. si soror. §. Lucius*, probauerat, & valde notabile di
43 xerat esse † dictum *Azonis*, & illud alijs rationibus corroborauerat, tamen *in l. Meuia. ff. soluto matrim.* Corrigendo seipsum dicendo, quòd illud quòd dixerat *in dicto §. Lucius*, sequendo *Azonem*, non est
44 verum, quem † referens idem *Socinus* dicit hanc esse communem opinionem, hoc idem voluit *Ludouic. Roman. in dicto cons. 146. incip. Ista quæstio, sub num. 3.* idem tenuit *Barthol. de Cassan. in Consuetudin. Burgund. Rub. 4. §. 2. in verb. Femme, num. 17. cum pluribus, seq. Ioan. Lopez de Palatios Rubios, in Repet. Rubric. de Donat. inter vir. & vxorem, §. 55. sub num. 2. vers. Sed meo iudicio, cum seqq. Nicol. Boerius in Consuetud. Bituricens. Titul. Des conſtumes concernans les mariages, & douoires. §. 1. col. 3. Ioan. Sainxon in Consuetudin. Turonensi, tit. 24. Des Donaiſon entre les Nobles. Articul. 2. col. 2. vers. An tales donationes. Petrus Duennas in dicta Regul. 221. ampliation prima, nouissimè eandem opinionem Hieronym. Cæuallos opinion. commun. contra communem q. 12. sub nu. 1.*

45 IVRAMENTO tamen firmari † donationem inter virum, & vxorem, *post Gulielmum de Cuneo, in l. 1. ff. de Donat. inter vir. & vxor.* voluit *Bartol. in l. si quis pro eo. in princip. sub num. 17. ff. de Fideiuss. & in l. Setus, & Augerius. ff. Ad leg. Falcid. Bald. in l. 1. in lectura antiqua. ff. de Donat. inter vir. & vxor. Angel. in l. pen. §. mulier. ff. solut. matr. Ioan. de Imol. in l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. 1. Paul. de Castro in l. pacta quæ contra, vbi Decius. num. 6. C. de Pact. Abb. Panor. in c. cum contingat, num. 30. vbi Andr. Alciat. num. 196. 197. de Iureiur. and. idem Panorm. in c. fin num. 9. de Donat. int. virum, & vxor. Iaſon in dicta l. pacta quæ contra, numer. 5. 6. Iacobin. de sancto Georgio in l. Iuris gentium, in 2. lectura. §. si paciscar, nu. 4. ff. de Pact. & in l. profectitia. §. si pater, nu. 4. ff. de iure dot. Ludou. Gomez in §. quædam, num. 19. Institut. de Actionib. Franciſc. Purpurat. in l. Rogasti §. si tibi, num. 4. ff. si cert. petat. Cardinal. in cle. 1. §. porrò, q. 5. de Iureiur. Præpositus Alexandrin. in dicto, c. fin. de Donat. int. vir. & vxor. Purpurat. in l. 2. §. creditum. num. 32. ff. si cert. pet. Ripa in Rep. l. si vnquam, q. 13. num. 35. & q. 14. nume. 30. C. de Reuoc. Donat. Federicus de Senis in consil. 140. nume. 3. Abb. Panormit. in cons. 95. num. 1. vol. 2.* dicens hanc esse communem opinionem. *Alexan. in cons. 8. incip. Visis, & consideratis, col. 1. vers. Et ita se habet, & in cons. 157. incip. viso Instrumento, col. 4. vers. c. Non obstante etiam si diceretur dictam, vol. 2. Ludouic. Roman. in cons. 44. incip. Ex supra narrato themite sub num. 4. vers. secunda ratio. Paul. de Castro in cons. 49. vol. 2. Ripa Responsorum, lib. 3. ca. 6. num. 3. Corneus in cons. 118. num. 1. vol. 1. in cons. 104. numer. 13. vol. 2. in cons. 41. num. 6, vol. 3.* vbi dicit ita communiter teneri. *Andr. Barbat. in cons. 59. col. vltim. vol. 1. Franciſc. Aretinus in cons. 3. & in cons. 74. num. 5.*

Carol.

Carol. Ruin. in conſ. 154. *num.* 5. 6. *vol.* 5. *Ioa. Anton. Rub. Alexandr. in conſ.* 25. *num.* 5. *in conſ.* 130. *nu.* 6. *Petr. de Anchar. in conſ.* 307. *inc. nulli dubium. Cardinal. Pariſi. in conſ.* 86. *num.* 19. 46. 47. *vol.* 3, *Laurent. Syluan. in conſ.* 40. *nu.* 20. dicens iſtam opinionem communem eſſe, *Dec. in conſil.* 240. *in princi. Barthol. Veronenſis, in cautel.* 122. *& in conſil. ciuili.* 8. *Marc. Anton. Bellon. in conſil.* 4. *numer.* 2. *Antonius Gabriel. Commun. opinio. lib.* 3. *tit. de Donationibus, concluſ.* 3. *num.* 1. *Socin. in Regul.* 104. *num.* 2. *Franci. Burſat. in conſ.* 303. *num.* 23. *vol.* 3. *Roland. à valle in conſil.* 98. *numer.* 51. 54. *vol.* 1. *Marian. Socin. Iunor in conſil.... nu.* 34. *vol.* 1. dicens eſſe magis communem opinionem, vt refert, & ſequitur *idem Roland. in conſil.* 25. *num.* 15. *vol.* 2. *Didacus Couar. variar. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 5. *Roland. in conſil.* 76. *nume.* 1. *volum.* 4. *Petr. Duen. Regul.* 219. *verſ. ſecus Tamen. Seraphin. de Seraphinis in Tract. de Priuileg. Iur. Priuileg.* 71. *Vincent. Mancinus, de Iuramento, parte* 4. *effectu* 40. *num.* 1. alios allegans *Hieronym. Ceuallos opin. commun. contra communem, q.* 12. *Iul. Clar. in* §. *Donatio, q.* 9. *Ioach. Mynſing. obſeruat.* 33. *numer.* 5. *centur.* 2. *Andr. Gail. Practic obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 40. *num.* 2. 3. *Ioan. Cephal. in conſil.* 61. *per totum vol.* 1. *Capella Tholoſan. in deciſ.* 261. *incip. Item an donatio. vbi optimè Stephan. Aufrer. in Apoſtill. Felin. in conſil.* 3. *nu.* 5. *Nicol. Boer. in deci.* 92. *num.* 6. *Thomas Grammat. in deciſio. Neapol.* 103. *numer.* 73. 74. *Laurentius Chircoui. commun. opinio. concluſ.* 77. *centu.* 1. *Michael Graſſ. lib.* 1. *cap.* 8. *q.* 5. *plures allegans. Petr. Cenedo Collectan. Iuris Canonici parte* 2. *collecta.* 82. *num.* 2. *Iacob. Menoch. in conſil.* 155. *num.* 9. 10. *vol.* 2. *Hieronym. Treutler. Diſputatio. ſelectar. parte* 2. *Diſputat.* 19. *Theſi.* 4. *Guido Pape, in Deciſio. Delphinal.* 190. *num.* 5. *Ioan. Sainxon in Conſuetudi. Turonenſi. tit.* 24. *Des Donaiſon entre les Nobles. Articul.* 2. *col.* 1. *verſ. ſed an per iuramentum. Ioan. Berberij in Viatorio iuris, parte* 2. *Rubrica* 4. *numer.* 9. 10. 11. *Ioan. Beſſian. in Conſuetud. Aluerniæ, cap.* 14. *Articul.* 39. *col.* 2. *verſic ſeptima ratio.* Infinitos referens dicens eſſe communem *Portius in conſil.* 112. *num.* 17, licèt ipſe ibi contrarium tenuerat. *Torniola in conſ.* 60. *nu.* 9.

CONTRARIVM, quòd donatio inter vi-
46 rum, & vxorem non firmetur iuramento † tenuit ſibi contrarius *Bartol. in l.* 1. *ff. de Donat. inter virum, & vxo. Bald. in conſ.* 29. *vol.* 3. *Angel. in l. ſi quis pro eo. in princ. ff. de Fideiuſſ. Henricus Bohic in c. fin. de Donat. inter vir. & vxor. Paul. de Caſtr. in conſil.* 193. *vol.* 2. *Curt. Senior in conſ.* 66. *num.* 3. dicens eſſe communem opinionem, cum alijs allegatis *per eundem Anton. Gabriel. in dicto libr.* 3. *commun. opin. titul. de Donat. concluſ.* 3. *ſub numer.* 1. *verſicul. contrarium.*

† PRIMA Tamen opinio eſt magis commu-
47 nis, quam ſequuntur tot legum † vertices, meritò ſequenda videtur, vt concludit *Gabrielius in dicta concluſ.* 2. quam tenet *Nicolaus Vigellius in deciſio.* 42. *cent.* 1. *Franciſc. Milanenſ. in deciſio. Siciliæ,* 9. *num.* 89. *lib.* 1. *Surdus in deciſio. Mantuan.* 154. *nu.* 1. *& poſt Ioannem Guttierez de Iuramento Confirmatorio, parte* 1. *cap.* 3. *num.* 7. concludit *Ceuallos in dicta, q.* 12. *Et Sfortia Oddus in conſil.* 24. *numer.* 16. *volum.* 1.

LIMITANT ſupradictam primam opinio-
48 nem non procedere, niſi in vera donatione † facta, ſecus autem ſi eſſet confeſſio dotis receptæ, quia ſi-
170 test donare, nisi pro meritis, & seruitijs † non sufficit simplex assertio donantis, quem sequitur *idem Alexand. in cons. 101. incip. visis Instrumentis, versic. & per hoc concludit. vol. 1. Decius in consil. 20. incip. in causa istorum fratrum, vbi plenè, & in consil. 366. incip. Pro declaratione, in tertio dubio, nu. 10. Petr. de Anchar. in Cons. 247. Incip. Dubium facit. Aymo Crauetta in consil. 175. col. 2. versicu. & si quis dicat. Ioan. Lopez in Rubr. de Donat. inter virum, & vxor. §. 39. num. 6. 7.* multos allegans *Roland. à Valle, in cons. 98. num. 53. vol. 1. Matthæus de Afflict. in decis. Neapol. 102. Anton. Capicius, in decision. Neapol. 102. numer. 2.* quos sequitur *Andr. Tiraquell. in l. si vnquam, in Verb. Donatione largitus, num. 23. C. de Reuocand. Donationib. Ioãnes Pirrhus Anglebermius in Consuetudine Aurelianens. Tit. de Testamentis, cap. 13. in fin.* idem tenet *post Andr. Barbat. in l. Diuortio. col penult. ff. de verb. oblig.* vbi dicit ità consuluisse *Bononiæ. Ioannes Guttierez de contractibus Iuratis, lib. 2. cap. 6. nu. 11. Ioan. Sainxon. in Consuetud. Turonens. tit. 24. des donaison entre les nobles. Artic. 3. col. 1. versic. sic tactis. Anton. Thesaurus in decis. Pedemontan. 111. num. 6. 7. Ioan. Baptista Thorus in compendio decis. Neapol. in verb. Donatio causa Mortis. Franciſc. Viuius in Commun. opinion. 205. Polydorus Ripa Singul. obseruat. 79. n. 4. Masuer. in Pract. Titul. de Donationib. & legatis, nu. 6. versic. Item hoc quod dictum est. Iosephus Mascardus de Probat. concl. 184. nu. 6. Marian. Iunior in cons. 77. nu. 57. vol. 1.*

SVBDECLARA tertiò, vt merita probentur
171 æquipollentia, alias donatio nõ † valeat, nisi vsq; ad summam meritorum probatorum, ita videtur opinio *Bart. in l. frater à fratre, num. 57. vers. Sexto quaro. ff. de Condict. Indebi.* dum dicit, quòd merita
172 sint digna donationi † idem dicit *in l. si quis pro eo §. Item si filius à patre, sub nu. 3. in finalibus verbis. ff. de Fideiuss.* quod dictum, licèt dici, & interpretari possit, quoad qualitatem, non autem quoad quan-
173 titatem, vt de qualitate, & quantitate † meritorum ex doctrina *Nicolai de Matarellis*, refert *Bald. in l. si donatione, sub num. 2. vsq; in finem C. de collat.* vellicando *Bart.* annotauit, & eiusdem opinionis videtur idem *Bald. in auct. ex testament. C. de collat.* quem sequitur *Bart. Socin. in dicta Regul. 103. nu. 5.*
174 dicens, quòd in eo, quod excedit, non valet † donatio. Vndè *Alexand. in consil. 55. incip. consideratis verbis, col. 4. versic. Et quòd debet attendi qualitas, vol. 1. Carol. Ruin in consil. 173. sub num. 12. volu. 1. in cons. 140. sub num. 6. vol. 4. Deci. in dicta, l. si donatione, nu. 16. Corn. in cons. 45. incip. licet in hoc indicio, in fin. vol. 4.* cum alijs, quos allegat *Ioan. Cephal. in consil. 94. num. 19. vol. 1. in cons. 272. nu. 28. vol. 2. in cons. 445. nu. 23. vol. 3. Barthol. Socin. in consil. 84. incip. Accuratissimè, num. 13. versic. Quare cum remuneratio. vol. 3. Marc. Ant. Natta in cons. 188. num. 2. vol. 1. Roland à Valle in cons. 18. n. 71. vol. 2.* quem cum alijs refert *Iosephus Mascard. de Probat. Conclu. 186. nu. 1. 2. Tiraquell. de Reuoc. Donationib. in verb. Donatione largitus, nu. 79. 80. Marc. Ant. Peregrin. in Cons. 76 num. 28. vol. 1. Marian. Iunior. in cons. 8. num. 30. vol. 4.*

DECLARA Quartò posse donare filio in potestate studiorum causa patrem, æquiparando
175 † causam studiorũ causæ dotiũ, vt illã æquiparat *Bartol. in l. prima, nu. 31. ff. solut. mat. vbi Bald. col. 5. vers. quia gloss. æquiparat.* dum dicit, quòd valet donatio inter patrem, & filium in potestate causa studiorum, & ibidem declarat *Angel.* quòd donatio
176 patris facta † filię in potestate causa dotis, *l. Pomponius Philadelphus. ff. Famil. herciscund. gloss. in l. 2. de inofficios. donat.* quod tenet etiã. *Raph. Comens. in dicta l. 1. Ludouic. Rom. in l. Donatio §. pater. ff. de Donat.* quos sequitur *Iason in dicta l. prima, nu. 51. 62. ff. solut matr.* dicens hanc esse communem opinionem. *Barth. Socin in dicta Regul. 105. nu. ... Ferdinandus Loazes, in l. filius Familias §. Diui. nu. 85. ff. de legat. 1. Petr. Rebuff. de Priuilegijs Scholarium. Priuilegio 60. num. 2. Bernardin. Scodobius in Repetition. Auct. habita. Cap. 15. incip. veniens, & in eis securè, nu. 45. C. Ne fili. pro patr. Iul. Clarus in §. Donatio. q. 8. vers. Tertio infertur. Ascanius Clementin. de Patria potestate, cap. 6. effectu 17. nu. 49. 50.*

QVANTVM attinet ad donationes, quæ fierẽt per filios familias patribus, visũ est mihi cõgruen-

177 tius † mentionem facere in Titulo ſequenti, ad quem lectores remitto.

DECLARA quinto non procedere in Im-
178 peratore, ſeu † Rege donante filio *vt arg. l. pen. C. de Donat. int. vir. & vxor.* cuius authoritate ità voluit *Bald. in c. 1. §. Item Sacramenta, col. pen. verſ. vtrum de Pace tenend. & Iurament. firm. Oldrad. in conſil. 231. incip. vt eius, de quo quæritur, in primo dubio. Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 196. incip. confirmatio.* & latius alios allegans *Reſtaurus Caſtaldus in Tract. de Imperatore, q. 110. §. 293.*

DECLARA ſextò matrimonij, & nuptia-
179 rum † cauſa patrem poſſe filiofamilias donare, *arg. dictæ, l. Pomponius Philadelphus.* cauſas, & rationes aſſignat *Anton. Faber in Codice Fabr. lib. 8. titul. 34. Definitio. 1. per totam.*

ARGVMENTVM.

In donatione inter viuos non debet fieri mentio mortis, & duo teſtes requiruntur, in donatione cauſa mortis quinque requiruntur. & nudo pacto perficiuntur iſtę donationes. Donans reſeruato vſufructu inter viuos dicitur donare. cauſa mortis donatio vltimæ voluntati adhæret, in eaque poſſunt ſubſtitutiones fieri, & capit vires à morte donantis. filiusfamilias non poteſt donare inter viuos, niſi caſtrentia, vel quaſi; Pater poteſt donare filio emancipato non in poteſtate, ex cauſa tamen ſtudiorum valide donat. Abſenti non poteſt donari, niſi interueniat, uel epiſtola, uel notarius ſtipuletur pro abſente, & hoc etiam requiritur in donatione cauſa mortis, ſi tamen præſens eſſet donatarius præſumitur conſentire. Infanti, & concubinæ donatio facta tenet de iure ciuili. Omnium bonorum donatio reſeruato uſufructu ualida eſt, & hæc materia pleniſſime tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos ab Vlpiano dicitur propria, altera cauſa mortis dicitur impropria.*

2 *Donatio cauſa mortis, quæ non liberalitate ſimplici, ex cauſa retractatur.*

3 *Donari dicitur, quod nullo iure cogente conceditur.*

4 *Donum eſt, pro quo nihil debetur, ex Suida.*

5 *Donum donatio eſt irreuocabilis, in qua donato delectatur, non niſi, vt donatum ſit.*

6 *Donationis hæc ſunt, cum dominium rei noſtræ damus perpetuo, Donatio; cum ad tempus, vt ipſa, aut ſimilis reddatur, Mutuum; Quum vſum eius, commodatum; quum operam noſtram, Mandatum; cum diligentiam noſtram, in re alterius conſeruanda, depoſitum nominatur. Hæc Connanus.*

7 *Donatio eſt, quæ nullo vrgente iure, ſed magis ex mera liberalitate, & munificentia in alterum ſit collatio.*

8 *Donatio proppria dicitur, cum quis dat ea mente, vt ſtatim velit accipientis fieri.*

9 *Donationis contractus nobilior, & honoratior appellatur.*

10 *Donati Titulus eſt gratiſſimus.*

11 *Donatio habet ſpeciale, & elegans nomen, & eſt titulus iuſtiſſimus ad transferendum habilis.*

12 *Donatio inter viuos illa eſt, quæ ſine mortis cogitatione fit, & eſt irreuocabilis.*

13 *An ſi in ea fiat mentio mortis, dicatur inter viuos, ſi dicat, quòd reuocari non poſſit, nu. 16.*

15 *Donatio, an præſumatur eſſe inter viuos, ſi in illa mentio mortis facta non fuerit, nu. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.*

27 *Pro facienda donatione mortis cauſa quinque teſtes requiruntur.*

28 *In ſtatu Eccleſiaſtico duo teſtes, cum parocho in donatione cauſa mortis ſufficiunt in donatione inter viuos, duo, vel Tres, nu. 29.*

30 *Donatio hodie nudo pacto perficitur, & in donatione etiam cauſa mortis actio ex nudo pacto locum habet, num. 31.*

32 *In qualibet donatione cauſa mortis neceſſe eſt mortis mentionem fieri, nu. 33. 34.*

35 *Voletudinis infirmitatem, periculum inſtans vocamus.*

36 *Infirmitas, ſiue morbus, quid ſit? nu. 56.*

36 *Morbus, eſt totius corporis corruptio ſecundum Ciceronem, nu. 38.*

39 *Infirmitates incinerant humores, & corpus ad terreſteritatem inducunt.*

40 *Infirmitas morti æquiparatur.*

41 *Donatio cauſa mortis ab infirmis, & ſanis facta mortis mentione fieri valet.*

42 *Hoſtium incurſus, & inimicorum eſt inſtans, & iuſtus mætus, ſufficiens ad faciendam mortis cauſa donationem, nu. 43. 44. 45.*

45 *Bella geſturi, aliquid numinibus ob victoriam pollicebantur.*

46 *Hoſtes, qui dicantur?*

47 *Præda dicebatur, quod bello quærebatur.*

48 *Prædones, qui ſint? nu. 50.*

49 *Spartacus latro famoſus, gladiatorum munus exercuit perditos, & fugitiuos homines conduxit, Romanis bellum intulit, Clodium Glabrionem vicit, Lentuli exercitum diſſipauit, Tertiò apud Mutinam Caſſij Caſtra deleuit, donec à Marco Licinio Craſſo in Brutijs ob penuriam Nauium non valens in Siciliam trajicere dimicando tamquam bellator occiſus eſt.*

51 *Crudelitatis eſt horridus habitus truculenta ſpecies, Violenti Spiritus, vox terribilis.*

52 *Crudelitas, minimè humanum malum eſt, indignũque Regis animo, Ferina iſta rabies eſt, ſanguine*

gau-

gaudere, ac Vulneribus & abiecto homine, in Siluestre animal transire.

53 Superbiæ, & crudelitati, si ferè, non tamen læues veniunt pœnæ, nu. 54.

55 Nauigationem ſuſcipientes fortunæ iudicium ex profeſſo ſuſcipiunt.

56 Noe ſecundus parens, DEI iudicio, & gratia ſeruatus, primam Nauem, (quam Arcam vocamus) intrepidè ingreſſus, nullo timore aquarum Diluuij perterritus Gloriæ Triumphum à DEO promeruit.

57 Qui nauigant mare, narrant pericula eius.

58 Maris nauigationem, & illius pericula ex Iuuenale.

59 Pyratæ in mari mala damna inferunt.

60 Pyratæ fidei Chriſtianæ hoſtibus æquiparantur, iniquiſſimum, & peſſimum hominum genus, nu. 63.

61 Pyratæ Maris, & fluminum ſunt excommunicati, num. 62.

64 Infeſtamur in mari per latrunculos.

65 Vitio datur Sexto Pompeio Magni Pompei filio, quòd Pyratam exercuerit.

66 Michael Martines de Pilar I.C. Doctiſſimus conſiliarius, & in ſupremo Aragonum Conſilio Regens, eleganter, & Doctiſſimè ſuadet Regi Noſtro ad reacquiſitionem Algeriæ, & Bugiæ ad compeſcendos Pyratas Maumetanos, qui non ſolum Hiſpaniæ Regna, ſed totum Chriſtianum Orbem infeſtant, in Diſcurſu ad hunc finem edito.

67 Ioannis Baptiſtæ Valenzuelæ Velaſquez I.C. Doctiſſimi, in Regno Neapolis Regentis Conſilij ſupremi, Præſidentis Sacri Conſilij, & Vice protonotarij, laudes.

68 Citatus ad non tuta loca, ſed inſidioſa, non tenetur ire ad comparendum, etiam ſi fieret ſaluus conductus.

69 Inimicis ſuis capitalibus non debet quis ſe confidere.

70 Vbi ſunt odia, & partialitates, non tenetur quis cõparere, ſed excuſatur, etiam ſi non mittat excuſatorem, vel procuratorem.

71 Iuſta timoris cauſa ſunt partialitates, & factiones Tyranni, vel inimicorum, & bella etiam externa, & non tuti loci.

72 Senectus infirmitas dicitur, & ſenes infirmi dicuntur.

73 Senes dicuntur morti proximi.

74 Senio confectus dicitur ſenex morbum habens.

75 Inſtante ſenecta, illaq; confecta exiſtens, donando, dicitur cauſa mortis donare.

76 Donator vſumfructum ſibi reſeruans, cauſa mortis donare videtur.

77 Per vſusfructus reſeruationem in vita factam, ſublata eſt mortis expectatio, & valet in vita.

78 Vſusfructus formalis, qui eſt quædam ſeruitus, non poteſt ſtare cum dominio.

79 Donans vſumfructum talis fundi, reſeruato ſibi vſufructu in vita, dicitur feciſſe donationem inter viuos, & dicitur tranſlatum dominium, amplia, num. 80.

81 Donatio cauſa mortis, contractui inter viuos, an verò vltimæ voluntati adhæreat? Intellige, num. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93.

93 Placentinus, & Azo ſunt in docendo iure ciuili, duo ſplendidiſſima lumina.

94 In donatione cauſa mortis, an poſſit fieri ſubſtitutio.

95 Subſtitutiones, an fieri poſſint in contractibus?

96 Qui dicit teſtamentum falſum, donationem non amittit, etiam ſi ſit càuſa mortis, dummodo ſit facta ante teſtamentum.

97 Legatum hæreditatis additionem requirit, ratio quare, nu. 99.

98 Donatio cauſa mortis non capit vires à teſtamento, ſed à morte donantis.

100 Legatum non poteſt à legatario propria authoritate capi, quia eo priuaretur.

101 Filiusfamilias donare inter viuos non poteſt. Limita, nu. 102. 103.

104 Cauſa mortis Donare filius familias, an poſſit.

105 Pater donare poteſt filio emancipato, non autem in poteſtate. Intellige, num. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 115. 116. 117. 118.

114 In duobus caſibus in donatione ob merita per patrem facta filio, non requiritur, meritoq; probatio.

115 Donare, an poſſit pater filio naturali. Declara, num. 116. 117. 118. 119. 120.

121 Donare, an poſſit filio Doctori, vel ex cauſa ſtudiorum? nu. 122. 123.

124 Pater donauit filiæ in cauſa matrimonij quædam bona, poſtea faciens teſtamentum ſuper illis bonis facti fideicommiſſum, an dictum onus imponi potuerit? declara. num. 125. 126. 127. 128. 129. 130.

131 Abſenti, an fieri poſſit donatio, & quomodo fiat, vel valeat, num. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165.

132 Donatio exigit donatoris, & donatarij conſenſum. 133.

133 Nemo cogitur donationem, & beneficium recipere.

137 Notarius an poſſit ſtipulare donationem pro abſente. Intellige, num. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147.

144 Donatio acceptata per notarium, an requirat acceptationem, & ratificationem Donatarij? Declara nu. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153.

154 Donatarius, qui fuit abſens, & tamen cœpit poſſeſſionem rei donatæ, an quæſierit dominium, & remaneat valida? nu. 155.

156 Ius reuocandi donationem competens donanti, an competat hæredi?

157 Ratificatio donationis competens donatario abſenti, an eo mortuo competat ſuo hæredi.

158 Donatio cauſa mortis, an requirat ſtipulationem, & acceptationem, & an fieri poſſit nudo pacto? num. 159. 160. 161.

162 Expreſſa donatio cauſa mortis, in qua non fuit præſens donatarius tamen in eius beneficium, & factum tamquam fideicommiſſum valebit.

165 Dictaq; donatio in vim fideicommiſſi eo modo facta va-

valens, reuocari poterit, tamquam vltima voluntas.

166 *In donatione causa mortis debent quinq; testes interuenire, sed in Regno Neapolitano debet interuenire iudex ad contractus, per Const. Regni. Instrumentorum robur, nu.167. an sufficiant tres testes iuxta formam statuti Senensis, nu.168.*

169 *Donator si prius moritur, quàm donatarius, donatæ rei dominium ad heredes donantis reuertitur, quia donatarij ratificatio post mortem donantis fieri non potest, nec valet, nu.170.171.*

172 *Donatio, pro qua interuenit notarius, si notificetur donatario, ab alioq; absq; donantis voluntate, valida non erit, nu.173.*

176 *Donatio Infanti facta, notario stipulante pro eo, valida erit, declara. num.177.178.179.180.181.182.183.184.185.186.*

180 *Infans cum tutoris authoritate potest hereditatem locupletem adire.*

183 *Intellectus, l. Donatorum, C. de Acquir. possess. num.184.185.*

187 *Concubinæ donari, an possit, & donatio valeat? Declara de iure Pandectarum, iure Codicis, iure canonum, Sacra Scriptura, & aliarum Gentium, nu.188.189.190.191.192.193.194.195.196.197.198.199.200.201.202.203.204.205.206.207.208.209.214.215.216.217.218.219.220.221.222.223.224.225.231.232.233.*

190 *Iure Digestorum non est permissus in Virgine, nec in vidua concubinatus.*

190 *Magistratus in prouincia, quam habebat, poterat concubinam habere.*

192 *Iure ciuili concubinatus non est improbatus.*

196 *Ecclesiasticis personis concubinatum prohibuit Iustinianus, nu.197.*

198 *Spurius natus ex illustri per concubitum succedit matri, nu.199.*

199 *Concubinatus iure Codicis inter solutum, & solutam licitus est.*

201 *Pellex græcè, an concubina latinè, vel amica dicatur? nu.202.203.*

202 *Intellectus, l. Massurius Sabinus. 144. ff. de verb. signific.*

204 *Laurentij Valle calumniæ aduersus Iurisconsultum, & alios opinio reijcitur, & defenduntur alij per authorem, nu.205.206.207.208.209.210.211.212.213.*

205 *Pellices, an pallaces melius appellari debeant, num.206. cum seqq.*

214 *Concubinatus iure canonum prohibitus, nu.215.*

216 *Voluntas DEI (secundum Apostolum) est sanctificatio nostra, vt abstineamus à fornicatione.*

217 *Concubinatus à summo Tridentino Concilio damnatus.*

218 *Machia in Sacra Scriptura prohibita, sub qua omnis illicitus concubitus prohibetur.*

219 *Abraham cum Agar concubuit suasione Sarai suæ vxoris, nu.220.*

220 *Iacob, vt staret cum Lia, credens stare cum Rachele, fuit ex artificio Labam Soceri, nu.221.222.*

223 *Concubinæ in sacra scriptura stabant in domo, & seruiebant vxoribus & matrifamiliæ.*

224 *Salomon nimio multierum amore excessit alios, nume.226.*

225 *Salomoni fuerunt vxores, quasi Reginæ septingentæ, & concubinæ Trecentæ.*

226 *Ineffrenatam viuendi licentiam tot vxorum, meretricum, & concubinarum à Salomone ductam nonnulli Reges, & Principes viri imitati fuere.*

227 *Concubinarum vsus apud Persas peculiaris fuit.*

228 *Vuolodimierus Dux Rhutenorum, seu Moscouitarum habuisse Trecentas concubinas in Alto castro apud Belgradum notum est.*

229 *Commodus Imperator Trecentas tenuit concubinas, nu.230.*

234 *Milites concubinis eorum, an donare possint? num.235.236.237.238.*

239 *Sacerdos, religiosus, an donare possit concubinæ? nu.242.243.244.245.246.247.248.*

240 *Priuilegium Terrestris militiæ, an competat militi cælestis militiæ, nu.241.*

244 *Merita, an sint probanda?*

249 *Donatio si contineat conditionem an sit donatio? nu.250.251.255.256.*

252 *Donato siue sit inter viuos, siue causa mortis, siue sub conditione, siue in diem, siue ex die, siue sit puræ obseruari debet cum suis pactis, si pacta sunt talia, quæres, vel bonos mores non respiciunt.*

253 *Pacta, & conditiones non mutant naturam donationum.*

257 *Filius familias, quando possit donare patri, & alijs? nu.258.259.260.261.262.263.*

261 *Filiusfamilias quando possit donare dotem causa mortis, vel inter viuos consentiente, vel non consentiente patre? nu.263.*

264 *Bona castrentia, an possit filius donare, vel quasi castrentia absq; patris consensus? nu.265.*

266 *Bona, in quibus pater non habet vsumfructum, an possit filius familias donare absq; patris consensu. Declara. nu.267.268.269.270.*

272 *Filius familias volens patri causa mortis donare, an possit sibi ipsi consensum præstare? num.273.274.275.276.277.278.279.280.281.282.283.284.285.286.287.288.289.290.291.292.293.294.295.296.297.298.299.300.301.302.303.304.305.306.307.308.309.*

282 *Iacobi Ferrarij Iuris consulti Tholosani laudes.*

285 *Author in rem suam nemo esse potest.*

288 *Tutor bona fide, & publicè potest pupilli bona emere, nu.289.*

290 *Statutum requirens consensum consanguineorum in contractibus multierum dicitur aquissimum.*

263 *Stante statuto simili, an mulier si contraheret cum propinquis, posset sine illorum consensu contrahere?*

295 *Statuto dictante, quòd vxor non possit testari sine consensu viri, si vult virum instituere, an ille possit consentire.*

298 *Accursij glossatoris benedicenda memoria, laudanda,*

da, & extollenda Vrbis Florentiæ magnanimitas, quæ tantæ ſcientiæ virum produxit.

303 *Iacobi Cuiacij dicta, contra Guidonem Papæ in deciſion. 223. nu. 304. 305. 306. 307. 308.*

309 *Conſenſum Generalem an præſtare poſſit pater filio familias ad donandum, & an deſeruiat, ſi eo caſu donet patri?*

310 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, an valida ſit? Declara pluribus modis, num. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. vſq; ad nu. 351.*

311 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, an ſuſtineatur cum iuramento? nu. 312. 313. 314. 315. 316. 317.*

318 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, an valeat, ſi reſeruet donans ſibi quantitatem, vel rem, in qua poſſit teſtari? num. 319. 349. 350.*

320 *Mulier monaſterium inſtituens in omnibus bonis, ac promittens teſtamentum non mutare, nec reuocare, & ſi mutauerit, vel reuocauerit, ex tunc hæredi ſcripto donat, ſi mutauerit, vel reuocauerit, vel alteri monaſterio teſtamentum faciendo, vel illa ingreſſa diſpoſuerit, an valeat? Vide, nu. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328.*

329 *Donatio omnium bonorum, præſentium, & futurorum, reſeruato vſufructu, an valeat? Declara, nu. 330. 331. 332.*

333 *Donatio omuium bonorum mobilium, & immobilium, an valida ſit? nu. 334. 335. 336. 337. 338. 339.*

340 *Donatio bonorum omnium mobilium, alteri verò omnium immobilium, an eo caſu iura, & actiones mobilium debeantur donatario mobilium, & iura, & actiones immobilium donatario illorum? n. 341.*

342 *Donans omnia bona ſua mobilia, & immobilia, hic, & vbiq; exiſtentia, an comprehendantur iura, & actiones?*

343 *Donatio bonorum, non adijciens mobilia, vel immobilia, an eo caſu veniant iura, actiones, & debitorum nomina?*

344 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum per donationem cauſa mortis, an valeat?*

345 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorũ facta Eccleſiæ, vel alteri pio loco, an valida ſit? nu. 346.*

347 *Donatio omnium bonorum ſimpliciter, valida eſt, quia non veniunt futura.*

348 *Donatio facta in contractu matrimonij, quia aliàs non eſſet contracturus, quid operetur?*

351 *Donari, an poſſit hæreditas? nu. 352. nu. 353. 354. 355. 356. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372.*

372 *Facto, an fieri poſſit, puta ego te promitto omnia bona mea poſt mortem meam.*

373 *Iuris patronatus Eccleſiaſtici donatio vt valeat, requiritur ſuperioris conſenſus, n. 374. 375. 376. 377. 378. 379.*

380 *Donationes factæ in fraudem Fiſci, vel creditorum, an repellantur? n. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. vſq; ad fin.*

381 *Fraudis in Fiſcum præſumptio reſultat, & creditorum ex omnium bonorum alienatione, num. 382. 383. 386.*

384 *Fraus etiam an præſumatur ex alienatione maioris partis bonorum, nu. 385.*

387 *Alienatio bonorum facta coniunctæ perſonæ, an præſumatur in fraudem Fiſci, vel creditorum? num. 388. 389. 390.*

388 *Conſanguinei, & coniuncti ſunt noſtri corporis pars.*

391 *Actio reuocatoria, an detur contra donatarium, ſeu debitorem liberatum in fraudem creditorum?*

392 *Donatio ſimulata, an præſumatur, ſi donans poſt donationem poſſideat? nu. 393.*

394 *Donatio facta Clandeſtinè, & ſecretò, an præſumatur fraudulenta? nu. 395. 396. 397. 398. 399.*

400 *Donatio facta prius, & poſtmodum retro donatio ſequitur, prima præſumitur ſimulata, nu. 401.*

402 *Quando ſit alienatio, ſiue donatio in caſu, in quem fieret bonorum publicatio intelligitur facta contra Fiſcum.*

403 *Donatio, ſiue quælibet alienatio velata, quòd donatarius fecerit aliquod mutuum donanti, vel quid ſimile, vt præſumatur in fraudem, nu. 404.*

405 *Donatio, quam ſubſequitur commiſſio delicti, an præſumatur in fraudem?*

406 *Donans dicit donare, purè, & abſq; fraude, an tanto plus præſumatur contractus fraudoloſus, nu. 407.*

TITVLVS DECIMVS.

De Donatione inter viuos, & Donatione cauſa mortis.

DOnatio, quam inter viuos dicimus, & quam Iuriſconſultus Vlpianus ſimplicem, ſiue propriam dicit, altera impropria erit, & cauſa mortis dici poterit. Prima, vera donatio eſt, quæ
1 abſq; vlla cauſa, ſed liberalitate, ac † munificentia ſola, alicui donetur, ea mentis intentione, vt nullo caſu ad donantem reuertatur. Sic *Vlpianus* tradidit *in l. 1. in princip. ff de Donat.* Altera verò,
2 quæ non abſoluto † liberalitatis intuitu, ſed modo, vel conditione, ſiue mortis, aut nuptiarum, aliaue cauſa, poſt modum non impleta retractatur. *vt dicta l. 1. l. Senatus cẽſuit. 35. §. 2. de Donat. cauſ. mort. §. 1. §. 3. inſt. de Donat. l. 1. l. 2. l quoties, C. de Donation. quæ ſub mod.* vt per diſcurſum dicemus.
3 Hinc donari videtur, quod nullo iure cogente † conceditur. *Papinianus in l. Donari 29. ff. de Donationib.* & iterum *in l. Donari. 83. ff. de Regul. iur.* Quia adeo pura, & ſimplex erit, vt nulla lege, naturali, ciuili, vel prætoria debetur. vt inquit *Petrus Faber de Regulis Iuris Antiqui, cap. 82.* vt illa donatio remaneat apud illum, cui donatur. Vnde
4 *Suidas* dicit, Donum † eſt, pro quo nihil debetur. *Et Albertus Magnus Ethicorum lib. 4. tract. 1.*
5 *c. 1.* inquit, Donũ eſt donatio † irreddibilis, in qua

do-

donans nõ delectatur, nisi in donatum esse. nil aliud significans, quàm quòd qui donat ad se redire, vel ab eo, cui donatur, aliquid tamquam fœnus sperare minimè aliquid proponat, vel repetat. *Seneca de beneficijs, lib. 2. cap. 11.* Non est (inquit) dicendum, quid tribuerimus, qui admonet, repetit, non est instandum, non est memoriæ reuocandum, nisi, vt aliud dando, prioris admoneas, ne alijs quidem narrare debemus, qui dedit beneficium, taceat, narret, qui accepit. *Hæc Seneca.* Præterea optimè distinguens *Franciscus Connanus Commentariorum Iuris Ciuilis, lib. 5. cap. 11.* Donationis hæc (inquit)
6 sunt, † cum dominium rei nostrę damus perpetuò, donatio, quum ad tempus, vt ipsa, aut similis reddatur. Mutuum, quum vsum eius, commodatum, quum operam nostram, mãdatum, quum diligentiam nostram in re alterius conseruãda, depositum nominatur. *Sic in summa Vlpiani dictũ Ioannes Perrarius Montanus, lib. 2. Institutionum, in rubr. de donationibus* declarauit, dicens, est autem propriè do-
7 natio, quæ nullo vrgente † iure, sed magis ex mera liberalitate, atque munificentia in alterum fit collatio, ea quidem mente, vt statim fiat accipientis, nec vllo casu ad donãtem reuertatur. Eodem mo-
8 do propria donatio dicitur, cum quis dat ea mente, vt statim velit accipientis fieri, inquit *Petr. Gregorius Sintagmat. iuris, lib. 28. cap. 7. nu. 6.* dicitur donatio liberalis, simplex, vera, absoluta, mera, inter viuos, directa, communis, irreuocabilis, vt dicit antiquus, & singulariſſimus *Doctor Petrus Iacob. de Aureliaco in practica, titul. de condictione ex lege, quæ pro re donata competit in princ. sub nu. 1.*

EX DONATIONIBVS itaque duabus, scilicet Donatione inter viuos, & donatione causa mortis, de quibus cardo illarum est, non dubium
9 est donationis † contractum appellari nobiliorem, & honoratiorem à *Ioanne Berberij in Viatorio iuris, par. 2. rubr. 7. num. 7. Bertrandus Argentreus in Consuetud. Britanniæ des Appropriances, artic. 266. §. 2.*
10 *incip. Hic magnum, nu. 18.* dicit, Donati quoque † titulus est multo gratissimus, vt sicut Poeta scribit, Res non parta labore, sive simplex Donatio sit, sive retentio vsufructu, sive ob causam, estq; eadem hæc inter viuos, & causa mortis, vt propria, & impropria, vt supra diximus, & inferius dicemus. *Iulius Clarus in §. Donatio, q. 1.* dicit, quòd Donatio
11 habet † speciale, & elegans nomen. Estque Titulus Iustissimus ad transferendum habilis. *Ioan. Cephal. in cons. 4. nu. 5. vol. 1.*

DONATIO INTER Viuos, breuiter il-
12 la est, quæ sine aliqua mortis † cogitatione fit, & est irreuocabilis, ità, vt nec Principis rescripto reuocetur, *l. si donationem. C. de Reuocand. donat. §. Aliæ autem donationes. Instit. de Donat. l. Vbi Ità donatur. ff. de Donat. mort. caus.* Et quando in donatione scriptum est animo donandi simpliciter, vel expressum est, quòd donauit inter viuos, etiam si esset facta mentio mortis, vel collata in tempus mor
13 tis, dicitur tamen inter viuos, asserendo, † quòd non possit reuocari, *dicta l. Vbi ita donatur 27. dicta, l. Senatu censuit 35. §. fin. ff. de Donat. caus. mort.* quod optimè concludit *Alexander in cons. 14. incip. circa primum dubium, col. 1. per totum, vol. 1.* & plenius dicit *Marian. Senior in consil. 53. incip. in præsenti consultatione, col. 1. 2. vol. 1. Ioan. Ferrar. Montan. in Rub. Ipsi it. de donationibus, col. 3. versic. Donationem inter viuos, & col. 4. vers. posi remò aduerte.* Hoc idem voluit *Barthol. de Cassen. in Consuetud. Burgund. Rub. 7. des succession. §. 5. in Verb. Ne ordonance, nu. 6. 7. dicens de verb. irreuocabiliter. Pract. Papiens. in forma libelli pro donatione, in Verb. Ex causa donationis inter viuos, num.... post Petr. & Cyn. Bald. in l. quæ dotis. ff. solut. matrim. Oldrad. in consil. 114. incip. factum tale est, quædam mulier, num. 2. & per totum, & in consil. 139. incip. Ad habendum, nu. 3. vers. secundum erit,* & eleganter tradidit *Francisc. Aretin. in consil. 41. incip. diligenter, & maturè, col. fin. versicul sed tamen his vltimis. Et in cons. 74. incip. Diligenter, & maturè ponderatis, col. 2. versicul. Prima ratio fundatur,* quos sequitur *Gulielm. Benedictus, in Repet. cap. Raynutius, in Verb. Testamentum, col. 4. nu. 20. versic. Vndè restat quòd primo modo, ext. de Testamentis,* hanc eandem opinionem tenuit *Thomas Ferrerius in cautela 30. col. 1. versic. Tu autem,* quod & voluit *Vincent. de Franchis, in decis. Neapol. 213. num. 8.* dum dicit, non esse donationem causa mortis, quando apponitur verbum
14 mortis pro demonstratione temporis.

DECLARA donationem in dubio præsumi esse inter viuos, non causa mortis, quia hoc præsupponens probare tenebitur, quamquam moriens quis faceret donationem, si in illa specificè
15 † mentionem mortis non fecerit, *l. Seia. §. final. ff. de Donat. caus. mort. vbi Bartol.* dicit esse casum notabilem, simile dicitur, *in l. Seia. 12. ff. de dote præleg. l. cum maritus 29. §. fin. ff. de Pactis dotalibus,* vbi est casus magis clarus, quòd est facta mentio, &
16 tamen est inter viuos, † & annotauit *gloss. in dicta l. Seia, de Dote præleg. Gloss. in l. fin. in Verb. indigere. C. de Donat. caus. mor. Francisc. Marc. in decisio. Delphin. 486. numer. 5. vol. 1.* quod dictum sequuti sunt *Dynus Bartol. Bald. Ioan. de Imol.* vti refert, & sequitur *Alexand. in l. quæ dotis, numer. 6. ff. solut. matr. Oldrad. in dicto consil. 114. & in dicto consil. 139. Dynus in consil. 44. incip. Quæstio, de qua agitur, numer. 1. 8. Angel. in consil. 179. incip. Visis prædictis Instrumentis, col. 6. versic.* Et quòd donatio in stipulatum deducta. Vbi dicit, quòd licèt facta esset
17 mentio † mortis partes irreuocabilem esse voluerunt, & ideo donatio inter viuos erit, volui notare verba, & principium, quia multi illud allegarunt sub alio numero, qui non reperitur. Idem concludit *Doctissimus Franciscus de Aretio in consil. allegato 41. & consil. 74. Ludouic. Roman. in cons. 513. incip. in casu propositæ consultationis in fin.* sequitur *Augustinus Berous in consil. 37. sub numer. 20. vol. 1. Ioan. Berberij in Viatorio Iuris parte 2. Rubr. 5. num. 3. Barthol. de Cassen. in Consuetud. Burgundiæ. Rubrica 7. de successionib. §. 5. in Verb. Ne ordonance, sub num. 6. 7. versic. aduerte. Didac. Couarruuias, de*

Testa-

Teſtamentis parte 2. ſub num. 11. dicens hanc eſſe communem ſententiã, & neminem dicit eſſe contradicentem *Marcus Anton. Natta in conſ. 104. ſub num. 6. vol. 1. in caſu*, in quo dicitur in donatione,
18 cum pacto expreſſe de non reuocando, quia † dicitur inter viuos. *Iul. Clarus in §. Donatio. q. 4. per totam. Ripa in Tract. de Peſte. Titul. de Priuilegijs contractuum ſub num. 175. verſic. ſed contra, & lib. 3. Reſponſ. cap. 9. ſub numer. 4 verſicul. prædictis non obſtantibus. Alexand. in conſ. 14. Inc. Circa primum dubium, col. 1. vol. 1 Marian. Socin. ſenior in Conſil. 53. incip. In præſenti conſultatione, per totum, vbi plenè, vol. 1. & in conſil. 130. incip. Viſa contingentia, col. 3. verſic. Circa tertiam, eo. vol. 1. & in conſil. 135. volum. 2. quod eſt duplicatum. Iacob. Menoch. in conſil. 84. numer. 65. vol. 1. & de Præſumptionibus, libr. 3. Præſumption. 36. Nicolaus Boerius in Deciſion. Burdegalenſ. 353. numer. 1. 11. 12. Polydorus Ripa ſingul. obſeruat. 49. nu. 1. Roland. à Valle in conſil. 8. numer. 20. vol. 1. Petr. Duennas in Regul. 217. Decius in conſil. 305. incip. Iuridicam, ſub numer. 6. verſicul. Et in tali caſu, & in conſ. 500 incip. in cauſa quæ, num. 10. verſic. Et facit, quod notat. Guidus Pancirol. in conſil. 59. num. 90. Borgnin. Caualcan. in Deciſ. Fiuizan. 42. numer. 12. parte 1. Hieronym. Magon in Deciſ. Florentin. 87. Ioannes Philipp. in Reſponſ. 16. numer. 1. 2. 3. Idem Ripa Iunior. de actis in Articulo Mortis, cap. 4. num. 11. 12. Et cap. 76. nu. 6. Decius in l. Non omnis, num. 5. ff. ſi cert petat. Iaſ. in l. quæ dotis, num. 26. ff. ſolut. matr. Ioſeph. Maſcardus de probationibus, concluſ. 562. ſub num. 6. Hieronym. Treutlerus Diſputation. Selectar. Parte 2. Diſput. 19. ſub Theſi. 9. Petrus Gregorius Sintagmat. iuris, libr. 28. cap. 14. per totum. Hippolyt. Riminal. de Donationibus, in princ. numer. 319. Bernardin. Alfan. in Collectan. 898.* quem refert, & ſequitur *Marc. Ant. Amatus in deciſ. Marchiæ 46. nu. 43.*

GONTRARIAM opinionem allegarũnt tenere *Bartol. Bald. Ioan. Fabr. & Salycet. in l. 2. C. de Iur. dot.* quòd vbi eſt mortis mentio præſuma-
[18 tur donatio † cauſa mortis, quam dicit eſſe communem Doctorum opinionem *Cardinal. Pariſius in conſil. 16. num. 4. vol. 2.* quod dicit etiam *Ioſephus Maſcard. de Probat. in dicta Concluſ. 562. num. 1. D. Præceptor Ioan. Bolognettus in conſ. 7. nu. 7.*

EGO conſiderans omnes Doctores, quos ſupra in Declaratione allegaui, quos etiam in fonte (vt dicunt) vidi, & capita, numeros, & verſiculos annotaui, aſſero paruas, ac modicas eſſe contrarietates, ſed hanc materiam totam pendere ex conceptu verborum, quæ poni ſolent in donationibus, & proinde proſequar breuibus dicens pro alia declaratione, quòd quando in verbis ſubſtantialibus
19 contractus †à principio eſt facta Donatio ſubſtantialiter, & ſimpliciter cauſa mortis, & in verbis ſubſtantialibus, nihil fuit dictum de Reuocatione, ſed tantum clauſula acceſſoria, quę reſpicit contractus executionem, dictans, quæ omnia, & ſingula promiſit ipſe donator attendere, & obſeruare, &c.
20 tunc erit donatio † cauſa mortis, *arg. Clem. primæ, in fin. de Præbend.* vbi clauſula acceſſoria, quæ executionem diſpoſitionis factæ reſpicit, principalem diſpoſitionem alterare non dicitur, iſtud concludit *Decius in conſ. 305. incip. iuridicam ſub num. 7. & 8. verſ. ſecundus*, dicens, quòd ad iudicandum dona-
21 tionem eſſe cauſa mortis, non † attenditur, quòd in verbis executionis ſit facta mẽtio mortis, allegans *Bald. Cardin. Imol. Alex. & Socin.* & illum *Deci.* ſequitur *Curti. Iun. in conſ. 56. num. 3. Carol. Ruin. in conſ. 51. col. 4. vol. 1. & Cardin. Pariſ. in conſ. 16. numero 4. vol. 1.*

DECLARA Tertiò, quòd ſi fiat donatio facta mentione de hæredibus donatarij dicitur do-
22 natio inter viuos, ex his, † quæ notat *Bald. in l. 1. in 1. lectura, ſub nu. 4. Verſic. Quid enim ſi iſte, C. de iur. dotium*, nam hæredum mentio adaptatur magis ad donationem inter viuos, quàm ad donationẽ cauſa mortis, cum donatio inter viuos ad hæredes tranſmittatur, ſed donatio cauſa mortis non, ſi donatarius prius decedat, quàm donator, vel quàm exiſtat conditio donationis, quia habet naturam lega-
23 ti, & legatum conditionale non tranſmittitur † ſi decedat legatarius antequam dies legati cedat, *l. vnica, §. ſinautem ſub conditione, C. de caduc. tollend.* & idem repetit, ac tenet *Alexand. in dicto conſ. 14. col. 1. verſ. poſtremo etiam ex alio, vol. 1. & in conſ. 7. incip. Viſo inſtrumento, nu. 15. vol. 6.* quod benè declarat *Aym. Crauetta in conſ. 114.* dicens, quòd ſi facta eſt donatio cauſa mortis, pro ſe, & filijs, argui-
24 tur, † quòd donator voluerit facere donationem inter viuos, quia illud pactum eſt contra naturam
25 donationis cauſa mortis, de cuius natura eſt, † quòd præmoriente donatario, euaneſcat donatio, nec tranſeat ad filios. *Franciſc. Aretin. in conſ. 74. incip. diligenter, col. 2. verſicul. Tertio moneor, quia notarius. Nicol. Boerius in deciſ. Burdegal. 353. ſub num. 12. verſicul. Item etiam quando*, & hanc dixit, eſſe communem opinionem *Roland. à Valle in conſil. 8. num. 21. vol. 1. Michael Craſſ. in §. Donatio. q. 1. nu. 7. Ioan. Cephalus in conſil. 44. nu. 27. vol. 1. Riminald. Senior. in conſ. 157. num. 4. vol. 1.*

ITAQVE Hoc luce clarius eſt, Donationũ verba manifeſtum facere, an illæ inter viuos, vel cauſa mortis fuerint, ſuper quibus videri poterunt
26 † omnes illi Doctores, quos ſupra retuli *hoc eodem tit. verſic. Donatio inter viuos, nu. 12. 13. & verſic. declara donationem, num. 15. cum pluribus ſeqq.*

Pro facienda, & probanda donatione cauſa
27 † mortis quinque teſtes requiruntur, *vt in l. fin. C. de Donat. cauſa mort. l. fin. C. de codicill. Gloſſ. in c. pluralis locutio. de Regul. Iur. in 6. Specul. in Titul. de Teſte. §. reſtat. nu. 2. verſic. Item in donatione. Nellus de Sancto Geminiano, in tract. de Teſtibus parte 2. nu. 84 Iaſon. in l. quæ dotis, num. 41. ff. ſolut. matr. Ioan. Berberij in Viator. Iuris, parte 2. Titul. 5. numer. 5. Fridericus Schench de Teſtibus, ſub num. 58. Marc. Anton. Natta in conſil. 104. numer. 4. 14. & in conſil. 123. num. 3. vol. 1. Iacobin. de Sancto Georgio in Inueſtitura Feudali, in Verb. Dictique Vaſalli promiſerunt non committere Felloniam, ſub num. 5. Roland. à*

Valle

Valle in conf.55.num.55.vol.1.in consil.61.num.11. 18.Vol.2.Francisc. Marc.in Decis. Delphil.486.nu. 2.vol.1.Ioan. Petr. Surd. in Decis. Mantuan.149. nu.17.Marian.Iun.in conf.62.num.12.vol.4. Et in conf.21.num.12.vol.1.Ioan.Franc. de Ponte in conf. 83.num.11.Anton.Faber in Codi.Fab.lib.3.tit.20. defin.6.num.18.Barthol.Socin.in conf.137.inc.mul-tum eleganter, col.1. vol.1. Octauian. Cacheran. in decis.Pedemontan.52.nu.6. Christophor. Torniol. in consil.67.num.9.Nepos de monte Albano de Testibus, nu.86.Portius in conf.36.num.43.vide infra versic. Declara septimo dummodo,nu.166.

IN STATV Ecclesiæ in donatione causa
28 mortis † sufficere duos testes cum parrocho voluit *Hieronymus Gabriel. in conf.154.nu.2.3.vol.1.*

29 DVO tamen, vel tres testes sufficiunt † in donatione inter viuos, *arg.l.Vbi numerus.ff.de Testib. in c.pluralis locutio,de Regul.Iuris in 6.& post Bald. in Auct. Sed nouo Iure C.si cert. petat.* voluit *Franc. Marc.in dec.Delphinal.486.nu.2.vol.1.Marian.So-cin.Iun.in conf.21.num.13.vol.2.Anton.Faber in Codic.Fabr.lib.3.tit.20.defin.6.nu.18.*

30 NVDO Pacto hodie donatio † perficitur, *l.si quis argentum §. sin autem hoc minimè C. de Donat. Angel. in consil.279. incip. ex Themate non col-ligitur, col.2. vers. Hoc præmisso, ante eum Gloss.in l. cum pater §.Meuio.ff.de legat.2.Lud.Roman.in conf. 486.incipient. In casu propositæ consultationis,num.1. Bartholom.Socin.in l.2. num.11.ff.de leg.1. quod, & si tenent. Deci.in Rubr. C. de Pact. num.4.* dicit, tamen consuluisse contrarium. Tamen hanc contra *Decium* defendit *Hieronym. Cagnol.in eadem Rubr. num.16. cum pluribus seq. Iulius Clarus,in §. Dona-tio.q.14.in princip. Latè Iason in §.In personam,num. 57.cum pluribus seq. Instit. de Action. Ioa.Bolognet. Præceptor in consil.7.numer.38.Octauia.Cachera.in decisio. Pedemontæ.120. num.5.14. Ioan. Coras. Mi-scellan.lib.3. cap.15. numer.14. Iosephus Ludouic in decis. Perusin.69.sub num 5.& nouissimè Dominicus Arumæus in dec.Ienensi 13.nu.30.*

EX NVDO pacto non modò actio locum habet in donatione inter viuos, sed etiam in dona-
31 tione ex causa † mortis, *patet ex gloss.in dicta l.cum pater.§. Meuio, in Verb. donabat.& in Verb. Reuo-caretur.ff.de legat.2. Cyn.in l.fin. C.de Donat. Caus. mort.& Bart.in l.1.num.2.ff.eod.Tit.* quos refert, & cum alijs cumulat, & sequitur *Alexand.in conf.113. incip.Perspectis his, nume.5.vol.6.post Corne. Socin. Deci. Bertrand. Gomez, & Didacum*, voluit *Iulius Clarus in §. Donatio.q.14. versic.& hæc quidem. Lu-douic. Roman. in singul.523. incip. sed quæro in scis. Hieronym.Cagnol.in l.semper qui non prohibet,num. 4.ff.de Regul. Iur.* & infinitos more solito allegans *Andr. Tiraquel.in Repet.l.si vnquam,in verb.Dona-tione largitus,num.248.C.de Reuocat. Donatio.& de legibus connubialib. in Verb.Contracter. gloss.5.nu. 64.81. Hieronym.Ceuall.Practicar.quæst Commun. contra communem,q.208.Corasius in dicto lib.3.cap. 15.num.14. Octauia. Cachera. in dicta decisio. Pede-monta.120.num.5.14.Hieronym. Gabriel. in conf.16. numer.18. vol.1. Christophor. Torniol. in consil.37. num.12.Ioa.Franc.de Ponte in Conf.83.nu.1.*

OPORTET In qualibet donationis mortis causa specie, vt dictum est, mortis mentionem in-ferere, alioquin, non ex eo, quòd, quis se mori-
32 turum cogitasse † solum asseret, sufficeret, nisi ità diceret donare, quia sola mortis mentio, donatio-nem mortis causa non facit, nisi expressè dicatur, exemplum habemus *in l.1. C. de Donat. caus. mort.* in qua patet, quòd pactum reciprocum inter ali-quos factum, vt altero ipsorum præmoriente por-tionem bonorum præmorientis acciperet, vali-dum est, *iuxta text.in l.Scia.42.§. fin.ff. eod. Titul.* est enim illa causa mortis, propter quam fiat do-natio, scilicet mortalitatis cogitatio, intuitu præ-
33 sentis, vel instantis periculi mortis † vt *in dicta l. Scia. §. fin.* Periculum instans demonstrant, non tantum infirmæ valetudinis causa sed propinquæ mortis, vel ab hoste, vel à prædonibus vel à po-tentis hominis crudelitate, aut odio, aut Nauiga-tionis incundæ, aut iturus per loca insidiosa, aut ætate confectus, *l.Iulianus 2. l.mortis causa 3.l.aut per insidiosa 4.l.aut ætate 5.l.hæc enim 6.ff.eod.titul.* Quæ operantur, vt ante mortem rebus donatis potiatur donatarius, volente tamen donante, re-uocatur autem ista donatio, quæ licet accipientis
34 interim facta fuerit, reuocatur tamen † ob conua-lescentiam, & causas vt narrat *Iurisconsultus,in l. 1.§.dat.vers.Item cum ipse.ff.de Donat. Titulo gene-rali*; vel poterit reuocari si peniteat donantem, *l. cum hic status.§.pœnitentia.ff.de Donat.inter vir. & vxor.l.si mortis causa 29.l. Qui mortis 30.l.senatus censuit 35.§.1. versicul. etenim ibi.ff. de Donat.caus. mortis, & §.1.Instit. de Donat. l. Quoties C.de Do-nation.caus.mort.Deci.in l.non omnis,nu.5.ff.si cert. pet.Guid.Papæ, in singul.343.*

PERICVLVM instans appellauimus infir-
35 mitatem valetudinis, quia † infirmitas, siue mor-bus est habitus cuiusq; corporis contra naturam, qui vsum eius ad id faciat deteriorem. *Vlpianus in l.1.§. sed sciendum, ff.de ædilit. edict.* Vnde ex medi-corum authoritate *Petrus Rebuff.in l.inter stuprum. §.Verum.ff.de Verb.sign.* dicit, quod sit affectus præ-
36 ter naturam, à † quo primum vitiatur actio. *Gale-nus,lib.1.de locis affectis,cap.2.* dicit, Morbum, vel
37 actionis corporis, vel † constitutionis ipsius, esse vitium. Vel, vt inquit *Cicero.lib.4.Tusculanarum*
38 *quæstionum*, dixit, Morbum esse totius † corporis corruptionem. Idcirco dicit *Albertus Magnus*, quòd longæ infirmitates, humores incinerant, & corpus
39 ad terrestritatem † inducunt. *de Anim.lib.3. tract. 2.cap.4.* Non mirum si Iurisconsulti, ob valetudi-nis infirmitatem fieri dicant donationes, & illas
40 causa mortis appellent, Grauis enim infirmitas † morti æquiparatur, vt dicit *Sebastianus Medices, in tract. Mors omnia soluit.par.1.num.13.& in tract.de casibus fortuitis, par.2.q.6.nu.33.* Hinc, vt diximus supra, donatio causa mortis ab infirmis fieri po-
41 test, quinimmo etiam à sanis, † sola mortis cogita-tione, vt de donatione facta ob periculum immi-

nens,

nens, vt ſcribit *Iacob. Mandell. in conſ. 61. nu. 3. vol. 1. Cardinal. Mantica de coniecturis vltimar. voluntatum, lib. 1. titul. 13. nu. 3. Michael Craſſ. in §. donatio cauſa mortis, q. 1. num. 3.* quos refert, & ſequitur *Thomas Actius, in tract. de infirmitate, parte 1. §. donatio, nu. 1.*

HOSTIVM incurſus, & inimicorum, eſt inſtans, & iuſtus periculi mętus ad faciendam cauſa
42 † mortis donationem, cum fortuito caſu poſſit occurrere cum mortis periculo, *l. in rebus 18. in princip. ibi, (latronum, hoſtiumve incurſus) ff. commodat. Ioan. Crotus in conſ. 12. num. 4. Sebaſtian. Medices, de caſibus fortuitis, parte 1. q. 13. ſub numer. 4.* Sic e-
43 tiam † de incurſu Prædonum, de quo, vt impetu Prædonum loquitur *Vlpianus in l. contractus, in fi. ff. de Regul. iur.* Prędones, dicuntur à Præda, quæ
44 fieri ſolet in bello, ſic † Ioui datum eſt nomen Prędatoris, pro vt apparet ex illo *Virgilij lib. 3. Aeneidos*, dum inquit,

Irruimus ferro, & diuos, ipſumq; vocamus
Inprædam, partemq; Iouem

Quo in loco, Seruius Maurus, dicit, ipſum Iouem Regem ſic appellari prædatorem, quod de præda deberetur aliquid, nam Romani moris fuit, vt
45 bella geſturi, † de parte prędę aliquid numinibus polliceretur, adeo vt Romę fuerit Templum Iouis prædatoris, non, quod prędæ præeſt, ſed quòd ei,
46 aliquid ex præda deberetur. † *Hæc ſeruius.* Hoſtes (dicit Vlpianus) ſunt, quibus bellum publicè Populus Romanus decreuit, vel ipſi populo Romano, *l. Hoſtes vbi Bartol. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.*
47 Et quod in bello capiebatur, in præda eſſe † dicebatur. *l. ſi quid in bello, ff. eo. tit.* prædę idcirco, iniquam acquiſitionem appellat *Iuriſconſultus, in l. 1. in princip. ff. ſi ventris nomin. in poſſeſſion.* Prædo-
48 dones propriè illi ſunt, † qui diuerſi erant ab hoſtibus, cum hoſtes eſſent, qui tales erant publicè, vt dictum eſt, à Populo Romano decreti, vel ipſi contra populum, prædones autem, qui cum bellum publicè non indicerent, graſſabantur hoſtiliter, & hi ſunt, qui latrones, ſiue latrunculi appellantur in *dicta l. Hoſtes* 24. Horum exemplum fuit
49 Spartacus latro gladiatorum famoſus, qui collecta fugitiuorum, & perditorum hominum manu, Romanis bellum intulit, qui Clodium Glabrionem prius vicit, inde Lentuli exercitum diſſipauit, tertiò apud Mutinam Caſſij caſtra deleuit, Demũ à Marco Licinio Craſſo pulſus in Brutijs, cum ob nauium penuriam non valens in Siciliam traijcere, fortiter dimicando, tamquam bellator occiſus eſt, de quo *Lucanus, lib. 2.*

Parthorum vtinam poſt prælia Soſpes,
Et Scythicis Craſſus victor, remeaſſet ab oris,
Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis.

Et Claudianus inquit

Vilis cum Spartacus omne
Per latus Italiæ ferro bacchatus, & igni.

Eiuſmodi ſunt Prædones, quos *Cicero lib. 2. de inuentione Rhetorica* ſcribit, Craſſus Conſul (inquit) quoſdam in citeriore Gallia, nullo Illuſtri, neque certo Duce, neq; eo nomine, neque numero prædi-
50 tos, vt digni eſſent, qui hoſtes Populi Romani dicerentur, quòd tamen excurſionibus, & latrocinijs infeſtam prouinciam redderent, confectatus eſt. † Quorum exemplo, prædones dicti fuere iniuſti, ac malæ fidei poſſeſſores, *l. ſi pignore, §. ſi prædo, ff. de Pignorat. act. l. ſi ex ſtipulatione, l. Pomponius, §. ex facto, ff. de Acquir. poſſeſſ. l. Prædonis, ff. de Petit. hæred.* pluribus tamen modis dicitur prædo. *vt per Ioan. Baptiſtam Plotum, in Rep. l. ſi quando, nu. 509. cum ſeqq. C. Vnd. Vi. & per Achill. Perſonal. in Tract. de Petitione hæreditatis, nu 694.* Ex quibus non mirum, ſi dum inſtat Prædonum impetus, mortis cauſa donationes fiunt.

QVO verò ad potentium hominũ fæuitiam, quàm inſtans periculum ſit, nec me oſtendere, nec referre curabo, Principum virorum crudelitates,
51 videndus † eſt *Valerius Maximus, lib. 9. cap. 2.* quo in loco aliquorum virorum fæuitias enarrat, vndè in illius libri principio benè dicit, quòd crudelitatis ſit horridus habitus, truculenta ſpecies, violenti ſpiritus, vox terribilis. *Et Seneca in libr. de Clementia*, inquit, Crudelitas minimè humanum ma-
52 lum eſt, indignumq; Regio † animo, Ferina iſta rabies eſt, ſanguine gaudere, ac vulneribus, & abiecto homine, in Silueſtre animal tranſire. Vnde ſuperbi, & crudeles expectant pænas, quia *Liuius lib. 31.* ſuperbiæ (inquit) & crudelitati, ſi ſeræ, non
53 tamen † leues veniunt pęnæ. Alios efferos homines narrat *Baptiſta Fulgoſius, lib. 9. cap. 2.* optimè itaq; inquit *Salomon Prouerbiorum cap. 11.* Benefa-
54 cit † animę ſuę vir miſericors, qui autẽ crudelis ẽt propinquos abijcit. Vndè à ſimilium Principũ virorum periculoſa potentia, libera nos Domine.

NAVIGATIONEM ſuſcipientes, inſtantibus periculis ſeipſos exponentes, & fortunæ iu-
55 diciũ ex † profeſſo ſuſcipientes ob imminens vitæ periculum, & donationes mortis cauſa facere poſſe dictum eſt ſupra: Secundus hominum parens Noe, DEI iudicio, & gratia ſeruatus, primam Na-
56 uem (quam Arca ſcriptura † Sacra vocat) intrepidè ingreſſus, nullo timore aquarum Diluuij perterritus, gloriæ triumphũ à DEO promeruit. Non dubium tamen eſt, quàm periculoſũm ſit nauigare. Hinc dicit *Eccleſiaſticus, cap. 43.* Qui nauigant
57 † mare, enarrant, pericula eius. Narrantur Maris pericula, in libris Ionæ prophetæ, & DEI miracula in illius perſona. Quoad primum nauigantem *Seneca in Medea Tragedia 7. cap. 5.*

Audax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,
Terraſq; ſuas poſt terga videns,
Animam leuibus credidit auris,
Dubioq; ſecans æquora curſu
Potuit tenui fidere ligno,
Inter vitæ, mortisq; vias
Nimium gracili limite ducto.

Vndè pulchrè, & eleganter maris nauigationem,
58 & nauigantium pericula † deſcribit *Iuuenalis Satyra 12.* dicens,

I nunc, & ventis animam committe dolato
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda.

Et Horatius Carminum, lib. 1. Ode. 3. inquit,

Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Aphricum
Decertantem Aquilonibus.

Hic annectitur in mari Pyratarum incurſus, quo-
59 rum inſidiæ magnum nauigantibus damnum † inferunt. vt notatur *in l. in rebus* 18. *ff. commodat. ibi* (Pyratarum inſidias) de quibus *Sebaſtianus Medices de caſibus Fortuitis parte 1. q. 13. ſub nu.* 20. ipſi enim Pyratæ æquiparantur fidei chriſtianæ Ho-
60 ſtibus & impunè derobari † poſſunt, *iuxta notata in Auct. Naugia, C. de Furt. vbi Bald.* dicit, quod ſunt ipſo iure diffidati. Et ideo cum exerceant pyraticam in Mari, & fluminibus diſrobando, ſunt
61 † Pontificali excõmunicatione per proceſſum Curiæ excommunicati, vt voluit *Ioan. Andr. in c. excommunicationi, extra de Raptorib.* Et ſingulis annis in die ſolemni Cenæ Domini excommunican-
62 tur, vt † per Bullam renouatam per Siſtum ſummum Pontificem, *cap. 3. cap. 4.* de quibus ſcripſerunt *Angel. de Clauaſio in ſumma in verb. excommunicatio 5. caſu 18. Silueſter Prierius in ſumma in verb. excommunicatio, caſu 28. Cardinal. Caietanus, in verb. excommunicatio. caſu 18. Martinus Nauarrus in ſumma Confeſſarior. cap. 27. nu. 59.* Iniquiſſi-
63 mum, & peſſimum hominum genus illos † appellat *Angel. in conſil. 290. incip. Thema eſt tale, col. 1. Vgolinus in Tract. de cenſuris Pontifici reſeruatis, parte 2. cap. 3. de excommunicatione contra pyratas, nouiſſimè plenè Ioannes Bonifacius in Tract. de Furtis, §. Furtum, nu 51. cum pluribus ſeqq. Martinus Meſnartius in Epithome legum Pontificalium, lib. 5. titul. 17. verſicul. Qui autem chriſtianos. Ioan. Baptiſta Antonucius in Cathecheſi Neapolitana lib. 3. cap. 1.* Vndè *Vlpianus*, inquit, Nec enim minus in mari, quàm in villa per latrunculos inquierari,
64 & † infeſtari poſſumus, *in l quo naufragium, § Labeo, ff. de incend ruin. & naufrag.* quo in loco Hiſterologia vſum *Vlpianum poſt Accurſium, in verb. Nec enim.* voluit *Gulielmus Fornerius in l. verbum oportebit, ff. de verb. ſignific.* de Piratis reperi, quòd ſcripſit *Benuenutus Straccha in Tract. de Mercatura, parte 3. num. 29. 30. & in tract. de Nautbus, parte 2.*
65 *nu. 14. 15.* Hoc vitio † Pompeio Magni Pompei filio, quòd Pyraticam exercuerit, de quo *Lucanus* inquit

Sextus erat magno proles indigna parente,
Qui mox Scyllæis exul graſſatus in vndis,
Polluit æquoreos Siculus pyrata triumphos.

Quam benè, doctè, & eleganter, vt tollantur Pyratæ Maumetani, & Africã infeſtantes non ſolum Hiſpaniæ Regna, ſed totum chriſtianum Orbem,
66 *Michael Martinez † de Villar I. C. doctiſſimus* in ſupremo Aragonum Conſilio Regius conſiliarius Regi noſtro ſuadet ad reacquiſitionem Algeziræ, & Bugiæ in diſcurſu, cuius me participem fecit Io-
67 annes Baptiſta † Valenzuela Velaſquez I. C. ſcientiarum omnium, ac vitæ, & morum integritate conſpicuus ſupremi collateraris conſilij Regens meritiſſimus, de quorum locorum antiquiſſima acquiſitione per Reges noſtros facta, nos iam diu ſcripſimus *de Regis Catholici præſtantia, cap. 42. nu. 31. vſq; 46. nu. 283. cum ſeqq.*

ITVRVS per loca inſidioſa, & non tuta, rationabili diſpoſitione ad faciendam donationem cauſa mortis inducitur, cũ iura conceſſerint etiam legitimè citato, vt ad non tuta loca teneatur ac-
68 cedere, etiam ſi fieret ei ſaluus † conductus, *vt in c. Accedens, il 2. extr. vt lite non conteſt.* maximè in tranſeundo per terras hoſtiles, vt ibi, nec enim ſe debet quis ſuis † inimicis capitalibus exponere *vt*
69 *per Gloſ. in cap. ſtatutum, § cum verò, in verb ſecurè, de Reſcript. in 6.* vndè vbi ſunt odia, & partialitates, ſi non comparet ob iuſtum timorem, & pericu-
70 lum † excuſatur, ità, vt nec teneatur excuſatorem, ſiue procuratorem mittere. *Matthæ. de Afflict. in deciſion. Neapol. 29. num. 4. Sebaſtian. Vant. de nullitat. ex defect. iuris, nu. 166. Sigiſmund. Scaccia. de iudicio cauſar. ciuil. & Crimin. cap. 97. ſub num. 4. & Franciſc. Marcus in deciſion. Delphinal. 883. num. 4. vol. 1.* dicentem eſſe iuſtam cauſam timoris partia-
71 litates, & factiones † Tyranni, vel iuimicorum, & belli etiam externi, & non tuti loci, ob inimicitias, & bella, *vt in Clem. Paſtoralis, §. Piſana, de Re iudicat. Franciſc. Aretin. in conſil. 16. nu. 4. Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudic. quæſtion. lib. 2. centur. 2. caſu 153. nu. 12.* quem refert, & ſequitur alios allegans *Sfortia Oddus de Reſtit. in integr. q. 7. nu. 90. cum duobus ſeqq.* Et de timente inſidias idem *Oddus, q. 30. nu. 9.* faciunt *dicta eiuſdem Menoch. lib. 2. centur. 4. caſu 361. nu. 28.*

SENES dicere voluimus, dum diximus de
72 ætate confectis, cum ſenes dicantur † infirmi, & ſenectus infirmitas. vt dicit *Andr. Alciat. de Præſumption. Regul. 1. Præſumpt. vltima,* ſequitur *Menoc. de Præſumptionibus, lib. 2. cap. 60. nu. 8. 9.* Quinim-
73 mo valde ſenes, morti proximos † dicit *Franciſc. Viuius in deciſion. 243. in fin.* Dicitur ſenio confe-
74 ctus, qui cum ætate † morbum habet, *vt dicit Paul. Aemil. Veraltus in deciſion. 311. in deciſion. 315. part. 1. & latè Thomas Actius de infirmitate parte 1. cap. 16. per totum,* luſtè itaq; inſtante ſenecta, illaq; con-
75 fecta, donatio cauſa mortis † fieri dicitur, *Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cent. 1. caſu 60. nu. 13.*

VSVFRVCTVM ſibi reſeruans donator, cẽſe-
76 tur dominiũ, & proprietatẽ rerũ, ac † bonorum donatorum tranſtuliſſe in donatariũ, *l. Seia. vbi Bart. ff. de don. cauſ mor. text. incauillabilis, in l. quiſquis 28. C. de donat.* & eſt idcirco donatio inter viuos, & per dictam vſusfructus reſeruationem in vi-
77 ta † factam à donante ſublata eſt expectatio mortis, & valet in vita, vt tenet *Marianus Socinus Senior in conſil. 53. incip. in præſenti conſultatione,*

col. 2.

col. 2. verſicul. confert optimè ad præmiſſa, vol. 1. rationem reddit, quia vſusfructus formalis, qùi eſt
78 quędam ſeruitus, non poteſt ſtare cum †dominio, *l. 1. ff. de ſeruit.* ſed in donatione cauſa mortis, vt clarum eſt non tranſit dominium in donatarium ante mortem donatoris, ſed poſt mortem. *l. cum hic ſtatus* 33. *§. ſi mulier. in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. à marito, C. eod. titul.* quod, & nouiſſimè tenuit *Ioan. Cephal. in conſil. 61. numer. 24. volum. 1.* miror, quòd non allegauerit *Socin. in dicto conſil. 53.* quod confirmatur *ab Alexand. in l. quæ dotis, num. 12. verſicul. ſeptimo fallit ff. ſolut. matrim.* dum
79 dicit, quòd ſi dono proprietatem talis † fundi, reſeruato mihi vſufructu in vita, eſt donatio inter viuos, & eſt tranſlatum in vita dominium. hoc dicit *poſt Bald.* dicens quòd alibi non reperitur iſta Deciſio, quam ſequitur *Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 275. ſub num. 1. vercul. in contrarium. Idem tenuit Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 172. num. 9. 10. & Alexand. & Afflictum* ſequitur *Cardinal. Pariſi. in conſil. 90. num. 16. 17. 18. volum. 3.* confirmando eandem opinionem, etiam ſi per
80 clauſulam conſtituti fuiſſet † facta traditio. de quo plenè *Andr. Tiraquell. de iure conſtituti poſſeſſor. parte 3. limitat. 9. num. 10. cum pluribus ſeqq. & Borgninus Caualcan. de vſufructu mulieri relicto, num. 154. 155. Vincentius Carrocius in caſu 84. num. 25.* & poſt authoritatem *Alexandr. in dicta l. quæ dotis* voluit *Marian. Socin. Iunior. in conſil. 21. num. 13. volum. 2.* voluit *Polydor. Ripa in ſingular. obſeruat. 148. num. fin.* voluit *Ioan. Baptiſt. Thorus in compendio deciſion. Neapolit. in verb. legatum, Thobias Nonius in conſ. 1. nu. 11.*

CONTRACTVI, an vltimæ voluntati adhæreat, vel enumeretur Donatio cauſa mor-
81 tis? hoc eſt † videndum, cum ad multa deſeruiat, & Doctores diuerſimodè loquuti ſunt. Ego referre non grauabor dicta illorum, & primò, qui dixerunt donationem cauſa mortis ad contractus
82 † naturam accedere potius, quàm vltimæ voluntatis, fuit originale dictum *Gloſſ. in l 2. in verb. legatum, vbi Bartol. num. 1. ff. de Dote præleg.* quod voluit *Bald. in conſil. 101. volum. 1.* quem refert *Nicol. Boeri. in conſil. 34. ſub num. 12.* & hanc opinionem ſequi eundem *Boerium* refert *Iulius Clarus, in §. Donatio, q. 5.* quo in loco mihi videtur, quòd teneat contrarium, dicendo quòd accedat magis vltimæ voluntati, quàm contractui, licèt *Bald.* teneat contrarium, & ſic reſidere videtur in opinione *contra Bald.* hoc idem tenuit *Bartol. in l. 1. ſub num. 1. ff. de Donat. cauſ. mort.* dicens, quòd Do-
83 natio cauſa mortis ſapit naturam † contractus. idem dicit *Petr. de Ancharan. in conſil. 384. incip. Dubium in iſta quæſtione.* dum dicit, quòd donatio cauſa mortis, quando eſt facta præſenti reputa-
84 tur contractus, & ſtatutum, quod loquitur † de contractu, locum habet in tali donatione cauſa mortis. quem ſequitur *Deci in conſil. 196. incip. in caſu propoſito, ſub num. 2. verſ. Sed tamen his non obſtantibus, Ioan. Dilectus durant. de arte teſtandi, titul. 1. cautel. 1. ſub num. 3. Iacob. Menoch. in conſ. 11. num. 22. verſicul. Non ergo pares videntur, vol. 1. Michael Craſſ. Recept. ſententiar. §. donatio cauſa mortis, q. 2. nu. 1.*

VLTIMAE Tamen voluntati præſertim le-
85 gatis aſſimilari declarauit expreſsè *Iuſtinianus* † *in l. fin. C. de donat. cauſa mortis.* quod magis declarauit. *in §. hæ mortis cauſa, inſt. de donationib.* communem dicit *Ludouic. Roman. in conſil. 75. incip. Neſcio qua ex re, num. 2.* quem ſequitur, & refert *Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 136. incip. longa proficto, Angel. in conſil. 254. incip. Domina Antonia. Idem Nicolaus Boer. in deciſion. Burdegal. 353. ſub num. 6. Marian. Socin. Iunior, in conſil. 114. numer. 7. volum. 3. Alexand. Raudenſ. de Analogis, cap. 23. num. 3. Emanuel Suarez Receptarum ſentent. §. donatio, num. 278. 279. Iul. Clarus in §. donatio, quæſt. 5. Iacob. Menoch. in conſil. 423. num. 36. volum. 5. Thobias Nonius, in conſil. 54. num. 5. Ioan. Franciſc. de Ponte in conſil. 2. num. 148. Gulielmus Benedictus in Repet. cap. Raynutius, in verb. Teſtamentum 4. num. 28. & alibi pluries, de Teſtament. Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemontan. 118. num. 3. & in deciſion. 120. num. 2. Idem Gultelm. Benedict.* vbi ſupra, *numer. 34. Didacus Couarru. de Teſtamentis, parte 3. numer. 1. Hippolyt. Riminald. de donationib. num. 238. 572.* & alij quos refert, & ſequitur *Hieronym. Cæuallos, opinion. commun. contra commun. quæſt. 695. numer. 2. Andr. Tiraquell. de legibus connubialib. in verb. contracter, gloſſ. 5. nu. 68. Franciſc. Caldas Pereyra in Rep. l. ſi curatorem habens, in verb. Hunc contractum, numer. 2. C. de in*
86 *integr. reſtitut. min.* donationes cauſa † mortis legatorum inſtar obtinent, *l. & ſi debitor. 17. in fin. ff. de donat. cauſ. mort. l. illud in princip. ff. eod. titul. D. Cardinal. Aldobrand. in deciſion. Nouiſſima Romana 254. nu. 4. vol. 1.*

MIXTO quodam modo vtramque partem habere donationem cauſam mortis, & contractus, & vltimæ voluntatis. Quoad ſui ordina-
87 tionem, † conformationem, & in eſſe deductionem, æquiparetur, & hæreat contractui, quoad effectum, & executionem, æquiparetur vltimæ voluntati. ità dicit *Gloſſ. in dicta l. 2. in verb. legatum, ff. de Dote prælegat. vt poſt Carolum Ruin. Ripam, Socin. Iun. Pontan. Gulielm. Benedictum,* ſcribit *Hippolyt. Riminald. inſtit. de donat. numer. 631.* refert *Ioan. Fichardus ad communes opiniones Villalob. in verb. donatio, num. 278. Anton. Capicius in deciſion. 73. num. 3. Menoch. in conſil. 85. num. 30. volum. 1. in conſil. 423. num. 36. volum. 5. Polydor. Ripa ſingul. obſeruat. 104. num. 5. Tiraquell. in dicta gloſſ. 5. numer. 68. cum plurib. ſeq. idem Caldas in dicto verb. Hunc contractum, num. 21. cum ſeqq. Vincentius de Franchis in deciſion. Neapol. 693.*
88 qui dicit quoad modum ineundi, æquiparari † contractui, quoad ſolemnitatem probatoriam æquiparari vltimæ voluntati, quod vltimum re-

linquo cogitandum. Sed ſupradictam aliorum diſtinctionem poſt *Socin. Iaſonem, Ripam, & Andr. Alciat.* probat *Iulius Clarus, in* §. *Donatio, quæſt.* 5. *in princ. & verſicul. ſcias tamen.* vbi allegat *Alexand. Didacum, Ripam Picum, Rubeum, & alios.*

NEGARI non poteſt, quin opinio illorum tenentium donationem cauſa mortis æquiparari
89 magis vltimæ voluntati, quam cõtractui, eſſe maiori Doctorum † calculo approbatam, & ideo ſequendam, cum habeat textum decidẽtem, & ſubmouentem hoc dubium *in dicta l. fin. C. de Donat. cauſ. mort.* à Iuſtiniano reſolutum. Sed ego referàm
90 differentias inter donationem inter viuos, & donationem † cauſa mortis. Et conuentiones, & æqualitates inter legata, & donationes cauſa mortis, & etiam inter illas differentias, quas breuibus quibuſdam faſciculis narrat ex antiquioribus magiſtris *Placentinus in Summa Codicis, lib. 9. tit. 60.* cuius hæc ſunt verba. Conuenit (inquit) Donatio
91 † cauſa mortis cum ſimplici donatione, quia vtraq; donatio eſt. Item quia vtraq; inter viuos cõficitur, & traditur. Differunt, quia donatio cauſa mortis ex pœnitentia reuocatur, donatio ſimplex minimè. Item donatio cauſa mortis, quinque teſtes exigit, ſimplex eſt contenta duobus. Conuenit Donatio cauſa mortis cum legatis vtraque iu-
92 ris articulis † vltima voluntas eſt. Item vtraque quinarium numerum expoſcit. Item ſicut in legatis, ſic, & in donationibus cauſa mortis ſubſtitutio locum vindicabit. *vt ff. eodem. l.* 1. Item ſicut nec legatum, ita nec donatio cauſa mortis inſinuationem exigit. Item vtraque in quartam computatur. Item vtraque percipitur. Item vtraque defalcatur. In his differunt, legatur etiam non volenti, ſed non datur cauſa mortis, niſi volenti. Item donatio cauſa mortis ſæpius à donante traditur. Legati conditio ſemper ab hærede expectatur. Item donatio cauſa mortis in ſingulos annos, non eſt ſimilis ei, cui in ſingulos legatum eſt. Nam licèt multa legata eſſent, ſtipulatio tamen vna eſſet, *vt ff. eodem l. Senatus.* Item licèt filiusfamilias, non leget, cauſa mortis tamen donat. Item donatio cauſa mortis interdicto, quorum legatorum, non aduocatur, ſed legatum vtique, *vt ff. eodem, l.* 1. Item donatio cauſa mortis tradita à donante, quandoque repetitur, legatum à legante minimè. Item ſicut dictum, qui legat, de repetendo nihil deſtinat, ſed qui cauſa mortis donat, cogitat. Item, is, qui cauſa mortis accipit, licèt eius teſtamentum falſum dixerit, niſi obtinuit, non tamen donationem cauſa mortis amittit, licèt legatum. *Hæc Placentinus.* Eum ſequutus *Azo in ſumma ſua, lib. 8. tit. 56. in fin. verſicul. ex prædictis colligitur,* licèt illum laudauerit in proœmio ſummæ, nihilominus, quia inter pares eſt inuidia, maiori ex parte in tota ſumma eius contextum amplexatus eſt, in aliquibus diſſenſit. Tamen
93 negare non poſsumus, quin ſint ambo † in docendo iure ciuili duo ſplendidiſſima lumina. Hæc dicit vbi ſupra. Ex prædictis colligitur, q; in pleriſq; conuenit hæc donatio cum legatis, & in quibuſdã diſcrepat. Ecce enim ſi donat in annos ſingulos, donatio eſt vna, ſecus in legatis, *vt ff. eodem, l. Senatus,* §. *vltimo.* Item legatum ab hærede ſemper traditur, donatio, vel ab hoc, vel ab illo. Item in donatione obligatur donans, ſecus in legato. Item aliter ſubſtituitur in legatis, *l. ei cui. ſiue, l. ſi cui.* 10. *ff. de donat. cauſ. mort.* & aliter in donationibus cauſa mortis, *l. vt hæredibus,* 51. *ff. de leg.* 2. (quod ego ità cenſuraui, cum litera originalis impreſſi, 1523. eſſet mutila, & erronea, ex qua ſenſus non percipiebatur) ſequitur. Item ſi accuſo teſtamentum, vt falſum, amitto legatum, non donationẽ, *ff. de his quib. vt indign. l. poſt legatum,* §. *qui mortis.* Aliàs autem ſi ex aliqua alia cauſa reſcinditur teſtamentum, & donatio, *ff. eod. l. ſi quis mortis, & l. ſi debitor. Quidã,* & aliam differentiam notant, quòd in legato locũ habet interdictum, quorũ legatorum, non in donatione. Sed litera Piſana contradicit, *ff. quorum legat. l.* 1. §. *ſi quis,* in alijs autem omnibus conueniũt. *Hæc Azo.*

AD CORROBORATIONEM eorum, quæ
94 ſupradicti dixerunt, q; in donatione † cauſa mortis fieri poſſit ſubſtitutio, notatur *in l.* 1. *ff. de dona. cauſ. mort. dicta l. ei cui, ſiue l. ſi cui, ff. eod. tit. dicta l. Vt hæredibus, vbi Bart. l. cum pater,* §. *eorum, vbi Bartol. ff. de legat.* 2. *l.* 3. *in princip. & ibi Bartol. ff. de legat.* 3. *l.* 1. §. *ſin autem aliquid, vbi Bald. in fin. C. de caduc. Barthol. Socin. in rubr. ff. de Vulg. & pupill. num.* 13. *l.*
95 *quoties, C. de donat. quæ ſub mod.* quorum † occaſione ſubſtitutiones fieri poſſe in contractibus dixit *Franciſc. Marcus in deciſione Delphinal.* 136. *num.* 4. *vol.* 1. *Hieronym. Gabriel. in conſ.* 96. *ſub nu.* 14. *verſic. Reſpondendo igitur, vol.* 2.

DONATIONEM non amittere illum, qui
96 dicit teſtamentum falſum, etiam ſi ſit cauſa † mortis, dummodo ſit facta ante teſtamentum, *dicta l. poſt legatum,* §. *Qui mortis. ff. de his quib. vt indign.* Quia donatio confirmatur morte, non teſtamento, vt dicit *gloſſ. ibi in verb. Legatario,* faciunt, quæ ſcribit *Marc. Anton. Peregrin. in tract. de iure Fiſci, lib.* 2. *titul.* 7. *num.* 3.

97 LEGATVM, vt dictum eſt, hæreditatis † additionem requirit. vt *in l. ſi ſibi homo.* 88. §. *cum ſeruus, ff. de legat.* 1. *l. Eam quam, C. de Fipeicommiſ.* Sed donatio cauſa mortis nõ requirit additionẽ hæreditatis, quia non capit vires à teſtamento, ſe à morte
98 † donantis, *gloſſ. in dicta l. poſt legatum,* §. *Qui mortis. Alexand. in l. Illud, num.* 4. *C. de collationibus, in l.* 1. *nu.* 18. *ff. de legat.* 1. *Didac. Couarru. de Teſtament. par.* 3. *nu.* 22. quos refert, & ſequitur, *Iulius Clarus, in* §. *donatio q.* 5. *verſ. ſcias tamen. Andr. Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam in Verb. libertis, nu.* 122. *Emanuel Suarez in Theſauro receptar. ſententiar.* §. *donatio, numero* 293. Legatum verò idcirco requirit hæ-
99 reditatis † additionem, quia legatarius legatum ab hæredis manu accipere debeat, *l. legatum, ff. de legat.* 1. §. 1. *inſtit. de legatis,* nec poſſit illud iure

pro-

proprio, propriaue authoritate, niſi poſt aditam
100 hæreditatem ab hæredis † manu, quin ſuo iure priuetur capere, *l. 1. §. 1. vbi DD. ff. quorum legator. l. nõ dubium, C. de legat. Bartol. poſt Gloſſ. in l. extat, ff. Quod metus cauſ. cum alijs allegatis per Marian. Socin. Iun. in conſ. 124. num. 63. 64. vol. 1. Iacob. Menoch. in conſ. 124. num. 32. 33. vol. 2.* dixi *in conſ. 8. nu. 3. cent. 1.*

FILIVSFAMILIAS donare inter viuos
101 † non poteſt. *l. 2. l. filius familias, l. in ædibus, §. quod filius familias, ff. de Dona. l. contra iuris, 29. §. ſi filius, ibi donandi ius non habere, ff. de Pact. l. 1. §. ſi filius familias, ff. quæ Res pignor. oblig. non pot. l. ſicut, §. an paciſci, ff. quib. mod. pignus, vel hypothec. ſoluat. Iulius Clarus, §. Donatio, q. 6. in princ. Petrus Nicol. Mozzi. de contractibus, titul. de Perſonis inter quas cad. donat. nu. 9. Ioannes Berberij in Viatorio iuris, part. 2. titul. 2. nu. 12. Hierony. Treutle. diſputation. Selectar. parte 2. diſp. 19. Theſi. 3.*

DECLARATVR Tamen ſecus eſſe, ſi filius familias donaret de Caſtrenſi, vel quaſi ca-
102 ſtrenſi peculio, † vel ſi iuſta ratione motus donet, ſi ſit conceſſa libera peculij adminiſtratio, in qua nominatim id ſibi à patre concederetur, aut ſi ſit filius Senatoris *dicta l. filius familias 7. ff. de Don. l. cum plures, §. cum tutor. ff. de Adminiſtrat. tutor. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & rationib. diſtrah. Gloſſ. in dicta l. contra iuris, in verb. Non habere. in dicta parte 2. Rub. 2. numer. 12. Treutler. in dicta parte 2. Rub. 2. num. 12.*

DECLARATVR ſecundò, ſi filius familias haberet aliqua bona, in quibus peter non ha-
103 beret † vſumfructum, nec ei quereretur vſusfructus, quia tunc poſſet inter viuos donare ſine ipſius patris conſenſu, §. *Res autem ita relictas, Auct. vt liceat matri, & auiæ,* quo in loco dicitur, quòd ſi bona aliqua peruenerint in poſſe filiorum, qui ſunt ſub poteſtate alterius, dummodo non ſint minores, poteſtatem quocunq; modo alienandi habent quem text. allegat *Aymo Crauetta in conſ. 84. nu. 9. & in conſ. 92. ſub nu. 1. verſ. ſed poſito in donatione,* in quibus locis dicit, neminẽ eſſe contradictorem. quem refert, & ſequitur *Iul. Clarus, in dicto §. Donatio, q. 6. verſ. aut quæris vtrum.*

CAVSA mortis donare, an poſſit filius fa-
104 milias, & an poſſit donare patri, in cuius poteſtate eſt, & an poſſit ſibi ipſi conſenſum prẽſtare? dicam *infra nu. 257. & ſeqq.*

PATER donare poteſt filio, qui nõ eſt in ſua
105 † poteſtate, ſed eſt emancipatus. vt vtrunque probatur *in l. cum de bonis. 11. in l. ſiue emancipatis, 17. C. de donat. l. donationes, quas parentes 25. C. de donat. int. vir. & vxor. l. 1. §. ſi pater, ff. pro donat. l. 2. §. fin. ff. pro Herede, gloſſ. in l. 2. in verb. in poteſtate, C. de inofficioſ. donat. Bartol. in l. frater à fratre, nu. 57. ff. de condict. indebit. Guido Papæ in deciſ. delphinal. 135. nu. 1. Bart. Socin. in Regul. 103. Barth. de Caſſen. in conſuetud. Burgundiæ Rubrica 4. in ipſa Rub. nu. 36. verſ. quinto quia licet, cum verſ. ſeq. Petrus Duenn. in Regul. 223. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 326. nu. 1. & per totam, vol. 1. Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ 3. nu. 79. 80. lib. 2. Petrus Nicol. Mozz. de contractibus, titul. de Perſon. inter quas cad. donat. nu. 13. Andr. Gail. Pract. obſeruatio. lib. 2. obſeruat. 38. nu. 1. cum pluribus ſeqq. Franciſc. Viui. commun. opinion. lib. 1. opin. 74. Emanuel Suarez Receptar. ſententiarum, §. donatio. num. 194. Hierony. Treutler. diſputation. Selectar. part. 2. diſp. 19. Theſi. 3. Hierony. Magon. in deciſ. Florenti. 77. nu. 7. Iacob. Menoch. in conſ. 451. nu. 6. vol. 5. Thobias, Nonius in conſ. 1. nu. 3. in conſ. 56. nu. 1. Guid. Pancirol. in conſ. 61. nu. 1. Simon de Prætis in conſ. 181. num. 29. Lancellott. Gallia, in conſ. 119. nu. 27.*

DECLARA primò talem donationem inter patrem donantem, & filium donatarium fir-
106 mari † iuramento. *Bald. in Rep. l. 1. verſ. Venio ad ſecundum, ff. de iure dot.* vt illum allegat *Alexand. in conſ. 8. incip. Viſis, & conſideratis, col. 1. verſ. iſtam partem in Terminis, vol. 2.* teſtor veritatem, quòd ſemper Alexandrum inueni veridicum, *& Bald.* in libro meo in dicto loco nihil de hoc dicit, quinimmo facit paucos verſiculos, & vidi omnia *Baldi ſcripta in dicto titulo, ff. de iure dotium,* & hoc nullibi dicit, & ideo dico quòd habebat lecturam ſuper dicto Titulo, & repetitionem, quæ non eſſet impreſſa, aut fuit error impreſſorum. Verum ea verba, quæ *de Bald.* dicit *Alexand.* dicit *idem Bald. in l. 3. nu. 7. cum Tribus ſeqq. C. de V ſucap. pro donato. Idem Alex. in conſil. 157. incip. Viſo inſtrumento donationis, col. fin. verſ. pro hoc etiam bene facit, vol. 2. & in conſil. 87. incip. viſo inſtrumento donationis, nu. 8. verſic. pro quo etiam facit, & in conſil. 217. incip. Ponderatis his, nu. 3. verſ. Præterea virtus, vol. 6. Deci. in conſil. 230. incip. Primo non videtur dubitandum, nu. 1. in conſil. 414. incip. viſo eleganti conſilio, num. 12. in conſil. 432. incip. cum ſit quod Almericus, num. 4. Corn. in conſ. 306. incip. oportunum, & expediens, colum. 3. verſ. Tamen his non obſtantibus, vol. 3. Iaſon, in conſil. 238. incipi. contra donationem, vol. 2. Carol. Ruin. in conſil. 121. col. 1. vol. 1. Hieronym. Grat. in conſil. 7. num. 8. in conſil. 63. nu. 23 vol. 2. Ioan. Anton. Rub. Alexand. in conſil. 145. in fin. Cardinal. Pariſius in conſil. 53. nu. 3. vol. 1. in conſil. 33. num. 35. vol. 3. Aym. Crauett. in conſil. 19. col. 1. Marian. Socin. Iun. in conſil. 67. num. 58. & in conſil. 165. num. 4. vol. 2. Riminald. Senior, in conſil. 383. nu. 14. vol. 3.* vbi idem voluit *Hippolyt. Riminald. in Apoſtill. Ioan. Neuizan. in conſil. 8. num. 3. Ioan. Dilectus, Durant, de Arte teſtan. titul 3. cautel. 2. nu. 2. Iaſon in l. pacta quæ contra, num. 6. C. de Pact. Ripa in l. ſi vnquam, num. 35. C. de reuoc. donat. Iacob. Philip. Portius commun. opinion. lib. 2 concluſion. 2. Anton. Gabriel, in Tract. commun. opin. libr. 3. titul. de donat. concluſ. 4. num. 1. Iul. Clarus in §. Donatio, quæſt. 8. verſ. ſed quæro tuſcis, Roland. à Vall. in conſil. 77. num. 1. volum. 1. Marcus Anton. Natt. in conſil. 273. ſub num. 1. volum. 2. Chriſtophor. Tornet. in conſil. 37. nu. 10. Ioan. Cephal. in conſil. 495. nu volu. 4. Seraphin. de Seraph. de Priuileg. iuram. Friuil. 40. n. 9. Priuil. 72. nu. 1. Guido Papæ in*

Delphin. 146. *Emanuel Suarez in Theſauro Receptar. Sententiarum* §. *Donatio, num.* 197. *Anto. Capic. in deciſ. Neapol.* 56. *num.* 2. *Franciſ. Marc. in deciſio. Delphin.* 326. *num.* 3. *vol.* 1. vbi vide. *Andreas Gail Practicarum obſeruationum, libr.* 2. *Obſeruatio.* 38. *num.* 7. vbi dicit hanc opinionem in Camera approbatam. *Hieronym. Magon. in deciſ. Florent.* 64. *num.* 3. *Hieronym. Gabriel. in conſil.* 3. *ſub nume.* 4. *vol.* 1. quem ſequitur *Marc. Ant. Amat. in deciſion. Marchiæ* 51. *numer.* 16. cum hac opinione tranſit *Andr Facchin. controuerſ. iuris, lib.* 3. *cap.* 77. *Franciſc. Beccius in conſil.* 20. *num.* 4. *Surdus in conſil.* 75. *num.* 9. *vol.* 1. *Menoch. in conſil.* 451. *numer.* 2. *vol.* 5. *Federic. Scotus in conſil.* 17. *numer.* 4. *lib.* 2. *Tomo* 2. *Nicol. Bellon. in conſil.* 73. *ſub numer.* 10. *Thobias. Nonius, in conſil.* 56. *num.* 12. 13. *Angel. Gambilion. in conſil.* 100. *num.* 20.

DECLARA ſecundò non procedere in cau-
107 ſa dotis, & donationis propter nuptias, quia †his caſibus pater donare poteſt filio, *l. Pomponius Philadelphus. ff. Famil. herciſcund.* tum fauore dotis, tum etiam matrimonij, voluit *Gloſſ. in c.* 1. §. *fin. in verb. ſuper contractibus, in fin. verſic. quòd ſi pater minor. de Pace tenend. & eius Violat. Gloſſ. prima, in princ. C. de Inofficioſo teſtam. Bald. Nouell. de Priuileg. dotalib. Parte* 6. *priuilegio* 80. *Barthol. Socin. in Regul.* 103. *Fall.* 6. *Bartol. in l frater à fratre, numer.* 57. *ff. de condict. indeb. Ioa. Berberij in Viatorio iuris part.* 2. *Rub.* 4. *num.* 7. *Maſuerius in Pract. tit. de Donat. ſub num.* 5. *verſic. item donatio. Guido Pape in deciſ.* 145. *num.* 5. dicens valere donationem, etiam ſi fiat ante contractum matrimonium. *Andr. Gail Practicarum obſeruat. lib.* 2. *obſeruatio.* 38. *num.* 13. dixi *ſupra titul. de Priuilegijs Dotalibus, numer.* 213. *cum pluribus ſeq. verſic. vigeſimum nonum priuilegium, in hac ſumma tomo* 3. *adde Alexand. Raudens. Variarum reſolut. cap.* 42. *nu.* 35. *cum pluribus ſeqq.* quem ſequitur *D. Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ* 211. *nu.* 13. *cum pluribus ſeq. Marc. Ant. Natta in conſilio* 90. *vol.* 1. *Barthol. Bertazol. in conſ. ciuil.* 28. *nu.* 52. 53. *Bart. Bertaz. in conſ.* 61. *n.* 16. *Lancellott. Gallia in conſ.* 50. *nu.* 11.

DECLARA Tertiò, non habere locum in donatione remuneratoria, ſi enim ob cauſam ali-
108 cuius accepti † beneficij remunerationem id fiat, licitum eſt patri filio donationem facere, non enim dicitur donationem fieri, ſed debitum ſolui, *l. ſi verò non remunerandi. ff. Mandat.* & dicitur illud quod iſto caſu daretur à patre peculium aduentitium, non autem profectitium, ità voluit *Bartol. in l. frater à fratre, num.* 7. 57. *ff. de condic. indebit. in l.* 1. *num.* 1. *& in l. Aquilius Regulus, num.* 3. *ff. de Donat.* & hoc pulchrè *poſt Barthol.* corroborat *Abb. Panor. in Rubr. extr. de Donat. num.* 3. *Iul. Clar.* §. *donatio. q.* 8. *verſic. Hæc tamen concluſio. Decius in conſ.* 536. *incip. in cauſa quæ agitatur, num.* 4. *Ioan. Cephal. in conſil.* 61. *numer.* 13. *vol* 1. *Iacob. Toming. in deciſ. Lipſenſ.* 8. *numer.* 25. *& per totam. Franciſc. Viuius in commu. opinio. lib.* 1. *opin.* 74. ſequitur *Emanuel. Suarez in theſauro receptar. ſententiarum.* §. *donatio, nu.* 198. *Andr. Gail. prac. obſeruat. libr.* 2. *obſeruatio.* 38. *num.* 5. *Andr. Facchin. controuerſ. Iur. lib.* 3. *cap.* 74. *poſt Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam in verb. donatione largitus, num.* 20. *C. de reuoc. donat. Marcus Ant. Peregrin. in conſ.* 76. *num.* 27. *vol.* 1. *Angel. Gambilion. in conſil.* 100. *num.* 6. *cum pluribus ſequent. Franciſc. Milanenſ. in deciſio. Siciliæ* 3. *nu.* 79. *lib.* 2. *poſt Cagn. in dict. l. frater à fratre, num.* 319. 320. *vbi Crotus, num.* 75. *Tiberius Decianus in conſil.* 57. *numer.* 30. *vol.* 3. *Ioa. Berberij in viatorio iuris Rubr.* 6. *nume.* 5. *parte* 2. *Maſuerius in pract. tit. de donationibus, nu.* 6. *verſ. item hoc quod dictum eſt.*

SV Bdeclara tamen nec eſſe probanda merita, quando ſunt ſpecificata per patrem donantem
109 cum † iuramento, iuxta ſententiam *Baldi* receptam communiter *in l. ſi donatione C. de collat.* & voluit *Ripa in Repet. l. ſi vnquam, q.* 15. *num.* 35. *C. de reuoc. donat. Andr. Alciat. in tract. præſumptionũ regul.* 1. *præſumpt.* 16. *numer.* 2. vbi bene *Ioa. Nicol. Arelaten. in Apoſtillis. Alexand. in conſ.* 18. *incip. conſideratis his, col.* 2. *verſ. Quanto magis hoc vol.* 3. *Ioa. Dilectus Durante, de arte teſtandi tit.* 1. *cautela* 3. *nu.* 6. *Thom. Gramm. in deciſ. Neapol.* 73. *numer.* 10. *Ioa. Cephal in conſ.* 61. *num.* 13. *vol.* 1. *Gerard. Mazzoll. in conſ.* 16. *nu.* 24. 25. voluit *Franciſc. Milanenſ. in deciſ. Siciliæ* 3. *nu.* 83 84. *lib.* 2.

SV B declara tamen nec eſſe probanda merita, quando ſunt ſpecificata per patrem donantem
109 cum † iuramento, iuxta ſententiam *Baldi* receptam communiter *in l. ſi donatione, C. de collat.* & voluit *Ripa, in Repet. l. ſi vnquam, q.* 15. *num.* 35. *C. de Reuoc. Donat. Andr. Alciatus in tract. Præſumpt.* 16. *num.* 2. vbi bene *Ioan. Nicol. Arelaten. in Apoſtillis. Alexand. in conſ.* 18. *incip. conſideratis his, colum.* 2. *verſ. Quanto magis hoc vol.* 3. *Ioan. Dilectus Durante. de Arte teſtandi, titul.* 1. *cautela* 3. *num.* 6. *Thom. Gramm. in deciſion. Neapol.* 73. *nu.* 10. *Ioan. Cephal. in conſ.* 61. *nu.* 13. *vol.* 1. *Gerard. Mazzoll. in conſ.* 16. *nu.* 24. 25. voluit *Franciſc. Milanenſ. deciſ. Siciliæ.* 3. *nu.* 83. 84. *lib.* 2.

TAMEN hæc omnia, magna ſapientis viri ſunt conſideratione digna, narrat enim *Seneca in*
110 *lib.* 3. *de Beneficio.* Filiorum † merita, digna, vt patria redditione compenſentur, *cap.* 38. *eius libri,* dicit Æneę maximum facinus, dum inter media hoſtium agimina, patrem per ignes pręmente Sarcina tulit, ac ex Vrbis ruinis eripuit. Antigoni caſum, qui cum hoſtium victoriã obtineret cum Regnare poſſet, ad patrem Victoriam remiſit. Adoleſcens Marcelli filius ob adoleſcentiam ob brutam, exilio damnatus à patre, tamen audiens à Tribuno Plæbis patri diem dictum, nactus autem Tribunum ſecretò euaginans gladium illi dixit
111 hoc † te gladio transfodiam hic dies eſt, niſi iures te diem patri remiſſurum. Quando merita ſunt clara, & notoria, aſſertione patrum probantur, aliàs ſecus, quia narratione, & probatione egent,
112 † nec per aſſertionem patris facienda eſt ludibrio legis diſpoſitio, *vt ex Mariano Socino Seniore in conſ.* 19. *nu.* 9. *vol.* 1. *& Iul. Clar. in* §. *Donatio, q.* 3. *num.* 4.

nu.4.& q.8.num.4. placuit *eidem Socin. in conſ.65. nu.10.& in conſ.66.num.13.vol.1.* exigitur meritorum concurſus, vt ex pluribus concludit *Marc. Anton. Peregrin. in conſ.76. nu.27. vol.1.* Quando autem ſumus in donatione inter perſonas prohibitas, vt inter patrẽ,& filios, tunc enim per veriſimi-
113 miles coniecturas, benerita † probari ſufficerent. vt ſupra diximus *ex Alexandro, Baldo, Alciato, Durante, & alijs,* quibus iungimus *Angelum in conſ. 341. incip. Pater emit. Bald. in conſ 66. incip. inter virum. Deci. in conſ.202. Hyppoly. de Marſil. in ſingul.610. incip. Statur aſſertioni.* & voluit *Ioſephus Maſcard. de Probation. concluſ.194 ſub nu.37. Emanuel Suarez in Theſaur. receptar. ſentent. §. Donatio nu.261.262. Roland à Vall. in conſ.98.n.51.vol. 1. D. Regens Valenzuela, in conſ.3. nu.64. Gerardus Mazzollus in conſ.16.num.25.* ſed vide *Franciſcum Milanenſem in deciſion. Siciliæ.3. num.82. libr.2. & Guidon. Pap. in deciſion. Delphinal.95.nu.2. Bertrandus Argentreus in conſuetud. Britan. in verb. Tiltre, articul.266.§.4.nu.39.*

DVOS caſus notabiles, in quibus non ſunt probanda merita, vnus ſi pater releuauerit ab o-
114 nere illa probandi, alter † caſus, in quo neceſſe non ſit probatio meritorum, quando ſumus in donatione extraneo facta, quos poſuit *Maſuerius in Pract. titul. de Donationibus, num.6. verſ. item hoc quod dictum eſt.*

DECLARA Quartò donationem fieri poſ-
115 ſe à patre † filio naturali. *l. omnes § Lucius. ff. de his, quæ in fraudem credit.* & voluit *Socin. in dicta Regula.103.num.2.* hoc idem voluit *Bartol. in dicto §. Lucius, num.2.3.* quia dicti naturales non ſunt ſub
116 patria † poteſtate, & hanc opinionem tenuit *Ludouic. Roman. in conſil.43. incip. Ad primum. Guido Pape in deciſion. Delphin.280.nu.1. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal.127. Petr. Duennas in Regul.223. num 4.*

SVBLIMITA non procedere in nefario, inceſtuoſo complexu natis, quia illi, dicit *text. in auth. ex complexu. C. de Inceſtuoſ nupt.* ex comple-
7 xu nefario, aut † inceſto, ſeu damnato liberi, nec naturales ſunt nominandi, omnis paternæ ſubſtantiæ indigni beneficio, vt nec alantur à patre. *l.1.l.2. C. de Naturalib. lib. Ioan. Neuizan. in conſ. 34.nu.1. Andr. Alciat. in conſ.52. in fin. lib.5. Vincent. Honded. in conſ.98.nu.17. in conſ.95. num.88. volum.1. Tobias Nonius in conſ.53.nu.25. Iacob. Menoch. de Arbitrar. iudicum quæſtionib. lib.2. centur.2. caſu 169. Ioan. Cephal. in conſ.48.nu.25.vol.1. Matt. de Afflict. in dicis. Neapol.203.* vbi dicit procedere in natis etiam ab ancilla viliſſima. *D. Cardinal. Paleot. de Nothis, & ſpur. cap.13.nu.4. cap.40. nu.1. Nicol. Boer in deciſion. Burdegal.127. num.6.8. Ioſephus Ludouic. in deciſion. Peruſin.18.n.18. Borgnin. Caualcan. in deciſion. Fiuizan.9.nu.19. parte 3. Guido Pape in deciſion. Delphin.280. ſub nu.2. Anton. Auguſtin. in deciſ. nouiſſim. Roman.1168. in fin. parte 3. volum.3. Petr. Benintendus in deciſion. Bononienſ.22. num.7. Michal Craſſus in §. inſtitutio, q.7. nu.9. D. Garſias Maſtrillus* attentauit dicere *in deciſion. Siciliæ.144.nu.1. vſq; ad nu.8.* quòd filia ſa-
118 cerdotis ſit nefaria, inceſtuoſa, † & in nullo, nec in alimentis ſuccedat, nec ei alimenta debeantur. Sed memoro nonulla dixiſſe *ad Bellugam in Speculo Principum. Rub.7. in verb. de Spurijs.*

SVPRADICTAM proximam concluſionem, veriſſimam eſſe de iure, ciuili, ſecus autem de iure canonico, quo poteſt capere in legatum, do-
119 tem, & donationem, non ſolum † naturalis, ſed etiam inceſtuoſus, nefarius, & nefaria. *arg. c. cum haberet, vbi DD. de eo, qui dux, in matrimon. quam poll. per adult. Abb. Panor. in conſ.115. num.1. verſ. ſed his non obſtantibus, volu.2. Augustin. Berous in c. in præſentia, num.213. de Probation. & in conſ.165. num.23. vol.2. Matth. Matteſila. Notab.147. incip. nota ſingulare dictum. Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 358. incip. Pater. Barthol. de Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ, Rubr.8. §.5. num.37. verſ. de iure autem canonico, Ioan. Lopez de Palatios Rubios, in Rubr. de donat. int. virum & vxor. §.50. num.27. & in Repet. dicti cap. per veſtras, Notab.3. §.23. nu.4.22. §.24. num.1. 10. Franciſc. Mantica de coniectur. Vltimar. Volunt lib 8 titul.5. nu.12. lib.10. titul.4. num.10. Ludouic. de Molin. de Hiſpanor. Primogen. lib.2. cap. 15. num.42. 45. 49. Didacus Spino in Specul. Teſtament. in gloſſ.16. num. 96. Marcus Antonius Marſilius Archiepiſc. Salernitanus de Eccleſiaſticorum origin & iure parte 3. cap. 32. nu.6. Simon de Prætis de interpret. Vltimam Voluntatum, libr.3. interpret.1. Dubitat.3. ſolut.2. num.7. Ioan. Petr. Surdus de Alimentis, titul.1. q.10. nu.5. q.23. nu.14. titul.8. q.9. num.6.* plures allegans *Petr. Cenedo Collectan. iuris Canonici, parte 3. collectan.168. nu.5. Anton. Capic. in deciſion. Neapol.164. per totam, & in deciſion.181. Petrus Benintend. in deciſion. Bononienſ.22. num.1. Don Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ 144. nu.8. cum pluribus ſeq. Aſcan. Clementinus de Patria poteſt. cap. 5. ſub nu.38. Horat. Luci. de Priuileg. ſchol. priuileg. 22.* qui omnes maiori ex parte concludunt, quòd
120 legatum, donatio, ſiue dos, quantitatem † alimentorum non excedat. Quod & voluit *Bald. in conſ.267. col.2. volu.1. & conſ.457. col.2. vol.5. Capicius in dicta deciſ.181. num.4. Roland. à Valle in conſ 74. nu.46. volum.1. Aſcanius Clementi in dicto Tract de Patria poteſtate effectu 11. nu.8.9.*

DECLARA quintò poſſe patrem donare fi-
121 lio in cauſa ſtudiorum, ſiue Doctori † *vt ex Baldo in l.1. ff. ſolut. matrimon & l. qui pater, ff. famil. herciſ.* voluit *Bartholo. Socin. in l. quæ pater, ff. famil. herciſ. Alexand. in conſ.142. incip. circa primam dubitationem, col.8. verſ. quo autem ad libros, vol.2. poſt Angel.* voluit *Iaſon, in dicta l.1. nu.52. ff ſolut. matrim Petr. Duenn. in regul.87. in princip. & ſub nu.3. & regula, 223. in fin. verſ. Et circa tertiam poſt Petrum Rebuff. in tract. de priuilegijs ſcholar. priuilegio.60. nu.2. Ripa in l. in quartam, num.170. ff. ad leg. falcidi. Carol. Ruin. in conſ.101. ſub num.12. vol.1. Andr Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, in præfat. col.14. verſ. item Relictũ. Horatius Lucius de priuileg ſchol. priuileg.22. & vlti-*

mo

mo loco Iacobus Benius de priuileg. iuris consultorum, par.3.priuileg.84. Nicolaus Reusnerus in decis. Ienens. 11.nu.41.42.lib.4.

DECLARA sextò, quia in omnibus supradictis casibus, in quibus patri in filium donare permittitur, intelligenda sunt, vt non immoderata sit
122 donatio, & immodica, in aliorum † filiorum detrimentum, quia patris morte non confirmaretur quo ad superfluum, sed in residuo subsistit, *l.2.C.de inofficios.donat. Auct. Vnde si parens, C.de inofficioso testam.* Quatenus ad donationē factam filio emancipato, quia à principio valuit, vt supra diximus nu.... quatenus esset inofficiosa, illius reuocatio es-
123 set facienda † per querelam, *vt per Bartol. Bald. Paul.de Castr. & alios in dicta l.2.* & præfata refert, & sequitur *Andreas Gail, practicarum obseruation. lib.2.obseruat.38.nu.15.*

PRIVS pater donationem filiæ, puta matrimonij intuitu fecit, postea facit testamentum, aut alio modo disponit, faciens fideicommissum super illis
124 bonis filio donatis, an super dicta donatione † dictum fideicommissi onus imponi potuerit, & sustineri debeat? Respondetur distinguendo, quòd si sumus in fideicommisso vniuersali, mulier in dote grauari non potest, *l. Mulier, §. cum proponeretur, l.à filia, in princ. ff. ad Trebell. l. pater filiam, ff. ad leg. falcid.* Si autem sumus in speciali fideicommisso, mulier potest grauare, quatenus Dos legitimam exce-
125 deret, relicta † sibi legitima, in qua non potest poni aliquod grauamen, *l. quoniam in prioribus, l. quoniam nouella, C.de inofficios. testam.* vt referens *Dyn. Martin. Silimani, & Cyn.* voluit *Bart. per illum text. in l. fin. §. filiæ, ff. de legat. 2.* Supradicta procedere inquit *Bart.* quando actio quæsita non fuisset filiæ,
126 quia si erat actio quęsita, grauari † non posset, nisi vltra dotem aliud fuisset relictum filiæ, & legatum relictum recognosceretur, *arg. l. Titia, §. qui in vita, ff. de legat. 2.* Ità resident *Bart. in dicto §. filiæ.*

VERVM dicit in Senatu Burdegalensi, fuisse
127 decisum locum esse fideicommisso † *per tex. in dict. fin. §. filiæ apud Nicolaum Boerium in decis. Burdegalens. 240.nu.20.* qui, vt mihi uidetur de hoc non loquitur, ità tamen retulit *Gerardus Maynardus in decis. Tholosan. 34. per totam, lib.5.* vbi subtiliter, &
128 eleganter quæstionem, quod post factam valide † donationem in dote per patrem filiæ, non possit onus fideicommissi imponi, & similiter *in decis. 35. eiusdem quinti libri.* Cogitaui, quòd fortè opinionem *Guidon. Papæ in decis. Delphinal.113.* allegari voluerit, in qua dicit, fuisse in Camera Delphinalis Parlamenti decisum, quòd per fideicommissum non tenebitur mulier, nisi in illo, quod est vltra
129 debitum bonorum † subsidium, & sic vltra legilegitimam, & ex errore impresorum fuisse literam erroneam. Quòd, & video ampliori modo quoad dotem, & donationem propter nuptias voluisse *Iacobum Cuiacium in Nouella. 39. col.2.* Atque ità (inquit) ex generali fideicōmisso deducitur, quantum doti sufficit, & donationi propter nuptias. Sed non relinquam, quod satis doctè, & eleganter post *Dynum, Martinum Silimani, & Ioan. Andr.* concludit in illo casu in dote locum sibi vendicare fideic om-
130 missum, siue † substitutionem fideicommissariā, & consuluit illo casu ob statutum Taruisinum, quo aufertur legitima *Ludouic. Romanus in cons.134. incip. Pro declaratione, nu.3.* quo in loco declarat omnia, quæ supra diximus *ex Bartol. in dicto §. filiæ,* & quod ibidem dixit *Bald. & in l. quoniam nouella,* & in casu præmisso firmat dictā conclusionem, quia, vt inquit, illo casu, illam filiam nunquam legitimam habuisse, cum eo casu in illa non succederet per exclusionem statuti, & ideo locum esse fideicommisso.

ABSENTI Donatio fieri non potest, nisi
131 † nuntius interueniat, vel Epistola, *l. Absenti, ff. de Donat. l. Nec ambigi C. eod. tit. l. in omnibus rebus, ff. de actionib. & obligat. Gloss. in l. illud in verb. alia causa C. de sacros. Eccl. & in l.1. C. de donat. caus. mort. & post Ioā. Andr. Bartol. Bald. Salyc. Ioa. Fabr. Castrens. Dyn. Cyn. Angelum. Roman. Francisc. Aretin. Ioa. Petr. de Ferrar. Corn. Afflict. Capell. Tholosa. Aufrer. Tiraquell. & Bald.* dixi *in consil.64. num.1. centur.1.* Quibus nunc addendi sunt *Ioa. Berberij in viatorio iuris parte 2. Rubr.2. num.16. Rub.8. nu. 58. Cardinal. in cons.254. col.3. Ant. Capicius in decis. Neapol.180. num.8. Cardinal. Parisius, in consil. 88. num.15. vol.3. Ioa. Cephal. in consil.33. num.1, 4. vol.1. in cons.272. num.96. vol.2. in consil.440. in fin. vol.3. Decius in consil.226. incip. Magister Ioa. col.1. Iulius Clarus in §. Donatio. q.12. Hieronim. Gabriel. in consilio 16. numer.11. volum.1. Marcus Antonius Natta in consil.94. numer.4. volum.1. in cons.253. num.1. in consil.466. numer.14. vol.2. Iacobus Menochius in consil.178. numer.4.5.20. vol.2. Marian. Socin. Iunior. in cons.127. nu.1. & pluribus seqq. vol.3. Gerardus Mazzoll. in cons.66. per totum, Ioan. Botta in cons.58. nu.1. Petr. Anton. Anguissol. in cons.10. n.14. lib.3. Fabius Turrett. cōs.... n.39. vol.1. Marc. Anton. Peregrinus in cons.94. nu.1. vol.1. Siluester. Aldobrand. in cons.34. nu.6. Prosper Pasetbus, in cons.48. nu.1. Francisc. Bursat. in cons.33. num.1, volu.1. Thobias Nonius in cons.1. nu.1. Ioan. Baptista Plotus in cons.54. nu.30.31.32. Elbertus Leoninus in cons.75. nume.6. Barthol. Bertazzol. in cons. ciuil.47. nu.2. Francisc. Counan. commentariorum iuris ciuil. lib.5. cap.9. nu.4. Petrus Gregorius Sintagmat. iuris vniuersi. lib.28. cap.13. nu.1. Nicol. Vigell. in Methodo iuris ciuil. lib.14. cap.9. distinct.2. versic. si absenti, Andr. Tiraquell. de iure constit. possessor par.3. limita. 30. num.9. cum pluribus seqq. Ioan. Baptista Costa de retrotract. cap.8. casu 25. nu.13. Emanuel Suarez in Thesauro receptar. sententiarum, nu.153. Christophorus Torniola, in cons.37. nu.4. Barthol. Bertazzol. in cons. ciuil.18. num.9. Anton. Gamma in decis. Lusitan. 258. num.5.*

RATIO redditur, quia cum donatio vt dixi-
132 mus, sit contractus, & ideo exigitur † duorum consensus, scilicet donantis, & donatarij, dicit *Corneus in consil.254. in prin. vol.3.* voluit *Ioan. Berber. in viator. iuris, par.2, rubr.1. nu.8.* & alij, quos supra

enume-

enumeraui. Sed non illam exiſtimo ego rationem, ſed quia cum donationem quis facere non cogatur, quia nullo iure cogente concedit *l. donari, ff. de donat. l. donari, ff. de regul. iur.* ſequitur donationem eſſe beneficium, beneficia autem in inuitum non conferuntur, nemo enim cogitur donum, munus,
133 & donationem capere † quia inuito *beneficium*, non datur, *l. inuito, ff. de regul. iur.* vndè optimè in hac materia dicit *Vlpianus* non poteſt liberalitas nolenti acquiri *l. hoc iure, §. non poteſt, ff. de donatio.* Illud tamen excipio, quod dicit *Hecaton apud Senecam. de Beneficijs, lib. 7.* Non ſemper liquet (inquit) mihi dicere, Nolo, aliquando beneficium accipiendum eſt, & inuito dat Tyrannus, crudelis, & iracundus, qui munus ſuum faſtidire te, Ergo id non eſt beneficium accipere, ſed imperare. Ideo poſt pauca ſubdit. Si neceſſitas tollit arbitrium, ſcias te non accipere, ſed parere, & dicam infra.

DECLARA primò, vt diximus, tunc valere,
134 cum Nuncius, vel Epiſtola in ea donatione † interuenerit, quia videntur neceſſario caſu illa ſtatuta in donatione, quæ fit abſenti, ità vt nec alius ſi pro nuncio motu proprio accedat, valeat, vt optimè dicit *Ludouic. Roman. in conſ. 495. incip. donatio patris, in princ.* licèt contrarium in illo caſu teneat, ſed *Franciſ. Aretin. in conſ. 17. incip. Conſideratis diligentiſſimè. col. 4. verſicul. Nec eſt verum quòd valeat* dicit, quòd ad perficiendam donationem abſenti factam, non perficitur conſenſus ipſius do-
135 nationis inter † abſentes, nec eſt efficax, niſi per medium nuncij, vel Epiſtolæ, quem ſequitur in ſpecie *Curtius Iunior in conſil. 120. ſub numer. 3. 4.* Vndè aliquando poſt præfatos tenui, dictos nun-
136 cium, vel Epiſtolam, fuiſſe † pro ſolemnitate requiſitos, *in conſ. 64. numer. 3. cent. 1.* & illa formula non interueniente, actum eſſe nullum, *c. in ſumma, c. ſine exceptione 12. q. 2. c. maiores de Baptism.* quod meum dictum in dicto conſilio ſequutus eſt *Ieremias Setſerus, de iuramentis, lib. 2. capit. 14. num. 7.* concinunt Doctores, quos allegat *Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, in verb. libertis, nu. 68. & in verb. ſuſceperit liberos, num. 65. & ſub num. 172. C. de reuoc. donat. Ioa. Berberij, in viator. Iuris parte 2. rub. 2. num. 16. Marc. Ant. Natta in conſ. 94. num. 4. 5. vol. 1.* voluit *Guido Pape in deciſ. Delphil. 222. numer. 2.* Ità decretum in parlamento Tholoſano *apud Capellam in deciſ. 383. inci. Item fuit quæſitum, an donatio. Corn. in conſ. 169. incip. In hac conſultatione, litera c. verſ. his tamen non obſtantibus, vol. 3. Siluester Aldobrandi. in conſ. 34. nu. 46. 47.*

DECLARA ſecundò valere donationem
137 abſenti, ſi fuerit ſtipulatus Notarius † pro Donatario abſente, *arg l. 2. l. 3. l. 4. ff. Rem pupill. ſaluam fore. Oldrad. in conſil. 30. incip. factum tale eſt, nu. 2. Cyn. in auct. Sacramenta puberum, q. 10. C. ſi aduerſ. vend. Alexander in conſil. 53. incip. In cauſa, & lite, num. 3. vol. 7.* vbi dicit quòd ſufficit quòd notarius recipiat pro donatario abſente *Barthol. Socin. in conſ. 236. incip. placet concluſio, col. 1. verſ. quando donator, vol. 2. Marian. Socin. iunior, in conſ. 67. num. 4. & per totũ, vol. 3. Iul. Clarus, in §. donatio, q. 13. verſ. primo ergo caſu. Andreas Alciatus, in c. cum contingat, num. 22. de iureiur. & paradoxor, lib. 1. cap. 2.* & ad materiam *Iacobinus de Sancto Georgio, in inueſtitura feudali, in verb. Nobiles,* eſt de mente *Ludouic. Romani in conſil. 171. incip. pro deciſione, num. 6. cum ſeqq. Philipp. Deci. in l. Quo tutela, §. Nec paciſcendo, in fin. Vbi Cagnol. ff. de regul. iur. Idem Hierony. Cagnol. in l. fin. num. 273. verſi. Aduertendum eſt etiam C. de pact. Iacob. Mandell. in conſ. 36. numer. 2. & per totum. Ioa. Anto. Rubeus in conſ. 91. num. 2. in conſil. 117. numer. 10. Andr. Tiraq. de iure conſtitut. poſſ. parte 3. limit. 30. numer. 9. Ioan. Cephal. in conſil. 33. num. 2. vol. 1. in conſ. 440. num. 3. vol. 3. Marc. Ant. Natta in conſil. 253. num. 1. 8. vol. 2. & in conſ. 315. num. 1. vol. eod. & in conſ. 645. num. 10. vol. 4. Ludouic. Roman. in conſ. 513. incip. in caſu propoſitæ conſultationis, num. 3. verſ. idem erit. Ludouic. Gozadinus, in conſ. 87. num. 14. Ioa. de Amicis in conſ. 126. nu. 5. Carol. Ruin. in conſil. 119. num. 7. in conſ. 126. vol. 1. in conſ 41. vol. 5. Auguſti. Berous in conſ. 4. num. 97. vol. 1.* Ita concluſum in Senatu Delphinali, *vt per Guid. Pape in deciſ. 49. in deciſ. 222. verſic. de ſtipulatione notarij, & in deciſ. 317.* Ita etiam ex Parlamento Pariſienſi, vt ſcribit *Ioan. Paponus Arreſtor. Curiar. lib. 11. tit. 1. Arreſto. 8.* & per Senatum Pedemontanum, vt optimè ſcripſit *Octauia. Cacheranus, in deciſ. 32. num. 7.* pulchrè, & vtiliter *Roland. à Valle in conſ. 19. num. 22. & per totum, vol. 1. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegalenſ. 353. in fin. Ioſeph. Ludoui. in deci. Peruſin. 29. num. 7. Hieronym. Magon. in deciſ. Lucenſ. 38. num. 11. Ant. Gamma in deciſ. Luſitaniæ 258. num. 5. Ludouic. de Molina de Hiſpanor. Primogenijs, lib. 4. cap. 2. num. 67. Stephanus Bertrand. in conſil. 302. vol. 3. Cardinalis Puteus in deciſio. 22. num. 6. lib. 2. Tiberius Decian. in conſil. 39. nu. 144. vol. 2. Guidus Pancirol. in conſ. 60. num. 12. in conſil. 172. num. 10. Iacob. Philippus Portius in conſ. 176. num. 25. 29. Simon de Prætis in conſ. 150. numer. 42. Corn. in conſ. 129. incip. videtur prima facie, litera f. col. 2. verſ. Nam licet, vol. 2. Syluester Aldobrandin. in conſil. 34. num. 46. 47. & in conſ. 94. nume. 45. D. Præceptor meus Ioa. Bolognettus, in conſ. 6. num. 15. D. Seraphinus Oliuarius in deciſio. Nouiſſim. Roman. 683. nu. 6. vol. 1.*

INTELLIGE primò dictam donationem abſenti factam, ſtipulante notario validam fieri ad beneficium donatarij, ſi idem notarius fecerit
138 illi ceſſionem iurium † per ipſum quæſitorum, ſtipulatio enim adinuenta eſt, vt vnus quiſq; ſibi acquirat, quod ſibi intereſt, cęterum ſi alius ſtipuletur, palam eſt, nihil ipſius ſtipulatoris intereſſe, *l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de Verb. obliga. l. vt inter C. de inutil. ſtipul. §. Alteri. Inſtit. eod. tit.* Dominium enim iſto caſu translatum in notarium præſentem.
139 fortè à notario quæſitum † in abſentis perſonam tranſgredi non poteſt, abſq; ceſſione *Angel. in 73. incip. Quòd dicta actio, in fin.* dicens N[illegible] ſtat, quòd gratia fit abſenti, & ignoranti, *de iureiur.* dicit, verum, dum modo [illegible] ſubſe-

ſubſequitur, nos autem loquimur, an ſine ceſſione, & dicit, Non obſtat quòd ex ſtipulatione notarij quæritur vtilis actio cuiuſcunque ſine ceſſio-
140 ne, quia hoc † falſiſſimum eſt, niſi ſtipuletur aliquid, quod ad ſuum officium pertineat, *l. Non aliter, l. his verbis, ff. de adopt. Hæc dicit Angelus*. Sed ego dico aliud, quod eſt apud me nouum, quod excogitaui, quòd tunc admitterem, quòd Notarius poſſit donationem pro aliquo donatario ſtipulari, quando non eſſet idem notarius, qui tanquam perſona publica, rogatus fuerit de ſcribendo actum, rogitum, ſiue inſtrumentum donationis, ſed eſſet alter notarius, non de actu illo rogatus, quia circa donationem, quam ſcriberet pro actu rogatus, nõ poteſt ſuſtinere alteram perſonam partis contrahentis, cum in iſto caſu, eſſent duo ſpecialia in eodem actu, quod notarius reciperet donationem nomine abſentis, alterum, quòd ille ageret pro illa donatione abſq; ceſſione, quæ duo
141 concurrere † inſimul nequeunt, *l. 1. C. de Dot. promiſſ.* Præterea, vna, & eadem perſona fingeretur duplici officio, & gereret vicem duorum, ſcilicet notarij publici, qui eſſet rogatus de actu, & vice
142 partis † contrahentis, *l. Ille à quo, §. Tempeſtiuum, ff. ad Trebell. l. liceat, § ſi plures, ff. de procur. l. pen. ff. de arbitr. l. ſi plures, ff. de pact.* quam vis fortè in contrarium faciant, quę annotauerunt *Bartol. & Bald. in l. ſi conſul. ff. de Adopt.* vbi conſideranda ſunt, quæ ibi dicunt, ſi notarius eſſet, coniunctus, vel conſanguineus illius, cui facta eſt donatio, quo caſu deſeruiret vt teſtis, & tanto minus deberet ad-
143 mitti. Inſuper poteſtas, & authoritas, quam † habent notarij, eſt, non vt ipſi ſint ſtipulantes, quia hoc ſpectat ad contrahentes, ſed illorum authoritas eſt in ſcribendo, & conficiendo publica inſtrumenta, & illa reaſſumendo, & reducendo in publicam formam, fidem facientem, & in hoc eſſet Tabellio, & contrahens, ſuper quibus allego Theoricam *Bartol. in l. Nec ei, §. eorum, per totum, & Bald. in eadem, l. Nec ei, §. ſatisdatio, num. 5. verſic. extra gloſam. ff. de Adopt.* Nihilominus relinquo alijs cogitandum, quia poteſtas Notariorum fecit altas radices, & tamen omnes mundi lites, vt video pro ſcripturis illorum proueniunt.

INTELLIGE ſecundò, ità demum recipi ſupradictam opinionem, vt donatio abſenti facta,
144 ſtipulante † notario pro abſente, valeat, ſi modò ſubſequatur acceptatio, & ratificatio abſentis donatarij & interim antequam fiat acceptatio, & ratificatio, donatio à donante reuocari poſſet. Acceptatio enim donationum, antequam eſſent Iura noſtra, quæ habemus in ſcriptis redacta. vſu erat. *Cicero* id probat *in Topicis*, dum ait, Nam neque
145 deditionem neq; † donationem, ſine acceptione intelligi poſſe, & hoc dicere voluit *Iuriſconſultus Paulus, in dicta l. Abſenti. ff. de Donat.* dum dicit, ſiue mittas, qui ferat, ſiue quod ipſe apud ſe habeat, ſiue habere eum iubeas, donari rectè poteſt, ſed ſi neſciat eam rem, quę apud ſe eſt, ſibi eſſe donatam, vel miſſam ſibi non acceperit, donatæ rei, dominus non fit: Bartolus in donatione facta abſenti, ſtipulante notario, & quæſtionibus, ſuper ea agitatis in toto corpore Iuris ciuilis per ipſum agitato, per ea, quæ vidi, noluit ſe intromittere. Requiri tamen acceptationem, & ratificationem donatarij, & interim, his non factis, & re integra,
146 eſſe donationem † reuocabilem, hoc voluit *Bald. in l. Nec ei, §. ſatisdatio, num. 9. verſ. ſexto quæro. ff. de Adopt. in auct. ſi quando, ſub n. 3. C. de conſt. pecun. ibi, conualeſcit obligatio ex vi ratihabitionis. Paul. de Caſtro in l. Paulus, n. 3. ff. de Rebus dubijs.* dicens, q̃ in
147 acquiſitione † concernete patrimoniũ non acquiritur ignoranti, niſi ſubſequatur ratihabitio. *Idem Caſtrenſ. in conſ. 172. incip. in caſu præſenti, & in conſil. 195.* quo in loco dicit, quòd & ſi notarius pro donatario ſtipuletur, non ſolum exigitur acceptatio,
148 ſed & donatarij ratificatio. † *Anton. de Butrio in Proœm. decretal. col. 18. Barthol. Socin. in l. 1. §. ſi iuſſerim, nu. 11. ff. de acquir. poſſeſſ. Deci. in l. certi conditio. §. ſi nummos, nu. 2. ff. ſi cert. petat. in l. 1. num. 22. C. de pact. in l. contractus, num. 16. 17. ff. de reg. iur. Hieronym. Cagnol. in l. fin. nu. 273. C. de pact.* dicens hanc eſſe communem ſententiam, & interim reuo-
149 cari poſſe † donationem, & hanc opinionem tenuerunt *Andr. de Piſis, Gul. de Cuneo*, & alij, quos refert *Albericus de Roſate, in l. Non enim, col. 1. ff. de adopt. Ioan. Andr. in addition. Specul. in tit. de ceſſion. action in additione incip. Petrus de Cernitis, in finali bus verbis, Franciſc. Aretin. in l. ſi abſenti, ff. de acqui. poſſeſſ. Ioan. Baptiſta Plotus in rep. l. ſi quando, nu. 12. verſ. ſic, & donatio vel venditio. C. vnd. Vi. Andr. Alciat. in c. cum contingat, nu. 237. de in reiuran. Lancellott. Galiaul. in rubr. ff. de Verb. obligat. col. 40. Corn. in conſ. 190. incip. ad euidentiam præmitto, col. 3. verſ. circa ſecundum autem, vol. 1. Deci. in conſ. 226. incip. Magiſter Ioannes, nu. 6. verſ. ſecus ſi quis conſtituat, nu. 9. verſ. Tertiò hoc idem, & verſ. Quarto hoc idem, & in conſ. 247. incip. in cauſa magnifici Baronis, col. 3. verſ. Quinto idem ſuadetur, in conſ. 432. incip. cum ſit, quòd Almericus, nu. 25. 26. in conſ. 464. incip. Placet concluſio. nu. 3. in conſ. 598. incip. Viſis his, quæ accuratè, nu. 3. 4. Carol. Ruin. in conſ. 21. col. 2. & in conſil. 174. col. 3. verſ. Sed ex alio, vol. 1. Hieronym. Gratus in conſ. 25. nu. 37. conſ. 67. col. 2. in conſ. 127. col. vltim. vol. 1. Barthol. de Caſſan. in conſ. 7. nu. 43. Ludouic. Gozadin. in conſ. 14. num. 8. Curtius Iunior in conſ. 55. nu. 9. 10. & in conſ. 120. nu. 1. Cardinal. Pariſ. in conſ. 77. n. 28. 29. vol. 1.* Hinc corroboratur ſupra dicta concluſio à fortiori, quia ſi quis apprehendit
150 nomine meo poſſeſſionem, non † præcedente ad hoc mandato, non acquiritur mihi poſſeſſio, niſi ſequuta ratihabitione mea, *l. cõmunis ſeruus, in fin. l. ſime in vacuam, ff. de Acquirend. poſſeſſ.* quæ ratiha-
151 bitio re integra fieri debeat, & rebus † in eodem ſtatu permanentibus, *argum. l. bonorum, ff. rem rat. haberi.* Vbi bonorum poſſeſſio ab alio agnita rata haberi debet in tempore congruo, quo cauſa ſit in priſtino ſtatu, qui textus, cum alijs authoritatibus allegatur *ab Alexandro in conſ. 110. incip. Viſis acutiſſimis, col. 2. verſ. requiritur enim, vol. 1. & in conſil.*

167. in-

167. *Incip. Quoniam res, num.* 2. & in vtroq; loco allegat *Rotam in deciſ.* 146. *incip. licet amicus, quæ eſt in libro meo in deciſio.* 150. *incip. licet amicus in Nouis.* Quo in loco dicitur, quòd licet Amicus meus recipiat poſſeſſionẽ beneficij mei, & teneat, & poſſideat, & fructus percipiat nomine meo, ſi expellatur de poſſeſſione, & expolietur, mihi non
152 competit interdictum † vnde vi contra ſpoliantem, niſi docuero, quòd de mandato meo poſſeſſionem receperit, & quòd huiuſmodi, nomine meo factam, ratam, & gratam habuerim, & fructus, ſeu poſſeſſionem mihi ſoluerit. *Iacob. Mandell. in conſ.* 36. *num.* 1. *Marian. Soci. Iunior in conſ.* 67. *nu.* 1. 2. *cum pluribus ſeq. vol.* 3. *& in conſ.* 126. *num.* 13. 14. 15. *vol.* 1. *Stephanus Bertrand. in conſ.* 79. *col. fin. volu.* 2. *Hieronym. Gabriel in conſ.* 112. *num.* 6. *vol.* 1. *Andr. Barbat. in conſ.* 40. *num.* 6. 7. *vol.* 2. *Auguſtinus Berous, in conſ.* 4. *num.* 35. *vol.* 1. *Gerardus Mazzoll. in conſ.* 66. *num.* 1. 2. *Franciſcus Purpurat. in conſ.* 478. *num.* 21. *vol.* 2. *Ioan. Baptiſta Plotus in conſ.* 54. *num.* 25. *Marius Anguiſſol. in conſ.* 130. *num.* 3. *Federicus Scotus in conſ.* 5. *per totum, lib.* 5. *tomo* 1. *Ioan. Petrus Surdus, in conſ.* 351. *num.* 32. *vol.* 3. *Guidus Pancirol. in conſ.* 60. *num.* 11. *in conſil.* 172. *numer.* 10. 11. *Didac. Couar. de Teſtament. parte* 3. *num.* 13. *& variarum reſolutio. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 12. *Burgos de Pace quæſt. ciuil. parte* 1. *q.* 10. *num.* 14. *Marc. Ant. Natta in conſ.* 94. *num.* 45. *vol.* 1. *& in conſ.* 189. *num.* 3. *vol. eod. in conſ.* 315. *num.* 1. *vol.* 2. *Simon de Prætis in conſil.* 150. *num.* 42. *Ioan. Ant. Rubeus in conſil.* 132. *Tiberius Decianus in conſ.* 1. *num.* 61. *vol.* 3. *Ioan. Cephal. in conſ.* 33. *num.* 16. *vol.* 1. *in conſ.* 440. *num.* 30. *vol.* 3. *Antonius Gabriel. in commun. opinio. lib.* 3. *tit. de verbor. obligationibus concluſio.* 1. *num.* 100. 102. *Franciſcus Connanus commentar. Iuris Ciuilis, lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 3. 4. *Petrus Rebuf. ad Conſtitut. Galliæ tomo* 2. *tit. de donatio. inſinuand. Articul.* 3. *Gloſſ.* 4. Qui dicit, Donationem etiam Eccleſiæ factam requirere acceptationem, (quod ego non probarem) & ſupradictam concluſionem, quòd requirat dicta donatio abſenti facta ſtipulante p eo notario aliàs tenui, vbi aliquos ex prefatis allegaui *in conſ.* 64. *num.* 7. 8. 9. *centur.* 1. *Anton. Gomez in l. Tauri* 45. *num.* 8. *Tellius Fernand. in l. Tauri* 17. *num.* 30. *Andr. Tiraquell. de iure conſt. poſſeſſorij parte* 3. *limitatione* 30. *num.* 10. *Andr. ab Exea de pactis parte* 2. *num.* 218. 220. *Ludouicus de Molina de Hiſpanorum Primogen. lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 63. 67. de his ſic dicit *Iacobus Cuiacius conſultatione* 43. Et donatio (inquit) quæ fit abſenti, non aliter valet, quam ſi liberalitatem agnouerit, *l. Abſenti, de Donat.* nec enim eſt donatio, ſine acceptione, & rectè in illum locum Comici, Dos eſt decem talenta, Accipio, Vetus interpres, Niſi, inquit, dixiſſet, Accipio, non eſſet dos. Datio enim ab acceptione confirmatur, nec poteſt videri datum id, quod nõ eſt acceptum, ſubiungit, non videtur perfecta, antequam donatarius eam habuerit gratam. *Hæc ibi Cuiacius.* Hoc idem firmat *Idem Cuiacius Obſeruationum, libr.* 12. *cap.* 28. Donatio (inquit) non aliter fit abſenti re-
153 ctè, quàm ſi abſens † rem ſibi miſſam acceperit, vel rem iam quidem conſtitutam ſibi donatam ſciuerit, eamq; donantis liberalitatem agnouerit, *l. abſentis, ff. de donat.* Nec enim eſt donatio ſine acceptione. *Hæc Cuiacius.* Et iſta concluſio, defendi poteſt ex ſupra allegata *Rotæ Romanæ deciſ.* 150. *Incip. licet amicus*, & per ea quæ ſcribit *Guido Pape in deciſ. Delphinal.* 13. *num.* 2. *Stephan. Ranchin. ad Guidon Papæ in deciſio.* 222. *vbi etiam Iacob. Ferrerius in princip. Gulielmus Onciacus quæſtion. Academicarum, lib.* 1. *q.* 49. *queſtio.* 50. *Franciſcus Viuius in communi, in verbo Donatio. Hieronym. Magon. in deciſ. Lucenſi* 38. *num.* 24. *in deciſ.* 55. *num.* 9. *D. Cardinal Puteus in deciſ.* 22. *num.* 6. 7. & facit etiam *deciſ.* 339. *numer.* 1. *lib.* 2. *Vincent. de Franchis, in deciſio. Neapol.* 339. *per totam. Franciſcus de amicis de his, qui Feudum dare poſſunt*, §. *Ex hoc etiam, num.* 3. *fol.* 73. *Andreas Molfeſius. in Conſuetudine Neapol. tit. de Renunciatione, q.* 4. *num.* 14. *Ioan. Baptiſta Thorus in Compendio deciſ. Neapol.* §. *donatio facta abſenti. Nicolaus Valla de Rebus dubijs tract.* 2. *num.* 3. *Franciſcus Marcus in deciſio. Delphil.* 326. *numer.* 6. 14. *volumine* 1.

DECLARA Tertiò, quòd, & ſi donatio non ſit facta præſenti, ſed abſenti, & tamen ille poſſeſſionem habuit rei donatæ, ex qua poſſeſſione in il-
154 lum tranſiuit dominium, † ideo illa valida erit, ità decreuit Sacrum Conſilium *vt per Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 275. quem referendo *Cardinal Pariſius in conſil.* 25. *num.* 52. *vol.* 3. ſequitur dicens quòd donatarius capiendo, & retinendo res donatas, donatio abſenti facta redditur valida. Eoſdem ſequitur *Iacobus Menoch. in conſ.* 92. *num.* 65. *vol.* 1. dicens, cenſeri donatarium ratificare donationem ſibi abſenti factam per apprehenſionem
155 † poſſeſſionis, notauit hanc Deciſionem *Ioan. Baptiſta Thorus in Compendio Deciſionum Neapol. in* §. *legatum fundi.* Sed non ad iſtud propoſitum illum ſequuti ſunt *Vincent. Carrocius, in caſu* 84. *num.* 25. *& Polydorus Ripa in obſeruatione ſingulari* 148. *nu* 1. *Thob. Nonius in conſ.* 1. *numer.* 5. Omnes ſupradicti mouentur dicto, & authoritate *Bald. in l. Nec ambigi, in fin. C. de Donat.* quo in loco hæc ſunt verba *Baldi.* Dic, quòd iſta donatio nõ eſt perfecta quãntum ad contractum, & donationem, quia non interuenerunt organa media, quę requiruntur in donatione, ſed fortè eſt perfecta quantum ad dominium, *vbi in Apoſtillis, Andr. Barbatia, Alexander, ſiue Celſus Hugo, in verb ſi forte*, dicit, nota ſingulariter iſta verba. *Vnde Baldus* non dicit, quod ipſi dixerunt, quòd donatio abſenti eo modo facta ſit valida.

DECLARA Quartò, Ius reuocandæ dona-
156 tionis, competens donanti qui donauit † abſenti, non tranſire ad hæredes, *arg. l. fin. C. de Reuocand. donat.* voluit *Bartol. in l. Qui Romæ*, §. *Flauius Hermes, num.* 1. *verſi. vltertus habetis. ff. de verb. obligat.* quem ibi ſequuntur *Alex. Socin. & Ias. ex l.* 3. *ff. de ſeruis expor. Idem Alex. in conſ.* 8. *incip. Viſis ſubtiliſſimis, col.* 4. *verſic. attento, quòd ſumus, vol.* 3. *Deci. in conſ.*

conſ.35.incip.Præſtantiſſime, il primo quia ſunt tria vnum vnita conſilia, quæ omnia ſunt ſic vnita in dictum modum incipiunt in vno *numero* 35. *ſub n.* 5. *verſic. Postremo conſiderandum eſt, & in conſ.*639. *incip. viſa conſultatione, num.*5. *Cardinal. Pariſius in conſ.*16. *num.*38. *vol.*2. *Ioan. Baptiſta Aſinius, in l. in princ. num.*190. 191. *ff. de Religioſ. & ſumptib. fun. Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol.*339. *nu.*3. *Thorus in compendio deciſ. Neapol.* §. *Donatio.*

DECLARA Quintò, ratificationem donatarij requiſitam, fieri illo mortuo, non poſſe per
157 hæredem, etiam † ſi notarius fuiſſet ſtipulatus pro donatario, & hæredibus, habetur *in l. Bonorum, in fin. ff. Rem ratam haber.* quia mortuo donatario, cuius nomine notarius ſtipulatus fuerat, non dicitur poſſidere ſtante illius morte, cum res non ſit integra, vt dicit, *Alexand. in l. Quod meo, in princ. nu.*5. 6. *ff. de acqui. poſſeſſ.* & voluerunt in ſimili. *Bartol. Angel. & Alex. in dicta l. Bonorum. Idem Alexandr. in conſ.*24. *incip. Ponderatis his, col.*4. *verſ. Præterea iſte Vgolinus, vol.*4. *Ioan. Baptiſta Plotus in conſ.*54. *ſub num.*25. *Ioan. Cephal. in conſ.*440. *nume.*31. 35. *vol.*3. Dixi ego *in conſ.*64. *nu.*12. *cum pluribus ſeq. centur.*1. dixit hoc *Paulus de Caſtro in dicto conſil.* 195. *conſ.*197. *Ioan. Ant. Rub. in dicto conſ.*132. *Andreas Alciat. in lib.*1. *Parergon. cap.*13. *Marc. Anton. Natta in conſ.*253 *numer.*9. *vol.*2. *infinitos allegans Andreas Tiraquell. de Retractu conſanguin.* §. *gloſſ.* 10. *nu.*85. *Octauia Cachera. in deciſ. Pedemont.*119. *nu.*24. *Ioan. Baptiſta Coſta in tract. de Retrotract. ca.* 8. *caſu* 4. *nu.*20 *& per totum.*

DECLARA Sextò, quòd etiam in donatione cauſa mortis requiritur ſtipulatio, & acce-
158 ptatio † donatarij per illius præſentiam, quia licèt hodie donatio cauſa mortis poſſit fieri nudo pacto, *vt per Gloſſ. in l. cum pater.* §. *Mœuio, ff. de legat.* 2. *poſt Azonem* quem refert, & illam ſequitur *Deci. in Rubr. C. de pact. numer.*4. & hanc opinionem tenuit *idem Deci. in conſ.*245. *inc. In cauſa, col. fin. ſub num.*7. *verſ. Ad maiorem tamen cautelam*, qui mouetur ex authoritate *Bartol. in l. iuris getium,* §. *quinimmo, ff. de pact.* dicentis diſpoſitionem, *l. ſi quis argentum C. de donation.* Tamen habere locum in nudo pacto donationis cauſa mortis, acceptatę expreſsè, non autem tacitè.

CONTRARIAM Tamen opinionem tenent communiter Doctores, quòd ſola præſentia
159 donatarij ſufficiat, etiam † ſi taceat, & nihil dicat, quia præſumitur conſentire, *arg. c. qui tacet, de regul. iur.* vnde ſufficit, quòd ſit præſens, & intelligẽs, & ſic valet donatio cauſa mortis cum præſentia, *l. inter mortis, ff. de donat. cauſa mort.* vt voluit *in ſpecie Angel. in conſil.*183. *incip. Ex themate prædicto, col.*2. *verſ. Item non valet Iure codicillorũ,* idem voluit *ipſe Angel. in l. Qui in poteſtate, ff. de teſtam.* & voluit *Marian. Socin. Senior. in conſ.*112. *inc. Multum abundè, col.*3. *verſ. Aliquando, & ſecundo ille, vol.*1. quos ſequitur *Ioan. Franciſc. Ripa, in Rubr. ff. de verb. obligat. num.*24. *Iulius Clarus in dicto,* §. *donatio, q.*6. *verſ. ſed quæro tuſcis. Gulielm. Benedict. in repet. c. Raynutius, in verb. Matrem inſuper Cleram, num.*47. *de teſtam.* amplè alios allegans *Hieronym. Gabriel. in conſ.*16. *num.*8. 9. 10. *vol.*1. *& in conſ.*116. *num.*10. *eodem, vol.*1. *Ioan. Franciſc. de Ponte in conſ.* 73. *nume.*2. *Marius Anguſſol. in conſ.*126. *nume.*15. *vol.*1. *Hippoly. Riminald. in conſ.*642. *num.*3. *in conſ.* 670. *num.*68. *vol.*6. quos retulit *Fabius Turrett. in tract. de Clauſul. Codicillari, q.*119. *num.*1. 2. quam etiam opinionem contra Decium firmauit *Rota apud D. Cardinalem, ſiue Papam Aldobrandinum in deciſio. Nouiſſima Roman.*245. *nume.*6. *vol.*1. *& in deciſ.*249. *num. eod. vol.*1. Idem per eadem verba, ita vt ſit eadem quod voluit *D. Cardinalis Lancellott. in deciſ. nouiſſima Romana* 333. *per totam vol.*2. dicens opinionem Decij in hoc puncto eſſe communiter damnatam.

160 ET QVAMVIS contrarium † poſt *D. Præceptorem meum Ioannem Bolognettum, in l.*1. §. *ſi quis ita, num.*127. *ff. de verb. oblig. & Micha. Craſſum de Donationibus cauſa mortis, q.*3. *nume.*3. *& Antonin. Theſaur. in deciſ. Pedemont.*150. *nume.*12. quos ſequitur, teneat *Fabi. Turrett. in dicta q.*119. *num.*3.

161 Tamen loquitur de caſu, quando fuerit † factum teſtamentum à filio familias cum conſenſu patris, & ſit dictum, ſi non valeat Iure teſtamenti, valeat Iure codicillorum, non expreſſo, vel donationis cauſa mortis, & dicit, tunc non operari, quòd valeat, vt donatio cauſa mortis, & tunc ſecus eſt, quãdo eſt facta ſpecificatio donationis cauſa mortis, quia illa ſpecificata, contrariũ eſſet ſentiendum ſecundum opinionem *Dyni*, quem refert *Bald. in l. ſenium ſub nu.*4. *verſ. modo formatur talis quæſtio. C. Qui teſtam. facer poſſ.*

f QVINIMMO, quando ſumus in expreſſa
162 donatione cauſa mortis, & non fuit præſens † donatarius, tamen in eius beneficium, & fauorem ſuſtinebitur tamquam fideicommiſſum, ſi eadem donatio facta eſſet ab homine ſui iuris, & libero, ſecus ſi à filiofamilias, qui debet donare præſens præſenti, & recipienti, vel illi perſonæ, alteri, pro ea, vt notario, & tũc eſt donatio cauſa mortis, aliàs
163 verò non eſſet abſenti donatio cauſa † mortis, & hoc in filio donante abſenti, ſed in homine ſui iuris, alio iure valeret, quia tunc peteretur, vt fideicommiſſum, quia quæcunq; verba ſufficiunt, *l. fideicommiſſa, in princ. ff. de leg.*3. & in eis, non refert, cum quo quis loquatur, *l. cum pater,* §. *Donationis, ff. de leg.*2. *Hæc Bartol.* Cuius verba cum retuliſſet *Gul. Benedict. in dicto, c. Raynutius, in verb. Matrem inſuper cleram, ſub num.*55. ſubiungit, di-
164 cens, quod eſt menti † tenendum, quia ſæpe contingit quòd fiant donationes cauſa mortis, & non eſt præſens perſona donatarij, & tamen valent fideicommiſſa, ita quod ſuccedentes ab inteſtato ipſi donatori, compelluntur reſtituere donata ipſi donatario, probatur iſta concluſio *in l. Miles ad ſororem, in principio & in dicta, l. cum pater,* §. *donationis, ff. de legat.*2. tenet *Ludouic. Roman. in conſil.* 171. *Incip, pro Deciſione, num.*6. *verſ. Aliquando verò tertio. Corn. in conſ.*254. *incip. Licet videatur,*

litera C,

litera C, d. vol. 3. Aymo. Cravetta in conſ. 139. incip. Titius promiſit, Martan. Socin. Iunior, in conſ. 67. nu. 17. vol. 3. Conſtantin. Harmenop. lib. 5. quem refert, & ſequitur *Iacob. Cuiacius, Obſeruation. lib. 2. cap. 3. Cardinal. Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 245. nu. 6. vol. 1.*

ILLATIO fit ex prædictis, quòd donatio
165 cauſa mortis eo modo facta, quæ in vim † fideicommiſſi reſultat, & valet, poterit ſemper reuocari, quemadmodum quælibet vltima voluntas reuocari ſolet. Ita *per text. in l. ſi donatio, C. de donat.* voluit *Ludouic. Roman. in dicto conſ. 171. incip. Pro deciſione, ſub nu. 6. verſ. Aliquando vero tertio. Aymo. Cravett. in dicto conſ. 139. in fin.* vbi alios plures allegat.

DECLARA ſeptimò, dummodo in dicta donatione cauſa mortis interuenerint quoque te-
166 ſtes, vt habeat vim † vltimæ voluntatis, vt ex pluribus dixi *ſupra hoc eodem titul. nu. 27. verſ. pro facienda, & probanda.* voluit *Surdus in conſ. 450. num. 5. vol. 3. Ioan. Franciſc. de Ponte in conſ. 73. nu. 2. 3. & in conſ. 82. nu. 11. Hieronym. Gabriel. in conſ. 69. num. 2. vol. 2. Sylueſter Aldobrandin. in conſ. 93.*
167 *nu. 4.* Et in hoc Regno Neapolitano, non ſolum † Notarius, & teſtes, ſed etiam iudex Regius ad cõtractus interuenire debet. *vt in conſt. Regni. Inſtrumentorum robur, vbi gloſſ. Iſernia, Lallus, & Afflict. Regens Tapia, & Ioan. Franciſ. de Ponte dicto conſil. 73. nu. 3. in conſ. 82. num. 5. 11. Bernard. Pand. de exequu. Inſtr. par. 1. declar. 4. nu. 20. 21. Ioan. Paul. Galter. in pract. Inſtrum. Crim. par. 1. Rub. 2. n. 13. 14.*

MINOR teſtium numerus ſi exigeretur in donatione cauſa mortis ex diſpoſitione ſtatuti, ille ſufficeret, vt ſuper ſtatuto Senenſi ſuæ patriæ
168 prouidenti † ſufficere eo caſu tres teſtes, conſuluit *Marian. Socin. Iunior in conſil. 67. nu. 17. vol. 3.*

DECLARA octauò, quòd ſi donator prius moriatur, quàm donatarius abſens acceptet, donatæ rei dominium ad donantis hęredes tranſmit-
169 tit, nec donatarius † poſt donatoris obitum poteſt ratificare, ita quod vana redditur donatio, *vt per Paul. de Caſt. in allegato conſ. 195. n. 2. 3. Dec. in dicto conſ. 226. nu. 8. Cardinal. Pariſ. 77. num. 26. 38. 39. volu. 1. Rub. Alex. in conſ. 152. Cur. Iun. in conſ. 55. nu. 9. Cardinal Pariſ. in conſ. 77. nu. 26. vol. 1.* quia quod donatur abſenti, cuius nomine acceptet no-
170 tarius, remaneat in bonis donantis, quouſq; † abſens id ratum habeat, *vt per illũ tex.* voluit *Bart. in l. ſi ego, ff. de Negot. geſtis, Ioan. de Imola, in l. communis ſeruus, in fin. ff. de acquir. poſſ. Bartholom. Socin. in l. 1. §. ſi luſſerim, in fin. verſ. poſt remo, ff. eod. tit.* & voluit *Ioan. Cephal. in conſ. 33. nu. 2. vol. 1. in conſ. 440. nu. 38. 43. vol. 3. Auguſtin. Berous in conſ. 4. nu. 42. vol. 1.*

DECLARA nonò, idcirco ratificationem donationis abſenti factæ ſtipulante notario, poſt donantis obitum fieri non poſſe, nec factam vale-
171 re. † *arg. l. Bonorum, in fin. vbi Bartol. Angel. Alex. & cæteri, ff. Rem Rat. haber. Anton. de Butr. & Ioan. de Imol. in c. fin. de Conſeſſ. Alexand. in conſ. 24. nu. 9. vol. 5. Franciſc. Viui. in opinion. Commun. 77. Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemont. 119. nu. 24. Cephal. in conſ. 440. num. 35. vol. 3.* quia res non eſt integra. vt dicit *Didacus Burgenſ. quæſtion. ciuilium, lib. 1. q. 10. nu. 36.*

DECLARA Decimò, etiam ſi donatarius abſens, pro quo notarius eſſet ſtipulatus, ratificarit donationem vel illam ipſi factam fuiſſe ab a-
172 lio audierit, & donatario † donationem nunciauerit, ratificatio valida non erit, ſi nunciatio facta fuerit abſq; donantis voluntate, *vt poſt Salycet. in l. Nec ambigi, C. de donat. & in l. illud, C. de Sacroſan. Eccleſ.* voluit *Ioan. Cephal. in conſ. 272. num.*
173 *11. 96. 97. vol. 2.* dicens non poſſe † extraneum donationem donatario denunciare, ſed exigi epiſtolam, vel nuncium, quæ ſunt miniſteria, quibus volunt leges cum abſentibus donatarijs poſſe, & debere negociari: quem ſequitur *Ioannes Botta in conſ. 58. nu. 3.*

DECLARA vndecimò ſi Donatio fuerit abſenti facta coram Iudice, & illius decreto interueniente, quia iſto caſu cenſuit *D. Cardinalis Pari-*
174 *ſius in conſ. 69. num. 149. vol. 3.* illam † valere, & idem tenuit *Andr. Barbat. in conſ. 30. num. 9. vol. 2.*
175 quos nouiſſimè ſequi noluit † *Antonin. Theſaurus, in deciſion. Pedemontan. 70. num. 11.* nec ego ſequerer, vt dicam in ſequenti declaratione.

DECLARA duodecimò, validam eſſe do-
176 nationem, ſi Notarius ſtipuletur pro † Infante, vt conſuluit *Iacobus Mandell. in conſil. 36. nu. 2.* hanc limitationem retulit *Antoninus Theſaurus in deciſion. Pedemontan. 70. nu. 15.* & tunc dicit pro cautela expectari ratificationem, quando factus erit
177 † ætatis maioris. *vt per Burg. de Paz quæſtion. ciuilium parte 1. q. 10. nu. 18.* ſi in declaratione præcedenti *Cardinal Parri. in dicto conſ. 69. num. 149. vol. 3.* dixit donationem illam abſenti factam coram Iudice ſuſtineri, non defendit ex alio illam cau-
178 ſam, † niſi quod erat facta in iudicio, & pro donatarijs pupillis, & minoribus, & quia non ſunt eo caſu argana congruentia in illo caſu, ideo illam opinionem non teneo. Quo verò ad hanc declarationem, ad illam exequendam, vt ipſi dicunt, occurrerent interim multæ ambiguitates, quia quando fieret donatio infanti ſtipulante notario
179 pro illo, infans † dicitur communi opinione minor ſeptem annorum. vt deducit ad longum *Ioan. Franciſc. Fara in Tract. de eſſentia infantis, cap. 4. per totum, & per plura capita.* poteſt tamen cum
180 Tutoris authoritate adire hęreditatem † locupletem. *vt poſt Cyn. Bald. Angel. Salycet. Lud. Roman. Iaſonem*, & alios, voluit *idem Fara in dicto Tractat. cap. 30. num. 10.* vndè poſſet poſſeſſionem
181 acquirere tutore † authore. *l. Quamuis, §. Infans, ff. de Acquir. poſſeſſ.* Quinimmo infans peculiari
182 iure poteſt per ſeruum † poſſidere, *dicta l. Quamuis, §. pupillus.* Tanto magis per notarium, qui quandoque appellari ſolet ſeruus publicus. Quia ſi vellet maior ætas expectari ad ratificandam donationem, interim vel donator, vel donatarius

poſſent mori & plura ſuccederent dubia. Vn-
183 dè dicerem † hanc rem eſſe deciſam per Imperatorem. *in l. donatorum, C. de Acquir. poſſ.* vbi habetur, quòd rerum donatarum infanti vacua poſſeſſio tradita acquiritur, quæ licèt *ibi Bartol. ex Dyno, dicat,* quòd de localibus, & poculis quæ do-
184 narentur † infantibus, & non de alijs; tamen eſt mera diuinatio, quia dicit, dummodo detur vacua, poſſeſſio infanti tradita quæritur, & ideo *Dy-*
185 *ni, & Bartoli* dictum reprobat *Barthol.* † *Socin. in l.* 1. §. *adipiſcimur, num.* 7. *ff. de acquirenda poſſeſſ.* Vndè *arg. dictæ l. Donatorum.* benè dicit *Petr. de Ancharano, in conſil.* 404. *incip. Tria dubia, colum.* 1. *verſicul. ex quibus patet,* dicit, quòd poſtquam ho-
186 mines habent intellectum, ſunt † habiles ad acquirendum. licèt ſimpliciter, vt dicit *Bart.* tranſeat *Raph. Comens. in conſil.* 91. *incip. an productus, col.* 1. dicens, quemadmodum dicimus infantem acquirere poſſeſſionem iocalium, & ſimilium, in quibus cadit aſsedio. & allegat *dictam l. Donatarum.* ita, & aliorum. Ideo cogitandum.

187 CONCVBINÆ donatio, an fieri valeat † vel facta teneat? poſſet hoc dubium breuibus reſolui, tñ dicam ſuccinctè quid de iure digeſtorum, quid codicis? quid de iure canonũ, quid ẽt antiquitus fuerit obſeruatum. Pandectarum iure arbitror concu-
188 binatum † fuiſſe permiſſum, *ex Vlpiano in l.* 1. *ff. de concubinis,* ex duobus locis ibi, ſcilicet, concubina, quæ eſt in concubinatu patroni; ab inuito patrono poteſt diſcedere, & alteri ſe aut in matrimonium, aut in concubinatum dare. Et ſic permittit, q; ſe ipſam in concubinatum det. Alterum, dum di-
189 cit, cũ Attilicino ſentio, & puto ſolas eas † in concubinatu haberi poſſe, ſine mætu criminis, in quas ſtuprum non committitur. Sic patet ẽt *ex l. In concubinatu, ff. eod. tit. in princ.* & ſic concubinatus, nec in
190 virgine, nec in vidua eſt † permiſſus ex illo iure. Quo ẽt permittebatur magiſtratui in ea prouincia, in qua adminiſtrationem aliquam gereret, poſſe
191 concubinam † habere. *l. fin. ff. de concubinis. Placentinus in ſumma Codic. lib.* 5. *ti.* 26. *& Fuſius Azo in ſumma lib.* 5. *titul.* 26. Vndè *poſt Raynerium de forliu. Bart. in l. item legato,* §. *parui, nu.* 1. *ff. de leg.* 3. dicit,
192 quòd de iure ciuili concubinatus non eſt † improbatus, *& in l. in concubinatu, ff. de concubin.* inuoluit
193 ſe cum dicto *Riccharди* † *Malumbræ,* quod mihi non admodum ſatisfacit, *in l. concubinam, eod. titul.*
194 *poſt Dynum* dicit, concubinam dici illam, † quam quis tenet, in eadem domo, & ſimul cohabitent. Sed dicam inferius meam ſententiam.

IVRE codicis habẽti vxorem eſt prohibitũ tenere concubinam, & ſic per argumẽtum à contrario, non habenti vxorem concubinam habere permit-
195 titur, † *l. Vnica, C. de concubin.* Sed per Iuſtinianũ Imperatorem, habere concubinas Eccleſiaſticis
196 tãtum † perſonis iuterdixit, vt de Monachis dixit *in Auct. de Monachis,* § *ſi quis autem monaſticam profitentium conuerſationem.* Sed, & de clericis, presbi-
197 teris, & alijs perſonis † Eccleſiaſticis, habetur in *Auct. de Sanctiſſimis Epiſcopis,* §. *Presbiteris autem, & diaconibus.* Idem probatur *in l. ſi qua Illuſtris,* §. *fin. C. Ad Senatus conſult. Orfician.* Vbi ſpurius natus
198 ex Illuſtri per legitimum † concubitum, ſuccedit, matrix, vnde *Bald. in l. eam quam, C. de fideic. n.* 35. *verſic. denuo dubitatur,* dicit, quòd licitus eſt concu-
199 binatus † inter ſolutum, & ſolutam, tamen debet interuenire, verbum pro teſtantis, ſe tenere in concubinam, & factum, quod eatur in domo, ità quòd paſſim non poſſit vagari circa plurimorum concubitus. Vndè Doctores introduxerunt inuiluppare quæſtionem, an concubinatus ſit de iure ciuili, vel
200 canonico prohibitus. Ego † videre volui, quid diſpoſuiſſent iuriſcõſulti de iure digeſtorum, & quid Imperatores, præſertim chriſtiani? pro vt dixi, & de iure ciuili fuiſſe permiſsum, vt ſupra, patet, quod firmarunt *Ioan. Baptiſta de Sancto Seuerino in repetit. l. ſi qua Illuſtris,* vbi eleganter, & doctiſſimè id probauit *Hieron. Cagnol. in dicta l. nu.* 11. 12. 30. *cum pluribus ſeqq. C. Ad Senatuſconſult. Orfician.* idem ſentit, non tamen figens pedes. *D. Cardinalis Paleotus in tractatu de Nothis, & ſpurijs, c.* 12. *n.* 11. qnem ſequitur *Iacobus Menochius de arbitrar. iudic. quæſt. lib.* 2. *centur.* 5. *caſu* 418. *num.* 21. & poſt alios antiquiores, quos allegat *Iulius Clarus in* §. *Fornicatio, nu.* 4. *& in practic. criminal. q.* 37. *nu.* 4. & confuſim, dum narrat requiſita in concubinatu *Thom. Grammat. in Voto* 4. *Tiberius Decian. in conſ.* 5. *num.* 94. *vol.* 1. *& in tractatu criminali, lib.* 2. *cap.* 19. *nu.* 9. *par.* 1. *Antonius Sola in Decretis Sabaud. in Decreto omnem, tit. de concubinatu Laicorum, in Gloſſ. Vnica, nu.* 1. *cum pluribus ſeqq. Franciſc. Marẓar. in conſ.* 9. *verſic. Aduertendum, in fin. & poſt Ioan. de Anan. in rubr. extra de Adulterijs, col.* 2. *Paulus Grillandus de pœnis omnifariam coitus, q.* 9. *nu.* 6. *Guglielmus Benedictus in Repet. cap. Raynutius, in Verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu.* 106. *cum pluribus ſeqq. de Teſtament. Ioan. Paponus in Præcepto. Non mœchaberis, tit. de concubinatu. D. Cardinalis Blanchettus in deciſion. Nouiſſim. Rom.* 547 *per totam. par.* 1. *vol.* 1. *Ened. Capra in conſ.* 127. *nu.* 2. *Iacob. Philip. Portius in conſ.* 21. *nu.* 12. *quamquam fuiſſet principaliter dictum à Menochio in conſ.* 461. *nu.* 20. *volu.* 5. *Iacobus Cuiacius in Paratitla Codicis, lib.* 5. *tit.* 26. dicit, concubinatus legitima coniunctio eſt, & ſemi matrimo-
201 nium, † conſtitutionibus tamen tituli ſequentis, permiſsa magis quàm probata, dicens per conſtitutiones. Tituli de Naturalibus liberis. Iure ciuili permiſsas concubinas oſtendunt Pauli Iuriſconſulti verba, qui *in l. Maſſurius.* 144. *ff. de verb. ſignif.*
202 ita inquit, Maſsurius libro † Memorabilium ſcribit, Pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cum vxor non eſset, cum aliquo tamen viuebat, quam nunc verò nomine, amicam, paulo honeſtiore, concubinam appellari, *Cranius Flaccus in libro de Iure Papiriano* ſcribit, pellicem nunc vulgò vocari, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat. Quoſdam eam, quæ vxoris loco, ſine nuptijs, in domo ſit, quàm Græci Παλλακὴν vocant. Sequitur ex hoc textu Maſsurij Sabini, Granij, ſiue Cranij Flacci, & Pauli Iuriſ-

risconſultorum tempore cocubinas permiſſas po-
203 tius tacitè per quandam vitioſam † concubendi
conſuetudinem, diciq; Pellicem, & honeſtiori no-
mine concubinam. *Laurentius Valla elegantiarum, lib. 6. cap. 65.* poſtquam retulit totam ſupraſcri-
ptam Pauli legem, vt moris ſui fuit, ne videretur
204 † Iuriſconſultum Paulum, alioſq; ibidem anti-
quos nominatos corripere, & emendare, an debeāt
cōcubinæ Pellices, vel Pallaces appellari, dicit li-
brariorum vitio id fuiſſe; Ego, quamq; ſatis rectè
fuiſſe *per Alciatum*, & alios Doctores, qui dictam *l. Maſſurius*, commentarunt, reſponſum, tñ dico, ꝙ
205 Paulus † non negauit, græcè cōcubinas Pallaces
appellari, apud Latinos aūt placuit Pellices appel
lari, non ꝙ ignoraſſent illud verbum Græcum, cū
quo hēt quēdam ſonum, ſed quia credebat ſtatim
inducere apud Latinos, ꝙ vterentur hac græca di-
ctione. Vnde concludam cum eodem *Alciato*, qui
fuit æquè, & latinæ, & Græcæ linguæ peritiſſimus,
206 vt omiſſa *Vallæ* cenſura, † ſequamur grauiſſimos
latinæ linguæ anteceſſores, Maſſurium Sabinum,
C. Flaccum, Ciceronem *de oratore, & oratione pro
Aulo Cluentio. Salluſtium in Ciceronem. Sed, & Au-
lus Gellius Noctium Aticarum, lib. 4. cap. 3. in fine*
207 inquit, Pellicem aūt appellatam, † probroſamq;
habitam, quæ iuncta, conſuetaq; eſſet cum eo, in
cuius manu, mancipioq; alia matrimonij cā foret,
hoc antiquiſſima lege oſtēditur, quam Numæ Re-
gis fuiſſe accepimus, Pellex ædē Iunonis non tan-
gito, ſi tangit, Iunoni crinibus dimiſſis, agnum fæ-
minam cædito. Pellex autem quaſi Πάλλαξ, ideſt,
qua Παλλακὶς, vt pleraq; alia, ità hoc quoq; voca-
bulum de Græco flexum eſt. Hanc legem à Numa
208 factam retulit † etiam *Aymarus Riuallius in Hi-*
209 *ſtoria iuris ciuilis, lib. 1. cap. 3.* Sic Iuno † lamenta-
tur ob Pellices Iouis ſui *apud Anneum Senecam in
Hercule furente Actu 1. cap. 1. dicens*

Soror Tonantis (hoc enim ſolum mihi
Nomen relictum eſt) ſemper alienum Iouem
Ac templa ſummi, Viduam deſerui ætheris,
Iocumq; cælo pulſa pellicibus dedi.
Tellus colenda eſt, pellices cælum tenent.

Et Martialis lib. 10. Epigrammatum.

Quid quaſi pellicibus torqueris inepta miniſtris?
In quibus, & breuis eſt, & fugitiua Venus.

210 *Feſtus Pompeius.* Pellices (inquit) nunc † appel-
lantur, alienis ſuccumbentes, non ſolum fæminæ,
ſed ēt mares. Antiqui eam propriè Pellicem nomi-
nabant; quæ vxorem habenti, nubebat, cui generi
mulierum, ēt pæna conſtituta eſt à Numa Pōpilio,
& ponit legem, q̄ ſupra narrauimus ex Gellio. Sed
ēt *Seneca ad Lucillū, lib. 15. epiſt. 95.* Sciet (inquit) in
211 vxorē grauiſſimū eſſe genus † iniuriæ hīe pellicē,
ſed iliū libido in cōtraria impingit. *Et Deianira ad*
212 *Herculē* † ſcribēs *in Heroidis apud Ouidiū* inquit

Ante meos oculos adducitur aduena Pellex
Nec mihi, quæ potior diſſimulare licet.

Et paulo poſt ibidem Ouidius ait

Forſitan expulſa Aetolida Deianira,
Nomine depoſito Pellicis vxor erit.

Et Iuuenalis Satyra 2.

Horrida, quem fecit, reſidens in codice pellex.

Sed & dicto *Demoſthenis in Oratione contra Neaz̄.*
213 Amicas, ſiue meretrices habemus † voluptatis, cā,
pellices, ſiue cōcubinas, famulitij, & curę quotidia
nę, gr̄a corporis vtimur, vxores aūt ducimus, vt le
gitimos tollamus liberos, fidamq; rei familiaris cu
ſtodiā hēamus. Ideo ſatius eſt ſequi vocabulū nr̄o-
rū antiquorū, ac nouiſſimorū virorū, q̄ externorū,
quamq̄ Valla è nr̄is ſit, ſed ab vtroq; pendet *Franciſcus Connanus, lib. 8. cap. 13. ſub nu. 2.* & hæc dicta
contra *Laurentium Vallam* ſufficiant, nimis acerbū
contra Iuriſconſultos linguæ latinæ Magiſtros.
214 IVRE Canonū, ſiue Pontificio, non † modò con-
cubinatus, ſed quilibet concubitus præter vxoriū
prohibitus eſt, dicente *diuo Ambroſio. de Patriarchis
lib. 1. cap. 4. de quo, in c. Nemo ſibi blandiatur. 32. q. 4.*
Quidquid in ea (inquit) quæ non ſit legitima vxor,
cōmiſſum fuerit, adulterij crimine damnatur. Nul-
li licēt ſcire mulierem, præter vxorem, ideoq; coniugij datum eſt tibi ius, ne in laqueum diaboli inci
das, & cū muliere aliena delinquas, & quæ ſequū-
tur. Sed per ſcripturam ſacram id fuit ordinatum,
215 nam † inſtruens filiū *Thobias, c. 4.* Attende (inquit)
Tibi fili mi, ab omni fornicatione, & præter vxorē
tuam nunquā patiaris crimen ſcire. Ideo hoc idem
voluit concludere *D. Paulus Apoſtolus ad Theſſaloni
cenſes. 1. c. 4.* Hæc (inquit) eſt enim voluntas DEI
216 ſantificatio veſtra, vt abſtineatis † vos à fornica-
tione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum vas ſuum poſſi-
dere in ſantificatione, & honore, nō in paſſione de-
ſiderij, ſicuti gentes, quæ ignorant Deum. *Et idem
Apoſtolus 1. Corinthiorum, c. 6.* Neſcitis (ait) qm̄ cor-
pora veſtra membra ſunt CHRISTI, tollens ergo
membra CHRISTI, faciam membra meretricis? abſit. An neſcitis, qm̄ qui adhæret meretrici, vnum
corpus efficitur; erunt enim, inquit, duo in carne
vna. Qui aūt adhæret Dño, vnus ſpiritus eſt. Fugi-
te fornicationem; oē peccatū, quodcūq; fecerit hō
extra corpus eſt, qui aūtē fornicatur, in corpus ſuū
peccat. *Hæc Paulus. Sanctiſſ. Patres Concil. Trid. poſt*
217 † *Conciliū Romanū ſub Nicolao Papa I. ſeſſ. 24. c. 14.
de reformat. & Conciliū Lateranēſe ſub Leone X. ſeſſ.
9. de reformat. ijdem in Tridentino ſeſſ. 24. c. 8. de re-
formar.* dixerunt. Graue peccatum eſt, hoīes ſolu-
tos concubinas habere, grauiſſimū verò, & in hu-
ius magni Sacramenti ſingularem contemptum
admiſſum, vxoratos quoque in hoc damnationis
ſtatu viuere, audere eas quandoque domi cum
vxoribus alere, & retinere. Quare, vt huic tanto
malo ſancta Synodus oportunis remedijs prouideat, ſtatuit huiuſmodi concubinarios, tam ſolu-
tos, quàm vxoratos, cuiuſcumque ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquam ab Ordi-
nario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fue-
rint, concubinas non eiecerint, ſeque ab earum
conſuetudine non ſeiunxerint, excommunica-
tione feriendos eſſe, à qua non abſoluantur, do-
nec re ipſa admonitioni factæ paruerint, de quo
Ioannes Sottealius in Summa Pontificalium, §. con-

cubinæ nomen, num.1. Quod & Auguſtinus tum libro quæſtionum Deuteronomij, cap.23. q.37. cum etiam, lib.2. quæſtionum ſuper Exodum ad cap.19. q.7. con-
218 cludit † in his locis prohibitam fuiſſe Mechiam, ſub quo omnis illicitus concubitus prohibitus intelligatur, cuius meminerunt *Sacri Canones, in c. meretrices, 32. q.4.* quod iam diù animaduertit *Angelus de Clauaſio, in ſumma in verb. concubinatus, in princip. Cardin. Caietan. in verb. concubinatus. Syluester de Prierio in ſumma in verb. concubinatus, num.2. in verb. confeſſus, q.25. Sanctus Antoninus, parte 3. titul.14. cap.26. D. Thomas de Aquino in 4. ſententiarum, diſtinct.15. q.3. articul.3. Barthol. Fumeus in ſumma Armilla, §. concubitus, num.1. Martin. Nauar. in ſumma confeſſarior. cap.16. nu.20.21. Cardinalis Blanchettus in deciſ. Nouiſſima Roman. 547. lib.1. vol.1. Sebaſtianus Medices in ſumma peccatorum capitalium, q.26. Ioannes Paponus in Præcepto. Non mœchaberis, titul. de concubinatu, Capella Tholoſan. in deciſ.141. incip. Item fuit quæſitum, an Adulter. vbi Stephan. Aufrer. Petr. de Anchar. in cõſil.247. incip. dubium facit, Portius in conſ.21. ſub nu. 20. verſ. Tertio licèt.*

APVD HEBRAEOS ſiue habendæ prolis gratia, ſiue in compluribus, carnis vitio, & explendæ libidinis intuitu, & deſiderio, frequentiſſi-
219 mus ſucceſſit concubinatus † vſus, nam, vt inſpicimus, dum ſanctiſſimus pater Abraham cum Agar eius ancilla concubuit, non ſui deſiderij fuit, ſed Sarai vxor, cum ſe conſpicerent filios non habere, & viri diuitias aſpiceret, *Geneſis, cap.16.* dixit marito ſuo, Ecce concluſit me Dominus, ne pare-
220 rem, ingredere † ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam filios. Tulit Agar Aegyptiam ancillam, & dedit eam viro, ad quam ingreſſus, ex ea concepit, & natus eſt Iſmael, adeo vt non poſſit imputari, vt Abrahami vitio, ac malignitate factum dicatur. vt habetur etiam *Geneſis, ca.25.* Eodem modo, quod fecit Iacob cum Lia, cum qua
221 † concepit quatuor filios, Ruben, Simeonem, Leui, & Iudam, cum duxiſſet vxorem Rachelem, fuit hoc artificium Laban ſoceri ſui, qui deſiderabat, & intentionis ſuæ fuerat, dare illi in vxorem Liam Primogenitam, figurans, quòd in lectum illi introduceret Rachelem, pro illa autem Liam introduxerit, mane ſurgens videns Liam dixit Socero, quòd pro Rachele ſeruierat ſibi, & ille iam
222 † introduxerat Liam, non vt concubinam, ſed tanquam vxorem, cum qua fecit illum perſeuerare per ſeptem annos, & hebdomada tranſacta, duxit in vxorem Rachelem, ex qua cum filij non naſcerentur, inuidens ſorori, ſimili modo, vt Sarai fecit & Abrahamo, ſic iſta perſuaſit Iacob viro ſuo, vt accederet ad Balam ancillam ſuam, cum qua ingreſſus peperit filios. Lia ſimiliter cum ceſſaſſet filios concipere, tradidit ei Zelpham ancillam ſuam Iacob, ex qua filij concepti, ac nati ſunt, vt longius ſcriptum eſt *Geneſis cap.30.* ex quibus patet hos iſtorum concubitus omnes factos fuiſſe
223 impulſu, & deſiderio † vxorum, vt ex viro filios haberent. Et iſtæ, quæ concubinæ appellatæ fuerunt, erant tamen ſubditæ vxoribus, & matri faliæ, cui in domo ſeruitia præſtabant. vt dicit *D. Auguſtinus quæſtionum ſuper Geneſi libr.1. qu.90.* Excuſat Abraham à calumnia in hoc facto *D. Ambroſ.9. lib.1. de Abraham* quòd nondum id prohibitum erat per legem Moſis, & ante legem euangelicam, & ideo in illo ceſſat pœna criminis, cum
224 non eſſet pena legis. † Sed, & Salomon exceſſit alios, nimio enim mulierum amore, & concupiſcentia ſeductus, ſecundum ſcripturam fuerunt ei
225 vxores, quaſi Reginæ † ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ. vt habetur *lib.3. Regum cap.11.* ſequitur *Ioſephus antiquitatum iudaicarum, lib.8. cap.2. & è noſtris Franciſcus Connanus Commentariorum, lib.8. cap.6. & alij complures.*

HANC autem tam liberam, & ineffrenatam, ac ſpurciſſimam viuendi licẽtiam, & meretricum concubinarumque conſuetudinem fortè in Salo-
226 mone † Rege viſam, nonnullæ gentes, ac nonnulli Reges, ac viri Principes ſequuti fuere, non ipſi ſolum perperam viuentes, quàm exemplo alios ad peiora imitantes; Concubinarum vſus a-
227 pud Perſas peculiaris. vt † author eſt *Trebellius Pollio in Valeriano patre.* Quod Vuolodinierus Dux Ruthenorum, ſeu Moſcouitarum, plures ha-
228 buiſſet vxores, ſed habuiſſet † trecentas concubinas in Altocaſtro, apud Belgradum alias trecentas, & in Bereſtorio ducenta, vt ſcribit in illius vita *Sigiſmũdus Liber Baro in Moſcouitarum Hiſtoria*, Peruenit hic peſſimus abuſus ad aliquos Romanos Imperatores, inter quos trecentas concubinas
229 † tenuiſſe Commodum Imperatorem in illius vita narrat *Aelius Lampridius*, Quis Princeps vn-
230 quam ab iſtis, qui dici poſſunt † vitiorum gurgites, & ſentinæ exemplum caperet? exigere à populis, & ſubditis tributa, & ad tam graues, & peſſimos vſus erogare.

NVNC poſt hunc receſſum, deſcendo ad reſolutionem propoſitę quęſtionis, an meretrici, &
231 & concubinę † fieri poſſit, vel facta valeat donatio? ſuper quo reſpondendum eſſe arbitror, quòd de iure ciuili, quem admodum concubinatus permiſſus dicebatur, eodem modo illo iure donationes illis factas valere, quia, vt inquit Vlpia-
232 nus, affectionis † gratia, neq; honeſtæ, neq; inhoneſtæ donationes ſunt prohibitæ; Honeſtæ circa bene merentes, amicos, & neceſſarios; inhoneſtæ, circa meretrices, *l. Affectionis, ff. de donat.* & in concubinas collatæ, reuocari nequeunt, etiam ſi poſt inter eos Matrimonium contractum fuerit, *l. donationes in concubinam 32. in princ. ff. eod. tit. l. cum in ſecũdis tabulis, §. quoniam ſtuprum, ff. de hijs, quibus vt indignis.* voluit *Gulielmus Benedictus, in Repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, deciſ.5. n.156. de Teſtament.* vbi legari, & do-
233 nari poſſe † ab Amaſio concubinæ proprię, cenſuit *Ludouic. Roman. in conſil.43. incip. Ad primum quæſitum, n.1. verſicul. Ad quartum Reſpondeudum, & in conſil.478. incip. hæc mater, num.3. Benedict.*

Ca-

Capra, in conſil. 127. *num.* 6. *in conſil.* 129. *num.* 5. 6. *Franciſc. Connan. Commentarior. iuris ciuilis, lib.* 8. *cap.* 13. *nn.* 2. *Antonius Sola in Decretis Sabaudiæ, titul. de concubinatu laicorum, in decreto omnem, gloſ. vnica, nu.* 3. *Marc. Antonius Peregrinus de iure Fiſci, lib.* 2. *titul.* 9. *nu.* 1. *Capella Tholoſan. in deciſion.* 141. *incip. Item fuit quæſitum an adulter. idem Connanus, lib.* 5. *cap.* 11. *ſub num.* 2. 3. *Petr. de Anch. in conſil.* 247. *incip. dubium facit. Portius in conſil.* 21. *num.* 12. *cum ſeqq. Bertrandus Argentreus in conſuetudin. Britanniæ, in verb. Tiltre, artic.* 266. §. 5. *incip. Donationes non vno, ſub num.* 2. *Franciſc. Viuius in communi opinion. in verbo donatio.* 205. *nu.* 5. *Antonius Gamma, in deciſion. Luſitan.* 58. *in fi. Polydor. Ripa de Nocturno tempore, cap.* 105. *nu.* 3. 4.

LIMITANT primò ſupradictam cõcluſionem non procedere in milibus qui illorum concu-
234 binæ † donare nequeunt, *l.* 2. *C. de donat. int. vir. & vxorem, l. miles ita* 42. §. *mulier, ff. de Militar. teſtam. l. Mulierem* 14. *ff. de hijs quib. vt indign.* In quibus iuribus habetur militem reuocare poſſe ſimiles donationes, vnde concubinæ dictarum donationũ non ſunt capaces, nam non reuocante milite
235 Fiſcus illis auferre † poterit. vt *in dicta l.* 2. *& in dicta l. mulierem, Gloſ. & Bartol. in l. Affectionis, ff. de donat. idem Bartol. in dicta l. miles ita in dicto* §. *mulier. Iaſon. & Ripa in dicta l. miles, in princ. ante iſtos Bald. in c. tuæ, extr. de procurat. Bartol. in dicta l. mulierem. Capella Tholoſan. in dicta deciſion.* 141. *vbi Aufrerius. Ioan. de Garronib. in l.* 1. *num.* 33. *C. de ſecund. nupt.* Quia his aufertur tanquam indi-
236 gnis, cum † non ſint capaces iuris, quod ſibi ipſis donatur, vel relinquitur, *l. Claudius Seleucus. ff. de his quib. vt indign. l. qui contra, C. de inceſt. nupt. Benedict. Capra in dicto conſil.* 127. *per totum, & in conſil.* 129. *num.* 5. *Ludouic. Roman. in conſil.* 43. *incip. Ad primum quæſitum, num.* 5. *verſicul. Ad quartum reſpondendum eſt. Vnde Franciſc. Connan. lib.* 5. *in dicto cap.* 11. *ſub num.* 2. rectè dicit, quòd illud quòd donatur per militem focariæ, ideſt con-
237 cubinæ exigi per illam † non poſſe, ſed ipſum quæ illi dederit repeti poſſe. de quo ſcripſit etiam *Ioan. Paponus Arreſtorum curiæ, lib.* 3. *titul.* 18. *Arreſto.* 3. *Marcus Antonius Peregrinus de iure Fiſci, lib.* 2. *titul.* 9. *nu.* 2.

MILITES autem habere oportet, literas, ſiue commiſſiones illius, qui creauit illum mili-
238 tem † eius ſigillo roboratas, quòd incedat cum ſignis militaribus, & quòd reperiatur deſcriptus in militum matricula, de quibus *per Stephanum Aufrer. in dicta deciſion. Capell. Tholoſan. in deciſion.* 141.

LIMITANT ſecundò, nec Religioſùm, ſi-
239 ue Sacerdotem, ſeu clericum † concubinæ donare poſſe. quod voluerunt *Oldrad. Iacob. Butrigar. Cyn. Bartol. Bald. Ioan. Fabr. Salycet. in dicta l.* 2. *C. de donat. inter vir. & vxor. Bartol. in l. miles, ff. de Re Iudic. & in dicta l. mulierem, & in dicta l. affectionis,* quam dicunt eſſe opinionem *Riccardi Ma-*
240 *lumbre*, † Quia priuilegium terreſtris militis lo-

cum ſibi vendicat in milite cæleſtis militiæ, vt dicit *Gloſſ. in dicta l. Miles, in verb. facere poteſt, ff. de Re Iud.* quam dicit ad hoc eſſe ſingularem *Andr. Barbatia. in c. Odoardus, extr. de ſoluti.* clerici enim
241 militare dñr epiſtola † *inter claras, C. de ſumma Trinit.* & iſtã opinionem firmauit *Petr. de Ancharan. in conſ.* 247. *Incipient. Dubium facit in quæſtione, Iacobus Philipp. Portius, in conſ.* 21. *num.* 12. *cum ſeqq. Nicolaus Bellon. in conſ.* 74. *nu.* 4. 5. *Decian. in conſ.* 28. *nu.* 24. *vol.* 3. *Marcus Mantua in conſ.* 169. *col. fin. vol.* 2. *Peregrin. in tract. de iure Fiſci, lib.* 2. *titul.* 9. *nu.* 4. *Capella Tholoſan. in dicta deciſion.* 141. *vbi Aufrer. Benedict. Capra in conſ.* 129. *incip. Punctus quædam Domina, num.* 5. *Petrus Rebuffi in concordatis Franciæ, titul. de Publicis concubinarijs,* §. *& inſuper ſtatuimus, verſ. ſeptima pœna, Andr. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num.* 23. *C. de Reuocand. donat.* hoc idem tenuit *Angel. in conſ.* 171. *incip. ſuper puncto, Roland. à Valle in conſ.* 98. *nu.* 47. *volu.* 1. *Ioan. Ancharan. Rhegiens, lib.* 2. *quæſtion. Familiar. q.* 12. *num.* 6. *Ioannes Lopez de Palatios Rubios in Rep. Rubric. de donat. int. virum, & vxo.* §. 39. *nu.* 13. *verſ. vnum non eſt omittendum, Bertrandus Argentræus in conſuetudin. Britanniæ, in verb. Tiltre, artic.* 269. §. 5. *ſub nu.* 2.

SVBLIMITANT ſupradictam limitationem, ſecus eſſe, ſi clericus concubinæ donationem faciat propter merita, & ſeruitia. vt optimè con-
242 cludit † *Petrus de Ancharan. in dicto conſil.* 247. *incip. dubium facit* ea ratione, quòd licèt inter perſonas prohibitas ſimplex donatio non valeat, tamen donatio ob cauſam non reprobatur, quia diuerſam naturã habet à ſimplici, quia iſta ob cauſam non poteſt dici donatio, ſed cuiuſdam naturalis debiti ſolutio, ac reſtitutio, ex collatis namq; ſeruitijs obligatur ille, cui conferuntur naturaliter conferenti, *l. Aquilius Regulus, ff. de donat. l. ſed ſi lege, ff. de petit. hæred. l. qui teſtamentum, cum ibi notatis. ff. de Probat. l. cum quis decedens,* §. *penult. ff. de leg.* 3. quod admodum commendat *Andre. Barbat. in l. diuortio, col. antep. ff. de Verb. oblig. Lancellott. Galiaula, in Rep. l. Centurio, col* 5. *ff. de Vulgar. & pupillar. ſubſt.* & opinionem *Ancharani* probat *Deci. in conſil.* 132. *incip. in caſu propoſito quæritur, num.* 1. 2. *Marc. Mantua in dicto conſil.* 169. *Iacob. Philipp. Portius in dicto conſil.* 21. *nu.* 23. *Bartholo. de Caſſæne. in conſuetudin. Burgundiæ, Rubr.* 4. §. 7. *in verb. Donations, num.* 14. *Matth. de Afflict. in Deciſion. Neapol.* 102. *Anton. Capici. in deciſion. Neapol.* 102. *Andr. Tiraquell. in dicto verb. donatione largitus, nume.* 23. *& benè Cæſar Vrſill. in deciſ.* 102. *Marc. Anton. Peregrin. de iure Fiſci, libr.* 2. *titul* 9. *n.* 11. *Polydorus Ripa in ſingul. obſeruat.* 79. *nu.* 4. *Franciſc. Viu. in communi opin.* 205. *incip. donatio, nu.* 9. *Ioan. Pyrrhus Angleberm. in conſuetudin. Aurelianenſi, titul. de Teſtamentis, cap.* 13. *in fin.* & voluit *Antonin. Theſaur. in deciſion. Pedemontan.* 111. *numer.* 6. *Ioan. Baptiſta Thorus in Compendio deciſion. Neapol. in* §. *legatum*. Qui omnes dicunt tunc iſtam concluſionem procedere, quando mer-

Qui omnes dicunt tunc iſtam concluſionem procedere, quando merita, obſequia, vel ſeruitia pro-
243 bantur, † cum quibus concurrendum eſſe arbitror, cum ſimus inter perſonas magis ſuſpectas, & videnda ſupra, quæ dixi *in hoc eodē Titulo in materia donationis ob merita facta per patrem filio, verſic. ſubdeclara tamen non eſſe probanda, nu....* Quo ad vtrumq; quòd valeat ob merita, & illa ſint proban-
244 da, † voluit *Nicol. Bellon. in conſ. 74. nu. 4. 5. Ioan. Lopez in repet. rubricæ de donat. inter Virū, & vxor, §. 39. ſub nu. 13. verſ. Vnum non eſt omittendum, Roland. à Valle in conſ. 98. nu. 47. 48. vol. 1. Nicol. Bellon. in conſ. 74. nu. 4. 5. Ioan. Ancharan. quæſtion familiar. lib. 2. q. 12. nu. 6. Tiberius Decian. in conſ. 28. nu. 24. vol. 3. Emanuel Suarez in Theſaur. receptar. ſentent. §. donatio in clericis, nu. 193.*

SVBLIMITANT ſecundò donationem concubinæ factam à Præsbitero, vel religioſo,
245 cum † iuramento valere, *vt poſt Federicum de Senis* voluit *Ludouic. Roman. in conſil. 43. incip. ad primum quæſitum, nu. 3. verſ. Ad quartum reſpondendum*, voluit ipſum ſequendo *Anton. Capic. in deciſ. Neapol. 102. in fin. Cæſar Vrſill. in deciſ. 102. num. 2. Ioānes Ancharan. Rhegienſis, quæſtion familiar. lib. 2. q. 12. nu. 72. Seraphin. de Seraphin. de priuileg. Iuramenti, priuileg. 71. nu. 11.*

CONTRARIVM tamen, quod ſimilis donatio facta per clericum concubinæ non firmetur
246 † iuramento ex pluribus argumentis, & fundamentis tenuit *Aymo Crauetta in conſ. 229.* & ſubſubſtantialiter idem firmauit, *Roland. à Valle in conſil. 98. per totum vol. primo*, & hāc opinionem in caſu præmiſſo tenerem, non obſtantibus reſponſionibus factis per *Seraphinum in dicto priuileg. 71.* qui reſpondet ad motiua facta per *Crauettam*, quibus reſponſionibus facilis eſset dare ſolutionē, & magna eſt differentia inter donationem, quæ fieret à milite terreſtris militiæ, pro cuius validitate ob iuramentum de ipſa ſcribit *Ludouic. Roman. in dicto conſ. 43.* Quàm in donatione, quæ fit per clericum,
247 vt rectè † conſiderauit *Anton. Capicius in dicta deciſion. 102. in fin.* in iſto enim caſu in clerico eſt concubinatus magis odioſus, & inconueniens, quam in milite ſeculari, & in clerico eſt peſſimi exempli, & contra bonos mores, & vitam, quæ requiritur honeſtatis, *vt in toto Titul. de Vita, & honeſtate clericorum.* Tādem his caſibus dicerem, quòd circumſpectus iudex conſiderare debeat, qualitatem ser-
248 uitiorum, & quantitatem † donationis, vt conſiderat *Oldradus in conſ. 226. incip. Quidam Epiſcopus, num. 8. verſ. ſecundo vbi donatio*, quem ſequuti ſunt *Alexand. in l. ſi donation. C. de collat. Decius, & alij*, quos allegat, & ſequitur *Nicolaus Bellon. in conſil. 74. nu. 7. & 19.*

CONDITIONEM ſi contineat donatio,
249 non idcirco, non donatio appellabitur, † vt voluit *Gloſ. in l. 1. in verb. ſecutum, ff. de Donationibus, Bartol. ibi, num. 4. 5. Decius in l. 1. nu. 29. in Rep. nu. 96. ff. ſi certum petat.* quo in loco *Franciſc. Curtius Iun. num. 73.* dicit, donationem conditionalem dici veram donationem, ea ratione, quòd licèt aliqua diſpoſitio habeat aliquam cōditionem anne-
250 xam, quòd illa conditio † non eſt qualitas, quæ mutet ſubſtantiam actus, & propterea non deſinit eſſe vera, & propria donatio, idem ſequitur *Iul. Clarus in §. Donatio, quæſt. 2. in princip.* & hæc opinio non poteſt calumniari, & illam *poſt Azonem, & Hug.* firmat *Accurſ. in dicta l. 1.* dicens illam eſſe ſimplicem, & liberam, cum poſſit fieri donatio
251 purè, † & in diem, & ſub conditione *per text. in l. Donatio. 25. C. de donat.* quam ſummando *ibidem Bald.* dicit hic Imperator quòd donatio, ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis, ſiue ſub conditione, ſiue
252 in diem, † ſiue ex die, ſiue ſit pura, obſeruari debet cum ſuis pactis, ſi pacta ſunt talia, quæ res, vel bonos mores non reſpiciunt. *Hæc Baldus.* Quinimmo *idem Baldus in conſ. 168. incip. Domina Ioanna, col. fin. vol. 3.* voluit, hæc pacta, & conditiones non
253 mutare naturam, † donationum, vt latè, ac doctiſ ſimè dicit *Carol. Ruin. in conſ. 182. numer. 7. vol. 1.* quos ſequitur *Hieronym. Gabriel. in conſ. 3. num. 2. vol. 1. Calderin. in conſ. 8. incip. Donauit Titius, ſub tit. de Donat.* quem ſequitur *Sigiſmundus Loffred. in conſ. 5. num. 6.* poteſt etiam Dominus in Re ſua
254 ponere † conditionem, & facere quod ſibi videtur, *l. In Re mandata. C. mandat.*, & in ſpecie in Donatione *l. Quoties C. de Donat. quæ ſub modo, l. Cum res C. de Donat.* voluit *Ioā. Cephal. in conſ. 440. num. 59. vol 3. Marcus Mantua locorum communium, lib. 2. cap. 22. Marc. Antonius de Amatis in deci. Marchiæ 51. num. 20. Idem Cephalus in conſ. 312. nu. 85. eod. volum. 3. Thom. Grammat. in deciſ. Neapol. 4. num. 6. 7.*

INTELLIGE tamen ſupradictam concluſionem procedere, vt poſſit conditio apponi ante
255 quam donatio fiat, quia donatione perfecta † fieri non poteſt, & iurata, *arg. l. traditionibus, ff. de pact. l. perfecta C. de donat. quæ ſub mod.* vbi hoc voluit *Cyn.* & idem voluit *Alberic. de Roſat. in l. legem C. de donationib. Bald. in conſ. 391. incip. Factum tale eſt vol. 4. Didac. Couar. Variar. Reſolution. lib. 1. cap. 14. num. 1. cum alijs allegatis, per Hieronym. Magon. in deciſ. Florentin. 124. num. 5.* Hinc licèt pater donans filio poſſit onus iniungere, vt conferat do-
256 nata † bona cum alio, id tamen facere non poteſt donatione perfecta *Alex. in conſ. 8. incip. Viſis, col. 1. verſ. Ad quod oſtendendum, vol. 2. & in conſ. 8. incip. viſis ſubtiliſſimis, col. 3. verſicul. benefateor, volu. 3.* voluit *Ioan. Petrus Surdus in deciſ. Mantuan. 161. nu. 18. & nouiſſimè Leāder Galganectus in pract. de condit. & demonſtr. cap. 1. q. 71. num. 2. 3.*

SVPRA *tit. 9. verſ. Pater donare filio, nu. 149.* Tractauimus quando pater poſſit donare filio familias in ſua poteſtate exiſtenti. Nunc dicendum
257 erit, † quando filius familias poſſit donare alijs, & præſertim ipſi patri? Si loquimur de donatione
258 inter viuos, dicendum eſt regulariter donare † nō poſſe, *l. filius familias, ff. de donationibus* vbi prohibetur etiam ſi liberam peculij adminiſtrationem habeat, nihilominus donare non poteſt, *l. 1. §. ſi*

filius

filius familias pro alio, ff quæ res pignori obligar. Iul. Clarus, in §. donatio, q. 6. in princip. Petr. Nicol. Mozzi. de contractibus, tit. de Perſon. inter quas cad. don. num. 9. l. contra iuris 29. §. *ſi filius, aut ſeruus, ff. de pactis*, voluit *Aſcanius Clementinus de patria poteſtate, cap.* 5. *effectu* 10. *num.* 11. *Hieronym. Treutlerus. Diſputation. Selectarum parte* 2. *Diſputatio.* 19. *Theſi.* 3.

QVANDO verò filius familias habet bona
259 aduentitia, vel alia, in quibus pater † non habet vſumfructum, tunc illa filio exiſtente ætate maiori, poterit filius familias donationem cui voluerit inter viuos abſque paterno, vel aui conſenſu facere, vt eſt textus, cui non poteſt aliquod reſponſum dari, *vt in* §. *Res autem ita relictas, in Auctent. vt liceat matri, & Auiæ.* vbi res donatæ perſonis poſitis ſub poteſtate, nulla habita licentia illorum, quibus ſubſunt diſponere poſſunt, cuius textus authoritate, donationem inter viuos filiumfamilias de bonis aduentitijs, & in quibus
260 pater † vſum fructum non habet, facere poſſe voluit *Ludouic. Roman. in conſ.* 512. *incip. Quoad primum, ſub n.* 1. *verſ. fallit ſecundo in aduentitijs. Paul. de Caſtr. in conſ.* 281. *incip. prim. o videndum eſt, quâlis, vol.* 1. *Ioan. Anton. Rubeus, in conſil.* 46. quos ſequitur *Aymo. Crauetta in conſ.* 39. *incip. Præſupponitur in facto, num.* 2. *& in conſ.* 84. *incip. Magiſter Anſelmus, num.* 8. 9. *& in conſ.* 92. *incip. ſcripſi alias latè, num.* 1. dixerat *hoc Baldus in l. ſi dotem, num.* 3. *verſic. ex hoc ſequitur, C. de Falſ. cauſa adiecta legat.*
261 dicens, iſta filia licèt non poſſit teſtari, quia † filiafamilias, tamen patre conſentiente poſſit donare dotem ſuam cauſa mortis. Item, & eo non conſentiente inter viuos, quia cum pater non habeat vſumfructum in ipſa dote, meritò ſequitur, quòd ſi eſt ætatis legitimæ poſſit rem propriam diſtrahere, & donare, quod non poſſit in rebus in qui-
262 bus † pater habet vſumfructem. *hæc Baldus.* Quinimmo idem *Bald. in l. quod ſcitis, ſub nu.* 7. *verſ. & ideo mulier de iſta dote, C. de bonis quæ lib.* dicit, & ideo iſta mulier poteſt de dote teſtari mortuo patre, vel etiam cauſa mortis donare patre conſentiente, vel eam donare inter viuos, etiam ſine con-
263 ſenſu patris, † quia filiæ patrimonium eſt. *Franciſc. Viuius in communi opinione* 121. ſequitur *Emanuel Suarez in Theſauro Receptar. ſententiarum*, §. *Filius familias, num.* 202. *Aſcanius Clementinus de Patria poteſtate, cap.* 5. *effectu* 10. *nu.* 11. *Iu. ius Clarus in §. donatio, q.* 6. *verſ. aut quæris*, & cum hæc ſit communis opinio ipſa eſt attendenda non obſtante opinione *Marian. Socin. ſenioris, in conſ.* 112. *incip. multum abundè, in princ. vol.* 1.

SECVNDO' ſimiliter filiusfamilias poterit
264 inter viuos donare bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, abſq; patris conſenſu, *Petrus Nicolaus Mozzius in tract. contractuum, tit. de perſonis inter quas cadit donat. nu.* 9. *cum alijs allegatis per Hieronym. Treutlerum, diſputationum ſelectarum, par.* 2. *diſputa.* 19. *Theſi.* 3. quod cum notum ſit *ex l. filiusfamilias, in fin. ff. de donat.* nam filiusfamilias, quoad peculium
265 caſtrenſe cenſetur tamquam † pater familias, vt dicit *Lucas de Penna in l.* 1. *col.* 6. *verſ. Non enim locus hominem, C. de imponẽd. lucratiu. deſcript. lib.* 10.

DONARE cauſa mortis filium familias bo-
266 na, in quibus patri non debetur † vſusfructus, poſſe abſq; ipſius patris conſenſu, tenuit expreſsè *Bartol. in Auct. vt liceat matri, & auiæ, in princ. nu.* 7. ea ratione, quia *gloſſ. ibidem in verb. diſponere*, ſolum dicit, non poſſe teſtari, ergo poteſt donare cauſa mortis, & alio modo diſponere, *& alia gloſſ. in l. qui in poteſtate, in verb. Nihilo magis, ff. de Teſtament. in fin. ibi diſpoſuit non teſtando*, quas gloſſas ſequitur. Idem voluit *Ludouic. Roman. in conſ.* 512. *incip. quoad primum, ſub num.* 1. *Rapha. comens, in l. Tamis, §. filius familias, ff. de dona. cauſa mort. Caſtrenſ. in l. ſenium, C. qui teſtam. facer. poſſ. Aſcan. Clementin. de Patria poteſtate, cap.* 5. *effectu* 10. *num.* 7. *Andreas Facchineus controuerſiar. iuris, lib.* 5. *cap.* 25. *Bertrandus Argentreus in conſuetud. Britanniæ, in verb. Tiltre, artic.* 266. §. 4. *nu.* 30.

SED CONTRARIVM, quòd Filius familias, nec bona aduentitia, & in quibus pater
267 non habet vſum fructum, poſſit ex cauſa † mortis donare ſine ipſius patris conſenſu, qui eo caſu requiritur. tenuit *Alexand. in l. Nemo, ſub num.* 3. *verſicul. & ſicut non poteſt teſtari, C. qui teſtament. facere poſſ. Ioan. Crotus in l. fratre, ſub num.* 32. *ff. de condict. indeb.* quos refert *Didac. Couar. part.* 3. *Rubrica de teſtam. nu.* 8. *quod notatur in l. tamis, §. filius familias, in fin. ff. de donat. cauſ. mort. Abb. Panormit. in conſ.* 40. *in fin. volum.* 2. *Marian. Socin. Senior. in conſ.* 112. *incip. Multum abundè, col.* 1. *vol.* 1. *& in conſil.* 172. *vol.* 2. quod eſt idem duplicatum. *Ioan. Anton. Rube. in conſ.* 46. *Andr. Tiraquell. de legibus connubialib. in verb. Contracter. gloſſ.* 7. *nu.* 9. *Iul. Clarus in §. donatio. q.* 6. *verſ. aut vero quæris, & verſ. ſi autem quæritur. Emanuel Suarez in Theſauro Receptar. ſententiar. §. donatio, num.* 289. *& §. Filius familias, numer.* 195. *& poſt Federicum de Senis in conſil.* 394. *Raphal. Comens. in conſil.* 190. *quod eſt vltimum*, & alios quos allegat ſentit *Ioan. Dilectus Durant. in Tractat. de Art. teſtandi, tit. primo, cautela prima, num.* 3. *Andreas Tiraquell. in tract. de legibus connubialibus in Verb. Contracter Gloſſ.* 8. *nu.* 117. *Hieronym. Cæuallos practicar. quæſt. commun contra communem, q.* 695. *nu.* 32. *Aſcanius Clementinus de Patria poteſtate. Effectu* 10. *ſub nume.* 7. *Franciſcus de Crema in Singul.* 69. *incip. donatio.*

VLTIMA opinio ſupra relata, non dubium,
268 quin ſit maiori doctorum numero approbata, † cum habeat authoritatem legis ineuitabilem, *in dicta l. Tamis, §. fin. ibi*, Tamen mortis cauſa donare patre permittente, poteſt. Tamen pro opinione Bartoli, & aliorum primo loco allegatorum, eſt tex
269 tus † incauillabilis, *in dicta Auctẽ. Vt liceat matr. & auiæ, §. Res autem ità relictas, textus in dicta l. Tãis*, fuit factus à Martiano luriſconſulto, qui floruit ſub Alexandro Seuero Imperatore, qui erat anno Domini noſtri Ieſu Chriſti, 223. Iuſtinianus autem Imperator fuit in anno Chriſti, 527. quæ Lex Iuſtinia-

ſtiniani fuit facta per Trecentos circiter annos poſt illam, Ideo videtur recte ſenſiſse *Accurſium, Barto-*
270 *lum, & alios ſupra allegatos*, ego † neutram probo, nec reprobo, ſed cogitandum relinquo. Qui vellent tenere hanc Vltimam opinionem, debent expreſsum interponere conſenſum, vt probat *Tiraquellus de legibus Connubialibus, in dicta Gloſſ. 7. nu. 97. & Gloſſ. 8. nu. 117.* & voluit *Gloſſ. in l. qui in poteſtate, in Verb. Nihilomagis, ff. de Teſtament. Marian. Senior. in dicto conſ. 112. nu. 7. vol. 1. Iul. Clarus in dicto §. donatio, q. 6. verſ. ſucceſſiuè quæro*, hanc tamen diſcuſſionem faciunt Doctores præſertim *Ripa in l. 2. §. Voluntate, ff. ſolut. matrim.* tangit *Ioan. de Arnono in Commentario, 60.* quem ſequitur *Ioan. Stephanus Lambertengus in tractatu de contractibus requirentibus conſenſum, Gloſſ. 7. num. 1. cum pluribus ſequentibus.* Qui tractant, an dictus conſenſus exigatur pro præiudicio, qui per donationem poſset naſci in damnum illius, an verò ad integrandam filij perſonam, vt contractus ſit validus, in quo di-
271 ſcutiendo † eſsent multa dicenda, de quibus agũt *Doctor. in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Senat. Conſultum Trebell. Rubeus Alexandrin. in conſ. 16. nu. 5. Couar. in dicta par. 3. rubricæ de Teſtam. ſub nu. 6. & Iulius Clar. in dicta q. 6. verſ. Habes ergo.*

PATRI ſi vellet donare cauſa mortis filius
272 familias, an poſſit illi donare, & ſi poſſit pater † ſibi ipſi conſenſum præſtare? Quantum attinet ad faciendam donationem per filium familias patri illam non valere ſcilicet donationem cauſa mortis, tenuerũt *Dyn. & Bartol. in l. ..... ff. de Author. tut. Cyn. in l. Senium C. Qui teſtament. facere poſſ. Ioan. Andr. in additione ſpecul. in tit. de inſtru. edit. §. porrò, in addit. incip. Petrus de Ceruotis. Bald. in auct. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccleſ. Lud. Roman. in l. 2. ff. de donat.* quos refert, & ſequitur, dicens eſſe communem ſententiam *Corne. in conſ. 294, incip. eleganter, & plene, in princ. vol. 1.* & credo ſupradictos dixiſſe eſſe inualidam donationem cauſa mortis, quæ ſit patri per ſupradictam communem ſententiam ſupra traditam *ſed contrarium, num. 267.* & hoc per ea quæ ſubiungam modò ſuper opinione nunc referenda.

QVANTVM ad conſenſum à patre præſtandum dum filius familias donaret ipſi patri, an poſſit, & valeat ad ſui vtilitatem conſentire, &
273 facere donationem cauſa † mortis? ſuper hoc ſunt diuerſæ ſibi inuicem pugnantes, quarum aliquæ fuerunt ob nimiam ingeniorum ſubtilitatem ſtudio contradicendi, aliquæ verò, ſecundum varios caſus, qui in conſulendo accidere ſolent, & propterea non mirum, ſi adſint contradictiones, quibus relatis dicam meam qualemcumque ſententia. Non valere donationem à filiofamilias patri factam, ipſo ſibi, & ad ſui vtilitatem præſtante
274 conſenſum, & authoritatem, cum ſit ad ſui † vtilitatem, *arg. tex. in l. 1. in princ. ff. de author. tut.* vbi hoc voluit *Gloſſ. in Verb. Rem acquirit*, quam ibi ſequitur *Bartol. nume. 4.* & hanc opinionem ſequitur *Barthol. Socin. in l. 1. §. fuit quæſitum, nu. 6. ff. Ad Senat. Conſult. Trebell.* quam opinionem magis communiter ſequi per Doctores, *& Ioan. de Imol. in dicto §. fuit quæſitum, col. fin. verſ. extra gloſſam adde*, vbi dicit, quòd illa gloſſa ordinaria *in dicta l. 1.* communiter approbatur, *Bald. in conſ. 62. nume. 3. vol. 4. Marian. Socinus Senior, in conſ. 112. incip. Multum abundè, col. 2. verſ. ſuccedit nunc ſecunda difficultas, vol. 1. quod eſt epilogatum in conſ. 172. volu. 2. per eadem verba*, quam comprobat *Bartholom. Socin. in conſ. 23. incip. circa prædictam conſultationem, vol. 4.* vbi allegat idem tenuiſſe *Dynum*, pro vt expreſſe hanc opinionem tenuit *Bald. in l. ſi vxor, nu. 1. verſ. Item non poteſt donare, C. de condit. inſert.* dum in-
275 quit hæc verba, Item non poteſt donare † cauſa mortis, niſi patre corroborante, *vt ff. de donat. cauſa mort. l. Tam is*, quam donationem poſſet facere ſibi patri, quia non poſſet interponere authoritatem in facto proprio. *Hæc Bald. Corn. in conſ. 294. incip. Eleganter, & plenè, in princ. vol. 1.* & videntur de mente *Decij*, licèt ſub dubio, *in conſ. 245. incip. in cauſa, & in conſ. 612. incip. concluſionem ſupra firmatam, in fin. Cardinal. Pariſ. in conſ. 97. nu. 21. vol. 24.* dicit eſſe opinionem communem, & in iudicando ab illa non eſſe recedendum, *Didac. Couar. in rubr. de Teſtamentis, par. 3. nu. 7. Papienſ. in practic. Forma libell. quo agitur pro donatione, in Verb. Ex cauſa nu. 9. in fine, Andr. Tiraquell. in tract. de legibus connubialib. in Verb. contracter, in gloſſ. 8. nu. 115. Iulius Clarus in §. donatio, q. 6. verſ. quæro etiam*, & ità fuiſſe deciſum, refert *Guido Papæ in deciſio. Delphinal. 223.*

CONTRARIAM ſententiam, quòd donatio, quæ fit per filiumfamilias cauſa mortis patri cum ipſius patris conſenſu valida ſit, & fieri poſſit,
176 ac pater poſſit eo caſu † præſtare conſenſum, quã tenuerunt *Angel. Raphael Comens. in dicta l. 1. §. fuit quæſitum, & ibidem latè Alexand. nu. 7. cum pluribus ſequentibus, ff. ad Senatus conſult. Trebell.* & ex hoc idem concludit *ipſe Alexander in Apoſtillis ad Bart. in dicta l. 1. ff. de Author. tutorum, & latiùs idem Alexand. in conſ. 106. incip. Quo ad præſens, per totum vol. 1. Angel. in conſ. 143. incip. Tria videntur impugnare. Ludouic. Roman. in conſ. 515. incip. in quæſtione, quæ vertitur, ſub num. 1.* & hoc idem ante eos tenuit *Oldrad. in conſ. 26. incip. Pater conſenſit*, & in hac opinione videtur reſidere vltimo loco, licèt faciat quandam diſtinctionem *Deci. in l. Senium, nu. 56. C. Qui teſtament facer. poſſ.* & ibidem tenuit *Paul. de Caſtr. num. 7. verſ. Sed an poſſit donare*, vbi dicit ità ipſum cõſuluiſſe, & vidiſse conſultum per plures Doctores Peruſinos, idem voluit, quem nemo ipſorum allegat *Bartholom. Cepoll. in conſ. ciuil. 58. incip. caſus qui oritur, ſub num. 21. verſ. Item quia hoc*, & nouiſſimè hãc opinionem tenuit *Andr. Facchine. Controuerſiar. iuris, lib. 5. cap. 26. Iaſon in dicto §. fuit quæſitum, nu. 3. Gulielm. Benedict. in rep. ca. Raynutius, in verb. Matrem nomine Cleram, num. 46. de Teſtament.* & hanc ſententiam probauit in anno. 1586. ſupremum Parlamentum Tholoſanum, vt eſt *apud Gerardum Maynardum in deciſion. Tholoſan. 3. lib. 5.*

TE-

TENENTES iſtam opinionem, quòd donatio valeat, & fieri poſſit, ipſi patri, etiam quòd conſenſum præſtiterit ad ſuam vtilitatem, & com-
277 modum, † mouentur ex eo, quòd conſenſus patris requiſitus ipſi filio familias eſt ob ipſius patris præiudicium, vt voluit *Paul. de Caſtro in dicta l. Semium, ſub num. 7. Alexander in dicto, §. fuit quæſitum, num. 7. vbi Ripa, num. 3. Andr. Facchin. Controuerſiar. iuris libr. 5. capit. 24. & cap. 26. verſicul. ſed quoniam verior. Rubeus Alexandrin. in conſil. 127. numero 1.*

TENENTES verò partẽ negatiuam, quòd donatione in cauſa mortis idcirco in filio familias requiratur, pro ſolemnitate actus, ad integran-
278 dam † ipſius filij familias perſonam, vt dicit *Marian. Socin. ſenior, in dicto conſ. 112. ſub num. 8. verſ. hoc etiam voluit. Barthol. Socin. filius, in dicto, § fuit quæſitum. Didacus Couaruuias, in dicta parte 3. Rubricæ, de Teſtament. nu. 6. Iul. Clarus in §. Donatio q. 6. verſ. habes ergo.*

QVÆSTIO Hæc bipartita eſt, habetq; vtraq; pars ſupremos pugnatores; Ego eligam illos, qui affirmatiuam tenuerunt, valere Donationẽ cauſa mortis à filio familias patri factam, ipſo patre conſenſum, & voluntatem præſtante. Primò, quia in donatione à filio familias facienda, non requiritur patris authoritas, vt ſolet requiri in pupillorum contractibus tutorum authoritas, de qua habetur *in tit. inſtitut. de autho. tut.* & late *Borgnin. Caualcan. in tractatu de tutore, & Curatore, numer. 127. Antonius Piaggius in tract. de tutore, & curatore, q. 15. Vincentius Manzinus, in tract. de tutela,*
279 *& cura, q. 6. Princip. & nouiſſime*, † *Paulus Montanus de iure tutelarum, cap. 30. per totum.* Sed requiritur tantum, conſenſus, permiſſio, & voluntas *vt in l. filius familias, §. pari ratione, ibi,* Quamuis enim ex patris voluntate mortis quoq; cauſa donare poſſit, *ff. de donat.* Et de voluntate, & permiſſione loquitur *text. in dicta l. Tamis, §. filius fami-*
280 *lias, ff. de donat. cauſa* † *mort.* dicens, Filius familias, qui non poteſt facere teſtamentum, nec voluntate patris, Tamen mortis cauſa donare, patre permittente, poteſt. Authoritas autem cum ſit qui-
281 dam † aſſenſus authorizabilis alicui competens ratione publici officij, vt voluit *Gloſſ. in c. 1. vbi Innocent. de Reb. Eccleſ. alienand. in 6. Innoc. in c. cum conſuetudinis, de conſuetudi. Idem Innocent. Abb. Panor. & alij, in c. quoties, ext. de Pact.* Sequitur iſtum conſenſum, voluntatem, & permiſſionem non exigi in donatione cauſa mortis facienda per filium familias pro ſolemnitate ad ipſum, & eius perſonam integrandam, ſed fauore ipſius patris, ne faceret donationem bonorum, in quibus ipſe haberet vſumfructum, ideoq; non debet tetorqueri in eius odium, *l. Quod fauore, cum ſimil. ff. de legibus.* Et nunc nouiſſimè reperio quòd *Iacobus Ferrerius*
282 † *elegans, & doctiſſimus iuriſconſultus in Apoſtillis ad Guidonem Pape in dicta deciſ. 223.* contra authorẽ dictæ Deciſionis, aduerrit, vt ego cogitaueram dicens. Porrò decipitur author noſter in eo, quod putat, patrem filio ſibi donanti conſenſum præſtare non poſſe. Nam in donationibus factis à
283 filio familias, voluntatem † tantum patris exigimus, *l. Tamis, §. 1. de donat. cauſ. mort.* non enim requiritur patris authoritas, ſeparanda eſt authori-
284 tas à voluntate; † Authoritas interponitur in ipſo negotio, non poſt tranſactum negocium, non per nũcium, vel epiſtolam, *l. obligari, §. tutor. ff. de auth. tut.* Voluntas autem, & poſt finitum negocium per ratihabitionem, *l. 3. § ſed ſi mutua, ff. de in rem verſ. l. 2. §. vltimo, ff. ſolut. matr.* & actu quolibet ſine ver-
285 bis, *l. 5. Rem rat.* Author in rem † ſuam nemo eſſe poteſt, *l. 1. ff. de Aut. Tut.* Velle, & conſentire in rem
286 ſuam † quis poteſt. *Ità Pererius.*

Secũdò, in donatione cauſa mortis, quando fieret à filio familias patri, ipſo patre permittente, &
287 fieret palam, & publicè valeret, quia † facta eſſet bona fide. Iuxta ea, quæ tradidit *Nicolaus de Neapoli in Lectura Bartoli in l. 1. nu. 1. ff. de contra iudic. tutelæ* vbi dicit, quòd ſi tutor emit rem pupilli palam, & bona fide, obligetur pupillus ciuiliter, & naturaliter, *arg. l. Tutor rerum, ff. de adminiſtrat. Tu-*
288 *tor.* quia publicè, & † bona fide poteſt rem pupilli emere, *l. cum ipſe*, vbi hoc notauit *Bartol. C. de cõtrahend. empt. & l. Non exiſtimo, ff. de adminiſtrat. tut.* vbi tutor poteſt pecuniam pupilli ad ſui vtili-
289 tatem palam, † & publicè capere, vt voluerunt *Marian. Socin. Senior, in conſil. 160. incip. in præſenti conſultatione, col. 4. verſ. Sed aduertendum, & verſic. ſeq. vol. 2. Bartholom. Socin. in conſ. 49. incip. pro deciſione, ſub n. 2. verſ. & ex neceſſitate contractus, vol. 3.*

Tertiò, in ſimili facit, quòd ſtatutum requirens conſenſum conſanguineorum in contractibus mu-
290 lierum † dicit eſſe æquiſſimum, cum mulieres facillimè ſeducantur, dicit *Bald. in l. 2. ſub nu. 12. q. 9. C. de reſcind. vend.* Et idcirco dicantur ad integrandam perſonam mulieris, & pro ſolemnitate cõtra-
291 ctus, & ſupplendam illorum † fragilitatem, *vt ex Bartol. Bald. Caſtrenſe in l. tranſactionem, C. de tranſact.* & alijs copiosè allegatis ſcribit *And. Tiraquel. de legibus connubialibus, in Verb. conſentement. Gloſſ. 6. nu. 37.* ſuper quo ibidem dicit *ex Decio. in conſil. 502. incip. Ex duobus, col. 2. & conſ. 503. incip. ſuperioribus diebus verſ. ſecundo reſpondetur*, vbi dicit, quòd ex illo ſtatuto exigente in contractu mulieris conſenſum viri, non eſſe ſolum ob fragilitatem
292 mulieris, ſed etiam pro † intereſſe viri, *& ſic Bald. & Salyc. in l. 1. C. vnd. Vir. & vxor. Andr. Barbat. in c. poſſeſſiones, col. vltim. de reb. Eccleſ. non alien. & Ioan. Lopez in rubr. de donation. inter. vir. & vxor. §. 68. col. 1. verſ...*

Et tamen in Statuto ſimili prohibente mulierem non poſſe contrahere ſine conſenſu propinquorũ, ſi contrahat cũ propinquo, poterit ille propinquus
293 præſtare conſenſum ad contractum † ad ſui commodum. Fuit dictum *Bald. in conſ. 77. & in conſ. 172. incip. Hæc eſt copia vol. 2.* dicentis, quòd ſtante ſtatuto, quòd mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu aliorum, & vnus ex illis fuerit inſtitutus hęres, quòd
294 per hoc non vitiatur † diſpoſitio, *& ex Baldo, &*

Saly-

Salyceto, quos retulit *Alexand. in additione ad Bart. in l. 1. C. Vnde Vir, & vxor*, dicit, quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd vxor non poſſit teſtari ſine conſenſu viri, & vxor velit inſtituere virum, quòd nihilo-
295 minus poterit † conſentire. *Et Bald. in l. pactum quod dotali, q. 21. nu. 16. C. de collat.* concludit, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu illorum propinquorum, & contingat mulierem contrahere cum patre, etiam nullo alio interueniente conſenſu, quamuis cõtractus eſset in fauorem patris, vt quia filia renunciauit
296 patri valebit contractus, † propter ſummam confidentiam, quam lex habet in fratre: quæ ad verbum refert, & ſequitur *Alexand. in conſ. 106. incip. Quoad præſens. in finalibus verbis, vol. 1. & in conſ. 29. incip. præclarè, & ſubtiliter, col. 4. verſ. & pro hoc etiam ſicit, vol. 3. Et Bald. in l. ſi quando, §. 1. C. de Inofficioſ. teſtam.* dicit, quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd filia non poſſit contrahere, vel renuntiare ſi-
297 ne licentia, vel conſenſu patris, pater † poterit præſtare licentiam, vel conſenſum, quòd renunciet ſibi patri. Idem voluit *Corn. in conſ. 242. incip. circa primum, col. 2. verſic. ſed ſi non habuiſſet, littera, d. in fin. poſt Petrũ de Belle pertica, vol. 4. Bartholomeus Socinus in conſ. 230. incip. viſo teſtamento, col. 1. vol. 2. Andr. Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam in præfation. nu. 26. C. de Reuocand. donat. Bernardin. Pandus in commentario Ritus de exequut. Inſtrum. parte 2. Declara. 18. num. 82.*

Quarto (pace omnium dicam) Accurſius auri-
298 ga noſtrarum † legum, cuius ſemper benedicenda memoria, laudanda, & extollenda vrbs Floren-tiua, quæ talem, ac tantæ ſcientię virum produxit, cuius anima cęlo fruatur, is, inquam, *in dicta l. 1. ff. de Author tutor. in verb. Rem, acquirit.* Hanc controuerſiam ijs verbis proponit. Item hic videtur
299 ſolui quæſtio. Si filius † familias velit donare cauſa mortis ipſi patri, vel ſeruo patris, & hoc patre authore, vt *infra de donat. cauſa mort. l. tam is, §. 1. quòd poſſit*, hæc ſunt verba Gloſſæ. Sequitur *ibi Bartol. Et aduerte diligenter ex hac gloſſ.* Quòd ad hoc vt filius poſſit donare cauſa mortis non requiritur patris authoritas, ſed in hoc contradicit Accurſio, qui de authoritate loquitur, non de conſenſu, & de permiſſione. Subiungit *Bartol.* ſed ſuffi-
300 cit patris conſenſus, vel permiſſio, † & hæc verba non dicit hoc in loco Accurſius, ſed ſunt vera per iura, quæ allegauimus, & quæ ipſe allegat. Subiungit de nouo *Bartol.* dicens, Et tamen tenet Gloſſa, quod pater non poteſt præſtare illum conſenſum ad ſui commodum, quod nota ad multa.
301 Sed tamen † *Gloſſa* dicit, quòd poſſit. *Et Bartolus* dicit negatiuè allegans gloſſam, ex illius dicto introduxit, quaſi apud omnes communem ſententiam negatiuam, cum Gloſſa in vltimo capite dixerit affirmatiuam.

Quinto & vltimo hãc opinionẽ vltra allegatos *ſupra verſicul. contrariam ſententiam, quòd donatio,*
302 *num.....* tenuerunt *Apoſtillator Gallus* † *ad Alex. in conſ. 106. vol. 1. ad Decium in conſil. 245. Arnoldus Ferron. in conſuetud. Burdegal. tit. de Teſtament. §. 24.* quos refert *Iacob. Ferrer. in loco ſupra allegato*, nec obſtat quòd ſecundum opinionem negatiuam concluſum fuerit in Senatu Delphinali *apud Guidonem Papæ in præfata deciſ. 223.* Quia obſtat illi altera Deciſio ſimiliter prolata in Gallia in ſupremo Parlamento Tholoſano, de qua *Gerardus Maynardus in dicta deciſ. 3. lib. 5.* Sed contra *Guidonem*
303 ex profeſſo, non † grauabor ſcribere, quę ad hanc quæſtionem doctè, & eleganter protulit *Iacobus Cuiacius in conſultatio. 44.* dum propoſita quæſtione filij familias donantis patri cum ſuo conſenſu, inter cętera Reſpondit, Nec quicquã obeſſe, quòd voluntate patris donauerit ipſi patri, cum nec aliter poſſit valere donatio, quàm ſi voluerit donata-
304 rius, & donationem agnouerit. Nec † enim donatur inuito, *l. hoc iure, §. non poteſt, ff. de donat.* Et voluntas ſeparanda eſt ab authoritate, authoritas interponitur ſuper ipſo negotio, non poſt tranſa-
305 ctum negotium † nec per nuncium, aut per Epiſtolam, *l. ſi quis mihi bona, §. Iuſſum, ff. de Acquir. hæred. l. obligari, §. tutor. ff. de Attil. tutor. l. 1. §. vltimo, de Tutelis.* Voluntas etiam poſt finitum negocium per ratihabitionem, *l. 3. §. ſed ſi mutua. De in rem verſ. l. 2. §. vltimo, ſolut. matrim.* Et actu quolibet ſine verbis, *l. 5. ff. Rem rat. haber.* Et auctor in rem ſuam nemo eſſe poteſt, *l. 1. ff. de Auctorit. tutor.* Velle, & conſentire in rem ſuam quis non poteſt? Et in donationibus factis à filia familias voluntа-
306 tem patris † tantum exigit, *l. vltima, §. filijs C. de Bonis quæ lib.* Scio, quid in hanc rem ſcripſerit *Guido Pape in quæſt. 223.* Sed abutitur authoritatis nomine, vbi voluntas, non authoritas patris legibus exigitur. Et idem etiam, falsò præcedere debere conſenſum patris filio donante mortis cauſa allata, *l. filius familias, §. pari. De donation.* quæ nihil tale exprimit, ſed voluntatem tantum requirit
307 voluntas autem etiam, quæ ſequitur † ratihabitio eſt, *dicto, §. ſed ſi mutua, l. ſi fundus, §. 1. ff. de Pignor. l. Pomponius, §. vltimo, ff. de procurat. l. 9. §. pen. ff. de donat. l. Vltima C. Ad Senatus conſult. Maced. Ità Cuiacius*; quæ maiori parte antea ſcripſeram, licet alia verborum ſtructura. Sed iſtam diſcretionem authoritatis, & conſenſus, vt authori-
308 tas non requiratur, ſed † conſenſus ſufficiat, ſeniores etiam dixerunt, *vt Ludouic. Roman. in dicto conſil. 515.*

LIMITANT Quòd pater generaliter præſtet filio familias conſenſum ad donandum cauſa
309 mortis quomodocunq;, & qualiter † cunque & cuicunq;, & tunc valebit donatio cauſa mortis, quæ patri fieret, ità *ex Baldo in quodam conſilio, quod allegat Marian. Senior in conſil. 112. Incip. Multum abundè, col. 2. verſicul. Adduco etiam, vol. 1. & in dicto conſil. 172. duplicato, volu. 2. Decius in conſ. 245. incip. Placet mihi, col. 3. ſub nu. 5. Idem Deci. in l. Senium, nu. 57. C. Qui teſtam. facer. poſſ. Corn. in conſil. 242. incip. circa primum, col. 3. verſ. ſubdit autem, ſub littera, d. vol. 4. Ant. Faber in Codice Fabrian. libr. 1. tit. 2. Defin. 40. num. 4.*

DONA-

DONATIO OMNIVM Bonorum præ-
310 ſentium, & futurorum nulla eſt, quia † aufert li-
beram teſtandi facultatem, *arg. l. Stipulatio hoc mo-
do concepta, ff. de verb. obligat. l. omnes, §. Lucius, ff.
de his, quæ in fraud. credit. l. ſi libertas, §. ſi quis plu-
res, l. 1. C. vt acti, ab hæred. vel contra hæred. Bartol.
in l. Stipulatio hoc modo concepta, num. 6. ff. de verb.
obligat. vbi Alexand. num. 16. Iaſon, num. 10. Vdal-
ric. Zaſi, num. 5.* voluit *Bald. in c. in præſentia, num.
36. de Probat. Felinus ibidem, num. 8. Bartol. in l. fin.
nume. 12. C. de Pact. vbi Dec. nume. 30. Cagnol. ibi-
dem, num. 237. Ludouic. Roman. in conſ. 171. incip.
Pro Deciſione, in princip. Abbas Panor. in conſil. 48.
vol. 2. Angel. in conſil. 179. incip. Viſis prædictis In-
ſtrumentis* vbi doctiſſimè ſcribit. *Didacus Couar-
ruuias in rubr. de Teſtamentis, parte 2. num. 4. Curtius Iunior in conſ. 25. num. 1. Bartbol. Socin. in Regul.
108. Nicolaus Bellonus in conſil. 5. num. 4. Ioan. Beſ-
ſian. in conſuetud. Aluerniæ cap. 14. Artic. 22. Hie-
ronym. Grat. in conſil. 70. num. 1. vol 1. Deci. in conſil.
30. incip. Et pro tenui facultate, in princip. & in conſ.
488. incip. In cauſa, & lite, num. 2. Corneus in conſil.
176. incip. In præſenti conſultatione, col. 2. vol. 2. Ia-
ſon, in conſ. 60. col. 2. vol. 3. Roland. à Valle in conſil.
39. num. 1. & in conſ. 65. num. 2. vol. 1. Ioan. Cephal.
in conſil. 44. num. 15. vol. 1. in conſ. 288. num. 27. vol.
2.* voluit *Franciſc. Viui. commun. opin. lib. 1. opinion.
73. Aymo Cravett. in conſ. 222. num. 1. Petr. Duen. in
Regul. 219. num. 1. Ioan. Baptiſt. Villalob. Opinion.
communium, §. Donatio, num. 136. Emanuel. Suarez
in Theſaur. recept. ſententiarum, §. Donatio, numer.
177. Marc. Anton. Peregr. in conſ. 76. num. 16. vol.
1. Thobias Nonius in conſ. 97. ſub num. 10. Surdus in
conſ. 73. num. 67. vol. 1. Andr. Facchin. Controuerſ.
Iuris, lib. 6. cap. 87. Ioan. Botta in conſ. 58. num. 36.
Nicol. Boer. in Deciſ. Burdegal. 353. num. 7. Ioan. Di-
lect. Duran. de Arte teſtand. titul. 10. Cautel. 2. nu. 2.
Octauia. Cachera. in deciſ. Pedemonta. 70. numer. 10.
Ant. Gamma in deciſ. Luſitan. 386. numero 1. Anto-
nin. Theſaur. in deciſ. Pedemont. 97. numero 2. Ro-
land. Cauagnol. in Decreto Montisferrat. 74. §. 1.
numero 13.*

SVSTINERI tamen dictam donationem
311 bonorum præſentium, & futurorum † ſi inter-
uenerit iuramentum, voluit *Deci. in conſ. 655. in-
cip. viſo eleganti conſilio, num. 12. cum ſeqq. Corneus
in conſ. 252. incip. primo videndum eſt, col. 3. verſ. &
iſta pars videtur, vol. 3. Marian. Socin. Iunior, in conſ.
143. num. 37. vol. 1. Thob. Nonii in conſ. 55. nume. 2.
Seraphin. de Priuileg. Iuram. Priuileg. 71. nu. 3.*

CONTRARIVM nihilominus, quòd non
312 obſtante iuramento, donatio erit inualida, † vo-
luit *Cagnol in l. fin. num. 163. C. de Pact. Duen. Regul.
219. num. 2. verſ. ampliaſecundo, & verſ. Et ſic prima opinio. Idem Corn in conſ. 60. num. 10. volum. 2.
Marian. Iun. in conſ. 44. vol. 2. Menoch. in conſ. 184.
num. 10. vol. 2.* quod confirmat *Ant. Gamma in De-
ciſione. Luſitaniæ 386. nu. 3.* vbi *poſt Alexand.* dicit
hanc eſſe communem ſententiam.

PLVRIBVS modis declaranda erit iſta Re-
gula, vt lucem capiat, quos quàm breuius potero,
enarrare conabor.

MODVS primus erit, quòd fiat donatio om-
313 nium bonorum præſentium, quia † valida erit,
& etiam ſi diceret de omnibus bonis, intelligitur
enim de præſentibus, non de futuris, *vt poſt gloſſ.
& Doctores, in dicta l. fin. C. de Pactis, & in dicta l.
Stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat.* vo-
luit *Abb. Panor. in conſ. 18. incip. videtur primo, ſub
num. 3. vol. 1. verſic. ſed ſolum vxor diſpoſuit. Ludou.
Roman. in conſ. 26. incip. Pro deciſio. ſub num. 1. A-
lexand. in conſ. 25. incip. viſo teſtamento, col. fin. verſ.
Præterea quòd etiam vol. 3. & in conſ. 54. incip. viſo
themate, col. 1. verſic. Nec obſtat ſi diceretur, vol. 5. &
ante eos Angel. in conſ. 179. incip. Viſis prædictis in-
ſtrumentis, per totum, qui deberet literis aureis ſcri-
bi. & poſt Decium in conſ. 613. incip. Domina Cathe-
rina de Rangonibus, col. 2.* voluit *Petrus Rebuffi ad
conſtitutiones Galliæ, tomo 1. titul. de literis obliga-
torijs Artic. 3. Gloſſ. 2. num. 29. Nicol. Boer. in deciſio.
Burdegal. 353. ſub num. 14. Cæſar Vrſill. in deciſio.
338. ſub num. 3. Nicol. Bellonus in dicto conſ. 5. num.
3. 18.* poterit enim alia bona in futurum acquire-
314 re, de quibus donans † poſſet teſtari, ideo dona-
tio omnium bonorum præſentium valet. *Alexand.
in dicta l. fin. ſub num. 3. C. de Pact. Claudius Aquen-
ſis, in l. pactum, num. 4. C. eod. tit. Carol. Ruin. in conſ.
178. num. 3. vol. 1. & in conſil. 13. num. 3. vol. 2.* quos
ſequitur *Iul. Clar. in §. Donatio, q. 19. verſ. & ex hac
ratione,* & hanc opinionem probat *Franciſc. Viuius
in commun. opinio. 207. num. 6. 7. Ludouic. Roman. in
conſ. 95. incip. viſo prius, in princ. Corn. in conſ. 252.
incip. primo videndum eſt, col. 2. ſub verſ. Nec huic o-
pinioni obſtat, vol. 3. & in conſ. 54. incip. In Thema-
te præſupponuntur, col. 1. verſ. Nec vitiantur, vol. 4.*

SECVNDVS Modus eſt, quòd in caſu in-
ualiditatis omnium bonorum donationis, tamen
iuramento ſuſtinebitur, ſcilicet quòd ſi eſt, quoad
315 præſentia, & futura, † operabitur Iuramentum,
quia valebit, quoad bona præſentia, vt voluit
*Hieronym. Gratus in conſ. 70. num. 23. 24. volum. 1.
Hieronym. Cagnol. in dicta l. fin. num. 217. 221. C. de
Pact. Guid. Pape in ſingul. 844. Viuius in dicta opin.
207. Seraphin. de Seraphinis de Priuileg. Iuramen-
ti Priuilegio 107. num. 3.* voluit indiſtinctè, quòd
316 etiam † ſi fuerit facta donatio de præſentibus, &
futuris, quoad futura non valeat, ſed quoad præ-
ſentia ſuſtineatur, vt optimè, doctiſſimè, & elegan-
ter ſcribit *Angel. in conſ. 179. incip. Viſis prædictis in-
ſtrumentis, col. 5. verſ. Præſuppoſito autem,* dicens
quod in donatione præſentium, & futurorum, fu-
tura in donatione veniunt per modum augumen-
317 ti, & † adiectionis, & inutilis adiectio non vitiat
principalem, & primitiuam diſpoſitionem, quæ
vtilis eſt, & ſeparabilis, rationes ſunt validæ, ta-
men ipſe contrarium tenet.

TERTIVS Modus, & hic eſt ſecurior, cum
quis donat omnia bona ſua præſentia, & futura,
reſeruata ſibi certa quantitate, vel certa re, quia
318 remanet libera teſtandi facultas, doc dixit nota-
biliter

biliter *Bartol. in dicta l. Stipulatio hoc modo concepta, num. 6. ff. de verb. obligat.* quam opinionem firmauit *Angel. in quæstione incip. In fulgenti delitiarum palatio,* quos sequitur *Ludouic. Roman. in cons. 26. incip. Pro decisione, in princip.* vbi tuetur donationem factam inter quosdam Nobiles omnium bonorum præsentium, & futurorũ reseruatis cui-
319 libet ipsorum † duobus mille florenis, in quibus possent testari. Idem voluit *Alexand. in cons. 59. incip. viso Themate, col. fin. vers. Non obstat si diceretur, vol. 5. Angel. in cons. 5. incip. Andreas Ioannis, col. 2. vers. Nec etiam dicat quis,* & allegãdo *Petrum de Anch. & Ioan. de Imol.* voluit *Iason in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, col. 7. versicul. circa tertiam quæstionem Bartoli. Curtius Iunior, in consil. 81. num. 4.* idem firmauit *Ant. Gamma in decis. Lusitan. 348. sub nu. 4. 5. Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 204. num. 25. Suarez in Thesaur. receptar. sententiarum, §. Donatio, num. 184.*

QVARTVS Modus, vt si puta mulier faciat hæredem aliquod Monasterium, quod instituerit relinquens omnia bona, & nolle testamentum mutare, nec reuocare, & si illud mutauerit, vel re-
320 uocauerit, eo casu ex tunc † eidem hæredi scripto donat omnia sua bona, & cum fortè testatrix ista mutando, vel aliud monasterium ingrediendo se, & bona illi contulerit, & ibi professionem fecerit, nunquid monasterium primum, eandem donationem in sui fauorem petere poterit? *Dynus in c. Quod semel, in fin. de Regul. Iur. in 6.* dicens, quòd dum disponens non staret in finibus vltimæ voluntatis, sed transiret ad naturam contractus, puta quia donaret, vel venderet hæredi scripto præsenti, vel alteri pro eo recipienti, sub ea conditione, si
321 testamentum † mutauerit, vel reuocauerit, donatio erit irreuocabilis, *arg. l. vbi ità donatur, ff. de donat. caus. mortis,* potuit enim illud fieri in testamento, quod fit in contractu, fit enim assignatio per testamentum, per contractum, & per epistolam, *l. assignare, ff. de assignat. lib. l. Hæredes palam, §. fin. ff. de testam.* & idem tenuit, & firmauit quasi per eadem iura *Oldrad. in cons. 114. incip. factum tale est, quædam mulier, num. 1.* & opinionem *Dyni* sequitur *Cyn. in l. 1. vers. Vltimo C. de sacrof. Eccles. & in l. cũ antiquitas C. de Testam. & Bald. in cons. 338. vol. 2.* vbi non immeritò dicit hanc fuisse antiquorum opinionem, præsertim *Dyni*, quem omnes sequebantur, qui quando aliquid decidebat, ibi dicebatur esse totam Synodum legalis sapientiæ, vt dicit de illo *Barthol. Socin. in cons. 253. incip. In causa, col. fin. in princip. vol. 2.*

322 CONTRARIVM Tamen tenent † communiter Doctores, *in dicta, l. stipulatio hoc modo concepta.* Præsertim *Bartol. vbi, numer. 2.* refert dictam Dyni opinionem breuibus verbis, duobus ex causis illam refutat, quia donatio ibidem facta aufert liberam testandi facultatem. Secundò quia videtur donatio in pœnam mutationis testamenti, & ideo tamquam facta contra bonos mores non valet, sed capiendo eandem conclusionem à scriptis eiusdem *Oldradi, in cons. 60. incip. Thema tale est Titius, sub num. 1.* inquit, quòd ambulatoria est, ac debet esse voluntas defuncti vsq; ad extremum
323 † vitæ exitum, & nihil magis hominibus conuenit, quàm suprema voluntas, *l. 3. ff. de adimend. legat. l. cum hic status, §. pœnitentiam, ff. de Donat. int. vir. & vxor, l. 1. C. de Sacrof. Eccles.* Non enim tenèt pactum, per quod quis se intestabilem reddit, vel
324 ad certum modum testandi se astringit † dicta, *l. stipulatio hoc modo concepta,* induit enim tale pactum turpitudinis naturam, & consueuit tristissimos effectus sortiri, cum præstet votum captandæ mortis, *l. fin. C. de Pact. ista ex Oldrado ibidem,* & istã opinionem contra *Dyn.* tenuit *Ludouic. Roman. in cons. 171. incip. pro decisione, num. 1. vers. Prima quia clarum est. Petr. de Anchar. & Ioan. de Imol. in rubr. extr. de Testament.* qui dicunt, quòd si testator dicat omninò velle testamentum velere etiam Iure donationis inter viuos; vel in testamento confiteatur vendidisse hęreditatem hæredi instituto pro certo precio, quod confitetur se recepisse, non per
325 † hoc impediretur testamentum mutare, quia quis non potest sibi auferre liberam testamenti factionem, *arg. l. si quis in principio testamenti, ff. de legat. 3.* quæ multis alijs corroborat *Alexand. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, num. 3. Iason, num. 7. Ioan. Crot. num. 13. Marian. Socin. Senior in tract. oblation. libell. 13. num. 17.* facit ad hoc, quod dicit *Raphael Fulgosius in cons. 91. incip. Ad id, de quo col. 1. vers. Non officit etiam,* vbi inquit, quòd si testator promiserit notario tamquam publicæ personæ, recipienti nomine omnium, quorum interfit, nunquam reuocare ipsum codicillum, in quo relicta vxori subtraxerat, iurauitq; & votauit eum in perpetuum minimè reuocare, quia eiusmodi iura-
326 mentum, † promissio, & votum, tamquam liberam testamenti factionem à sapientibus hominibus adinuenta, contra bonos mores esse putata sunt. *Iason in cons. 122. incip. Viso, vol. 2. & Angel. in cons. 314. incip. Viso dicto testamento, col. 2. vers. postea autem audiente,* dicit, quòd quando testator vult sibi auferre potentiam mutandi testamẽtum, vel auferre simpliciter potentiam testandi, & non potest. Ac meliùs idem *Angel. in cons. 365. incip. Quædam Domina Vanna, col. 2.* vbi dicit, vnde ex prædictis concludo dictum primum testamentum
327 non transire in contractum † donationis, quia impedit liberam factionem testamenti, quia dictæ donationis præsentium, & futurorum forma est bonis moribus inimica, & directè contradicit charitati ex parte recipientis, qui non curauit ponere debitorem in paupertatis statu, quod facere non debuit vllo modo, cum donatarius donanti ad an-
328 tidora sit obligatus, † *l. sed si lege, §. consuluit, ff. de Petition. hæredit. l. si non sortem, §. libertus, ff. de condit. indeb.* quem licet corruptè, refert, & sequitur *Alexander in cons. 25. incip. Viso testamento, col. 2. vers. secundo modo potest, cum seqq. vol. 3. & in cons. 156. incipi. viso testamento, per totum, vol. 7. Corn. in cons. 60. incip. Quanquam prima facie, col. 1. vol. 2.*

Gulielm.

Gulielm. de Ludo. in ſingul. 75. incip. Gloſſa eſt, quòd ſi teſtator. Idem voluit aſſerens eſſe communiter approbatum. *Ioan. Dilect. Durant. de Arte teſtandi, tit. 10. cautel. 2. numero 1. Iulius Clarus in §. Teſtamentum, q. 95.* & comprobat optimè *Petrus de Anchar. in conſ. 231. Incip. de primo dubio, col. 2. verſic. His tamen non obſtantibus. Emanuel Suarez in Theſauro Receptar. ſententiarum, §. donatio. numero 237.*

QVINTVS Modus eſt, quòd donentur omnia bona præſentia, & futura, reſeruato vſufru-
329 ctu, quo † caſu per illam reſeruationem, non eſt adempta libera poteſtas teſtandi, quia de fructibus teſtari poterit. *Didacus Couar. Variar. reſolution. lib. 3. capit. 12. num. 3.* & valere eo caſu donationem validam. *Iaſon in dicta, l. Stipulatio hoc modo concepta, numer. 18. Curti. Iunior. in conſ. 81.* quos refert *Andreas. Gail. Practicar. quæſtion. lib. 2. Obſeruat. 127. numero 4.* quibus addo *Marc. Antonium Nattam in conſilio 146. per totum vol. 1. Iul. Clarum in §. Donatio. quæſtion. 19. verſic. Sed pone quòd donator. Andreas Facchine. Controuerſiar. Iuris, lib. 6. cap. 89.*

CONTRARIVM tenuit *Paul. de Caſtro, in dicta l. fin. num. 10. C. de Pactis*, vt dicit conſuluiſſe. *Et Bartol. in conſ. 76. Incip. Pater filio*, dicens,
330 quòd ſi teſtator † reſeruauit, & expreſſim dixit, vt de eo poſſit in vita diſponere, & dicit non valere donationem, quia ſi diſponeret in vita credo *Bartol.* dicere voluiſſe, quòd illo caſu, ſi diſponeret in vita, nil remaneret, de quo poſſet diſponere in morte per vltimam voluntatem, & ſic eſſet tacitè priuatus iure diſponendi *idem Caſtrenſ. in conſil. 119. incip. Notandum eſt, & in conſ. 65. numer. 8. vol. 2. Bartol. Imol. & Caſtr. in d. l. Stipulatio hoc modo conceepta. Cynus Bald. & Fulg. in d. l. fin. Decius nu. 32. & In conſ. 30. incip. & pro tenui, num. 3.* Præterea vana videtur vſufructus reſeruatio, cum rationabiliter non poſſet donator diſponere, quia
331 cum † finiatur morte vſusfructus, §. *finitur autem. Inſtit. de Vſufr.* ſequitur, quòd adueniente morte vſufructus vnitur proprietati, & ſic donator, non poſſet in alterum conferre, quod non habet. Prout in anno 1566. fuiſſe iudicatum Florentiæ ſuper nullitate donationis factę per Epiſcopum de Gallettis Piſanum, qui donauerat fratribus bona præſentia, & futura, reſeruato vſufructu, quam vis ibidem fortè inducebatur, quòd eſſent bona peruenta ex introitibus eccleſiaſticis, de qua cauſa plures allegans ſcribit *Borgninus Caualcanus de vſu fructu mulieri relicto, numero 155.* & opinionem
332 quòd donatio reſeruato vſufructu † non valeat, voluit *Antonius Gomez in l. Tauri 69. numero 3.* ſequitur *Antonius Gamma in deciſion. Luſit. 348. ſub numero 3.* Et ſic concludit *Hieronymus Cagnol. in dicta l. fin. numero 240. verſicul. diligenter tamen, C. de pact. Deci. in conſ. 251. incip. in cauſa Magnificæ Domnæ Claudiæ de Ventis, nu. 2. Curtius Iun. in d. l. fin. num. 58. Purpurat. num. 253.* & optimè *Corneus in conſ. 176. incip. in præſenti conſultatione, litera N, verſicul. ex quibus, & litera O, verſicul. & ideo reſeruatio. vol. 2.*

SEXTVS Modus erit, vt cum facta fuerit donatio omnium bonorum mobilium, & immobi-
333 lium, valida illa ſit, cum non ſit † ſublata libera facultas teſtamenti faciendi, atque diſponendi per vltimam voluntatem, remanent enim iura, debi-
334 torum nomina, & actiones, quæ † illorum appellatione, non veniunt, ſed aliam tertiam ſpeciem conſtituunt, *l. Quam Tuberonis, §. fin. ff. de Pecul.* ideo *Vlpianus in l. A diuo pio, §. in venditione? ff. de re iudicata*, modum exequendi conſtituens, differentiam facit bonorum mobilium, immobilium, ſiue ſoli, mouentium, iurium, actionum, ſeu
335 nominum † debitorum. Quod, & Scæuola facit, *in l. Ad eum, in princ. ff. de donat. & Celſus in l. Mouentium, ff. de Verbor. ſignificat. & Theodoſius Imperator, in l. 2. §. ſed, & quarta pars, libro decimo, Oldradus in conſil. 219. incip. Factum tale eſt, Dominus Rex. Specul. in titul. de reſtitution. ſpoliat. §. Nunc dicamus, numero vndecimo, verſicul. At huiuſmodi redditus. Archidiacon. in cap. primo, de rebus eccleſ. non aliena. in 6. Idem Specul. in titul. de Fructibus, & intereſſe, §. primo, numero ſexto*, quem refert, & ſequitur, *Bartol. in l. prima, numero quinto, C. ſi aduerſ. vend. Andr. Tiraquellus de retractu conſanguin. §. primo, gloſſ. ſeptima, numero nono, & decimo, & in rep. l. ſi vnquam in verb. Bona, numero octauo, C. de reuocand. donat. Gulielmus Benedict. in Rep. cap. Raynutius, in Verb. bona. numero 25. de Teſtament. Antonius Neguſant. in tract. de Pignoribus, parte ſecunda, membr. ſecundo, numero nono, Benuenutus Stracchain tract. de Mercatura, parte prima, numero 76. Aym. Crauett. in conſil. 213. in fin. Iacobus, Philippus Portius commun. opin. libro tertio, concluſion. decima, Bertrandus Argentreus in Conſuetudin. Britanniæ, articul. 265. §. quarto, numero ſeptimo, Cardinal. Pariſius in conſil. vigeſimo quinto, numero 69. conſil. 94. numero tertio, volum. ſecundo, Marian. Iunior, in conſil. 115. numero primo, volum. primo, in conſil. 51. numero quarto, volum. ſecundo, Marc. Anton. Peregrin. in conſil. 43. numero 15. volum. primo, Decius in conſil. 414. incip. Viſo eleganti conſil. numero vndecimo, Ias. in conſ. quinto, colum. tertia, verſic. ſecundo, volum. tertio, Iulius Clarus in §. donatio. quæſtion. 19. verſicul. Pariter etiam. Arius Pinel. in rubr. de Bonis mater. parte .... numero 24. Marc. Anton. Natta in conſ. 146. nu. 13. volum. 1. Roland. à Valle in conſ. 65. numero 7. & 8. volum. 1. Ioan. Petrus Surdus in conſ. 26. ſub nume. 3. volum. 1. Borgnin. Caualcan. de vſufruct. mulier. relicto, nume. 82. Guidus Pancirol. in conſ. 76 numero 8. Hieronym. Gabriel. in conſ. 98. nu. 1. vol. 1. Franciſc. Purpurat. in conſ. 118. num. 5. volum. 1. Federic. Scotus in conſil. 3. nume. 1. lib. 2. tomo 2. Gerardus Mazzoll. in conſil. 15. numero 76. Auguſtin. Berous, in conſ. 44. numero 1. & 4. volum. 2. Chriſtophor. Torniola in conſ. 5. num. 11. Achil. Pedrocch. in conſ. 7. numero 192. Guid. Pap. in deciſion. Delphin. 291. numero primo, & ſecundo, & in deciſion. 584. Franciſcus Marcus in Deciſion. Delphin.*

Delphin. 128. *nume.* 4. *vol.* 1. Hæc sufficiant *post Vberrimum Tiraquell.* Addo eundem *Peregrin. de iure Fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 49.

DECLARA Tamen quòd si addita esset Donationi bonorum mobilium, & immobilium, vel
336 quoruncumq; bonorũ, tunc intelligerentur †donata etiam iura, & actiones, similiter si diceret omnia, & quæcunq; bona mobilia, & immobilia, cõprehendi etiam iura, & actiones. *Andr. Tiraquell. in dicto*, §. 1. *gloss.* 7. *num.* 10. *Gulielm Benedictus, in dicto, c. Raynutius, in verb. Cætera bona, nu.* 8. *Additionator Gallus ad Alexand. in consil.* 45. *vol.* 1. *& post alios Iacob. Ferrer. ad Guid. Papæ, in dicta decis. Delphin.* 291. *Andr. Alciatus in l. mouentium, nu.* 5. 6. *ff. de verb. signific.* Tamen dicit impropriè
337 inter immobilia † computari. *Didacus Couaruu. in c. relatum, il* 2. *sub num.* 1. *de Testam.* vbi ex consuetudinario vsu loquendi ex mente contrahentium, dicunt extendi etiam ad iura, & actiones, ex dictis *Oldradi in dicto consil.* 219. Sed est con-
338 siderandum quòd tam *Oldrad.* quàm † alij loquuntur de locis Iuris non scripti, quia in locis Iuris scripti, secus, & Ità concludit *Ferrerius, vbi supra.* Quòd optimè declarat *Nicolaus Valla de Rebus dubijs, in lib. Vltimo, tractat, de aliquibus quæstionibus, & arrestis locorum, qui reguntur iure non scripto*, dicens apud eos duo tantum bonorum species esse mobilium, & immobilium, & in illis apud eos venire debitorum nomina.

CONTRARIVM quòd etiam si adfit di-
339 ctio vniuersalis omnia, vel quæcunq; non † venient iura, actiones, & nomina debitorum, vt voluit *Michael Craßus commun. opinionum, titul. de legatis, q.* 19. & alij, quos refert *Iacob. Ferrerius in loco supra allegato.*

SEPTIMVS modus esse posset; si vni do-
340 nẽtur bona mobilia omnia, & alteri omnia †immobilia, tunc iura, & actiones mobilium debentur donatario Mobilium, iura verò, & actiones bonorum immobilium, illorũ donatario debebuntur, vt notabiliter *Gloss. in l.* 1. *C. si aduersus Transaction.* & ibi optimè declarat *Bartol. sub numer.* 4. quòd actio assimilatur ei, cuius natura in illa con-
341 tinetur. Et voluit meo iudicio *Bartol.* dicere, †loquendo cum Doctoribus, & practicis in Iudicio, quòd illi rei actio applicabitur, à qua, vel contra quam, deprehendet, vel habet originem. De quibus Imperator egit in *Titulo institutio. de Actionib.* Puta, quia si agitur, de obligationibus personalibus, tunc applicantur actiones personales, puta ex contractu, vel quasi, ex maleficio, vel quasi. Si agitur de obligationibus realibus, puta ratione directi Dominij, vel vtilis, aut ratione pignoris, vel seruitutis, quæ dantur, & competunt aduersus possidentem, *iuxta, l. Actionum, ff. de Action. & obligat.* Si ageretur de actionibus mixtis, quas fortè habemus pro rebus, quę nostrę sũt, vel ad quas ius habemus, puta Iudicium familiæ herciscundę, communi diuidundo, finium regundorum, & similium, *vt in* §. *quædam. Inst. de action.* quibus in locis, *Angel. de Aretio, & Iason* optimè docuerùnt, & supradictum conclusionem *ex gloss. in dicta, l.* 1. voluit probare *Iacob. Ferrer. in dicta Guidonis Papæ decis.* 291.

OCTAVVS modus esse poterit, dum quis donat bona sua mobilia, & immobilia, hic, &
342 † vbiq; existentia, nam isto casu comprehendi iura, & actiones, vt post *Didacum Couarruuias in cap. Relatum, il* 2. voluit *Ferrerius in dicta Guido Pap. decis.* 291.

NONVS modus, dum donantur bona simpliciter, sine adiectione mobilium, & immobilium, eo casu, Iura actiones, & debitorum nomi-
343 na † veniunt, *l. nomen C. Quæ res pignori obligari poss. l. Princeps bona, ff. de verb. signific. l. bonorum*, §. *Vltimo, ff. eod. tit. Bald. in consil.* 25. *incip. In quæstione vertente, dubio* 6. *vol.* 1. *Abb. Panor. in cons.* 43. *nu.* 3. *vers. Nam verbum bonorum, vol.* 1. facit *text. in l. si ademptis. C. de sentent. pass.* vbi publicatis bonis, publicantur actiones, quem text. ad hoc allegauit *Alber. de Rosat. in l.* 1. *ff de statu homin. Martin. Laudens, in tract. de Fisco. Not ab.* 47. *Ioan. de Imol. in cons.* 35. *incip. in casu. Cardinal Zabarell. in cons.* 83. *incip. secundum puram*, quos refert. *Deci. in cons.* 442. *incipien. Didac. Couarru. in c. Relatum, il* 2. *nu.* 1. *de Testam. post Andr. Tiraquell. in rep. l. si vnquam, in Verb. Bona, sub nu.* 8. *C. de reuocand. donat. Marc. Anton. Peregr. de iure Fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 50. *& post Alexand. in cons.* 59. *incip. visis verbis. nu.* 2. *volu.* 6. *Sebast. Guazzinus in tract. de confiscat. bonorum, conclus.* 13. *limitat.* 30. *nu.* 7.

† DECIMVS modus erit, si quis donauit omnia
344 bona sua præsentia, & futura per † donationem causa mortis, quia valebit, vt voluit *Gloss. in dicta l. fin. in Verb. accommodauerit, C. de Pact. Ioan. de Imol. in rubr. extra de Testament. nu.* 5. *Deci. in consil.* 578. *num.* 7. *Iason, in consil.* 5. *colum.* 6. *vers. Non obstat tertium, volum.* 3. *Curtius Iunior in consil.* 81. *numero* 3. quos refert, & sequitur *Iulius Clarus, in* §. *Donatio, q.* 19. *vers. sed quid si quis faciat.*

VNDECIMVS modus erit, quando do-
345 nantur omnia bona præsentia, & futura, † ecclesiæ, *argu. l. iubemus nulli, C. de sacros. eccl.* quod *Bart. in dicta l. fin. nu.* 13. *C. de Pactis*, tenuit, quam sequuti sunt ibidem *Raph. Fulgos. Iason. Iacob. de Sancto Georg. Lancellott. Deci. & Philipp. Deci. nu.* 31. *Cagn. n.* 238. quia corruptè allegatur ab aliquibus, *Ioan. Franciscus Purpuratus, nu.* 242. *Decius nu.* 8. 17. *Felinus, nu.* 8. *& Cardinalis Parisius, in cap. in præsentia, nu.* 21. *de probat. & ibi etiam August. Bero num.* 81. *Didacus Couarruuias, in rubr. de Testa. parte* 2. *sub numero* 5. *Bartholom. Socin. in regul.* 108. *Fall.* 4. *Petrus Duennas in regul.* 219. *sub limitat.* 1. *Iulius Clarus in* §. *donatio, quæst. vigesima, versicul. Vlterius quæro.* Quam donationem bonorum factam Ec-
346 clesiæ, vel alteri † pio loco pluribus confirmat *Andreas Tiraquellus in Tractatu de Priuileg. piæ causæ. Priuilegio centesimo, Antonius Gamma in Decision. Lusitan.* 240. *numero tertio*, pro qua opinione fortiter allegauit. *Petrum de Anchara-*

no in conſilio 231. *incip. de primo dubio*, tamen ibi contrarium tenuit, *Vide Vincentium de Franchis in deciſio. Neapolitanus* 168. *Decius in conſ.* 488. *incip. In cauſa, & lite, nume.* 5. *Ant. Gomez in l. Tauri.* 69. *nu.* 6. *Villalob. commun. opin.* §. *Donatio, numero* 140. *Emanuel Suarez in Theſaur. Receptar. Sentent.* §. *donatio, num.* 182. & amplè tractat *Benedict. Capra in conſ.* 147. *nu.* 14.

DVODECIMVS modus, ſi donantur omnia bona ſimpliciter, quia non veniunt futura,
347 ideo † valida eſt, ſine aliqua adiectione præſentium, vel futurorum, vt concludut *Doctores in dicta, l. Stipulatio hoc modo concepta, & in dicta, l. fin. C. de Pact. vt poſt Bartol. & Angel.* quos allegat, voluit *Decius in conſilio* 488. *incip. In cauſa, & lite, quæ vertitur, numero* 3. *verſicul.* Et dato, quòd donator. *Roland. à Valle in conſilio* 65. *numero* 9. *volum.* 1. *Petrus Rebuff. ad conſtitution. Galliæ. Tomo* 1. *titul. de literis obligator. Articul.* 3. *Gloſſ.* 2. *numero* 29. *ante eos Angelus in conſilio* 179. *incip. Viſis prædictis Inſtrumentis, col.* 1. *verſicul. ſimiliter non eſt dubitandum. Franciſc. Marcus in deciſione Delphinali.* 128. *numero* 5. *volum.* 2. *Emanuel Suarez in Theſauro receptar. ſententiarum*, §. *donatio, num.* 178.

DECIMVS TERTIVS modus, dum
348 quis donat omnia bona in contractu † matrimonij, quia aliàs non eſſet contracturus, talis donatio valida eſt, tum quia ob cauſam, & ſpecialiter matrimonij, ad quod facit, quod ſcribit *Oldradus in conſilio* 5. *incip. Titius, & Oldradum* ſequitur. *Barthol. Socinus in conſilio* 295. *incip. In cauſa contra filios, col.* 4. *verſicul. Quintus caſus, volum.* 2. *Nicolaus Boer. in deciſ. Burdegal.* 353. *ſub nume.* 10. *Franciſc. Marcus in deciſ. Delphinal.* 127. *num.* 6. *vol.* 2.

DECIMVS QVARTVS modus, cum fieret Donatio ampla omnium bonorum mobilium, immobilium, & quorumcumq; reſerua-
349 ta aliqua re, vel parte ad vitam † expreſſim, nam talis donatio inualida erit, vt in vita poſſit diſponere, *vt ex Bartol. in conſ.* 77. *incip. Pater filio emancipato. Decius in conſilio* 251. *incip. in cauſa magnificæ Dominæ Claudiæ, numero* 2. *Ripa in Rubrica Soluto matrimonio, numero* 17. *Aym. Crauetta, in conſ.* 222. *numero* 10. *& poſt dictum conſilium Bartoli*, & alios allegat *Curtius Iunior, in conſ.* 25. *numero* 2. voluit *Ioan. dilectus Durantes de Arte teſtandi, titul.* 10. *cautela* 2. *ſub numero* 2. *in fine*, quos refert, & ſequitur *Ionnes Cephal. in conſ.* 44. *ſub numero* 15. *volum.* 1. *& Emanuel Suarez in Theſaur. Receptar. Sententiarum*, §. *Donatio, numero* 185. *Didacus Couarruu. Variar. Reſolution. libr.* 3. *capit.* 12. *numero* 3. *Iulius Clarus in*, §. *Donatio*, q. 19. *verſ. Sed pone, quòd donatio. Bartholom. Socin. in conſ.* 126. *incip. viſum fuit primo, col. fin. verſicul. vltimo loco dico, vol.* 3.

CONTRARIAM ſententiam tenuerunt *Iaſon, in conſilio* 130. *volum.* 4. *Andreas Alciatus*
350 *in dicta*, † *l. fin. prope finem C. de Pact. Didacus Couar. vbi ſupra*, in hanc opinionem inclinans, & ſimiliter *Andreas Fachineus controuerſ. Iuris, libr.* 6. *capit.* 90. quo in loco facit quandam diſtinctionem, quæ mihi non ſatisfacit, quinimmo à ſupradicta communi opinione minimè diſcederem.

HAEREDITAS autem donari, an poſſit,
351 in dubitationem deducitur? quæſtio hæc † diuerſimodè, vel à ſupremis Iure conſultis in Celeberrimis Academijs, ad demonſtrandam in diſputando ingeniorum ſubtilitatem, vno modo reſpondendo, alijve illis contradicendo. Vel alij in conſulendo ſecundum conſultandæ controuerſiæ caſum, ſimile, vel contrarium tuendo, in pugnantes iuerunt concluſiones. Ego in opere, quod molior, declinando ad contingentium caſuum ſententiam, & illius deciſionem, veram, vt arbitror, opinionem eligendo, diuidam con-
352 cluſionem in duo capita. † Aut enim tractamus, an per donationem inter viuos agimus, An verò indonatione mortis cauſa, id rectè fieri valeat?

HAEREDITATEM per donationem
353 inter viuos dari non poſſe tradidit † *Bartol. in dicta, leg. final. numero* 11. 12. 14. *C. de Pact.* Quia non valet donatio hæreditatis, primo, quia illa pacto dari non poteſt, *leg. Hæreditas, vbi Gloſſ. Codice de Pact. conuent.* cum autem tam donatio
354 inter viuos non ſolum pacto, † ſed nudo pacto hodie fieri poſſit, *leg. ſi quis argentum*, §. *ſin autem hoc minimè Codice de donat.* quàm etiam donatio
355 cauſa mortis. *Gloſſ. in leg. cum pater.* §. *Meuio, in verb. donabat. & in verb. reuocaretur, ff. de legat.* 2. *vt ſupra hoc eodem titul.* ampliſſimè probauimus, *numero* 30. *verſicul. Nudo pacto, numero* 31. *verſic. Ex nudo pacto*, ergo per viam donationis dari hæreditas non poteſt. Secundò quia, qui donat hæreditatem, cenſetur donare omnia bona
356 præſentia, & futura, cum ſit nomen † Iuris vniuerſale, capiens in ſe augumentum, & diminutionem, *l. Item veniunt*, §. *fructus, ff. de peti-*
357 *tion. hæreditat.* Ideo comprehendit † vniuerſum, quod defunctus habuit, vt dicit *Caius, in leg. Nihil aliud* 25. *ff. de Regul. Iur. vel vt Iulianus, in l. Hæreditas* 63. *ff. eodem titul.* vel, vt inquir *Cice-*
358 *ro in Topicis*, dicens, † Hæreditas eſt pecunia quæ morte alicuius, iure peruenit. Pecuniæ, au-
359 tem nomen ſignificat omnia † corpora, vt dicit *Vlpianus in leg. pecuniæ verbum* 178. *ff. de verborum ſignificat.* & nos amplè diximus in *Neanomologia, capitul.* 1. *numero* 21. *& per totum.* Hæreditas enim, vt vnico verborum conceptu meam hanc, quam ſequor, opinionem conclu-
360 dam, eſt † quoddam portentum bonum, ac malum afferre valens. Et ideo cum adita ſemel
361 hæreditas, adiens nunquam deſinat eſſe † hæres, *l. ei, qui ſoluendo, ff. de Hæredi. Inſt. leg.* 2. §. *venditor. ff. de hæred. vel actio. vend. leg.* 2. *C. eodem titulo*, ne perperam adeuntes in malum incidant, oneroſam forſitan hæreditatem ſi adirent, ſanctè Iura proſpexerunt, magna circumſpectione moti

legum latores, vt defuncti hæreditas, illiusq; vires conspiciantur, & patrimonium exploretur per
362 inuentarij confectionem, † *vt in titul. C. de iure delib.* Quia vbi semel hæres hæreditatem adierit, omne in eum ius hæreditatis transfertur, in qua non solum res singulæ complectentur, sed
363 debitorum nomina, obligationes, † & actiones omnes, *l. Hæres 37. ff. de Acquir. hæred. l. cum hæredes, ff. de Acquir. poss.* hac igitur ratione Donatio per pactum, & contractum inter viuos hæreditas donari minimè potest, & donatio illius
364 facta, tam omnia † complectens nihil est, nulliusq; momenti. Quam opinionem *Bartoli vbi supra, & in l. quæsitum, §. si mihi seruum, vbi Gloss. ff. de legat. 1. & ibidem* tenuerunt, & sequuti sunt *Claudius Aquensis, & Ioan. Crotus post Alexandrũ, ibidem.* Hoc idem voluit *Ludouicus Romanus in consilio 293. incip. Præsuppositio, quòd dictum legatum, numero 2. Decius, in cons. 236. incip. Non parua difficultas, col. 6. numero 13. 14. versicul. Nono difficilis, Hieronym. Cagnol. in dicta, l. final. num. 276. C. de Pact. Iulius Clarus, in §. Donatio. q. 19. versicul. sed quæro nunquid. Petr. Duennas in Regul. 219. Ampliation. 4.* quod tenuit etiam *Andr. Facchin. Controuersiarum. Iuris lib. 6. cap. 94.* Quia dictam conclusionem probat etiam *Ioan. Faber. in dicta, l. fin.* & idem concludit *Franciscus Marcus in decis. Delphinal. 136. numer. 2. 3. vol. 1.* quos nouissimè sequitur *Ioan. Aurpachius Singularium allegationum, lib. 2. cap. 21. Ioseph. Ludouic. in decis. Perusin. 71. num. 6.*

CONTRARIVM videtur tenuisse, quòd
365 hæreditatis donatio fieri valeat † *Decium in dicta l. final. numero 35. Iason ibidem, numer. 37. Andream Alciatum, numero 81. Franciscum Purpuratum, numero 245. Aymon. Crauettam, in cons. 139. numero 6.* Ea ratione quòd verbum hereditas, accipi hoc loco debeat impropriè vt actus valeat, vt
366 capiatur † nomen hæreditas, ità, vt denotet donasse tantum bona præsentia, *arg. leg. Quæsitum, §. si quis mihi seruus, vbi gloss. in verb. hæreditates, ff. de legat. 1. Ioan. Cephal. in consil. 44. num. 6. volum. 1. & ante eum Augustinus Berous in consilio 53. numero 1. cum seqq. vol. 1.* Sed admodum debili rationi se fundat ista opinio, cui, vt respondeatur, arbitror non esse laborandum. Quinimmo omnes præfati Doctores, præsertim *Decius,*
367 *& Iason* vti amici Gallicæ nationis † beneficati ab illorum Regibus, eodem modo *Alciatus,* & *Crauetta*, opiniones, quæ reperiuntur in Gallia sectantes, sequuti sunt hanc opinionem, quòd per contractum donari possit hæreditas, & fieri possunt istæ pactiones præsertim in contractu matrimonij *in Rebus Feudalibus argum. cap. 1. de filijs natis ex matrimonio ad Morganaticam contr.* provt voluit *Ioannes Faber in dicta, l. final. in fin.* Vndè benè inquit *Franciscus Marcus, in dicta decision. Delphinal. 136. numero 5. volum. 1.* vbi dicit, quòd
368 ista pacta in contractibus matrimoniorum † de consuetudine Franciæ in modo succedendi sunt valida, allegat *Ioannem Fabr. & alios*, vt procedat ex consuetudine, ergo contrarium est de Iure scripto, & sic excusatur ista opinio, vt optimè aduertit *Ioan. Aurpachius Singularium allegationum, lib. 2. cap. 21.*

BENE verum dicendum est, tale pactum tamquam futuræ successionis solum id licitum
369 † fore militibus, *l. licèt inter priuatos C. de Pactis*, & per reciprocam pactionem. *Decius in consilio 236. incip. Non parua difficultas, numero 13. versicul. Nono difficilis, & in consilio 613. incip. Magnifica Domina Catherina de Rangonibus sub qu. Marianus Socinus Iunior, in cons. 143. num. 46. 47. volu. 1. Stephanus Forcatul. in Necyomantica iuris. Dialog. 55. numer. 6. cum seqq. Cagnol. in dicta, l. fin. sub num. 278.*

HAEREDITAS Ipsa, an per donatio-
370 nem causa mortis possit in alium concedi? † *Bartolus in dicta, l. licèt, numero 1.* & etiam in secunda lectura, dicit non posse dari hæreditatem per donationem causa mortis, sicuti non potest dari per cadicillum, sed solum per testamentum, & hanc opinionem post *Alexandrum* sequitur *Iason in dicta, l. licèt, numero 15.* & istam opinionem doctissimè, more solito firmauit *Alexander in consil. 28. incip. ponderatis verbis, col. 2. versicul. Tamen præmissis non obstantibus, vol. 3.* quasi enixe *Andr. Fachin. controuers. iuris lib. 6. capit. 26. Stephanus Forcat. in Necyomantia iuris. Dialogo. 55. num. 6. cum seq. post Ludouicum Romanum in l. tamis, §. 1. in fin. ff. de Donat. caus. mort.* voluit *Barthol. Socinus in cons. 125. incip. Non insistendo, col. fin. vers. solum restat, vol. 3.* quos sequitur *Hieryn. Gabriel. in cons. 16. nu. 23. vol. 1.*

CONTRARIVM quod per donationem
371 causa mortis hæreditas dari † possit, post alios concludit *Hieronymus Cagnol. in dicta, l. fin. sub num. 178.* & hanc opinionem ex professo tenuit *Ioan. Vandus variarum quæstionum iuris, lib. 1. q. 40.* Quicquid isti dixerint, ego Bartoli, atq; aliorum supra narratorum sequendam fore arbitror.

PACTO autem id fieri posse, puta promit-
372 to tibi omnia bona mea post mortem † meam, quòd valida erit, vt donatio causa mortis, vel inter viuos, *vt post gloss.* dicit *Bartol. in dicta, l. fin. numero 11. versicul. sed si promitto Codice de Pact. Decius in consilio 236. incip. Non parua difficultas, numero 94. in fin.* sed de veritate huius dicti vide *Alexan. in cons. 28. volum. 3. Nic. Boerius in decis. Burdegal. 355. post num. 2. plenè Octauia. Cachera. in decis. Pedemont. 100. nu. 25. August. Berous, in cons. 30. nu. 4. 8. 27. vol. 3.*

IVRISPATRONATVS Ecclesiastici donatio fieri minime potest absq; superioris
373 † consensu, nam concessio Iuris patronatus, quemadmodum Summi Pontificis, Episcopis, aut alicuius Episcopalia Iura, vel authoritatem habentis consensu, & authoritate conceditur, vt *post Panormitanus Rocch de Curte, Cæsarem Lambertinum, & Ioan. Baptistam*

Ferre-

Ferrettum, & alios diximus *in conſil. 25. nume. 12. centur. 1. relatum à Ioã. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ignorant. Cent. 1. diſtin. 90. nu. 5.* & diximus Latè *in hac Summa Deciſionum omnium totius Chriſtiani Orbis. Titul... nu.... tomo 1.* Eodem modo ipſius ordinarij conſenſus exigitur in donatione illius, vel eius generalis Vicarij, ſi habuerit ſpe-
374 cialem hanc poteſtatem, cum † ſpirituali annexo, aliàs nihil agitur. *capit. Quod autem, vbi gloſſ. in verb. Si conſenſus, cap. Illud, cap. cum ſeculum, vbi gloſſ. in verb. Emptorum, cap. Nullus, extra de Iure patro. c. paſtoralis, ibi Gloſſ. in verb. ſuum. extra de Donat. Goffred. de Trano in ſumma titul. de Iure pat. §. Ex quibus,* quem per eadem verba *in eodem titul. & §. ſequitur Hoſtienſ. in ſumma Ioan. Baptiſta Ferrett.* quem allegaui *in dicto conſilio 25. in ſuo conſilio 327. numero 6. & in conſilio 343. ſub numero 12.* ante eum *Rocchus de Curte de Iure Patr. in verb. Pro eo quòd de Dioceſani conſenſu, quæſt. 2. Cæſar Lambertin. in tract. de Iure patronatus, lib. 1. parte 2. q. 1. Articul. 2. numer. 5. Thomas de Thamis in deciſ. 20. Achil. in deciſ. 20. numer. 1. titul. de Iure patronatus. D. Ioan. Baptiſta Coccinus Decanus in deciſ. Nuperrim. Roman. 337. numero 4. 5. Partis 2. tomo 1. D. Franciſcus Sacratus Archiepiſcop. Damaſcen. in deciſio. Nuperrima Roman. 302. numero 3. Partis prima tomo 1. D. Alfonſus Manzanedus in deciſion. Nuperrima Romana 576. per totam, partis, 1. tomo 2. Idem D. Coccinus in deciſio. Nuperrima Romana 311. per totam, parte prima tomo 1. D. Cardinal. Puteus in deciſio. 16. libro 2. D. Cardinal. Bononienſis, in decio. Nuperrim. Romana 257. num. 1. parte 2. tomo 1. D. Cardinalis Mantica, in deciſ. 86. nu. 5. 6.*

INTELLIGVNT ſupradictam concluſio-
375 nem procedere, quando fieret donatio † Iuris patronatus laico, vt tunc exigatur Epiſcopi ordinarij conſenſus, ſecus ſi fieret perſonæ eccleſiaſticæ donatio. *Ità Ioan. Baptiſta Ferrettus in conſil. 193. num. 3.* voluit *Idem Ferrett. in conſil. 344. per totum* pro hac opinione ego tibi allego *Rotam in Antiquis in deciſ. 873. incip. Quidam Laicus, in finalibus verbis,*

INTELLIGVNT Secundò, quòd cum Donatio Iuris patronatus fit compatrono, non
376 † exigatur Epiſcopi conſenſus, *vt ex Abbat. Panormitan. in c. ex inſinuatione, numer. 4. extra de Iure patronatus* voluit *Cæſar Lambertinus in tract. Iuris patronatus in loco allegato per Paul. Aemil. Verall. in deciſio. 284. parte 1. deciſ. 130. parte 2. Achill. in deciſio. 10. titul. de iure patronat. & Flamini. Pariſius, in tract. de Confidentia, quæſt. 28. numer. 184.* quos cum alijs retulit *D. Fabritius Veroſpius in deciſion. Nuperrima Romana 707. numero 4. parte 2. tomo 2. Ioan. Baptiſta Coſta de Facti ſcient. & ignor. centuria 1. diſtinctione 90. numer. 58. 59.* quam facilius tolerari dixit *Marianus Socinus Iunior in conſilio 79. num. 38. vol. 2.*

CONTRARIVM tenuit *Rocchus de Cur-*
377 *te in tractatu de iure patronatus,* † *in verb. pro eo quòd de Dioceſani conſenſu, quæſt. 2. numer. 4. & Bonifacius de Vitalinis in clem. 1. §. fin. in gloſſ. in verb. liberè, de iure patronat.* quos refert *idem Verall. in dicta deciſ. 130. nu. 2. par.... Tamen non videtur* mihi fore diſcendendum à prima parte, & eiuſdem *Domini Veroſpij* Deciſione.

INTELLIGVNT Tertiò, quod licet do-
378 natio iuris patronatus ſine epiſcopi conſenſu nulla ſit, tamen valida cenſetur in prejudicium † donantis, vt patet ex dictis *Rotæ in antiquis in dicta deciſio. 873. incip. Quidam Laicus. Vide D. Cardinalem Puteum, in deciſione 16. numero 2. libro 2. & D. Ioannem Baptiſtam Coccinum Decanum, in dicta Deciſione Nuperrima 337. numero 7. parte 2. tomo 1.*

INTELLIGVNT Quartò conſenſum E-
379 piſcopi poſſe etiam poſt mortem † donantis interuenire, pro quo vide *Rotam in Antiquis, in dicta deciſione 873. incip. Quidam Laicus. D. Cardinal. Puteus in dicta deciſione 16. libro 2. D. Ioan. Baptiſta Coccinus Decan. in dicta deciſione Nuperrima Romana 337. numero 1. in fine parte ſecunda tomo 1.*

IN FRAVDEM Creditorum, aut Fiſci
380 donationes factæ repelluntur, † *toto titul. de his, quæ in fraudem creditorum,* & ſpecialiter de Donatione in fraudem, habetur *in l. Qui autem, §. ſimili modo, ff. eodem titul. & in l. ſi quis cum haberet, eodem titul. dixi in conſilio 58. numero 2. 3. centuria prima.* Et quàm breuius potero, dicam, quibus capitibus cognoſcantur Fraudulentæ donationes tam reſpectu Fiſci, quam reſpectu creditorum.

CAPITE primò ex omnium Doctorum dicto habemus, ex omnium bonorum donatorum
381 † alienatione primam in præiudicium Fiſci, vel creditorum donationem præſumptionem fraudis habere, *vt poſt Dyn. in l. omnes, §. Lucius per illum textum, ff. de his, quæ in fraud. credit.* voluit *Bart. in l. poſt contractum, numer. 2. ff. de donat. arg. l. in fraudem, ff. Qui, & à Quibus, l. In fraudem, ff. de his, quæ in fraudem credit. Alexander in conſilio 55. incip. conſideratis verbis, col. 3. verſicul. Quòd autem dicta alienatio, volum. 1.* dicens argui per alienationem & bonorum, illorum donationem fuiſſe
382 factam in † creditorum fraudẽ, *arg. d. §. Lucius Titius Decius in conſ. 235. incip. in caſu magnifici Domini, numero 2. Sigiſmundus Loffred. in conſ. 21. nu. 1. Natta in conſilio 549. numer. 6. volum. 3. bene Matth. de Afflict. in deciſio. Neapol. 370. num. 13. Franciſc. Connan. comment. Iuris ciuilis, lib. 5. cap. 11. ſub nu. 3. Antonius Gomez in Epithom. Delictorum, capit. 14. nume. 4. Marcus Antonius Peregrinus, de Iure Fiſci, lib. 5. tit. 1. numer. 156. Iacob. Menoch. de Præſumpt. lib. 3. Præſumpt. 124. num. 5.* quia eo caſu eſſet ni-
383 hilominus nimis † profuſa liberalitas, *de qua loquitur Cicero lib. officiorum 2.* quorum aliqui liberales, prodigi alij.

CAPITE ſecundo idem cenſebitur ſi fieret
384 donatio maioris partis Bonorum, † vt dicit *Alexand.*

xand. in dicto conſ. 55. incipien. conſideratis verbis, col. 3. verſic. Idem ſi non omnia bona, vol. 1. poſt Bald. in l. 1. q. 3. C. ſi qui in fraud. patro. Idem Sigiſmund. Loffredus in dicto conſ 21. vbi dicit idē eſſe prę-
385 ſumptionem fraudis, ſi nō oīa bona donauerit vel alie-
nauerit † de melioribus, quæ dixit ēt *Decius in dicto conſ. 235. Ioan. Annibal. in dicta l. poſt contractum, numer. 90. 92. Peregrin. in dicto, numer. 156. Menoch. in dicta Præſumptio. 124. num. 9. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 370. ſub numer. 12. 13. Ioan. Andreas de Georg. in allegat. 22. numer. 25. in allegat. 31. num. 60. Ioan. Franciſc. de Ponte in conſ. 8. num. 18. in conſ. 35. num. 24. Marc. Anton. Pereg. in deciſ. Paduæ 109. numer. 9. Franciſc. Beccius in conſ. 52. nu. 68. Ioan. Baptiſt. Thor. in Compendio deciſ. Neapol. §. Donatio.*

CAPITE Tertio, quamquam non appareat
386 verè de fraude, ſed præſumptiuè, † quo caſu donatio, vel alienatio, licèt interim valeat, tamen reuocabitur poſt modum perfiſcum. *Salicet. in l. ſi quis poſt hac C. de Bonis proſcript.* Tamen concluſionem tenuit *Iul. Clarus, in Pract. Crimin. q. 78. nume. 15.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem *Marc. Anto. Peregrin. in dicto lib. 5. tit. 1. nume. 153.* dicens eſſe communem opinionem *contra Salycet. Ludouic. Peguier. in deciſ. 48. nu. 8.*

CAPITE Quarto Donatio bonorum facta
387 perſonæ coniunctæ prę ſumitur in † fraudem Fiſci, creditorum, vel alterius cauſæ, *l. Nihil intereſt, quæ eſt, pen. ff. de Bonis libert. l. Data opera C. de Donat.* quorum authoritate, ità inquit, *Bartol. in dicta l. poſt contractum, num. 3. ff. de donat. Decius in conſ. 236. Peregrin. in dicto lib. 5. titul. 1. ſub numer. 159. Ludouic. de Peguier. in deciſ. Catalon. 50. nu. 3.*
388 ſunt enim coniuncti, & conſanguinei noſtri † corporis pars, *l. cum ſcimus C. de Agricol. & cenſit. lib. 12.* diximus *in conſ. 48. num. 39. centur. 1.* Quinimmo dicunt procedere fraudem, etiam ſi donatio fie
389 ret amico † magna amicitiæ neceſſitate coniuncto *Andreas Alciatus in dicta l. poſt contractum, nu. 42. Iacob. Menoch. in dicta Præſumptio. 124. nu. 28.*
390 de quibus amicis magno amoris vinculo † ligatis dixi plenè pro iuuenili ætate *in Commentarijs de compromiſſis, §. 1. Gloſſ. 3. numer. 80. cum pluribus ſeqq. Achill. Pedrocch. in conſ. 25. num. 31. Paulus Picus in dicta l. poſt contractum, nu. 46. vbi Alciatus, num. 41. Ioan. Anibal. nume. 105. Idem Andr. Alciat. de præſumpt. Regul. 3. præſumpt. 29. nume. 4. Barthol. Bertazzol. in conſil. crim. 373. num. 13. 14. volumine 2.*

CAPITE Quinto, donatio, ſeu liberatio ſi facta debitori in fraudem creditoris fuerit dabitur
391 † actio reuocatoria contra debitorem liberatum, ſeu cui donatio facta fuerit, eo modo, & natura, cuius erat actio, qua primò tenebatur, *vt in l. fin.* vbi ſic docuit *Bartol. C. de Reuoc. his, quæ in fraudem credi* hoc idem voluit *ibidem Paul. de Caſtr.* quamquam multa conſideranda ſint pro intellectu *dictæ l. fin.* um ob diuerſitatem intellectuum, *Bart. Bald. Caſtrenſ. Salyceti, & aliorum*, de quo aliquid tangit *Deci. in conſ. 410. incip. In cauſa mota Mediolani, numer. 3.* ſed ſubtilius, tamen occupatius agit *Iacobus Cuiacius obſeruatio. lib. 12. cap. 5.* quem ſequitur *D. Lugdunenſis in deciſ. Nuperrima Roman. 129. num. 5. 6. Parte 1. tomo 1.*

CAPITE Sexto, Donatio ſi fuerit facta, & nihilominus, is, qui donauit poſt donationem, & alienationem ſemper poſſederit, ſimulatè,
392 & fraudulenter † donaſſe præſumitur, cum corporalis, & vera traditio non interuenerit, *l. ſicut, §. ſuperuacuum, ff. Quib. mod pignus, vel hypoth ſol.* cuius authoritate ſic cenſuit *Bartol. in dicta, l. poſt contractum, numer. 4. Florian. de Sancto Petro in l. quæ pater, la 2. col. 3. ff. Famil. herciſcund. Petr. de Anchar. in conſil. 257. col. 2. Ludouic. Roman. in conſ. 5. incip. viſo puncto, ſub nume. 1. verſ. Quarto vendita. Alexand. in conſ. 28. col. 4. verſ. Non obſtat, & in conſ. 57. col. 2. verſic. ſecundo præſuppono, vol. 5. Bartol. Socin. in conſ. 264. col. 4. verſic. ſeptimo, vol. 2. Ioan. Cephal. in conſ. 198. num. 23. vol. 2. Cardinal Pariſ. in conſ. 55. nu. 53. vol. 1. Nicol. Boerius in conſ. 18. num. 9. Marc. Ant. Natta in conſ. 198. nu. 10. 23. Vol. 1. Proſp. Paſeth. in conſ. 70. num. 5. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 40. num. 18. in deciſ. 65. nu. 3. Franciſc. Marcus in deciſ. Delphinal. 484. num. 12. vol. 1.* diximus *in conſ. 35. num. 29. centur. 1. Ludoui. de Peguiera in deciſ. Catalon. 50. numer. 4. Anto. Gomez, in Epithom. delict. cap. 14. nu. 4. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumptio. 124. num. 30. Marc. Ant. Peregrin. de Iure Fiſci, lib. 5. titul. 1. numer. 160.* Et eò falicior idcirco detegitur fraudis ſuſpicio, quando fortè donator, venditor, vel alienator, rei
393 alienatæ, venditæ, vel donatæ † poſt contractum fructus perciperet, per ea, quæ ſcribit *Cardinal. Pariſ. in conſ. 53. numer. 21. vol. 1. Franciſc. Burſatt. in conſ. 153. num. 70. vol. 2. Menoch. in conſ. 431. nume. 14. 15. vol. 5. Auguſt. Berous in conſ. 170. nu. 2. 5. vol. 1. Fab. Turrect. in conſ. 92. nu. 23. vol. 1.*

CAPITE Septimo, Donatio in fraudem fa-
394 cta præſumitur, ſi fiat † clandeſtinè, & ſecreto, *arg. l. fin. ff. de Ritu nuptiar.* cuius occaſione *Hippolyt. de Marſilijs, in Rubr. ff. ad legem Cornel. de ſicar. num. 8.* inquit, quòd clandeſtinitas eſt maxima ſi-
95 mulati contractus † coniectura, & quoad donationem occultè factam, vel alium contractum præſumi in fraudem *eſt text. notabilis in l. Donatio, ibi neque occulte C. de Donat. Marc. Ant. Peregri. in dicto lib. 5. tit. 1. numer. 162. Iacob. Menoch. in dicta. Præſumptione 124. num. 41. Peguiera in dicta deciſo. Catalon. 50. num. 5. Ant. Gomez in dicto cap. 14. nu. 4.* Quando dicatur fieri ſecretò, vel occultè, vel clam *poſt Albertum Gandin. in tractat. Maleficior. titul. de Rumore manifeſto, & occulto. Polydor. Ripa de Nocturno tempore, cap. 68. numer. 8. 9. cum ſeqq. Idcirco Deci. in cap. 1. num. 65. de Fide Inſtrum.* dicit,
396 cauere debere Tabelliones, ne inſtrumenta † faciant de Nocte, ne inſurgant ſuſpiciones contra eos ob noctis clandeſtinatem. Hinc plura de clandeſtina monialis contrahentis alienatione non debere eſſe alteri in laudem, & damnuum, ſed teneri

397 mo-

397 monaſterium †amplè concludit *Petr. de Anchar. in conſ. 49. incip. de iuribus profeſſionis*, faciunt. quæ ſcripſit *Deci. in conſ. 245. incip. in cauſa, quæ iam diu, ſub num. 6. cum ſeq. Maria. Socin. Iunior in conſil. 50. num. 1. vol. 3.* vbi dicit, nec Iuramento firmari, & proinde Donationem nocturno tempore factam,
398 dolo, & fraude factam † cenſuit *Auguſti. Berous in conſ. 59. num. 10. 11. vol. 1.* quem ſequitur *Polydor. Ripa de Nocturno tempore, cap. 105. numer. 6. & de Donatione cauſa mortis cap. 143.* huic quæſtioni faciunt ea, quę latè ſcripſimus de matrimonio clam, clandeſtinè, & occultè facto *ſupra tit. 1. num. 337. cum pluribus ſeq. & numer. 379. cum pluribus ſeqq.*
399 Quibus tamen modis dicatur † clam, ſecretè, & occultè fieri, declarat *Felin. in c. conſuluit, num. 22. extr. de offic. delegat. Cardinal. Pariſ. in conſ. 57. nu. 18. vol. 4. Andr. Alciat. in l. poſt contractum, nu. 50. Ludouic. de Peguer. in Deciſ. Catalon. 50 n. 5. Iacob. Menoch. in dicta præſumptio. 124. nu. 44. & in tract. de Arbitrarijs iudicum quæſtio. libr. 2. centur. 2. caſu 194, num. 19.*

CAPITE octauo, Donatio facta prius, quam
400 ſubſequitur retrodonatio, præſumitur † ſimulata, & fraudulenter facta in præiudicium primæ, vt per ſacrum Conſilium fuit iudicatum teſte *Vincentio de Franchis in deciſ. Neapol. 205.* in qua fuit declarata nulla ſupradicta retrodonatio. Et hanc deciſionem ſequitur *D. Regens de Ponte in conſ. 25. n. 2. vol. 1. & Ioan. Franciſc. del Caſtillo in deciſ. Siciliæ, 51. nu. 8. & Franciſc. de Amicis, de his, qui Feudum dare poſſunt, §. Nolui tamen, ſub nu. 4. verſ. facit etiam, fol. 215.* vbi refert aliam Deciſionem eiuſdem ſacri Conſilij prolatam inter Illuſtriſſimam Dominam Marchioniſsam Vaſti, quę donauerat quoſdam introitus ſummæ notabilis Illuſtriſſimo Domino Dō Carolo de Auolos filio dum cōtraxit mātrimoniū cum Illuſtriſſima Donna Sueua Geſualda filia Illuſtriſſimi Domini Aloyſij Geſualdi Principis Venuſij, quorū meminit *Ioan. Baptiſta Thorus in Compendio Deciſionum Neapolit. in Verb. donationes*, ad quæ optimè arrident elegantiſſimè ſcripta *per Anneum Robertum Rerum Iudicatarum, lib. 1. c. 2.* quem punctum ego alibi ſcripſi.

INTELLIGE Tunc in caſu propoſito fraudem præſumi, quando retrodatio ſiue retrodona-
401 tio † ſtatim, vel modico temporis interuallo ſubſequuta fuerit, non autem ſi poſt longum tempus, *vt poſt Hippolyt. Riminald. in conſ. 779. num. 100. & ſeqq. vol. 7. & Menoch de præſumptionibus, lib. 6. præſumptio. 12. num. 25.* voluit *Coſta de ſcient. & ignor. facti, cent. 2. diſtinct. 91. num. 16. 17. 18.*

CAPITE Nono non eſt præſumptio, ſed potius probatio, dum fit donatio ſiue alienatio bonorum, caſu quo accideret illorum publicatio,
402 quia † nota ſit Fiſci odio, & in illius fraudem factam fuiſſe, docet hoc *Bartol. in dicta l. poſt contractum, numero 9.* quem ſequuntur *Salycet. in l. ſi quis poſt hac, col. 3. C. de Bonis Proſcriptor. Ægid. Boſſ. in tractatu. Crimi. tit. de public. bonor. num. 51. Marc. Anto. Blancus de Indicijs, & Tortura, ſub nume. 88. verſ. Sexta præſumpt. Paul. Picus in dicta l. poſt contractum, num. 63. Andreas Alciatus, num. 93. Marc. Ant. Peregri. de iure Fiſci, lib. 5. tit. 1. nu. 164. Ant. Gomez in Epithome delictorum, cap. 14. num. 4. Menoch. de præſumption. lib. 3. præſumpt. 124. nu. 46.*

CAPITE Decimo, Donatio, ſiue quælibet
403 alienatio fraudulenta præſumenda erit, † ſi aſſerat donans, quòd antea donatarius ſibi aliquid dederit, & aliquam bonorum quantitatem, vel pecuniarum numerum mutuo dederit, vt velaret donationem, quæ ad fraudem alterius redundare poterit. *Doctores in l. per diuerſas, & in l. Ab Anaſtaſio C. mand. Abb. Panor. in c. 2. nu. 7. verſic. Quinto præſumitur, ext. de Alienat. Iudicij mutand. cauſ. fact.* multos allegans *Aym. Crauett. in conſ. 979. nu. 1. vol. 5. Petr. de Anchar. in conſ. 338. incip. viſa copia, col. 1. verſic. Contrarium videtur,* qui dicunt aſ-
404 ſertionem per confeſſionem in donatione † non prodeſſe, niſi probetur vera numeratio, vel traditio, idem dicit *Barthol. Socin. in conſ. 66. incip. Fruſtra plenitudini, col. 3. verſic. Et hoc Clarè, & apertè, vol. 1. Tiberius Decianus in conſ. 8. nu. 1. vol. 3.*

CAPITE Vndecimo, quando donatione,
405 vel alienatione facta, donator, vel alienator † delictum, ſiue crimen committit, & in crimine deprehenſus eſt, nam imminentis pœnæ pro delicto in fiſci fraudem donaſſe, vel alienaſſe præſumitur, præſertim ſi modicum interuallum, ſiue ſpacium interceſſit per ea, quæ dicit *Bartol. in dicta l. poſt contractum, verſ. Quinto, num. 8. ff. de Donat. Bald. in l. ſi quis poſt hac, num. 2. verſ. Quinto ſi alienatio. Andreas Alciatus in dicta l. poſt contractum, nu. 29. Franciſc. Deci. in dicto conſ. 52. num. 53. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 124. numer. 54. Deci. in dicto conſ. 235. col. 2. Marc. Ant. Peregrin. de Iure Fiſci, lib. 5. tit. 1. nume. 163. poſt Ioan. Fabr. in §. Item ſi quis in fraudem, nume. 5. Inſt. de Actionib. Ioan. Cephal. in conſ. 325. nu. 6. vol. 3. Auguſti. Bero. in conſ. 170. nu. 2. 5. vol. 1.*

CAPITE Duodecimo, & vltimo, ſi cautè
406 contrahere præſupponerent partes dicerent, † q ipſe, donans donat verè, purè, & abſque fraude, & clauſulis ſimilibus, tanto fortior erit præſumptio doli, & fraudis, *vt p Bald. in l. emptione C. Plus valere quod agitur, vbi col. 1. verſ. Quid ſi in Inſtrumento*, dicit, quòd ſi in Inſtrumento, diceretur, vendidit, tradidit, verè, & non in fraudem vſu
407 rarum, eſſet † magis ſuſpectum, de quo dicto facit teſtum *Cardi. in c. ad noſtram, de emptio. & vendit.* vt refert *Andreas Barbat. in conſ. 51. col. 5. verſ. Et adducebam, vol. 1. Salycet. in l. ſi quis poſt hac C. de bonis proſcript. & in dicta l. emptione, poſt princip. Petr. de Anchara. in conſil. 257. Barthol. Cepoll. in Tract. de ſimul. contract. præſumpt. 9. cum allegatis per Andreas. Tiraquell. de Retractu Conuentional. in præfation. nu. 19. Roland. à Valle in conſ. 40. num. 39. vol. 2. Franciſc. Beccius in conſ. 82. num. 83.*

AR-

ARGVMENTVM.

Donatio vsque ad quingentos solidos valet, & vltra quingentos eget Intimatione, quæ fit post donationem coram Iudice, vel magistratu competenti, solidi tamen prius erant maiores, adeo quod hodie possit fieri donatio absque insinuatione vsque ad septingentos solidos, & octingentos, in quo attenditur consuetudo locorum, Insinuationi non potest renunciari; mortis causa donatio non eget insinuatione nec Principis donatio, nec facta Ecclesiæ, vel loco pio, nec ob causam, neque remuneratoria, & alia pulcra.

SVMMARIVM.

1 *Donationes ad summam vsque ducentorum solidorũ fiebant, postmodum ad Trecentos deputatæ ad insinuandum, nu.2.*

3 *Iustinianus Imperator statuit, vt donationes excedentes quingentos aureos egerent insinuatione.*

4 *Donationes quingentorum solidorum validæ sunt, & insinuatione non egent, & nu.51.*

5 *Hispanorum iure similiter donatio excedens quingentos Aureos, requirit insinuationem.*

6 *Gallorum turibus donationes nullæ sunt absque insinuatione.*

7 *Apud Sabaudos eodem modo donatio vltra summam quingentorum solidorum, sine insinuatione non admittitur.*

8 *Insinuationis diffinitio ex Antonio de Canario, nu.9. 12.& 13.*

10 *Diffinitio debet constare ex genere, & differentijs.*

11 *Diffinitio in iure periculosa.*

15 *Donatio insinuanda scripturam exigit, quia aliàs coram Iudice exhiberi non posset, nu.16.*

17 *Donationes non insinuandæ non requirunt scripturam.*

18 *Iudicis decretum in insinuatione an requiratur, confirmans insinuationẽ, vt in publicam formam redigatur? nu.19.20.21.22.*

23 *Insinuatio vnde dicatur? nu.24.*

25 *Magistratus competens adeundus pro insinuatione.*

26 *Coram Magistro Censuum Romæ fiebat insinuatio, ex lege Leonis Imperatoris, quos secuti sunt Antoninus, & Constantinus, nu.30.*

27 *Insinuatio, an exigat instrumentum, vel sufficiat fieri coram iudice apud magistratus, & an requirantur testes? nu.28.29.*

31 *De consuetudine Bononiæ contextu vnico coram iudice fit donatio iudice authorizante, & intelligitur insinuata.*

32 *Insinuatio vbi facienda est, si bona donata, sint in diuersis locis sita?*

33 *Insinuationis solemnitas, an ante donationem, vel in eodem actu, vel post requiratur, nume. 36.37.38. 39.& 40.*

41 *Insinuatio donationis, an retrotrahatur ad tempus donationis? nu.42.43.*

44 *Per insinuationem, omnia acta præcedentia confirmantur.*

45 *Intra quantum tempus facienda est insinuatio? nu. 46.48.49.& 50.*

47 *Petrus Rebuffi Doctor vtilis, & commendabilis.*

52 *Solidum illud appellatur, quod firmum, ac stabile valde est, nu.53.*

53 *Corpus omne constat tribus dimensionibus, longitudine, latitudine, & profunditate.*

54 *Solidum Aureum illud dicitur, quorum septuaginta duo faciebant libram.*

55 *Solidus octaua pars Vnciæ est, & octo ipsorum faciũt vnciam.*

56 *Alia causa, ex qua appellatum fuit solidum aureũ. nu.57.58.& 59.*

60 *Solida felicitas dicitur, quæ nullo infortunio, nullaq; ægritudine sit contaminata.*

61 *Solidi, quando Romæ formari cæpti fuere.*

62 *Solidorum apud Hebræos vsus, & in sacra scriptura mentio.*

63 *Vsus solidorum apud Hebræos ante quam Romæ esset.*

64 *Solidi prius maioris erant precij, & quantitatis, quã hodie sint, nu.64.& 66.*

67 *Solidi, quorum tunc septuaginta duo faciunt libram, nunc nonaginta sex faciunt libram, nu.68.*

69 *Hodie vltra septingentas aureos donatio valet sine insinuatione, quinimmo vltra octingentos, nu.70. 74.75.76.77.78.*

71 *Attendi debet consuetudo valoris solidorum, & monetarum.*

72 *In ciuitate Coloniæ donatio hodie valeret vltra ducatos mille, & ducentos. Et Aquis grani requireretur vsque ad bis mille, nu.73.*

79 *Renunciatio insinuationis, an valeat? nu.80.81.82. 84.90.& 91.*

82 *Iuramentum, an confirmet contractum nullum? nu. 83.90.*

84 *Antonius Corsettus Siculus insignis iuris consultus.*

85 *Octauius Corsettus celebris iuris consultus.*

86 *Don Petrus Corsettus Regens in Hispania apud Regem Catholicum.*

Quid omnes iuris consulti enumerati dixerunt, an donationes excedentes quingentos solidos valeant, nu.86. in fine 87.88.89.

91 *Metu renunciatio facta, an valeat, nu.92.*

93 *Liberatio summæ quingentorum aureorum, an exigat insinuationem, nu.93.94.95.96.97.*

98 *Donatio causa mortis, an debeat insinuari? nu.99.*

99 *Donatio causa mortis quinque testes requirit, n.100.*

101 *Donatio, quæ fit ab Imperatore non requirit insinuationem, nu.102.111.112.113.114.115.*

103 *Donationes, quæ fiunt à Regibus non egent insinuatione, nu.104.105.*

106 *Reges possunt, quæ potest Imperator in Imperio, nu. 108.109.110.115.116.*

117 *Principum verba sunt immutabilia.*

118 *Non*

118 *Non præsumitur Principem decipi se facere,* 119.
120 *Reges, & Principes, debent odere auaritiam, & esse liberales, nu.* 121. 122.
123 *Principes aliena tollentes, an possint alteri donare? & quando?*
124 *Solemnitates tollere ad solum Principem spectat, numero* 125.
126 *Donationes Principum, sunt tamquam contractus vicem legis obtinentes.*
127 *Principum donationes statim donatariorum acceptatione quæruntur.*
128 *Principes donationes ab ipso factas reuocare credendum non est.*
129 *Donatio, quæ fit Ecclesiæ, alteriue pio loco, num exigat insinuationem, si excedat solidos quingentos? nu.* 130. 131. 133. 134. 135. 136. 137. 138.
138 *Imperatores, Reges, & Principes donare posse Ecclesijs amplè remissiuè dictum.*
139 *Donatio ob causam, ad quamcumque quantitatem ascendat, an egeat insinuatione, nu.* 140.
141 *Donatio remuneratoria excedens, quãtitatem quingentorum solidorum, an valida sit absque insinuatione, nu.* 142.
143 *Donatio dotis causa vltra quingentos solidos, an teneat? & quid in dotis augumento? nu.* 144.
145 *Donatio ante, vel propter nuptias excedens summam quingentorum solidorum, an valeat? numero* 146. & 147.
148 *Donatio reciproca vltra summam an valeat absque insinuatione?*
149 *Debiti solutio, si fiat Titulo Donationis, an egeat insinuatione? Declara, nu.* 150. & 151.
152 *Donatio facta coram Iudice si est vltra quingentos solidos, an sit insinuanda.*
153 *Donatio inter patrem, & filium sine insinuatione an valeat?*
154 *Quid si pater faciat donationem filio emancipato vltra summam quingentorum solidorum, nume.* 155. & 156.
157 *Donatio in redemptionem captiuorum?*
158 *In alimenta pauperum?*
159 *Donatio futuri temporis vsurarum?*
160 *Donatio in reparationem domorum?*
161 *Donatio, quæ fit militibus fortissimis?*
162 *Donatio patris cum fit in matrimonio filij? nu.* 163.

TITVLVS VNDECIMVS.

De Insinuandis Donationibus.

OMNES ferè donationes olim ex Principum dispositionibus interuenientibus insinuationum actis perficiebantur,† *vt Iustinianus* testatur *in* §. *& cũ retro Principum, instit. de donationib.* placuit autem eidem Iustiniano Principi, statuere, vt non vsq; ad ducentorum solidorum summam, vt hactenus consueuerat solummodo donationes fieri absq; insinuatione possent, sed vsq; ad trecentos solidos fieri liceret. *vt in l. sancimus, per totam, C. de donation.* & ab illa summa insinũatio exigebatur. Postremo autem loco, eadem Principe authore, cautum fuit, vt in donatione quingentos solidos excedente insinuatio requiratur, nec aliter fieri† permittatur. *vt in l. si quis pro redemptione,* §. *cæteris, C. eod. titul.* Vndè vsque ad quantitatem quingentorum solidorum valida erit.† *vt in dicto* §. *& cum Retro. instit. eod. tit. de donat. Bartol. in dicta l. siquis pro redemptione, Bald. in dicta l. sancimus, & ibi Salycet. Item idem Bartol. in l. Modestinus, ff. de donat. Bald. in l. illud, C. de Sacros. Eccles. Paul. Parisius in cons.* 25. *num.* 53. *in cons.* 69. *vol.* 3. *Francisc. Aretin. in cons.* 77. *incip. & ratio scribendi, col. vltim. versic. circa quartum, Carol. Ruin. in cons.* 159. *nu.* 6. 15. *vol.* 4. *Ioan. Cephal. in cons.* 61. *num.* 5. *vol.* 1. *in cons.* 194. *nu.* 2. *volu.* 2. *Deci. in l. si donationis, nu.* 33. *C. de Collat. Marian. Socin. Iunior in cons.* 69. *nu.* 37. *in cons.* 77. *num.* 77. *nu.* 55. *vol.* 1. *in cons.* 67. *nu.* 18. *in cons.* 118. *nu.* 2. *vol.* 2. *Prosper Pasethus in cons.* 122. *nu.* 16. *Ioan. Lopez in Rub. de donat. int. vir. & vxor.* §. 19. *num.* 6. *Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus, in verb. Consentement. gloss.* 6. *sub nu.* 10. *Barthol. de Cassan. in consuetud. Burgundiæ, Rub.* 1. §. 7. *in verb Lxv. Solz Tournois, sub num.* 5. *Ioan. Bessian. in Consuetudine Aluerniæ, cap.* 14. *artic.* 42. *vbi etiam Aymon Public. Marc. Anton. Natta in cons.* 28. *nu.* 2. *vol.* 1. *Iacob. Philipp. Portius in Tract. conclusionum, lib.* 1. *Conclusion. siue Regul.* 40. *Anton. Gabriel, commun. opinionum libr.* 3. *titul. de donat. conclus.* 1. *Hippoly. Riminald. in* §. 1. *num.* 409. 435. *Inst. de Action. Francisc. Viui. in commun. opin. in verb. donatio inter viuos, Nicol. Bellon. in cons.* 4. *Petrus Duen. in Regul.* 224. *Petr. Gregorius Sintagmat. Iuris Vniuers. lib.* 28. *cap.* 13. *per totum. Iulius Clarus in* §. *donatio, q.* 15. *Iacob. Cuiacius Paratitla ad lib.* 8. *codicis, titul.* 53. *de donat. in fin. Cæsar Barzius in decision. Bonon.* 25. *num.* 2. *Matt. Coler. in decis.* 10. *Corn. in cons.* 71. *vol.* 2. *Iason in cons.* 199. *vol.* 2. *Petrus Rebuff. ad Constitutiones Galliæ, tomo* 2. *titul. de donationibus insinuandis, Guido Pape in decis. Delphinal.* 325. *Garsias Mastrill. in decision. Sicil.* 94. *nu.* 14. *Anton. Capic. in decision. Neapol.* 203. *nu.* 5. *cum seqq. Ioan. Papon. Arrestor. Cur. lib.* 11. *titul.* 1. *Arrest.* 26. *Francisc. Marc. in decis. Delphinal.* 87. *n.* 4. *cum seq. vol.* 1. *Antonius Gomez de contractib. cap.* 4. *nu.* 6. *Thom. Ferrat. cautel.* 33. *Anton. de Canario in Tract. insinuat. part.* 2. *q.* 17. *Emanuel Suarez, in Thesauro receptar. sentent.* §. *donatio, num.* 166. *Riminald. Senior in cons.* 432. *nu.* 23. 24. *vol.* 3. *Lancellot. Gallia in cons.* 39. *nu.* 37.

HISPANORVM Iure similiter Donatio excedens summam quingẽtorum aũreorum †insinuationem exigit. *vt in l.* 9. *in fin. titul.* 4. *Partita* 5. *vbi Gregorius Lopez,* quam refert etiam *Petrus Duennas, in Regul.* 224. *num.* 1. *Hieronym. Cæuallos Practicar. quæstion. commun. contra communem, q.* 222. *sub nu.* 1.

GALLORVM etiam particulari lege hoc cautum est, vt donationes† debeant insinuari, aliàs non valeant, vt in specie per Henrici Secundi Regis

gis ordinationem caueri, refert *Petrus Rebuffi in Commentar. ad constitutiones Regias, tomo 2. titul. de donationibus insinuandis, quæ confirmantur à Stephan. Ranchino, Mattheo, Iacobo Ferrario, & alijs ad Guidon. Papa in dicta decis.* 325. quo in loco dicit fuisse confirmatum à Carolo 9. Rege.

APVD SABAVDOS quoad easdem excedentes summam quingentorum solidorum † simili modo statuta est optima lex *in lib.* 3. *Decretorum, quæ incipit. Malitijs, & concupiscentijs, sub titul. de donationibus, venditionibus, & reatis*, quæ lex fuit pulchro commentario ornata *per Doctissimum Iurisconsultum Antonium Solam*, de quo passim dicemus *in Tituli huius discursu.*

ANTEQVAM Rationes referam, quibus moti Principes fuerint, ad dictarum legum in donationibus quingentos solidos excedentibus prolationem, vt cum insinuationibus fiant, ac aliqua de insinuationibus, proferam, pro iuuenum saltim introductione, vt termini, de quibus agitur, non ignorentur, & postmodum de solidis dicam.

INSINVATIONIS diffinitionem, quam tradidit *Anton. de Canario, in Tractatu de insinuationibus, parte* 1. *q.* 1. referam, & si longa admodum sit, dum inquit † insinuatio est præexistentis donationis, in scripturam redactæ, eodem tempore, vel diuerso apud competentem iudicem facta publicatio, & eius authoritate in publica monumenta, ad acta facta redactio, vt fraus, & suspicio euitetur, & perpetuò, & facilior sit veritatis probatio. *Antonius de Canario* in loco prædicto, quem admodum posuit longam definitionem, eodem modo narrat † longiorem declarationem Terminorum, qui videri possunt apud eundem authorem. Et licèt definitio constare debeat ex genere, † & differentijs, vt voluit *Aristoteles lib.* 1. *Topicorum, cap.* 7. *Alexander Aphrodiseus lib.* 2. *Posteriorum Analyticorum, cap.* 80. *Ioannes Grammmaticus dictus Philoponus lib.* 1. *de Anima. Tex.* 4. *Boetius de interpretatione, cap.* 120. Debetq; habere definitio requisita iuxta Philosophorum traditiones complura, vndè id cognoscentes preclarissimi nostri Iuris consulti magna ratione asserunt, Omnem definitionem in † iure periculosam esse. Idcirco eandem insinuationem breuius quantum potero, & satis erit, describam.

INSINVATIO est actus donationis antea factæ, in scripturam redactæ, coram † iudice exhibitæ, ipsoq; authore in publicam formam decretis, in qua descriptione habemus loco generis, ibi, insinuatio est actus decretus. Non actus decretus authore Iudice, Actus enim loco generis sunt, cum hoc nomen habent acta, vt se plures habeant species, quia sunt acta propriè † iudicij, quæ tendunt ad iudiciorum solemnitatem, & ordinem, vt sunt libelli oblatio, citatio, satisdatio, litis contestatio publicatio, conclusio, & similes. Acta etiam causæ, quæ fiunt ad causam, & illius victoriam, vt sunt confessiones, attestationes, scripturę, aliæ probationes, quæ, & aliàs sunt tamquam species sub genere actorum, de quibus loquitur *Gloss. in Cle. sæpe in verb. defensiones, Abb. Panor. in cap. causam quæ notab.* 1. *de Testib. Card. in dicta Cle. sæpe, q.* 2. de quibus latè *per Robertum Marant. in specul. Aureo, in Actu Decimo, nu.* 6. *Doctores, & præsertim Lanfranc. de Orian. in c. Quoniã contra, in verb. quoniam ibi Celsus de probat. latè Iodocus Damhouderius in Praxi Rerum Ciuilium, cap.* 149. *per totum. Andr. Gail. Practicar. observation. lib.* 1. *observat.* 93. *nu.* 7. loco differentiarum ponitur, Donationis ad differentiam Testamentorũ, quæ similiter insinuantur † *l. Testamenta, l. consulta diualia, C. de Testament.* §. *nulla, Auct. Defens. cinit. Anton. de Canario, q.* 34. & tamen in ista definitione de testamentis non dicimus. Sequitur alia differentia, quòd Donatio fit antea facta, & in scripturam redacta, nisi enim facta esset, & scripta, non posset coram Iudice asportari, factæ enim † cum sint pro infectis haberi nequeunt. *l. in bello,* §. *factæ, ff. de captiuis, & postlim. reuers.* Donatio verò insinuanda scripturam, exigit. *l. Sancimus, l. penul. C. de Donat.* nisi enim † scripta esset, non posset coram iudice exhiberi, vt ibi dixi coram Iudice exhibitæ, & voluit *idem Canarius in dict. Tractat. q.* 17. ad differentiam enim aliarum donationum, quæ absque scriptura fieri possunt, vt sunt omnes aliæ donationes, quæ sine † scriptis conficiuntur. *l. in extraneos, & l. in donationibus, C. de donat.* & voluit *Augustin. Berous, in cons.* 176. *n.* 32. *vol.* 1. Sequuntur alia verba, ipsoq; authore in publicam formam decretus ad denotãdum, quòd requiratur iudicis decretum, de quo postea dicam confirmans donationem, & quòd in publicam formam † redigatur. *vt in l. sancimus, l. si quis pro redemptione, C. de donat. Specul. in titul. de donat. Specul. in titul. de Instrumentor. edit.* §. *Porrò, nume.* 7. *versicul. Item nota quòd donationes vbi Ioan. Andr. in addition. in verb. illud, & in verb. Minus allegat antiquiores scilicet, Azonem, Goffredum nostrum Beneuentanum, Goffredum similiter nostrum de Trano, Hostiensem, Pyleum, Guidonem de Suzaria, Simonem Vincentium, Albertum Papiensem, Iacobum de Arena, Iacobum de Beluiso, Vbertum de Bobio, Cynum, Oldradum, Gulielmum de Cuneo, & alios.* Insinuatio, quid sit, declarat *Ludouic. Morotius in cons.* 52. *nu.* 13.

DECRETVM an requiratur in insinuatione ? vt diximus supra proximè ex Speculatore † decretum requiritur, cum exponat faciendam esse donationem cum insinuatione, ideſt decreto. Et fuit originalis opinio *Gulielmi de Cuneo in l. illud, C. de Sacrosanct. Eccles.* qui definiens insinuationem dicit, quòd insinuatio est descriptio, in actis facta, decreto, vel authoritate Iudicis competentis. *arg.* §. *illud, vbi gloss. Auct. vt non fiant pignoration. & l. fin. C. de Prædijs decur. lib.* 10.

CONTRARIVM Tamen tenuit *Bartol. in l. Modestinus, sub num.* 3. *ff. de donat.* vbi dicit, in insinuatione decretum iudicis non † requiri, sed sufficere solam præsentiam, dicens *Gulielm. de Cuneo* in hoc male dixisse. *& ibidem Bart.* sequuntur

Ioan.

Ioan. de Imol. & Ludouic. Roman. & idem voluit *Bald. in dicta l. illud, & in dicta l. Sancimus, Angel. Paul. de Castr. & Iason in l. omnium, C. de Testam. Ioan. Faber & Angel. Aretin. in §. 1. instit. de donat.* quo in loco *Riminald. Iun. num.* 188. dicit esse communē opinionem cum *Bartolo*. Sed ante idem tenuit alios allegans *Corn. in cons.* 36. *incip. si rectè consideretur, colum.* 1. *vers. nec obstat quòd constitutio, vol.* 3. idem voluit *Andr. Tiraquell de legibus connubialibus in Verb. Exprez, nu.* 32. *Iulius Clarus in §. donatio, q.* 15. *vers. item quæro, an in insinuatione*, quos nouissimē sequitur *Octauius Simoncellus de decretis minorum, in Præfatione, nu.* 117. *& lib.* 2. *titul.* 6. *inspect.* 7. *nu.* 66. & ante istos tenuit *Anton. de Canario dicto Tract. insinuatio. q.* 10. *& etiam Tindarus de insinuatione, q.* 10. *Petr. Rebuff. ad Constitut. Gallia, tomo* 2. *titul. de insinuand. donat. artic.* 1. *gloss. Vltima, nu.* 7.

21 VTRANQVE opinionem † fædere distinctionis, hoc modo probauit *Baldus in l. Nec quicquam, §. vbi decretum, col.* 2. *versicul. secundo modo dicitur libellus, ff. de offic. Proconsul. & legati.* Quòd si insinuatio contradicta fuerit per aliquos oppositores, puta per coniuncto s donantis, qui dicant, quòd donatio est facta, ebrietate, vel leuitate, vel ex turpi causa. *arg. l.* 1. §. *quæ onerandæ, l. fin. ff. de action. & oblig. l. Nec ei, §. eorum, ff. de Transac.* Et

22 † tunc post examinationem causarum, debet confirmari, vel infirmari, & tūc appellatur decretū, & ità intelligitur *gl. Notab. in Auct. Vt non fiant pignorationes, §. fi.* Aut non est contradicta, & tunc sufficit registratio in actis. *arg. C. de Testam. l. omnium.* Hanc *Baldi* distinctionem retulit *Iason. in dicta l. omnium, col.* 2. comprobat *Gulielmus Mainerius in l. omnia quæcunq; in princ. ff. de Regul. Iuris* Quam *Baldi* Distinctionem cum retulisset *Anton. de Canario in dicto tractat. de insinuatione, q.* 10. non approbet Tamen illam defendit, & comprobat *Hippolyt. Riminald. in §. 1. nu.* 196. *Inst. de donat.* & negari non potest, quin contineat magnam, & iustitiam, & equitatem. Nihilominus sententia *Bartol.* est communiter approbata, vt diximus.

23 † INSINVATIO dicta iudicio meo quasi in sinum, & quasi in arbitrium, ac voluntatem † positio, sic Sarai lamentando secum Abraham viro suo *Genes. cap* 16. ait, ego dedi ancillam meam in sinu tuo. *Et Iob cap.* 31. Celaui in sinu meo iniquitatem meam vt ponatur donatio in sinu, & po testate iudicis. Aut propriè insinuare, demonstra-

24 re, & in publicum † edere, sic apud *Suetoniū Tranquillum de Claris oratoribus*. Quare (inquit) cito manumissus Augusto insinuatus est. Vndè illud *Virgilij lib.* 2. *Aeneidos*

Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor.

MAGISTRATVM competentem adire

25 necessarium esse pro insinuatione dicit † *Azo in summa Codicis, lib.* 8. *titul.* 53. *col.* 3. Sed *Placentinus* ante ipsum *eodem lib.* 8. *titul.* 57. *col.* 2. ità inquit. Valet autem donatio hodie in quingentos solidos, etiam sine insinuatione, si vltra processit, opus est insinuatione, idest scriptura, pro memoria facienda dumtaxat, apud Magistrū Censuum in Prouincijs apud Præsides, ciuitatum ve defensores. *Hæc Placentinus*, ego, qui Placentini antiquissimi Iurisconsulti, contemporanei Azonis, paruo temporis spacio antecedentis, scripta considerans, qui nullas Glossas, nulla commentaria ad leges, quas habemus, haberent, quicquid tamen scripsit, Deo iuuante, ex ipsis solis legibus memoriter, & eleganter extraxit. Veniens itaque ad ipsorum verborum ab ipso prolatorum declarationē, dum inquit, insinuationē donationis solidos quingentos excedentem, fieri debere apud Magistrum

26 Censuum, istud intelligebat in Vrbe Roma, vt scriptum est *in l. in hac sacratissima, C. de donationib.* quæ fuit à Leone Imperatore emanata, quē sequutus est *Antoninus Augustus, in l. secundum, C. eod. tit. in quibus legibus, præsertim in dicta l. in hac sacratissima*, dictum est, quòd in alijs ciuitatibus eorum Prouinciæ Rectoribus, siue Defensoribus ciuitatū donationū insinuationes fierent. Verum Constantinus Imperator, considerans non satis esse stipulari donationes, nisi instrumentis publicis mandarentur, vel etiam apud magistratus actis publicis

27 † insinuari præcepit, *in l. Donatio.* 25. *C. eod. titulo.* Sed cum idem Constantinus Imperator, consideraret, quòd à proximis, & agnatis, vel fallæ, vel

28 blanditijs † plerunque plenæ similes donationes procurarentur, vt fraudibus resisteret clandestinis, & coniunctorum calliditatibus obuiaret, decreuit, quòd non solum inter extraneos, sed etiam coniunctas personas insinuatio donationum requireretur, & apud acta conficerentur, *vt in l. data, C. de donationibus*. Et quotiescunque apud acta, & coram iudice facta esset insinuatio, nulli vicini, vel testes adhiberi necesse erit, quia superfluum est priuatum testimonium, cum publica monumēta suf-

29 ficiant † vt inquit *Zeno. in l. in donationibus, C. eod. titul. cuius tex. authoritate Lanfrāc. de Orian. in rep. c. Quoniam contra, in princip. col.* 4. *versic. in glossa* 2. *in fin. de probat.* dicit, quòd in actis, quæ fiunt in iudicio, & coram iudice, non sunt testes necessarij. Sic etiam tam inter extraneos, quàm inter coniunctos faciendam esse coram iudice insinuationem

30 donationis excedentis quingentos solidos † voluit *Ludouic. Roman in cons.* 26. *incip. pro decis. nume.* 2. *vers. secundo videndum est, etiam Tindarus in tract. insinuationum, q.* 6. *Ioan. Andr. in Additione Specul. in tit. de instrument. edition. §. Porrò, in Addit. incip. subscribat*, vbi dicit de consuetudine Bononiæ,

31 quòd Vnico contractu fit donatio coram † iudice authorizante, & dicitur insinuata. Sed, vt cumque sit, quòd fiat vnico contractu donatio, & authoritas iudicis, istud contradicit, ad illud quod dicunt in definitione (præexistentis donationis redactæ in scripturam) est enim necesse, quòd donatio præcedat saltim momento temporis, aliàs super no existente donatione interponi iudicis authorizatio, minimè posset, & dicam post modum, cū contrarium

trarium dixerit *Bartol. in l. Modestinus.* Similiter ex supradictis quæstio, an insinuatio sit facienda, vbi sunt res donatæ, an verò, coram iudice personarũ, cum attendantur iudices aditi, vbicumq; sint bo-
32 na, si in diuersis ciuitatibus, ac patrijs, vt dicit *tex. in dicta l. in hac sacratissima.* & sic cessat difficultas mota *à Ioan. Andrea.* & ad ea, quæ supra diximus doctè, & eleganter scripsit *Francisc. Cõnanus Commentariorum iuris ciuilis, lib. 5. cap. 10.*

SOLEMNITAS insinuationis, an ante do-
33 nationem, vel eodem tempore, contextu, & † contractu, an verò, & post donationem fieri debeat, vel poterit? Quòd vnico tempore, & contractu debeat fieri donatio, & actus insinuationis, videtur sensisse. *Speculator in dicto tit. de instrumentor. editione, §. Porrò, sub nu. 4. versi. Quidam autem dicunt, & ibi Ioan. Andre. in Addit. in verb. subscribat.* quã esse communem opinionem, & ita cõmuniter obseruari *ex Guidon Papa in cons. 23. nume. 11. Ioan. de Imol. in c. cum contingat, nu. 9. extr. de iureiurand. & ex Corneo in cons. 36. litera A, vol. 3. & Anton. de Canario in dicto tract. de insinuationibus, par. 1. q. 2.* dixit *Iul. Clarus, in §. donatio. q. 15. vers. quærò etiam,* & refert etiam *Ioan. Stephanus Lambertengus in tract. de contractibus, quæ sine certa solemnitate, Gloss. 14. num. 15.*

CONTRARIVM probari videtur, quòd præcedere possit, & debeat donatio, & subsequi
36 possit † insinuatio, ex *tex. in l. in hac sacratissima, C. de donat.* ibi, conscriptæ donationes, & sic ante debent esse conscriptæ, & postea tractatur insinuatio. Simile capitur argumentum *ex l. sancimus, C. eod. tit.* in qua dicitur, quòd illud quòd fuerit donatũ vltra summam non valere, reliquam quantitatem
37 in suo robore † per durare, & tamen dum tractatur actus impartiendæ insinuationis, iam necesse est tractari de facta donatione, confirmanda, vel infirmanda pro illa superflua tantum quantitate. Et ideo optimè *Bart. in l. Modestinus, nume. 5. ff. de donat.* quærens, an possit fieri insinuatio ex post facto, sci-
38 licet post donationem factam † extra iudicium? dicit, quod sic. *arg. l. fin. §. simili quoq; modo, C. de donat. ante nupt.* vbi donatio propter nuptias potest insinuari, tam ante, quàm post matrimonium, & quocunq; modo durante matrimonio. vbi postquam supradicta dixisset *Bald.* subiungit. *sub nu. 1.* Item nota actum insinuationis esse actum separa-
39 tum à donatione, & ex interuallo fieri posse. † Quod, & voluit *Angel. in cons. 179. incip. Visis prædictis instrumentis, col. 7. versicul. secundo est videndum, an solemnitas.* plus dicens quòd insinuatio est actus meræ facultatis, & voluntariæ iurisdictionis
40 † & ideo duret perpetuò. idem voluit *Tindarus in tract. de insinuation. q. 3.* quod firmat etiam *Ludouic. Roman. in cons. 215. incip. Duo sunt nu.... Corn. in cons. 36 incipiens recte, col. 2. litera d, versicul. præterea dato, sed non concesso, volu. 3. Iacobus Mandell. in cons. 4. nu. 45. vol. 1.* & hanc opinionem dictum *Bartoli* probans, dicit esse multum notabile *Practica Papiensis in Forma libelli, quo agit, pro donatione, in verb. solemnitate, sub num. 10. 11.* & hinc pro hac opinione facit, quòd insinuatio donationis
41 † retrotrahitur ad tempus ipsius donationis, vt post *Francisc. Becci. in cons. 66. nu. 22.* dicit *Ioan. Baptista Costa in Tractat. de Retrotractionibus, cap. 8. casu 24. sub num. 2.* dicens in similibus hanc retrotractionem fieri posse, non semel demonstrasse *ex Tiberio Deciano in cons. 60. num. 13. vol. 4.* ex inter-
42 uallo fieri posse † insinuationem per supradicta iura communia voluit *Petrus Rebuff. ad constit. Galliæ tomo 2. titul. de donationibus insinuandis, articul. 1. Gloss. 8. & vltim. nu. 2. & nu. 4.* dicit similiter quòd insinuatio retrotrahitur ad tempus, quo
43 donatio facta fuit. † *per Bartol. in l. si is qui, ff. de v-*
44 *sucap.* Et per insinuationem omnia † confirmabantur *l. per fundum, ff. de seruit. rust. præd. l. si quis duas, in fin. ff. commun. præd.*

INIRA annos triginta itaque à die mortis
45 donatoris, & peti, ac fieri posse insinuationem, † dum tamen ante oppositum non fuerit, quòd donatio facta non fuerit. *l. cum multa, & Auct. eò decursum, vbi Doctores, C. de donat. ante nupt. Angel. in cons. 179. incip. visis Instrumentis prædictis, Alexand. in cons. 157. incip. viso instrumento, volum. 2. Carol. Ruin. in cons. 44. nu. 22. vol. 2. Iacob. Philipp. Portius in cons. 81. nu. 22.* qui asseruit supradictos dicere dictam conclusionem de annis triginta, &
46 tamen nec iuribus † allegatis id probatur, nec *Alexand. in dicto cons. 157.* de dicto tempore loquutus est; Sed tamen Doctor Clarissimus, & pro publico beneficio, ac vtilitate commendabilis *Pe-*
47 *trus Rebuffi* † *ad constitutiones Galliæ, tomo 2. titul. de donationibus insinuandis, articul. 1. Gloss. Vltima, sub num. 2. 3.* inquit, quia est meræ facultatis, & voluntariæ iurisdictionis, quamdiu † tem-
48 pus insinuationis durat, *textus iuncta Gloss. in §. nulla, in Auct. de Defensoribus.* Ideo intra triginta annos fieri poterit *l. licet, C. de iure delib. l. cum acutissimi, C. de Præscript. trigint. annor.* Et sicut dona-
49 re † à principio est voluntatis, *l. sicut, C. de action. & obligat.* Sic, & insinuare, nam donatarius agere
50 † potest contra donantem, vt tradat rei donatæ possessionem vsq; ad triginta annos, *Bald. in l. illud q. 7. C. de Sacros. Eccles. Hæc Rebuffus.*

SOLIDORVM supra mentionẽ fecimus,
51 occasione Donationis Permissæ vsque † ad quingentos solidos, & vltra, vt illæ valeant, admittantur, exigi insinuationem, de quibus habetur *in §. Et cum retro Principum. Inst. de donat. l. Sancimus, l. si quis argentum, §. sin autem donator. l. si quis pro redemptione, §. cæteris, C. de donat.* aliæq; leges solidorum mentionem faciunt. *vt idem Iustinianus, in §. Nos autem, inst. de Attilian. Tutor. l. 1. l. 2. l. 3. C. de Veteris numismat. potest, lib. 10.* & habetur *in l. quotiescunq; C. de susceptoribus, & arca, lib. 10. quæ est in Codice Theodosiano, lib. 12. titul. 6. de susceptor. præpositis & Arcarijs, l. quotiescunque* 13. Nunc id declarandum duximus solidorum materiam, vt qui donationum cognouerint, ac legerint stabilita pro illius validitate habeant eodem

in

in loco solidam & eorundem solidorum lecturam
52 inueniant. Solidum † illud dicitur, quod firmum, & stabile corpus habet, & integrum, non concauum, neque ex partibus compositum. sic marmoreas columnas solidas dicimus, *ita Virgilius Aeneidos lib. 6.* inquit,

Tum Phœbo, & Triuiæ solido de Marmore templa
Instituam.

Solidum illud corpus dici potest, quod tribus di-
53 mensionibus terminatur, † longitudine, latitudine, & profunditate, vt dicit *Aristoteles, lib. Physicorum 4. capitulo primo, textu 10. D. Thomas de Aquino in dicto 4. Physicorum, tex. 29. Ammonius in Porphirium, quæst. prima, & in Prædicamentis, q. 34. Albertus Magnus libro quinto, Metaphysices, tractat. 2. capitulo secundo, Boethius Seuerinus, in Prædicamentis, q. 144.* Non igitur absq; ratione, antiqui Græci, & latini, illi aureæ pecuniæ, & mone-
54 tæ Solidum vocauerunt † & Aureum illud, quorum septuaginta duo libram faciebant, vt est ordinatum *in l. Quotiescunque, C. de susceptor. & arca. lib. 10. l. 1. l. 2. C. de Ponderat. & auri illation. lib. 10.* quod notauit etiam in dictis locis *Accursius, & Bartol. in dicta l. quotiescunque, numero secundo,*
55 dicens, quòd solidus † est octaua pars Vnciæ, & quòd octo solidi faciunt vnam Vnciam, & nonaginta sex faciebant libram, sequuntur ipsum *Ioannes de Platea. Iacobus Rebuffi Andreas de Barulo, & Lucas de penna. Castrens. in l. 2. in princ. C. comm. de legat. Didacus Couarru. de Veterum Numismatum collatione, capitulo quarto, numero tertio, Idem Variar. Resolution. libro primo, cap. 11. Andr. Alciatus Disputation. libro tertio, capitulo nono, Ioacch. Mynsinger. in §. Nos autem, inst. de Attilian. tutor. & in §. & cum retro principum, numero quinto, inst. de donation. amplissimè Petr. Plaza in Epithome delictorum, capitulo secundo, per totum, ante Abb. Panor. in cap. conquerente, vbi Felin. numero primo, de ordin. offic. Alexãd. in consilio quarto, incip. circa primum, columna sexta, vers. nec ad hoc obst at, volumine primo,* quem refert, & sequitur *Nicol. Bellon. in consilio quarto, numero decimotertio, Petrus Nicolaus Mozzius de contractibus, titul. de Mutuo, §. de substantialibus, seu necessarijs mutui, num. decimoquinto, Ioan. Brechæus in l. etiam 159. numero primo, per totum, vbi Gulielm. Forner. ff. de verbor. significat. Hippolyt. Riminal. in l. Imperium, numero 595. ff. de offic. eius cui mand. est Iurisd. Petr. Cened. collectan. Iuris Canonici, parte secunda, capit. 86. numero quinto,* & optimè, ac diffusè. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal. 337. numero secundo, & per totum, Guido Papæ in decis. Delphinal. 492. numero secundo, Andr. Gail. Practicar. obseruat. libro secundo obseruation. 39. numero primo, Albertus Brunus in tract. de monetis. Particula duodecima, nu. 7. Franciscus Vinius cõmun. opin. in verb. Aureus, Gulielmus Budæus de Asse. lib. 4. lib. 5.* Sed quòd Solidi Aurei essent illi, quorum septuaginta duo faciebant libram, istud apparet dictum ab Arcadio, & Honorio *in l. quando votis, C. Theodosiano de oblatione votorum, lib. 7. titul. 24.*

ALIA ex causa Solidum fuisse appellatum
56 Aureum ipsum à soliditate, quia fieret de puro
57 auro, quòd nunquam diminuitur. *l. 2.* † *C. de Veteris numismat. potest. lib. 11.* ità declarat *Alberic. de Rosate in l. fin. C. de in ius vocand.* quatenus hoc dictum diceremus esse verum, quòd nunquam diminuitur, quasi non debet diminui à suo pondere,
58 & hoc bene procederet; Sed tamen † nec bene procederet, quia competeret etiam monetæ, & pecuniæ argenteæ, quia nec illis facienda est diminutio à pondere suo. Et etiam aurum vsu consumitur, & tempore diminuitur. Solidus, vt supra diximus, dicitur, quasi solidus, & integer, nullaque ex parte diminutus, vt quia nihil illi deesse
59 videatur, † vt optimè *Doctissimus Budæus in Commentarijs de Asse. libro quinto*, enucleauit, quem sequitur *Ioan. Brechæus in dicta l. etiam, & imprimè Ioannes Aquila de Monetarum potestate, capit. secundo*, eodem modo solidam fælicitatem dici,
60 nullo infortunio, † nullaque ægritudine contaminatam, censuit *Plinius libro septimo, capite quadragesimoquarto*. Nulla (inquit) est profectò solida fælicitas, quàm contumelia vlla vitæ rumpit, ne dum tanta. Concludiuè dicam *cum Aelio Lampridio in Alexandro Seuero*. Vectigalia (inquit)
61 publica † in id contraxit, vt qui docens Aureos sub Heliogabalo præstiterat, tertiam partem auri præstarent, hoc est trigesimam partem. Tuncque primum semisses aureorum formati sunt, tunc etiam cum ad tertiam partem auri vectigal decidisset, tremisses dicente Alexandro, etiam quartarios futuros, quod minus non posset, quos quidem iam formatos in moneta detinuit expectans, vt si vectigal contrahere potuisset, & eosdem ederet, sed cum non potuisset per publicas necessitates conflari eos iussit, & tremisses tantum, solidosque formari. *Hæc Lampridius*, vt ostenderem, quando formari Romæ solidos prosequutum fuerit. Sed, & in scriptura sacra, de
62 solidis mentio † fit, illosque apud Hebræos vsu fuisse, nam cum præpararet Dauid sumptus faciendos per Salomonem filium in erectione Templi DEI, *libro Paralipomenon primo, capite vigesimonono*. Polliciti sunt (inquit) itaque Principes familiarum, & Proceres Tribuum Israel, Tribuni quoque, & Centuriones, & Principes principum possessionum Regis, dederunt in opera Domus Domini Auri Talenta quinque millia, & Solidos decem millia. Argenti Talenta decem millia, & æris Talenta decem, & octo millia, Ferri quoque centum millia Talentorum. Eodem modo, & apud *Esdram libro primo, capite secundo*, dum loqueretur de oblationibus factis ab Hebræis, qui reuersi fuerant à seruitute Babilonis, dicitur. Secundum Vires suas dederunt impensas operis, fieri solidos quadraginta millia, & mille, Argenti minas quinque

millia, & vestes Sacerdotales centum. Hæc dixi,
63 vt demonstrarem, Solidorum vsum † antequam Imperatores nostri de illis loquerentur, apud Hebræos vsu fuisse.

QVINGENTORVM itaque solidorum fieri calculatio nõ potest, postquam solidi, & aurei
64 tunc essent maioris precij, & quantitatis, vt qui † tunc faciebant quingentos, hodie ascenderant ad maiorem summam, hinc *Paul. de Castro in l. fin. in princip. nu. 2. & 4. C. commun. de legat.* cum dixisset
65 solidum sumi pro Aureo, quorum † septuaginta duo faciunt libram, subiungit, vnde cum donatio vltra quingentos aureos non valeat sine insinua-
66 tione, † poterit hodie valere in multo pluribus de currentibus, hodie, quia multo plures intrant libram auri, qua authoritate *Castrensis* relata *Iason, in l. fin. sub nu. 2. ff. de in ius vocan.* dixit, habes quod
67 solidus, & aureus idem important, quòd † septuaginta duo aurei faciant libram auri; Et post pauca dicit, hodie tamen aurei, quibus vtimur, puta, Veneti. vel Florentini sunt minoris ponderis, & nona-
68 ginta sex † faciunt libram auri, & sic hodie ducatus non est, nisi octaua pars vnciæ, & hoc est ma-
69 gnæ vtilitatis in practica, quia hodie † vltra septingentos aureos valet, ità concludit *Iason* dicens, quòd idem dixisset in *dicta l. fin. C. commun. de legat.* vbi nihil dixit in libro meo. *Sed idem Iason in l. 2. §. ex his, num. 16. ff. de Verb. oblig. ex dicto Angel. in l. sancimus, C. de donation.* dicit, quòd ho-
70 die donatio valet vltra † octingentos ducatos sine insinuatione, vbi dicit ità obtinuisse, quam sequitur *Andr. Gail Practicarum observat. libro secundo, observation. 39. numero quarto*, vbi dicit, in
71 hoc attendendam esse consuetudinem † valoris Aureorum, & secundum valorem monetæ Currentis in ciuitate Coloniæ donationem valere vs-
72 que ad Aureos † mille, & ducentos, & Aquis grani vsque ad bis mille. *Felin. in cap. conquerente, sub numero secundo, de officio ordinar.* dicit, quòd
73 hodie valeret donatio absque insinuatione † vsque ad octingentos aureos. *Decius in consil. 239. incip. Primo non videtur, numero tertio, versicul. secundo prædictæ donationi.* dicit, quòd in aureis currentibus valet donatio in maiori summa, quia multo plures intrant ad libram auri. allegat. *Paul. de Castro, in dicta l. final. C. commun. de leg.* Antonius de Canario *in dicto Tractatu insinuationum, quæst. sexta*, refert illos, qui fuerunt ante ipsum, concludendo solidum idem, ac Aureum, & sequitur Bartoli opinionem. *Marcus Antonius Natta in consil. vigesimo octauo, numero secundo, volumine primo*, dicit, quòd hodie Donatio vltra septingentos aureos valet absque insinuatione.
74 † *Nicolaus Bellonus in consilio quarto, numero 13. & 14.* dicit, quòd cum hodie Aurei sint minoris ponderis, valet hodie donatio vltra septingen-
75 tos † aureos. & idem dicit *Iul. Clarus in dicto §. Donatio, quæst. 15. in princip. Ioachimus Mynsingerus, in §. Aliæ autem, in verb. solidorum, numero settimo de Donation.* inquit, Tam, & si constitutum sit, donationem vltra quingentos solidos absque actorum insinuatione, non valere, Tamen
76 ea, quæ vltra † octingentos nostrates aureos non procedat, valere, quia tot nostrates, vix quingentos veteres hodie valeant. *Marianus Socin. Senior. in consil. 48. incip. in præsenti consultatione, col. vltim. versicul. circa secundam dubitationem, volumine primo*, cum dixisset, solidum esse Aureum, quorum septuaginta duo faciebant libram, in quingentis, quorum necessaria erat in donatione insinuatio, dicit, quantitas quingentorum aureo-
77 rum legalium extenditur vltra octingentos † ducatos Senenses, ideo vsque ad dictam quantitatem tenuit donatio sine insinuatione. *Corneus in consil. 127. incip. primo aspectu, columna secunda, versicul. Qui quingenti aurei, volumine secundo*, dicit, quòd aurei legales erant maioris æstimationis, quam sint hodie quingenti aurei nostri temporis, cum essent maioris ponderis. *in consil. 54. incip. in Themate præsupponitur, columna secunda, volumine quarto*, dicit similiter *Marianus Socinus Nepos in consil. 67. numero decimo octauo, volumine secundo*, sequitur dictum Mariani patrui supra allegatum. *Bartholom. de Cassan. in consuetudin. Burgund. Rub. 1. §. septimo, in verb. lxv solz Tuornois, numero tertio, & quarto*, dicit, sequendo dictum Iasonis sui præceptoris, quòd hodie dona-
78 tio vsque ad octocentum † ducatos valet sine insinuatione, & sequendo *Nattam, & Clarum* de septingentis nouissimè dicit *Antonius Sola in Decretis Sabaudiæ, in decreto, Malitijs, Gloss. 6. partis, numero quarto, & quinto*, supradictos sequuti sunt *Iacobus Philippus Portius Commun. opinion. libro primo, conclusion. 40. versicul. Duodecimo limita, & Anton. Gabriel, commun. opinion. libro primo, titul. de Donationib. conclusion. prima, numero 59. versic. Decimo tertio limita. Borgnin. Caualcan. in decis. Fiuizani, 30. sub nu. 29. in decis. 35. nu. 34. parte 1.*

VT habeatur opinio distincta, & absoluta Doctorum, qui loquuti fuerunt de Aureorum diminutione, ad hoc, vt vnusquisque omnium ferè Doctorum dictum intelligat supra dictos omnes, vt loquuntur allegaui, quo lectores oculos dirigant, & considerent illorum dicta, quæ tandem diuersam omninò recipiant interpretationem, cum dari pro omnibus vnica resolutio nequeat, sed capienda Decisio erit, secundum qualitatem Regionum, & diuersitatem solidorum, & aureorum, quorum pondus, & valor reduci debet ad æstimationem illorum solidorum antiquorum, ex qua calculatione facilè sciri poterit, quæ donatio insinuatione egeat, aut non egeat. Nunc, vt huic Titulo finem imponere procuremus, positam habeamus Regulam præfatam, donationem vltra quingentos solidos sine insinuatione non valere. *iuxta l. sancimus, & l. pen. C. de donat.* & vt omnia absoluamus, subijcimus casus, in quibus requritur

in-

insinuatio, & post modum alios, in quibus illa non est necessaria.

PRIMO casu requiritur insinuatio, non obstãte, q; in donatione sit renunciatum insinuationi, quia
79 † renunciatio non tenet, vt per multa iura concludit. *Oldrad. in consil.* 173. vbi in specie agit de renunciatione insinuationis *Ioan. Andr. in addition. Specul. in titul. de Instrument. edition.* §. *porrò in additione incip. Minus, Cyn. Salycet. & Bartol. in l. sancimus,* §. *siquis autem, C. de donat. Bald. in l. illud, sub numero nono, vers. ex his apparet, C. de Sacros. Eccles. Salycet. in l. penult. numero quarto, C. de donat. Bartol. Alexand. & Ripa in l. Nemo potest ff. de legat.* 1. *Bald. in consil.* 97. *volumine primo, Paul. de Castro in consil.* 345. *in fin. volumine primo, Angel. in consil.* 179. *incip. Visis infrascriptis instrumentis, colum. vltim. Calderin. in consilio primo, Vital. de donatio. Ioa. de Imol. in c. cum contingat, fol. pen. de iure iuran. & in l. Aquilius Regulus, ff. de donationib.* vbi dicit, hanc opinionem esse communem. *Decius in consil.* 432. *incip. cum sit quod Almericus, numero vigesimo primo, Laurentius Calcaneus in consil.* 25. *Corn. in consil.* 221. *incip. Quia in hac causa, columna secunda, versic. Nec obstat, quòd non potest, volumine primo & in consil.* 69. *incip de duobus, columna prima, versicul. Sexto pro hac parte, volumine secundo, Francisc. Aretin. in consilio secundo, incip. intellecta diligenter, columna quarta, versicul. Ad secundum respondeo,* dum sequitur *Ioan. Andr. in dicta additione magna, in verb. Minus.* dum sequitur *Simonem Vincent. in dicta l. Sancimus, & Cyn. in dicta l. pen. C. de donat. & Iacob. Beluis. in quadam quæstione, Marian. Socin. Iunior. in consil.* 77. *numero* 60. *volum. primo, Iacob. Philipp. Portius in consil.* 36. *numero* 47. *Gomez in* §. *quadam. numero decimooctauo, Instit. de Action. Ioan. Cephal. in cons.* 288. *numero* 37. *volum. secundo, Angel. in cons.* 94. *incip. cum lis sit, colum. fin. vers. superest igitur viderẽ, Iacob. Philipp. Portius commun. Regul. libro primo, conclusion.* 40. *vers. Quinto amplia. Anton. Gabriel. commun. opinion. libro primo, titul. de donationibus, concluſ. prima, versicul. Quinto amplia. Petrus Duen. Regul.* 224. *vers. contrariam tamen opinionem, imo quod prædicta, Augustin. Berous, in cons.* 56. *nu.* 9. *vol.* 1.

AMPLIANT supradictam opinionẽ, quòd
80 etiam si dicta renunciatio insinuationis fuisset † iurata, ac iuramento firmata, non valeat, *Alberic. de Rosat. & Gulielm. de Cuneo in l. illud.* vbi idem tenet *Bald. numero* 9. *vers. Quinto quæro, C. de Sacros. Eccles.* vbi istud tenet *post eundem Cyn. in l.* 1. *C. eo. tit. & Bartol. in l. siquis pro eo, ff. de Fideiussoribus, ante eos Oldrad. in dicto cons.* 173. *incip. Quidam habens vnicum filium, Ioan. de Imol. in l. Modestinus, ff. de donationib. Ludouic. Roman. in consil.* 12. *incip. Viso facto, sub numero quarto, vers. nec dicendum est, Andr. Barbat. in addition. ad Bald. in dicta l. illud,* vbi dicit ità consuluisse apud Vrbinum, & quòd ibi adducit rationes mirabiles, provt consuluit *idem Barbat. in cons.* 16. *numero* 16. *volum. secundo, in cons.* 22. *incip. Viso celebri, columna secunda in fin. vers. quod verò opponitur, volu.* 4. *Angel. in cons.* 59. *incip. Quidam pater familias, colum. vltim.* vbi dicit ità consuluisse *Dominum Bald.* Germanum suum in Ciuitate castelli, cui cõsilio tunc adhæsit, & nũc vehementius insistit. *Idem Angel. in dicto cons.* 94. *incip. cum lis, col. fin. & in dicto cons.* 179. *incip. Visis instrumentis prædictis, colum. septima, vers. quia igitur solemnitas, Bartol. de Scarampis apud Albertum Brunum in cons.* 111. *numero sexto, Ioan. Crotus in l. Nemo potest, colum.* 14. *versic. Fallit hac conclusio, ff. de leg.* 1. *And. Tiraquell. in Rep. l. si vnquam, in præfation. nu.* 153. *C. de Reuoc. donat. Marian. Iun. in cons.* 69. *numero* 89. *volum. secundo, Curtius Senior in cons.* 66. *numero* 21. *Ioan. Faber, in* §. *alie,*
81 *inst. de donat.* Et hanc opinionem seruari † in Regno Franciæ, & seueram esse dicit *Doctor Parisiensis ad Alexandum,* vti illum refert *Andr. Gail Practicarum observationum, libro secundo, observation.* 39. *numero quinto,* licèt ipse non illam teneat, vt aliqui scribentes per repertoria falsò referunt. Et in hanc opinionem inclinat *Capell. Tholosan. in decis.* 382. *incip.* Item fuit quęsitum, an iuramentum, dum dicit, iuramentum non confirmare contra-
82 ctum † nullum de iure communi. Et tenet in specie in donatione iurata non valere non obstante renunciatione facta insinuationi *Stephan. Aufrer. ibi in Apostillis.* Idem tenet *Angel. de Aretio, in dicto* §. *Aliæ, numero quinto, instit. de donat.* quamuis ob timorem iuramenti reliquerit cogitandum. *Ioannes Crotus in cons.* 70. *numero* 14. *volu.* 1. Sed hanc conclusionem firmat *Gaspar Caballinus in Milleloq.* 806. & quodammodo in eandem vergit sententiam *Phanuccius de Phanuccijs in tract. de inuentario, parte* 7. *numero* 181. 184. vbi dicit ità Senis iudicasse cum suis collegis in causa D. Pandulphi
83 de Petrucijs cum illis † de Finettis, quæ Decisio est apud *Hieronymũ Magoniũ in decision. Florentin.* 65. & hanc opinionem firmauit *Antonius de Canario in tract. de insinuationibus, q.* 63. *quæ est penultima totius operis, licet sub numero falso allegetur à multis,* quem habeo ex impressione anni D. nostri. 1511. per impressionem in ciuitate Papiensi ex Iacobo de Burgo Franco. *Iacobus Ferrerius ad Guid. Pap. in decis.* 350. *& Anto. Faber in Codice Fabrian. lib.* 8. *titul.* 38. *defin.* 5. *nu.* 1.

CONTRARIAM sententiam, quòd va-
84 leat donatio excedens summam quingentorum aureorum (vt supra dictum est, de illis solidis antiquis) non obstante omissa insinuatione, cui renunciatum fuit cum iuramẽto. Quam tenuit *Ioan. Andr. in Addit. ad Specul. in titul. de Instrum. edit.* §. *porrò, in additione incip. Minus, Federicus Petrutius de Senis, in consil.* 281. *numero primo, Bald. Ioan. de Imol. Abb. Panor. in cap. cum contingat, de Iuretur. Ioan. Faber, in* §. *& cum retro, numero tertio, instituit. de donatio. Alexand. Franciſc. Aretinus, & Claudius Aquens. in l. Nemo potest, ff. de legat.* 1. *Calderin. in consilio primo, titul. de donat. Ludouic. Roman. in consilio vigesimo sexto, incip. pro decisione, numero quarto, versicul. secundo,*

quia dicta donatio, Abb. Panormitan. in conſil. 95. incip. quædam domina. in fin. & in conſil. 107. incip. quatuor ſunt, in ſecundo dubio, volum. 2. Alexand. in conſilio quarto, incip. circa primum quæſitum, col. penult. verſicul. Quinimmo virtute iuramenti, volum. primo, in conſil. decimo ſecundo, incip. viſo inſtrumento donationis, columna ſecunda, verſicul. Præterea etiam ſtante iuramento, & in conſil. 125. incip. Viſis, & conſideratis, columna nona, verſicul. præterea dato, quod ſtatutum, volumine primo, in conſil. 32. incip. oportunè conſiderato, columna tertia, verſicul. Ad idem benefacit, quòd in conſil. 83. incip. Viſa facti narratione, columna final. verſicul. Præterea vbi iuramentum, & in conſil. 157. incip. viſo inſtrumento, columna fin. verſicul. Poſtremo ad confirmationem, volumine ſecundo, in conſil. vigeſimo, incip. Ponderatis his, columna ſecunda verſicul. poſſet etiam dici, quòd iuramentum, in conſil. vigeſimo primo incip. attentis his, columna tertia, verſicul. præterea Iuramentum appoſitum, volum. tertio, in conſil. 217. incip. Ponderatis his, columna 2. numero 6. verſicul. poſſet etiam dici, volumine ſexto, in conſil. 26. incip. cumulatiſſimè, columna ſecunda, numero ſecundo, verſicul. Quantum verò, & in conſil. 167. incip. Viſis, & ponderatis, colum. quarta, numero 13. volum. ſeptimo, Franciſc. Aretin in conſil. ſecundo incip. intellecta diligenter, columna tertia, verſicul. Sed tamen his non obſtantibus, in conſil. 17. incip. conſideratis, columna ſexta, verſicul. incidenter tamen, in conſil. 47. incip. Viſis, & diligenter, in fin. in conſil. 75. incip. Et ratio, col. vltim. verſicul. ſecundo dico, Bartholom. Socin. in conſil. 77. incip. in præſenti conſultatione, colum. quinta, versicul. circa ſecundam dubitationem, & in conſ. 80. incip. de duobus, colu. octaua, verſ. His tamen minime refragrantibus, volum. 1. Bald. de Bartolinis Nouellus, in conſil. 78. incip. in eandem ſententiam, ibidem poſt conſilium Socini, & ſequitur Alexand. in conſil. 79. incip. Cumulatiſſimè, poſt Bartolinum, in eodem Socini, volum. primo, Corn. in conſil. ſexto, incip. in hac conſultatione, colum. 4. litera t, versicul. nam ſi rectè, litera.... verſic. Et tamen concludit ipſe, in conſil. 221. incip. quia in hac cauſa bis conſului, colum prima, & colum. 2. per totum, volum. primo, in conſ. 69. incip. de duobus, columna 2. litera K, verſicul. his tamen minime refragrantibus, in conſ. 186. incip. de duobus, litera b, verſicul. his tamen non obſtantibus, in conſil. 240. incip. Bonaura, in ſuo teſtamento, col. vltima, litera g, in verſ. pro vt alias contingit, volum. 2. in conſil. 36. incip. ſi rectè conſideretur, colum. fin. litera f, verſicul. Subdit poſtea in conſil. 194. incip. videtur in præſenti conſideratione, colum. fin. verſicul. eſt modò videndum, volum. tertio, in conſil. 54. incip. in themate, ſub litera d, verſicul. Quòd defectus, in conſil. 67. incip. in hac conſultatione, colum. fin. verſicul. Idcirco licèt ſub litera f, volum. quarto, Decius in conſil. 239. incip. Primo non videtur dubitandum, colum. ſecunda, numero tertio, verſicul. Præterea in caſu iſto, in conſil. 432. incip. cum ſit quòd Almericus, ſub numero decimoquinto, verſicul. ſed prædictis, & ſimilibus, cum ſeqq. in conſ. 488. incip. in cauſa, & lite, numero ſexto, verſicul. poſtremo donationi ſupradictæ. In conſil. 536. incip. in cauſa, quæ agitatur Mantuæ, numero decimoquarto, verſicul. Nono intentionis, Iaſon in conſil. 51. incip. Tota dubitatio, colum. fin. volum. primo, in conſil. quinto, incip. Strenui, colum. ſettima, verſicul. ſecundo reſpondetur, volum. tertio, in conſil. 118. incip. contra donationem, colum. ſecunda, verſicul. ſecunda nullitas, in conſil. 169. incip. Duo teſtamenta, colum. antepenult. verſicul. ſecundo principaliter, volum. 4. Carol. Ruin. in conſil. 107. colum. prima, in conſil. 126. colum. tertia, in conſil. 172. in fin. in conſil. 180. colum. ſecunda in consil. 182. colum. ſexta, volum. primo, in consil. 132. colum. tertia, volum. quarto, Ioan. Franciſc. Ripa libro tertio, Reſpon. 5. numero ſecundo, Reſponſo. 11. in fin. Marian. Socin. Iunior. in consil. 67. numero vigesimo, in consil. 118. numero decimo, ſeqq. volum. ſecundo, in consil. 130. numero decimonono volumine tertio, Cardinal. Pariſ. in consil. vigesimo ſexto, numero 59. & 60. in conſ. 33. numero 45. & 46. volumine tertio, & in conſ. 69. numero 95. cum ſeq. eodem volumine tertio, Bartholom. Cepoll. in consil. ciuili, octauo. Incip. Caſus ſuper quo, numero ſexto, cum pluribus ſequentibus. Hieronym. Gratus. in consil. 70. numero 28. volumine primo, in consil. ſeptimo, colum. final. volumine ſecundo, Auguſtin. Berous in consil. 203. numero 28. volumine primo, Marcus Antonius Natta in consil. 28. numero ſecundo, & tertio, volumine primo, Curtius Iunior in conſ. 34. colum. ſecunda, numero primo, in conſ. 81. colum. penultima, numero ſexto, in conſ. 141. colum. fin. numero 22. Nicol. Bellon. in conſ. 60. numero 19. Roland. à Valle in conſ. 19. numero 48. in conſ. 39. numero 38. volumine primo, Claudius Cantiuncula, ſiue inter eius consil. Guilel. Cauntil. consil. 35. numero 57. Franciſcus Burſatus, in conſ. 40. numero 19. volumine primo, Marc. Anton. Peregrin. in conſ. 76. numero 40. volumine primo, Ioan. Neuizan. in conſ. octauo, numero nono. Laurentius de Pinu in consil. 81. numero ſexto, & ſeptimo, Aymon. Crauetta in consil. 118. numero primo, Ioannes Anton. Rubeus Alexandrinus, in conſ. 52. numero ſecundo, Thobias Nonius in conſ. primo, numero 13. in conſ. 56. numero duodecimo, Iacob. Menoch. in conſ. primo, numero 377. volumine primo, in conſ. 308. numero 38. volumine quarto, Silueſter Aldobrandi. in conſ. 108. nume. quarto, Fabius Turrett. in conſ. 46. numero 12. volum. primo, Surdus in consil. 450. numero 41. volum. tertio, Stephan. Bertrand. in conſ. 155. colum prima, in conſ. 173. colum. 2. in conſ. 206. col. 5. vol. 1. in conſ. 22. vol. 2. in conſ. 14. col. 2. in conſ. 30. col. 1. in conſ. 120. col. 3. in conſ. 132. col. 2. in conſ. 146. col. fin. in conſ. 190. col. pen. in conſ. 308. col. 1. vol. 3. Ioan. Cephal. in conſ. 61. nu. 18. vol. 1. in consil. 288. num. 18. vol. 2. in conſ. 467. nn. 94. vol 4. Iacob. Philipp. Portius in conſ. 30. num. 26. & 40. in conſ. 80. nu. 16. Sfortia Oddus in conſ 22. nu. 4. vol. 1. Simon de Pratis in conſ. 10. nu. 21. in conſ. 72. nu. 3. Iacob. Mandell. in conſ. 4. numero 2. Bartholom. Bertazzol. in consil. 115. num.... in ciuilibus. Guido Pap. in consil. 31. & in ſingul. 341. Tiberius Decianus in conſil. 31. nu. 169.

num. 169. *volum.* 1. *in consil.* 59. *num.* 26. *volum.* 2. *in cons.* 60. *in princip. volum.* 4. *Hippoly. Riminald. in consil.* 242. *num.* 24. *vol.* 3. *Franciſc. Viuius in commun. opinion.* 78. *in verb. donatio Andr. Alciat. in c. cum contingat, num.* 170. *Iulius Clarus, in* §. *donatio q.* 18. *verſicul. retenta igitur, Petrus Duennas Regula* 224. *verſicul. Quinto fallit, & verſicul. ſed hæc poſterior opinio. Iacob. Philipp. Portius commun. opinionum, lib.* 1. *concluſione* 40. *verſicul. Decimo ſexto limita. Anton. Gabriel, lib.* 3. *commun. opin. titul. de donationibus, concluſ.* 1. *numer.* 72. *Tiraq. in dicta l. ſi vnquam, in Præfation. num.* 143. *Emanuel Suarez in Theſaur. Receptar. Sententiar. in verb. donatio, numer.* 169. *Capell. Tholoſan. in deciſion.* 382. *incip. Item fuit quæſitum, an iuramentum, Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinàl.* 326. *num.* 5. *volum.* 1. *D. Cardinal. Puteus in deciſion.* 377. *num.* 3. *lib.* 1. *Paul. Aemil. Verall. in deciſion.* 276. *parte* 1. *Antonius Capicius in deciſion. Neapol.* 159. *num.* 3. *Andr. Gail. Practicar. obſeruationum, lib.* 2. *obſeruation.* 39. *num.* 12. *cum pluribus ſeq.* quia cum primo retuliſſet opiniones contrariam, & illas adductas rationem per Doctorem Pariſienſem ad conſilium *Alexand.* 4. refert iſtam, cum rationibus pro ea facientibus, & vltimo in ipſa reſidet: ſic etiam fuit determinatum in Gallia apud *Guidonem Papæ in deciſion. Delphinal.* 350. *Ioan. Dilect. Durant. de Arte teſtandi, tit.* 2. *de Teſtamentis ordinandis, cautela* 10. *num.* 3. *Ferdinan. Vaſquius de ſucceſſionum creatione,* §. 5. *num.* 3. *& ſeq. Ioſeph. Ludouic. in deciſion. Peruſin.* 66. *num.* 6. 10. *Hieronymus Cæuallos Practicarum quæſtion. commun. contra communem, q.* 222. *ſub num.* 13. *vſq; in fin. Matth. de Afflict. in c.* 1. *num.* 36. *de Feudo dato in vicem legis commiſſoriæ, Seraphin. de Seraphin. de Priuilegijs Iuramenti, Priuileg.* 73. *Ioannes Baptiſta Ladærchius, in conſil.* 83. *numer.* 7. *Franciſcus Viuius in deciſion.* 453. *num.* 1. *D. Ioannes Baptiſta Coſta in Tractat. de Retrotract. cap.* 8. *caſu* 24. *num.* 10. 13. *& pluribus ſeqq.* & vltra ſupradictos Deciſionantes allegatos ità in ſpecie. 21. Octobris. 1585. fuiſſe Deciſum per Sacram Rotam Romanam *coram D. Franciſco Gypſio* ſcribit noniſſimè *Vincentius Manzinus de Iuramento, & eius effectu parte* 4. *effectu* 19. *num.* 2. vbi inſerit totam dicti Auditoris Deciſionem. Et hanc opinionem ex antiquioribus Doctoribus, & Iuriſconſultis inſignibus tenuit *Antonius Corſettus Sieulus de viribus Iuramenti. Priuilegio* 26. (è cu-
85 ius familia † fuit nouiſſimè Octauius Corſettus I. C. celebris, vt eius opera typis tradita fidē faciūt, & modò Don Petrus Corſettus Doctiſſimus Iuris
86 conſultus eius filius † floret tamquā Regens meritiſſimus pro regno vlterioris Sicilię apud Catholicam Maieſtatē in Hiſpania) quo in loco dicit, conſuluiſſe *Ioannem de Imola, Florianum de Sancto Petro, & Ioannem de Anania, Pacem de Aquila, & Petrum de Vbaldis,* & ſic ipſum conſuluiſſe apud Mutinam. hanc ſententiam ad ſatietatem comprobat *Horatius Mandoſius in Apoſtillis ad Ludouic. Romanum in dicto conſ.* 26. *Vitalis Cambazis in Tractatu clauſularum cap. mihi* 117. *ſub titul. An legibus inſinuationem exigentibus poſſit renunciari.* tenet hanc opinionem *Ioannes Andreæ, quem ſequitur Phanuccijs, in Tract. de inuentario, parte* 7. *num.* 181. cum quibuſdam declarationibus, de quibus poſtmodum mentionem faciam. ſequitur *Hieronym. Magon in deciſion. Florentin.* 64. *numer.* 23. 24. *Fabius Timeus ad eundem Magonium in deciſione Lucenſi* 38. *in verb. inſinuationis defectus, D. Præceptor meus in primis ſtudijs Ioannes Bolognettus in conſ.* 6. *num.* 50. *Marc. Anton. Eugen. in conſil.* 7. *Andr. Facchin. controuerſ. iuris, lib.* 3. *cap.* 83. *Hippolyt. de Marſil. in practica criminali,* §. *ſecunda quæſtio. num.* 65. *Hieronym. Cagnol. in l. ſiquis obligatione, numer.* 5. *ff. de Regul. Iur. nouiſſimè Ludouic. Morotius in conſil.* 52. *num.* 11. vbi dicit communiter omnes modernos Doctores tenere. Sed vt ego conſpicio eſt Doctorum antiquorum, & nouiſſimorum, & qui alios deſiderat, hos non relinquat, quia non ità facile alios reperiet.

COMMVNIORI Doctorum ſerie ſupra notatam concluſionem iam notum eſt probatum
87 eſſe idcirco enumerari illos placuit, † ac omnes, in fonte videre, vt dum caſus acciderit, qui iudicandi munere functurus eſt, non aſpernatur tot
88 ſummos proceres imitari, à quibus, circiter † centum, & decem conſultationibus Reſponſa emanarunt, Nonaginta Iuriſconſulti in publicis †
89 Academijs profitendo expoſuerunt, & commentarios tractando ſcripſerunt, & in publicis Senatibus diſputando decreuerunt. Idque tanto promptius faciendum eſt, ad euitandum periurij peccatum, pro animarum ſalute, ac pro Religione. Et ego in ſimilibus in iudicando iſta conſiderarem.

PRIMO ſi in Donatione eſt expreſsè cum Iuramento renunciatum inſinuationi, & illius
90 † ſolemnitatibus, vtique donatio valida erit, & iuramentum ſuum effectum ſortietur. Et iſtud eſt de mente *Ioannis Andr. in addit. Speculator. in titul. de fide inſtrumentor. in* §. *porrò, & Federici de Senis in dicto conſil.* 281. ſequitur *Angel. in conſil.* 94. *incip. cum lis, colum. fin. verſicul. Supereſt igitur videre ex quo,* & alij relati *ab Andr. Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam in præfat. numero* 143. *& per Phanuccium, in dicto Tract. de Inuent. parte* 7. *ſub numero* 187. *Stephan. Aufrer. ad Capell. Tholoſan. in dicta deciſion.* 382. *& poſt Calderin in conſil.* 20. *titul. de Iureiurand. & Franciſc. Aretin. in conſil.* 2. *& in conſil.* 17. *colum.* 4. voluit *Roland. à Valle in conſ.* 70. *num.* 18. *volum.* 2.

SECVNDO, quòd, & ſi renunciatum fuerit ipſi inſinuationi à Donāte, nihilominus ſi fraude, vel mætu donatio facta fuerit, in qua reperitur dicta renuntiatio, nulla erit donatio carens inſi-
91 nuatione, cui eſt † renunciatum, dolus enim vis, & fraus, ac metus renunciationem annullant, quando ex his extorquetur, cum ad extorquendas fraudes ſit inuenta. *l. data, C. de donat. Vitalis*

Cambanis, de clauſulis, dicto cap. 117. num. 10. Iacob. Philip. Portius in conſ. 36. nu. 47. Roland. à Valle in conſ. 70. nu. 17. vol. 4. Antonius de Canario in dicto Tract. inſinuationum, q. 63. Andr. Gail. Practicarum obſeruation. lib. 2. obſeruat. 39. num. 7. Pro vt nuper conſului, Pro Monaſterio Sancti Franciſci conuentualiũ in terra Capitis Sileris ſub Dominio Principis Venuſij, Quo in loco viuens Ioannes Giannarellus quidam Ruſticus ætatis annorum octoginta duorum, qui vxorem habens fere ætatis ſimilis carens filijs, nec ſperans habere donauit omnia ſua bona, mobilia, ſtabilia, pecunias, tã quas tenebat ad cenſum ſuper introitibus quarundam vniuerſitatum, quam alias, quaslibet, animalia, ac omnia ſe mouentia, iura actiones, nomina debitorum, in ampla forma, nihil ſibi reſeruans, niſi quædam bona, de quibus poſſet diſponere, verum quod de dictis bonis reſeruauit Tertiam illorum partem, ad beneficium quorundam ſuorum Nepotum ex fratribus. Quidam particulares procurarunt, quòd Archiepiſcopus Conſanus Dioceſanus illum moleſtaret ſuper quadam figurata vſura, quo in loco miſit quẽdam Commiſſarium pro capienda dicta informatione, & ijdem procurarunt cum eodem Commiſſario, quòd illum in carceribus duceret quo capto, ac ligato, cum minis ductus ad Carceres, tantum illi timorem incutierunt, quòd ſi aſportaretur ad Archiepiſcopum in carceribus moreretur, ac illi perſuaſerunt quòd faceret aliam donationem Vniuerſitati dicti oppidi, quia illa ſuſciperet ſuam defenſionem, qui ductus extra carceres timore affectus, fecit aliam, reuocans illam monaſterio factam per plures antea menſes, quo facto quia mens Archiepiſcopi non erat, vt illi fraudulenter figurarunt, non fuit ab illo moleſtatus, ſed poſt paucos dies mortuus, & nõ ſine ſuſpitione Veneni, Quo mortuo pauperes Nepotes, in Sacro Regio Conſilio litem intentarunt, & ante omnia pro aſſecuratione bonorum ab eodem Sacro Conſilio, & Ill. Domino Alfonſo Vargas Regio Conſiliario, & Cauſæ Commiſſario, fuit mihi cauſa commiſſa, quòd in loco accederem, & informationem bonorum caperem data mihi ampliſſima poteſtate, fui in loco, proceſsum formaui, bona aſcendentia ad decem millia aureos, quamquam multa ſubtraxerant illi, qui nomine vniuerſitatis vigore vltimæ donationis domos perquirebant quia reperierunt quædam vaſa cretea diuerſa, cum pecunijs ſeparatis argenteis, & æreis, & in quondam foramine vnius feneſtræ reperierunt nonaginta monetas aureas, intereraut duplæ, & iſtę venerunt penes vnum, qui poſt quadraginta dies id reuelauit, digni certè ſeuera punitione, quia non fecerunt, niſi more latronum, ſuper quo in iure ſcripſi contra vltimam Donationem, vt videbitur, dum Typis dabuntur ſecunda, & tertia Centuriæ meorum Conſiliorum, in his donationibus ſemper conſiderandum fore dicerem, quòd iuramentum perſonæ Nobilis, potentis, & filios non habentis facilius admittatur, &

operetur in renunciatione facta, in Ruſtico verò, ignorante, ac non informato, quid ſit inſinuatio, multa conſiderarem, quæ non ſunt præſentis ſpeculationis. Ideo tranſeamus ad alios caſus, qui inſinuatione non egent. De quo mẽtu, & Importu-
92 nitate ad procurandam † donationem, quæ idcirco non ſubſiſtat poſt *Aymonem Publicium in cõſuetudine Aluerniæ, titul. 21. artic. 1.* & alios quos allegat, voluit *Antonin. Theſaur. in deciſ. Pedemon. 32. num. 2.* ſequitur *Ioan. Baptiſta Coſta de Factiſcientia, & ignorantia, diſtinct. 91. nu. 29. centur. 2.*

SECVNDO requiritur inſinuatio, & quie-
93 tatio debitori de ſumma excedente † quingentos ſolidos, ac liberatio, & remiſſio à creditore facta
94 ſit, cum donatio & liberatio † paria ſint. *l. ſi mulier, ff. de condition. cauſa dat.* Hinc *Bartol. in l. Aurelius, §. Caius, ſub num. 11. ff. de liberat. legata.* dicit, quod remittere eſt donare. *l. contra iuris, in fi. ff. de pactis*, quem ſequutus *Iodocus Damhouderius* dicit,
95 (quòd Remittere, & donare † paria ſunt) *in tract. Parium, aut ſimilium. Fabius de Anna in conſ. 62. nu. 51. Anton. Heringius de fideiuſſoribus, cap. 20. §. 28. nu. 2. & 3.* Quorum conſideratione *Accurſius in l. ſi quis obligatione, ff. de regul. iuris* dicit, quòd in re-
96 miſſione facta ex cauſa donationis, requiritur † inſinuatio, & ibidem hoc voluerunt *Decius, nu. 10. Hieronym. Cagnol. nu. 4. ibidem.* Quod antea dixerunt *Bald. in dicta l. contra iuris, §. fin. & in l. tale pactum, in princip. ff. de pact.* vbi dicit ità tenuiſſe *Iacob. Butrigar.* & ſic conſuluiſſe *Bartolum*, quos refert, & ſequitur *Alexand. in conſ. 137. incip. in cauſa, & lite, col. fin. verſic. Immo etiam ſi expreſsè, volu. 2.* & hæc fuit ſententia *Bartol. in l. Modeſtinus, in princip. ff. de donation. Antonius de Canario in dicto tract. de inſinuationibus, q. 46. & q. 47. Felin. in c. veniens, el 1. nu. 4. de Teſtib. Andr. Barbat. in conſ. 41. nu. 24. vol. 1.* & alij, quos refert *Petr. Duen. in regul. 224. verſ. amplia primo. adde Rolan. à Valle in conſ. 70. ſub nu. 70. vol. 2. Iacobus Ferrr. ad Guid. Papæ in deciſion. 325. practica Papienſ. in forma libelli pro donatione, in verb. ſolemniter, nu. 10. Iacob. Philipp. Portius com. opin. lib. 1. concluſ. 40. verſ. Octauo limita.* ante omnes hoc dixerunt. *Placentinus in ſumma Codicis, lib. 8. tit. 56. verſic. Item remiſſio quoque Azo in ſumma, lib. 8. titul. 53. col. 3. ſub verſ. licèt autem, Antonius Faber in Codice Fabrian. lib. 2. tit. 33. defin. 4. num. 6.* quamquam dicat in Senatu Sabaudo omnia inſinuari.

INTELLIGE Primò, dummodo debitum
97 ſit liquidum, aliàs non dicatur vera † donatio, & inſinuatio locum non habebit, vt dicit *Bald. in dicta l. contra iuris, in §. fin. nu. 3. poſt glo. ibi in verb. amplius*, quæ dicit ſecus eſſe quando debitum non eſt liquidum, quod & voluit *Canarius in dicta q. 46. Ferrerius ad Guidon. Papæ in deciſ. 325.*

SEQVAMVR caſus, in quibus non requiritur inſinuatio, poſtquam diximus primum ſupra *hoc eodem tit. verſ. primo caſu acquiritur, nu. 79.*

SECVNDO caſu donatio cauſa mortis etiã ſi excederet ſummam quingentorum aureorum

inſi-

98 insinuationem †non requirit, habetur *in l. fin. C. de donat. caus. mortis*, quia in omnibus isto casu sortitur vltimę voluntatis effectus, ità concludit *Specul. in tit. de instrumentor. edition* §. *porrò, nu.* 2. 3. quod dixit *Accursius, in l. si quis pro redemptione, in verb. ad refectionem, in* 6. *casu, C. de donat. Bart. Salycet. & Angel. ibidem.* Hanc opinionem firmat *Anton. de Canario in tract. de insinuationibus, quæs.* 36. *Iason in cons. sexto, vol.* 3. *Ioan. Anton. Rubeus in cons.* 59. *numero primo, Aymo Crauett. in cons.* 204. *numero* 16. *volum. secundo, Guido Papæ in decision. Delphin.* 325. *num.* 5. *& in decis.* 610. *num.* 1. & in his locis *Ranchin. & Ferrerius. Petrus Duennas in Regul.* 224. *vers. limita duodecimo*, faciunt notata *per Iacob. Cuiacium Obseruatio. lib.* 10. *cap.* 28. in dicta ta-

99 men † donatione quinque testes adhibendi sunt vt in dicta, *l. si quis pro redemptione*, & notant supradicti. Et dixi *supra, titul.* 10. *vers. Profacienda, num.* 27. *hoc eodem tomo* 3. *conclusionem firmat Bartholom. Socin. in consil.* 72. *incip. difficultatem faciebat, col.* 3. *num.* 5. *versic. Nec potest dici, quòd sit donatio, vol.* 3. Ideo optimè dicit *Corn. in cons.* 107. *incip. videtur in hac consultatione, col.* 2. *litera, d. versicul. Quia est aduertendum, vol.* 4. Quòd Iura loquentia quòd donationes insinuentur, non

100 † verificantur in donatione causa mortis, hos sequuntur *Portius commun. opin. lib.* 1. *conclusione* 40. *versicul. Decimo septimo limita. & Anton. Gabriel. commun. opinio. lib.* 3. *tit. de donationibus, conclusio.* 1. *num.* 77. *versicul. Decimo Octauo limitat. Tindarus in tractat. insin. q.* 36. *Angelus de Clauasio in summa* §. *donatio, sub num.* 20. *Anton. Faber in codice Fabr. lib.* 3. *tit.* 20. *defin.* 6. *nu.* 20.

TERTIO casu donatio, quæ fit ab Impera-

101 tore, Insinuatione non † eget, *l. sancimus in princ.* ibi exceptis donationibus tam Imperialibus *C. de donat.* vbi hoc placuit *Bartol. Bald. & alijs Marc. Mantua in cons.* 332. *col.* 2. quem sequitur *Antonius Gabrielius commun. opinion. lib.* 3. *titul. de donat. conclusion.* 1. *num.* 20. *Portius commun. conclus. libr.* 3. *concl.* 5. *vers. primo limita.* his addo *Martinum Laudens, in tract. de Principibus*, §. 14. *incip. Quando Imperator. &* §. 293. *incip. Donatio, & Rest aurum Castaldum in tractatu de Imperatore, q.* 100. *Notabil.* 60. *Notabil.* 73. *Notabili.* 293. *Antonium de Canario de Insinuationib. quæst.* 34. *Azonem in summa Codicis libr.* 8. *titul.* 53. *col.* 2. *vers. licet autem dixerim*, ibi, vel ab imperatore in priuatum, vel è

102 conuerso, scilicet à priuato † in Imperatorem. *Angel. de Clauasio, in summa*, §. *Donatio. sub nu.* 20. *Aluarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ, lib.* 2. *cap.* 29. *col.* 4. *vers. Patet, quia hoc non fuit, Ludouicus Gozadinus in cons.* 1. *nu.* 32.

EXTENDE idem procedere, in donationi-

103 bus, quæ fiunt à Regibus, & alijs Principibus † sui iuris, superiorem non recognoscentibus, & habentibus iura Regalia. Ità *Oldrad. in cons.* 231. *incip. Vt eius de quo quæritur, sub nu.* 1. qui loquendo de donationibus dicit, secus autem in Regalibus, quia cum tales donationes legibus non subijciantur,

104 nec † quantum ad insinuationem, nec quantum ad personarũ capacitatem. Et quæ supra dicta sunt de Imperatore locum habere in Regibus dixit *Deci. in cons.* 269. *incip. Consultus ab Illustri. & in cons.* 271. *incip. superiori anno. per totum, & in cons.* 516. *incip. Quoniam.* quorum occasione in proposito casu ità dicit *idem Restaurus Castald. in dicta q.* 110. *notab.* 60. *Notabil.* 73. *Notabili.* 293. & ità censuit *Anton. Canarius in dicta q.* 36. Nec arbitror ambi-

105 gendum † præsertim istis temporibus quo ad Reges nostros Hispaniarum Neapolis, & Siciliæ, ac de Regibus Galliæ, Angliæ, Poloniæ, Daniæ, Noruegiæ, atq; alijs, nec de supremis Ducibus Sabaudię, Magno Duce Hetruriæ, Mantuæ, Mutinæ, Vrbini, atque alijs habentibus iura legis condendæ, de quibus pluries loquutus sum, & scripsi, *in Commentarijs de Compromissis, in Speculo Principum ad Bellugam. Rubric.* 11. §. *his igitur, in verb. non recognoscentis, & post eundem Bellugam. Rubr.* 12. §. *quædam, num.* 70. latius dixi *in commentarijs de Regis Catholici præsentia*, quę cum sint excussa ibidem videri poterunt. Isti namq; Reges, & Principes habent potestatis plenitudinem, vt de Regibus inquit *Bald. in cons.* 267. *incip. Ad euidentiam, num.* 8. *vers. secundo præmitto, vol.* 1. & omnia faciunt, vt

106 Imperator † in Imperio, de quibus Iam vt dixi, non iterum referam, videri possunt per me amplè dicta *in Commentarijs de Feudis, & titulis dignitatum, lib.* 3. *c.* 2. & de supradictis Ducibus am-

107 plissimè dixi † *in dictis commentar. dicto, libr.* 3. *cap.* 4. *nu.* 35. *cum pluribus seqq.* Quinimmo, etiam in donationibus, quæ fiunt à Dominis inferiori-

108 bus, qui habent merum, & mixtum † Imperium, non egere insinuationibus, voluit *Bald. in l. sancimus, in principio, nu.* 5. *vers. Quidam dominus, C. de donat.* cuius dictum corroborauit, & firmauit *Alexand. in cons.* 157. *incip. viso instrumento donationis, col.* 2. *versicul. Benefaciunt notata, vol.* 2. sequitur *Marc. Anton. Natta in cons.* 2. Et de Rege nostro Catholico Hispaniarum, qui (semotis alijs Re-

109 gnis) cum possideat Indiarum † Orientalium, & occidentalium Regna à DEO Optimo Maximo nulli Mundianæ potestati subdita, merito à Doctissimo Iurisconsulto *Ioanne Baptista Valenzuela Velasquez Regente in Discursu Status, & Belli, part.* 1. *consideration.* 1. *nu.* 29. appellatus sit, & coronari

110 valeat, Noui Orbis Orientalis, & occidentalis † Imperator.

RATIONEM quare Donatio, quæ fit ab

111 Imperatore, nõ egeat insinuatione, † reddit *Bald. in dicta l. sancimus, in loco allegato n.* 4. quia coram ipso semper adsunt proceres, & ideo corã ipso non dicitur secretè fieri aliquid, sed est publicum, quod dicit post *gl. quia vero Leonis, Auct. de non alien.* Al-

112 teram ego rationem afferam, quia † cum ex *dicto Ioan. Andreas in additio. ad Specul. in titul. de Instrumentor. edit.* §. *porrò.* assignentur quatuor

113 causæ, ex quibus fiat † insinuatio Prima, vt inter insinuationem, & donationem, possit donans deliberare, an sibi expediat per insinuationem cõ-

su-

ſumare donationem. Secunda, vt iteratio actus, oſtendat mentis per durationem. Tertia, vt tollatur deceptionis ſuſpicio. Quarta, vt occurratur falſis rationibus probationum. Vel ſunt duæ cauſæ quas refert *Bartol. in l. Modeſtinus, ff. de donat.* Prima ne fiant clandeſtinæ, & homines fraudentur. Secunda, quia in magnis quantitatibus, magna exigitur obſeruantia, quæ omnia refert *Canarius in dicto Tract. Inſinuationum, q. 9.* Nunc dico ra-
114 tionem, quare † donationes Imperatorum, Regum, ac principum non requirunt inſinuationem, reſpectu cauſæ primæ aſſignatæ per *Ioannem And. in dicta additione ad Specul. ſupra allegata*, Turpe enim eſt hos ſupremos Principes, expectare tempus deliberandi an bene fecerint, dum donauerunt, vt quaſi in conſideratè illas fecerint, cum
115 præſumatur † omnia cum conſiliariorum voto, & perpenſo, ac ſolido Iudicio illas feciſſe, ſcire enim præſumuntur principes illos poſſe donatio-
116 nes facere † iuxta notata *per Oldradum in conſil. 94. incipi. Eleganter, in fin. & Bartol. in l. prohibere, §. plenè, ff. Quod vi, aut clam.* quos refert, & ſequitur, & comprobat ex alijs *Deci. in conſ. 191. incipi. in cauſa, quæ agitatur, ſub num. 1.* Tanto minus hoc conſiderandum foret, quando ſi inſinuatione, quæ fieret, concluderetur, Principi non expedire, vt comprobetur donatio facta, ex qua concluſione tribueretur illorum mutabilitas, quorum verba
117 debent † eſse immutabilia. Cum princeps debeat eſse immobilis, ſicut lapis angularis, vt dicit *Petr. de Anchar. in conſ. 240. incip. per prædicta* latè *Deci. in conſ. 689. incip. Viſo puncto num. 18. 19.* Quæ deſeruiant etiam pro reſponſione ad ſecundam cauſam allegatam *per Ioan. Andr.* Tertia cauſa ipſa etiam docet, non poſſe aptari ad Principes, vt ideo ſit facienda inſinuatio, vt tollatur deceptionis ſuſpicio, nec enim præſumendum erit, Principem de-
118 cipi ſe facere † cum, & ipſi, & eorum conſiliarijs, eſſet temeritas aſſerere quòd decipi ſe facerent. Quarta cauſa, vt per Inſinuationem occurratur falſis probationibus, cum ipſorum Principum ſit fal-
119 ſitates puniri, facere, & abhorrere, † quanto magis factas veridicas præſupponi, & non egere inſinuatione. Ex quibus patet etiam ad illas duas cauſas à Bartolo aſſignatas *in dicta l. Modeſtinus* dari poſſe congruam reſponſionem. Inſuper præfata fortificantur, cum Imperator, Rex, & Princeps,
120 debeant odere auaritiam, † & eſſe liberales, & pro vtilitate ſubditorum Imperialiter ſe gerere, *l. vnica, §. hæc autem, ibi Imperialiter C. de Caduc. Toll.* vbi *Bald. in §. cum autem, ſub num. 4.* Inquit,
121 quòd Imperator ſe debet † imperialiter habere, & magnificè, & gloriosè, & ab eo omnis auaritia debet eſse remota. Nam propriè proprium Principis eſt, quòd debet eſse liberalis, & gratioſus, ſunt
122 † verba eiuſdem *Baldi in l. & in legatis, numer. 3. in fin. C. Ad leg. Falcid.* Ideoq; cum liceat quandoq;
123 Principi ad bonum † finem, etiam aliena tollere, & benemerito donare. Iuxta tradita *à Bartol. in Præmio florum, ſub nume. 14.* & iuxta tradita *per Decium in dicto conſ. 191.* & quæ dicit *Antonius Capici. in Deciſ. Neapol. 69. in princip. arg. l. Venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. prædior.* Inſuper inſinuationis ſolemnitas cum à iure ciuili per Imperatorem, ac Principem ſit inducta donationem, & actum faciēs ſine illa, videtur ſolemnitatem præfatam à tali actu tacitè reuocare, cum ad ſolum Principem ſpectet ſo-
124 lemnitates tollere, † vt dicit *Speculator. tit. de Inſtrumentor. editione, §. compendioſè, ſub num. 14. verſ. Sed nunquid de conſuetudine*, à quarum obſeruatio-
125 ne excepta ſēper intelligitur ipſius Principis † ſuperioris authoritas, *c. conſtituens de Reſcript. c. Veniens de Iureiur. c. cum à nobis, de Teſtib. l. fin. ff. Qui ſatiſd. cogant. l. fin. ff. Ad Municipal. & de Incol. Riminald. Senior. in conſ. 293. num. 11. 12. Ioan. Cephal. in conſ. 97. num. 11.* Maximè cum agatur de Donatione Principum, quæ cum primum fiunt, tamquam
126 Imperiales contractus † vicem legis obtinent, & nulla extrinſeca opitulatione egent, vt inquit *Iuſtinianus in l. Donationes quas Diuus C. de Donat. inter vir. & vxor.* Idcirco principum donationes ſta-
127 tim donatariorum † acceptatione quæruntur, vt dicunt *Ludouic. Roman. & Franciſcus Aretinus in l. qui abſenti, ff. de Acquir. poſſeſſ. Curt. Senior. in conſ. 4. in fin. in conſ. 64. Andr. Alciat. in conſ. 34. nu. 25. vol. 2.* quos refert, & ſequitur *Anton. Heringius de Fideiuſſor. cap. 6. numero 11.* Concluſiuè id probare, nequaquam poſſum, vt credam, quòd ſi Im-
128 perator, Rex, † vel alius ſui Iuris Princeps faceret alicui donationem, cogatur, Donator, vel Donatarius ad ſuum inferiorem Iudicem adire, vt velit donationem principalem confirmare, quia præpoſterè procederet, vt minor maioris ſui acta cognoſceret, contra multas Iuris traditiones, quas ne diutius his immorer omitto. Quæ ex proximè dicendis fomentum maius accipient.

QVARTO Caſu, Donatio, quæ fit Eccleſiæ, vel alteri loco pio, quamuis excedat ſummā quin-
129 gentorum aureorum, Inſinuationem † non exigit, *arg. l. Illud*, vbi hoc voluerunt *Bart. & Arberic. de Roſate C. de ſacroſ. Eccleſ.* quod ante eos voluit *Placentinus in ſumma Codicis, lib. 8. titul. 57. col. 3. verſ. Ecce enim donatio. Azo in ſumma ſua Cod. libr. 8. titul. 53. col. 3. verſ. licet autem*, qui licet non ſpecificet Eccleſiam, dicit, ſi fiat cauſa pietatis, & ad pios vſus, dicit etiam *Specul. in titul. de Inſtrumentor. editione, §. porrò, num. 7. in finalibus verbis, & poſt Pyleū in q. 123. Ioan. And. ad Specul. in dicto, §. porrò in Additione. in verb. Illud. Iacob. de Belvis. in §. ſi minus. Auct. de non alien. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in c. fin. extra de Fide Inſtrum. Ioan. Andreas Anton. de Butrio, & Ioan. de Imol. in c. ad hæc, de Teſtam. Petr. de Anchar. in c. Canonum ſtatuta, col. 22. de conſt. Abb. Panormitan. in c. Relatum, de Teſtam. Felin. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, nume. 82. de conſtit.* vbi plures allegans dicit hanc eſse communem ſententiam. *Ioan. Calderin. in conſ. 3. tit. de donat. Antonius de Canario in tract. Inſinuationum q. mihi 41. ex antiqua impreſſione Papienſi. Ripa reſponſorum, lib. 3. cap. 11. nu. 10. Matth. Matheſilan. in Notabil. 170. incip. nota quòd*

leges.

leges. Iacob. Philipp. Portius in dicto libr.1.concluſio. 40. & Anton.Gabriel.in dicto lib.3.tit.de donationib. concluſ.1.num.28. qui multos cum ſupradictis enumerant, ſed, & *Marian.Socin.Iunior,in conſ.82.nu. 31.vol.4.* dicit hanc eſſe communem opinionem, quam tenet *Angel de Clauas.in ſumma,§.Donatio, ſub,num.20. Anton.Faber in Codice Fabrian.libr.8. tit.34.definit.12.num.1.2. Nicolaus Vigell.in deciſio. 34.centur.2.*

130 CONTRARIVM verò, quòd etiam † donatio, quæ fit Eccleſiæ, vel alteri pio loco, debeat inſinuari, voluerunt *Bald.Salycet. Paul. de Caſtr.in dicta l.illud,poſt gloſſ.in §.ſi minus.Auct. de non alienand.* quam ibi ſequitur *Bartol.* & idem voluit *Lud. Roman.in repet.Auct.ſimiliter,* in ſpeciali piæ cauſæ inter contractus, 16. *C. Ad leg.Falcid.& Alexandr. Calcan. & Ruin.* quos allegant *Portius in dicta concluſ.40.ſub ſecunda limit.verſ.contrarium tenuit, & Gabrieli,in dicto titul.de donationibus, concluſ.1.ſub nu.29.verſ.contrarium tenuit.*

PRIMA tamen opinio tamquam communis,
131 & maiori doctorum numero comprobata † ſequenda videtur,quam vltra allegatos ſupra.*Petrus Rebuff.in tract.de priuilegijs ſcholarium Priuilegio. 64.* quod voluit etiam plures allegans *Andr.Tiraquell.in tract.de Priuilegijs piæ cauſæ. Priuilegio.124. Petrus Duen in regul.224.nu.6.verſ.ſexto fallit. & Horatius Lucius. de Priuilegijs ſcholarium. Priuilegio 23.*

ADVERTENDVM tamen arbitror,quòd aliqui,quos allegaui in prima parte huius concluſionis ſunt adducti etiam per *Portium, Duennam,&*
132 *Gabrielium,* † quorum aliqui non loquuntur in ſpecie de donatione facta eclceſiæ,ſed aliarum cauſarum piarum, clericorum, & aliorum, præſertim vbi allegatur *Alexander in conſ.210.vol.2.Socin.in conſ.115.vol.4.Calcaneus,& alij.* Secundo dum per omnes allegatur *Bart.in dicta l.Illud,nu.....C.de ſacroſanct.eccleſ.* quòd tenuerit primam opinionem,
133 quòd in donatione facta eccleſiæ † non ſit neceſſaria inſinuatio,*& Abbas Panormit.in c.Relatum,1. nu.4.de Teſtament.* quo in loco dicit *Bartol.* in locis debitis,& congruentibus,*ſcilicèt in l.ſancimus,& in l pen. C. de donat.* non tractaſſe hanc quæſtionem, ſed in loco extraneo, *in dicta l. Illud,* ità declarando dictum illius,dicit ſibi placere,& multi laudant
134 dictum Abbatis,† præſertim *Felin. in dicto c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,* & vti illum allegant *nu.82.* ità illum ego allegaui,quia in dicto *nume.82.* nihil de
135 hoc dicit *Felin.* ſed tantum,*n.100.† verſ.Primum eſt,quòd ſi lex,* vbi inter alios ſequitur *Bart. in dicta l.Illud,& Abb. in dicto c. relatum.* Modò cum bona
136 Venia *Abbatis,* Dico † quòd *Bart.* optimè proceſſit,qui tractauit hanc quęſtionem in loco opportuno in Commentarijs primorum Titulornm Codicis,quo in loco,cum dixiſſet opinionem ſuã, quando poſt modum per multos annos eſſet in commẽtando Titulum de Donationibus propè finem Codicis,noluit iterum repetere,quod antea dixerat *in dicta l.Illud,* & cum probaſſet *gloſſ.* dicentem Donationem Eccleſiæ factam egere inſinuatione. Nõ poteſt argui de contrarietate, quia *in dicta l. Illud,* probauit opinionem veram, quòd pro octingentis ſolidis donatio eccleſiæ fieri poteſt ſine inſinuatione, intelligendo, quod octingenti ſolidi faciunt
137 ſummam ſolidorum quingentorum,† ſequendo opinionem *Angeli,* & tot Iuriſconſultorũ, quorum verba retuli *ſupra hoc eodem Titulo. Verſicul.Quingentorum,nu.64.65.* vbi dicta *Ioacchim.Minſyngeri, & Andr. Gail. Aſſeſſorum Cameræ Imperialis,* dicentium, non ſolum cum octingentis, ſed cùm mille,& ducentis, & cum bis mille non compleri ſolidos quingentos antiquos, & ità quoad Inſinuationem Imperialem Cameram obſeruare, & idcirco Bartoli dictum quòd donatio octingentorum aureorum Eccleſiæ facta non eget inſinuatione cum ſit intra ſummam permiſſam.

ECCLESIIS per Imperatores, Reges, ac
138 Principes ſui iuris poſſe fieri donationes † ampliſſimè ſcripſi *in coumentarijs de Feudis, ac titulis dignitatum lib.3.cap.3.* ibidem lectores remitto.

QVINTO Caſu, Donatio ob cauſam ad
139 quamcunq; quantitatem aſcenderit,non eget † inſinuatione. *Bartol.in l.Aquilius Regulus,num.3.& in l.ſi pater,§.ſi aliquem,ff.de Donat. Angelus,& Ioan.de Imol.in dicta l.Aquilius Regulus. Angel. in conſ.179. incip.Viſis prædictis Inſtrumentis,col.4. Oldradus in conſ.139. Incip. Ad habendam aliqualem, numer.14. verſicul. Nonum eſt quòd iſte. Anto.de Canario in tract. de Inſinuationibus,q.mihi 35. Alexand.in conſil. 12. Incip. Viſo Inſtrumento donationis,col.2.verſicul. Præterea etiam ſtatuto,volum.1.& in conſ.113.incip. Perſpectis his, quæ narrantur, num.31.verſ. Nec obſtat etiam ſi contra, vol.6.& in conſ.217. incip. Ponderatis his, quæ in themate,col.2.verſicul. & non requiritur,eod.vol.6. Petrus Iacob. in Practica titul.de de condictione ex lege,col.3. Bartholo. Socinus in conſ. 48. incip.In præſenti conſultatione, col.fin.verſ.ſecundo eſt aduertendum, vol.1. Hieronym.Gratus in conſ. 7.col.Vltim.Franciſ.Aretinus in conſ.2. Intellecta diligenter col.2. verſ.ex ſecundo etiam capite in conſ.17. conſideratis diligentiſſime, col.3.verſic. Præterea iſta non eſt ſimplex. Ioſ.n.in conſ.154. col.penult. verſic. non obſtat aliud,vol.2. Carol.Ruin.in conſ.126.col.4. in conſ.182. num.13. vol.1. Marian. Socin.Iunior in conſ.77.numer.152. vol.1.* vbi dicit eſſe communem opinionem. *Auguſtinus Berous in conſ.50. num.50. in conſ.53. num.17. vol.1. Cardinal. Pariſius in conſ. 16. num.25. cum pluribus ſeqq. vol.2. Ioan.Cephal. in conſ.272.nume.130.vol.2. Riminald. Sen. in conſ. 409.num.26.in conſ.511.num.15.vol.3.Iulius Clarus in §.Donatio, q.16.verſ.ſed quid dicendum Andr. Tiraquell.in l ſi vnquam,in verb.Donatione largitus, num.143. C. de Reuocat.Donat. Portius commun.concluſ.lib.1.concluſ.40.verſ.Decimo quarto limita. Ant. Gabriel.commun.opin.lib.3.tit.de Donationibus, concluſ.1.num.65. verſ. Decimo quinto limita. Siluester. Aldobrandi. in conſ.108.nu.10.14.* ità decreuit *Capella Tholoſan.in deciſ.381.incip. Item fuit quæſitum, an Donatio ob cauſam.* Et ſimiliter Senatus Portugal-

galliæ, *vt per Antonium Gammam in decis. Lusitan.* 172. *sub num.* 3. *& in decis.* 302. *num.* 7. *Petr. Anton. Anguisol. in cons.* 1. *num.* 9. *lib.* 2. *Guidus Pancirol. in cons.* 53. *nu.* 18.

140 AMPLIA etiam si sit donatio ex causa † de futuro non indiget insinuatione, *l. fin. C. de donat. ante nupt. Gloss. in l. fin. in princip. C. de Iur. dot. Carol. Ruin. in cons.* 52. *num.* 8. *in cons.* 126. *num.* 8. *volum.* 1. quos sequitur *Iason. Cephal. in cons.* 454. *numer.* 65. *volumine* 4.

SEXTO Casu, Donatio remuneratoria excedens quantitatem solidorum per leges statutam,
141 etiam non insinuata subsistit, † cum sine illa fieri valeat, *vt in dicta, l. Aquilius, Regulus, vbi gloss. & l. si pater, ff. eod. tit. l. fin. vbi gloss. in verb. obseruatione C. de Iure dot. Cyn. in l. vt liberis C. de collat. Bartol. in dicta l. Aquilius Regulus, vbi Ioan. de Imol. Bald. in l. Illud, num.* 8. *vers. Quarto quæro C. de sacros. Eccles. in l. si donatione, sub num.... C. de Collat. in l. si mortis, nu.* 5. *versic. Quæro, an donatio C. Ad leg. Falcid. Angel. in cons.* 179. *Incip. Visis prædictis Instrumentis, col.* 6. *vers. venio ad tertium principale. Ludouic. Roman. in cons.* 26. *incip. Pro decisione, numer.* 3. *versic. His tamen non obstantibus. Alexand. in cons.* 216. *incip. Nec arguendi sumus, col.* 1. *vers. sed ità est, quòd concessio, vol.* 2. *in consil.* 21. *incip. Attentis his, quæ in Instrumento, col.* 2. *vers. fuit hoc etiam de mente, vol.* 3. *Portius in dicto lib.* 1. *conclus.* 40. *versic. Decimo tertio limita. Gabriel. commun. opinionum, lib.* 3. *titul. de donat. conclus.* 1. *num.* 60. *Antonius Faber in Codice Fabri. lib.* 8. *tit.* 28. *Defin.* 3. *num.* 1. *Angelus de Clauasio, in summa, §. Donatio, sub numero* 20. *Thomas Ferratius in cautela* 33. *Angel. Gambilion. in cons.* 9. *nu.* 2. *Ioã. Cephal. in cons.* 454. *num.* 67. *vol.* 4. *Gulielm. Cnutil. in cons. Cantiunculæ, cons.* 35. *num.* 57. *Stephe. Aufrer. ad Capell. Tholosa. in decis.* 381. *incip. Item fuit quæsitum an donatio ob causam, in fin. additionis. Guido Papæ in decis. Delphi.* 95. *Ant. Gamma in decis. Lusitan.* 213. *Iacob. Tomingus, in decis. Lypsiæ.* 8. *nu.* 28. *Ioã. Lopez in Rubr. de Donat. inter vir. & vxor. §.* 50. *nu.* 8. *Angel. Gambil. in cons.* 9. *nu.* 2.

DECLARA an merita probentur instrumento donationis, & quæ requirantur *dixi supra*
142 † *Titul.* 9. *de Donationibus inter virum, & vxorem; inter patrem, & filium, versicul. Declara Tertio posse patrem, num.* 165. *cum pluribus seqq. hoc tomo* 3. vbi dixi ne iterum hic repetam, ibi videatur.

SEPTIMO Casu, in donatione dotis causa, etiam si excedat summam legibus destinatam,
143 † non requiritur insinuatio, *l. fin. vbi gloss. post Hug. in verb. indigere C. de iur. dot. l. fin. C. de Donat. ante nupt. & Salycet. ibidem Portius conclus. commun. li.* 1. *conclus.* 40. *vers. sexto limita. Laurent. Calcan. in cons.* 13. *col.* 3. *Ant. Gabriel. lib.* 3. *tit. de Donat. conclus.* 1. *num.* 36. *vers. sexto limita. Petrus Duennas in Regul.* 224. *versicul. limita.* 1. voluit *Ioã. Lopez de Palatios Rubios in rubr. de Donatio. inter virum, & vxorem, §.* 50. *num.* 2. *vers. Non obstat si dicatur.* Nec est mirum, quia est priuilegium dotale, *vt per Baldum Nouellum de priuilegijs dotalibus, parte* 6. *Priuilegio octuagesimo Ioã. Berber. in viator. iuris, parte* 2. *rub.* 4. *de Donatio. num.* 7. *Ant. Gubert. de sponsalib. & matrimonijs, titulo de Dotium singular. versic. Primo donatio, cum alijs, quæ dixi supra tit.* 5. *vers. Vigesimum nonum, num.* 216. *& post Francisc. Areti. in cons.* 17. *nume.* 9. *& Decium in cons.* 414. *num.* 15. voluit *Ant. Gamma in decis. Lusitaniæ* 120. *num.* 1. *& in dec.* 163. *sub num.* 3. *in decis.* 213. *num.* 1. *in decis.* 348. *nu.* 5. 6. voluit nouissimè *Marc. Anto. Peregr. in cons.* 76. *nu.* 35. *vol.* 1. Quæ conclusio procedit tam si donatio dotis fiat à patre, quàm ab extraneo, præter quam à marito, vt voluit in loco allegato *Ioã. Lopez in dicto, §.* 50. *num.* 2. *Marc. Ant. Peregr. in cons.* 76. *supra allegato, num.* 35. *Ant. Canar. de Insinuationib. q. mihi* 37. *Ant. Faber in Codice Fabria. lib.* 3. *tit.* 20. *defin.* 6. *numero* 14. dum dicit illorum ita seruare solitum in contractu matrimonij.

AMPLIA idem procedere in augumento do
144 tis, vt non requiratur insinuatio, † vt doctissimè, & eleganter tradidit *D. Seraphinus Oliuarius in decis. nouissima. Roma.* 125. *num.* 7. *vers. His tamen non obstantibus, vol.* 1.

OCTAVO Casu, donationem propter nu-
145 ptias non egere insinuatione, nec † ante nuptias, *l. sancimus, §. alias, §. His insuper C. de Donationibus. Auct. Eò decursum C. de donat. ante nupt. Placenti. in summa Codicis lib.* 8. *tit.* 57. *vers. Item donatio. Azo in summa, lib.* 8. *titul.* 53. *col.* 2. *vers. vt si fiat donatio propter nuptias. Bartol. in l. cum multæ in princ. C. de donationibus ante nupt. Ant. de Canario in tractatu Insinuationum, q.* 37. *Portius commun. conclus. libr.* 1. *conclus.* 40. *vers. tertio limita. Ant. Gabriel, libr.* 3. *tit. de Donationibus, conclus.* 1. *num.* 32. *Angelus de Clauasio in summa §. Donatio, sub num.* 20. *vers. Quintus Quamuis ex diuersitate consultationum, & occurrentium casuum alio modo distinguant, & intelligant Cardinal. Parisius in cons.* 16. *numer.* 26. 27. *vol.* 2. *Ioan. Cephalus in cons.* 598. *num.* 10. 11. 16. 17. *vol.* 4. Qui
146 discedere videntur ab intellectu, quem † tradiderunt supradicti Magistri antiqui, à quibus ego non discedo. Quinimmo non obstante constitutione Henrici secundi Regis in Gallia mandante omnes donationes Insinuari fuisse obseruatam vsq; ad an-
147 num 1566. sed postmodum in supremo † Tholosano Senatu in donatione propter nuptias donationem fuisse confirmatam nõ obstante, quòd carreret insinuatione scribit *Gerardus Maynardus in decis. Tholosa.* 58. *lib.* 2.

NONO Casu, reciproca donatio, non eget insinuatione, quia non dicitur vera, & simplex
148 donatio, quia ad inuicem fit, vicissitudinaria † inter ipsos, facta dicitur potius contractus do, vt des, ac permutatio quædam, compensationem appellat Iurisconsultus, *in l. Quod autem, §. si vir vxori, ff. de Donat. inter virum, & vxor.* & permutationem dicit *Accursius ibi in verb. Donationum, arg. l. sed, & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæredit. iuxta doctrinam Oldrad. in cons.* 139. *incip. Ad habendam. Ioan. Andreas in addit. Specul. in tit. de Instrument. edit. §. Porro. Angel. in cons.* 179. *incip. Visis predictis instrumen-*

mentis. *Alberic.& Salycet.in l.fin. C. de Pact.vt de donationibus factis inter Nicolaum, & Guidonem* dixit *Ludouic.Roman.in conf.26. incip.pro decis.nu.3. Alexand.in conf.83.incip.Visa facti narratione,col.6. vers.& omissis non necessarijs,vol.2.& in conf.20.incip. Ponderatis his,col.2.vers.Est enim attendendum, vol.3.Decius in conf.202.incip.vt præsens consultatio, num.5.vt post Bartol.in l.Aquilius Regulus,num.3.ff. de donat.& Alexandr.in l.licet,col.Vltima C.de Pact. & Iaso.in l si pater puellæ,num.3.C.de Inofficios.testa.* voluit *Iacobus Tomingus in decis. Lypsensi 8.sub nu. 28.Ioan.Cephalus in conf.396.nu.44.vol.3. Ant.Faber in Codice Fabri lib.8.Tit.36.Defin.4.nu.2.*

DECIMO Casu, Debitum soluens, ac debiti solutio summam excedens quingentorum au-
149 reorum,& si fiat Titulo † donationis,non insinuatur, *arg.l.Hoc iure,§.si quis seruo,ff.de donat.* vbi habetur quòd debitor soluens pecuniam creditori, non dicitur donare, *vt ibidem gloss.* annotauit, *in verb.non erit.* Quia donari dicitur, quod nullo iure cogente conceditur, *l.Donari,ff.de Donat.& l.Donari, ff. de Regul.Iur.* proinde optimè dicitur, solu-
150 tionem debiti, non requirere † insinuationem, vt inquit *Augustin. Berous in conf.56. numer.10.11. vol.1.* quia nunquam præsumitur donatio, vbi alia
151 † coniectura sumi potest,*l.cum de indebito,in princip.ff.de prob.* faciunt scripta *Iacobi Menoch. de Arbitrar. Iudic.quæst.lib.2.Centur.1.casu 88. num.43. & de Præsumpt.lib.3.Præsumpt.71.nume.2.* quos sequitur *Marc.Ant.de Amatis, in decis. March.28.nu. 28. Ant. Faber.in Codic.Fabria.lib.4.tit.22.Defi.5. num.12.13.14.*

VNDECIMO Casu, Quando facta est do-
152 natio coram Iudice,quia tunc habet vim † ac si esset insinuata,*arg.l fin.C. de Predijs Decurionum,lib. 10. l. omnium, vbi DD. C. de Testament. l.Sancimus C.de Donat. Bartol.in l.Modestinus, sub num.3. ff. de donat. Alexander,in conf.20.incip. Actentis his,vol. 3.* plenè *Portius in dicta conclus.40. vers. Decimo,limita. Ant.Gabriel,in dicto titul.de donat. nu.46.47. cum alijs allegatis per Petrum Duen. in Regul. 224. num.8.vers.Octauo limita. Ant.Capic.in decis.Neapol.203,num.13.*

DVODECIMO Casu, Donatio inter pa-
153 trem,& filium etiam si excederet numerũ † quingentorum aureorum, non eget insinuatione, vt ex multis concludit *Decius in cons.414. incip. Viso eleganti consilio,col.final.* quem sequitur *Ioan.Cephal.in conf.61.nu.21.vol.1.*

DECIMOTERTIO casu, donatio à patre facta filio in præmium emancipationis valet vsque ad legitimam,*quod ex Specul.in Titul.de donat.§.in hac materia,nume.3.vers.Quid si pater emancipans,* dicit *Bald.in l.Illud, nu 7.vers.Tertiò si pater donat. Sed Specul.* dicit de patre donante portionem, suam filio suo, non esse necessariam insinuationem ex aliorum traditione, quia est solutio debiti, non donatio, ad quod dixi *supra proximo, vers.Decimo casu,num.149.* Verum concludit *Specul.* quòd vsq; ad
154 debitum bonorum subsidium non requiritur † insinuatio, & in excessu,*& ità residet Capella Tholosan. in decis.460. incip. Item fuit quæstum, an donatio per patrem,* vbi *Stephan.Aufrerius* plures alios retulit. Ego aliter considerandam quæstionem arbitror,
155 quia si in alijs † ad summam vsq; quingentorum solidorum donatio valida est, & in excessu datur nullitas, in quæstione proposita non resultaret speciale aliud, nisi quando bonorum subsidium ascenderet ad maiorem ducatorum quingentorum summam. Et reliquam summam superfluam solam di-
156 cerem velle ascendere ad summam † valoris quingentorum Aureorum, non autem eam computandam fore, cum quantitate debiti bonorum subsidij, & de hac quæstione tractant *Portius,& Gabrielius in locis supra allegatis, & Ant. Canarius de Insinuatione,q.50.*

DIXIMVS hoc casus, qui quotidiano vsu solent sæpius occurrere, sunt verò plures alij, puta
157 in redemptionem † captiuorum. Item in alimen-
158 ta † pauperum; Item futuri temporis donatio vsu
159 rarum. Item in reparatione † domorum,& eccle-
160 siarum exustarum. Item in donatione † quæ fit
161 militibus fortissimis à Magistro equitum,† & Militum. De quibus non fit insinuatio, vt concordes sunt *Placentinus in summa Codicis,libr.8.titul.57.& Azo in eodem lib.8.tit.53. Angel.de Clauaso in summa,§. Donatio,sub num.20. Anto.de Canario de Insinuation.q.43.agit de vsuris. Ant.Gabriel.lib.3.tit.de donat.conclus.1.per totum. Iacobus Philippus Portius lib.1.conclusion.40.per totam. Petrus Duen. in Regul. 224.per totam.*

DECIMOQVARTO casu, quo fieret donatio, etiam per patrem in matrimonio filij, quia
162 † si esset excessus solidorum quingentorum, vt supra diximus ex causa dotis, & donationis propter nuptias,non exigitur insinuatio, eodem modo,nec
163 ex causa matrimonij, quòd maioris † est ponderis,ad quæ concinit *Iacob.Menoch.in conf.962.num. 18.vol.10,Vincenti.de Franch.in decision.205.per totam,* quos sequitur *Ioann. Baptista Costa de Facti scient.& ignorantia.inspectio.14.sub n.5. & seq.Ioan. Francisc.de Ponte in conf.25.nu.2.vol.1.Ioan.Franciscus del Castillo in decision. Siciliæ 51.num.8.Ioan. Baptista Thorus in Compendio decision. Neapol. in §. donationes factæ. Franciscus de Amicis,in ca.1.de his qui feud.dare possunt,§.Nolui tamen fol.215.*

ARGVMENTVM.

Donationes causa mortis propter ingratitudinem donatarij reuocantur, quod ius non transit ad hæredes, quando donator in vita tacuit, nisi probaret statim post ingratitudinem, testatorem vita functum esse, vel ad animum reuocasse. donationes verò inter viuos perfectæ regulariter non reuocantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Donationum magna seges est, & multas habet difficultates, & quæstiones, quæ vndè nascantur, & ortum habeant, referuntur.*
2 *Materiam donationũ exactissimè tractarunt Ioannes Franciscus Ripa, & Andreas Tiraquellus.*
3 *Constantinus, & Iustinianus Imperatores leges constituerunt contra ingratos Donatarios, nu.* 4.
5 *Ingratitudinum causæ in donatione, nu.* 6. 7. 8.
9 *Hæres donantis, an habeat potestatem reuocandi donationem ex causa ingratitudinis.*
10 *Beneficium reuocandi donationem ex causa ingratitudinis an transmittatur ad hæredes, nu.* 11. 12. *&* 13.
14 *Vasallus ingratitudinis causam committens erga Dominum, an priuetur feudo?*
15 *Si Dominus viuens non egit pro ingratitudine vasalli, an possit hæres agere? nu.* 16. 18. *&* 19.
17 *Magister iurium Feudalium Andreas de Isernia.*
20 *Ingratitudinis vitium à primi, & largis mundi primordijs seuerè punitur.*
41 *Lucifer punitus ob ingratitudinem.*
22 *DEVS Angelis peccantibus non pepercit, de quo Ioannes Antonius Panthera pulchrè inuehit, numero* 23.
24 *Adam simulachrum DEI appellat Lactantius, nu.* 25. *&* 26.
27 *Laban officia, & filiorum contra Iacob, nu.* 28.
29 *Romanæ Reipublicæ in Camillum Scipionem, Nasicam, & Lentulum ingratitudo.*
30 *Philippi Regis Macedonum in ingratos punitionis exempla, nu.* 31.
32 *Donationes inter viuos perfectas regulariter reuocari prohibitum.*
33 *Donationes mortis causa fuere, in quibus clausula apposita est, quòd nullo modò possit reuocari, an reuocabiles sint? si in illis mortis mentio fiat? nume.* 34. *&* 35.

TITVLVS DVODECIMVS.

De Reuocandis donationibus.

MAGNA, ac longa seges est donationum, ità vt rectè dicat *Nicolaus Valla de Rebus dubijs Tractatu* 2. *in princ.* dum
1 inquit, quam †quidem donationum materiam, ausim affirmare, plus habere difficultatis, propter ius varium, diuersasque, tum sanctiones, tum consuetudines, & varia, pugnantiaq; iudicata, quàm ipsos tractatus Substitutionum, vel iuris accrescendi, & si quid obscurius istis, & ideo opere præcium facturus est, quis quis hauc donationum materiam benè tractauerit, atq; accuratè explicauerit. *Hæc Valla*. Propterea, cum per quatuor Titulos de illa dixerimus, hæc quinto loco de illarum reuocatione tractabimus, paucaq; dicentes quoad reuocationem ob susceptionem liberorum, quo ad materiam, *l. si vnquam C. de Reuocandis Donationib.* quàm †optimè enuclearunt inter
2 cęteros *Ioan. Francisc. Ripa, atq; vltimo loco Andreas Tiraquell.* post quos difficile erit, rem aliquam ab illis intactam, reperiri.

IMPERATORES Constantinus, & Iustinianus erga Donatarios ingratos rectè cauerunt à Donantibus posse reuocari, Isti enim cauerunt
3 tribus †ex causis, matrem, quæ filio donasset, & post transitum ad secundas nuptias, posse ingratitudine reuocare, prima si vitæ illius esset insidiatus. Secunda si manus impias in eam intulerit; Tertia si totius substantiæ iacturam molitus esset, *vt in Auct. de Nuptijs, §. mater tamen. Et l. His solis, & in Auct. Quod mater C. de Reuoc. donat.* Sed
4 idem Iustinianus, Donationes †legitime factas, firmas, & illibatas manere, si donationis acceptor circa donatorem ingratus non inueniatur, ità vt iniurias atroces in eum effundat, vel manus impias inferat, vel iacturæ molem ex insidijs suis ingerat, quem non leuem sensum substantiæ donatoris imponat, vel vitæ periculum aliquod ei intulerit, vel quasdam conuentiones, siue in scriptis donationi impositas, siue sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minimè implere voluerit, de quibus habetur per Iustinianum *in l. fin. C. eod. tit. & in §. sciendum est tamen, vbi Accursius, in verbo. Ex causis. Inst. de Donat. & habetur in §. prædictis modis beneficium. Quæ fuit* 1. *causa beneficij amittendi, ibi.* Et donationes Iure perfectæ reuocantur. *Vndè Gregorius Nonus Summus Pontifex*,
6 inquit. Propter eius †ingratitudinem, in quem liberalitas est collata donatoris persona de Rigore iuris eam potuit reuocare, Si fortè in ipsum impias manus iniecerit, Aut sibi atroces iniurias, seu graue rerum suarum damnum, vel vitę periculũ inferre præsumpserit, *vt in c. fin. extr. de Donationibus* de his ingratitudinum causis *in dicta l. fin. tractarunt summariè Bartol. & Bald. vbi Albericus* scribit conti-
6 neri his versiculis †antiquo more compactis videlicet:

Quinque modis perdo, mihi, quæ donata fuere,
Infero si damnum grauiter donantis in ære.
Si per me sit huic atrox iniuria facta
Et sua persona manuali vulnere tacta
Quando suæ vitæ crudeliter insidiabor
Ingratum factum, dic me, si me si fregero pactum.

Ioan. Francisc. Ripa in repet. dictæ, l. fin. in princip. ipse fecit †alios versiculos, scilicet.
7

Donator, non etiam eius hæres ab ingrato donata
Iure repetit, ingratũ faciunt atrox iniuria, damnũ,
Impia dextra, fides fracta, pericula necis.

Doctores veteres de eisdem ingratitudinis causis scipsere *Placentinus in summa Codicis, lib.* 8. *tit.* 59. *Azo in summa sua lib.* 8. *tit.* 55. *col.* 1. *vers. Vbi autem ex ingratitudine, Practica Papiẽs. in Forma libell. quo agitur ex donatione in verb. irreuocabiliter, nu.* 1. *cum pluribus seqq. Ioacchim. Mynsinger. in dicto* §. *sciendum est tamen nu.* 1. enumerat causas similiter. *Iacobus Menoch. de Arbitrar. iudic. quæst. lib.* 2. *cent.* 2.

casu

casu 130. *Hermanus Vulteius Iuris prudentiæ Roman. lib.* 1. *cap.* 76. *versicul. Quæ tamen donatarij. Ioan. Ferrarius Montanus institutionum, lib.* 2. *titul.* 7. *col. fin. versic. Postremo aduerte. Federicus Scotus in cons.* 16. *num.* 10. *lib.* 2. *tomo* 1. *Fabius Turrett. in cons.* 98. *num.* 8. *volum.* 1. tangit *Achill. Pedrocc. in cons.* 18. *num.* 27. *Quintilianus Mandosius in tract. ingratitudinum, cap.* 117. quem sequitur *Ioan. Baptista Costa de Facti scientia, & ignorantia, distinct.* 53. *num.* 18. *centur.* 1. *Ludouic. de Molina de Hispanor. Primogenijs lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 31. *Iulius Clarus in* §. *donatio, q.* 21. *in princip. Petrus Nicol. Mozzius de contractibus, titul. de donation.* §. *Quomodo annulletur, & reuocetur donatio, num.* 20. *Sebast. Medices, de Acquirendo rerum Dominio parte* 1. *Gloss.* 2. *num.* 416. *Ioan. Berberij in Viatorio iuris, parte* 2. *titul.* 6. *num.* 1. 2. *Hieronym. Treutler. Disputationum Selectar. parte* 2. *disputat.* 19. *Thesi* 7. *Matth. de Afflict. in decis. Neopol.* 264. *sub num.* 48. *cum alijs allegatis per Petrum Cenedo collectaneor. Iuris Canonici parte* 2. *collectan.* 47. *num.* 1. *Marc. Anton. Peregrinus de iure Fisci, lib.* 2. *titul.* 8. *nu.* 6. 11. *Anton. Faber in Codice Fabr. lib.* 9. *titul.* 5. *defin.* 4. *nu.* 4. *Daniel Venatorius in Analysi iuris Pontificij, libr.* 3. *titul.* 24. §. *quæ pugnantia, Franciscus Hotomanus in Commentar. feudor. lib.* 2. *titul.* 23. §. 1. *in verb. egregiæ.*

SEXTAM ingratitudinis causam, ex qua reuocari potest donatio, dico esse si donatarius in-
8 tra annum † luctus adulterium commiserit cum vxore donatoris, committens stuprum cum adulterio præsumpto, quia reuocatur donatio. *Ripa. in dicta l. fin. q.* 61. *nu.* 207. quem sequuti sunt. *Roland. à Valle in consil.* 86. *nu.* 39 *vol.* 2. *Ioan. Baptist. Costa de Facti scient. & ignor. cent.* 2. *didist.* 12. *nu.* 19.

INTELLIGE eandem facultatē tributam donanti, vt possit ob aliquam causarum ingratitudinis occasionem, non esse concessam hæredi do-
9 nantis, † vt in specie dicit, *text. in dicta l. fin. C. de donat.* dum inquit, Hoc tamen vsq; ad primas personas tantum modo stare censemus, nulla licentia concedenda donatoris successoribus huiuscemodi querimoniarum primordium instituere, etenim si ipse, qui hoc passus est, tacuerit, silentium eius maneat semper, & nō à posteris eius suscitari conceditur, vel aduersus eam, qui ingratus esse dicitur, vel aduersus eius successores. Eodem modo dicit *Pontifex in dicto c. fin. de donat.* Quod tamen (inquit) ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores. Vndè quòd beneficium reuocandi
10 donationes † non transmittitur ad hæredes dixit *Practica Papiens. in forma libelli qua agitur ex donatione. in verb. irreuocabiliter, sub nu.* 1. *& Ludou. Roman. in cons.* 26. *incip. Pro decisione, sub nu.* 10. *Antonius Faber in Codice Fabrian. lib.* 8. *titul.* 36. *defin.* 13. *nu.* 1. *Guido Papæ in decis. Delphinal.* 214. *num.* 1. *Antonin. Thesaurus in decis. Pedemontan.* 124. *nu.* 2. *& antea in decis.* 121. *sub nu.* 1. *vers. probatur præterea. Petrus Gregor. Sintagmat. iuris Vniuersi, lib.* 28. *cap.* 15. *sub nu.* 8. *Marian. Socin. Iunior. in cons.* 89. *nu.* 29. *vol.* 3. *Iosephus Ludouicus in decis. Perusin.* 93. *nu.* 40. *cum pluribus seqq.* hoc antea dixerat *Philippus Imperator in l.* 1. *in fin. C. de Reuoc. donat.* vbi de iure
11 † reuocandi loquens inquit, Hoc tamen ius stabit inter ipsos tantum, qui liberalitatem dederint. Cęterum, neque filij eorum, neque successores ad hoc beneficium pertinebunt. Neque enim fas est nullo modo inquietari donationes, quas is, qui donauerat indicem vitæ suæ, non retractauit.

TEMPERANDA est conclusio proximè tradita, secus esse si hęres probauerit donatorē defunctum, vel statim, quo tempore fuit informatus ingratitudine è vita discessit, nil ipse viuens, ingratitudinem & illius causam, & nullam de illa
12 notitiam † habuit, quia eo casu hæres agere posset ingratitudinis donationem reuocando, quòd optimè tradidit, & corroborauit. *Ioannes Franciscus Ripa in dicta l. final. q.* 61. *num.* 205. *versicul. Sed quid si non potuit.* quem refert, & sequitur *Ioan. Baptista Costa de facti scientia, & ignorantia distinctio.* 53. *num.* 14. *centur.* 1. fuit tamen istud originale dictum *Ioan. Andr. Petri de Anchar. in dicto c. final. de donat.* quod, & voluit *ibidem Abb. Panor. num.* 7. 8. *Alexand. in l. Rei iudicatæ, num.* 5. *ff. solut. matrim. Ioan. Faber, in* §. *sciendum est, num.* 1. *cum pluribus seqq. de donat.* dū dicit, quòd si citò mortuus fuerit,
13 sicq; † conqueri non potuit, videtur hæredes eius posse agere. *vt ff. de confirmand. Tutore, l. in confirmando, l. vtilitatem.* Idem voluit *Mysing. in dicto* §. *sciendum, nu.* 4. *Hippolyt. Riminald. in* §. 1. *num.* 575. *Inst. de donat.*

IN FEVDIS Vasallus ingratitudinis causam cōmittens erga Dominum, ab illo feudo pri-
14 uabitur † *Curtius in tract. Feudorum, parte* 4. *nu.* 1. *Matth. de Afflict. in c.* 1. §. *fin. nu.* 104. *Quib. Modis feud. amittat, & in decision. Neap.* 265. *num.* 48. *Ripa in dicta l. fin. num.* 2. *arg. cap.* 1. §. *porrò, quæ sit prima causa feud. Martinus Laudens. in c.* 1. *de Feudo Guardiæ, num.* 8. *in cap.* 1. *num* 4. *in quib. caus. feud. amittat.* ante ipsos omnes. *Iacobus Ardizonus in summa Feudorum, cap.* 55. *incip. cum prædictum est. Petrus de Bella Pertica in Tract. Feudor. titulo* 9. *numer.* 6. *Gulielmus Hannetonius iuris Feudor. lib.* 3. *capit.* 1. *Franciscus Sonsbeccius in Commētar. ad vsus Feudor. parte* 12. *num.* 10. *Francisc. Hotoman. in disputation. Feudistica, capitulo* 41. *& in commentarijs Feudorum, libro* 2. *titul.* 23. §. 1. *in verb. Egregiæ. Nicolaus Intrigliol. de Feudis. quæst.* 73. *part.* 1. *Francisc. Duarenus in consuetudin. Feudales, capitulo decimoquarto, numero primo, Ioan. Ferrarius Montanus in Commentarijs ad vsus Feudor. libr.* 4. *capit.* 1. *vers. Culpæ deniq; & causa* 17. *Petrus Nicolaus Mozzius de Feudis, titul. ex quibus causis Feudum amittatur, numero* 130.

EODEM modo, quòd hæc facultas reuocandi ob ingratitudinem feudum à manu ingrati vasalli, si ad illud renocandum viuens Dominus, non egit ad Felloniam vindicandam, id
15 non permitti hæredibus, † nec contra hæredes. *arg. l. iniuriarum in princip. ff. de iniurijs, l. pen. ff. de in ius vocand.* & hoc voluit *Gloss. in c.* 1. §. *porro in*

verb. asalierit, in fin. Quæ fuit prima causa benefic. amitt. quod sequitur *Ioan. Andr. in addition. Specul. in titul. de Feudis*, §. *Nunc dicamus qualiter in apostill. incip. l. fin. reuoluitur hæc quæstio. in fin. Alexād. in cons. 189. incip. in causa, & lite, nu. 2. 4. vol. 6. Roland. à Valle in cons. 81. nu. 16. vol. 3.*

NIHILOMINVS hęredes Domini admittuntur, si Dominus ante mortem, ingratitudinis
16† causam ignorauerit, si sciuerit, & minatus fuerit, feudum, velle reuocare, nec antea potuit, cum statim, mortuus fuerit, vel potestationem fecerit coram testibus, quia istis casibus, admittentur illius hæredes ad opponendam ingratitudinis speciem in vicem, & locum mortui Domini, *arg. dict. l. in confirmando, & dict. l. vtilitatem, ff. de confirmand. tutor.* ita voluit *Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de Feudis, in dicto* §. *Nunc dicamus qualiter, in dicta additione incip. l. fin. reuoluitur hæc quæstio. in fin.* quem sequitur *Abb. Panor. in cap. fin. numer. 7. 8. de donationibus.* quod doctissimè aduertit *Ioan. Faber tum in dicto* §. *sciendum, num. 1. 2. 3. inst. de donatio. Tum etiam, in dicta l. fin. C. de Reuoc. donat.* Plenius
17 dicit magister iurium † feudalium *Andr. de Isernia in dicto cap. 1.* §. *porrò, num. 17. versicul. sequitur in gloss. titul. quæ sit prima causa benefic. amitt.* dum scribit de Domino feudi, qui tacuit, & ideo vide-
18 tur † remisisse, sequitur, Nisi dominus fuisset conquestus dum vixit, vel ad animum reuocasset, vel cæpisset, vel parasset se ad quæstionem, aut ad re-
19 uocationem feudi propter felloniam, vel † dum venisset ad mouendam huiusmodi litem, defunctus est, vel propositum habuisset reuocandi, quem sequitur *ibi Bald.* vel, vt dicit *Cyn. in l. 1. C. de Reuocand. donat. & Bald. in dicto* §. *Porrò, & post eos Alexand. in l. Rei iudicatæ, num. 4. ff. solut. matrimon. & idem Alexand. in dicto cons. 189. incip. in causa, & lite, numer. 2. 4. volum. 6. Roland. à Valle in cons. 81. num. 16. volum. 3. Hippolyt. de Marsil. in l. 1. nu. 88. 89. C. de Raptu Virgin. Iacobin. de Sancto Georgi. in inuestitur. Feudor. parte 10. numer. 76. Francisc. de Curte in tract. Feudorum, parte 4. num. 156. Laurentius Syluan. in Tracta. de Recognition. Feudorum, quæst. 29. limitat. 1. Ludulph. Schrader. in Tract at. Feudor. secunda parte 9. partis Princip. Section. 10. num. 10. vers. secundo hæc conclusio. Ioan. Francisc. Ripain l. fin. q. 61. nume. 205. 206. 207. C. de reuocand. donat.*

NEC MIRANDVM si aduersus donatarios statutum fuerit, vt si ingratitudinis maculas in suos Donatores effunderent, donatio facta, reuocari posset, quando crimen istud seue-
20 ritate magna, à nascentis † Mundi primordio punitum extitit in personam Luciferi, qui cum à DEO optimo maximo, mira pulchritudine & decore creatus esset, id sibi superbissimè arrogauit, vt dicere non erubuerit, quod ponere intendebat suam sedem in Aquilone, & esset similis Altissimo, vndè optimè admiratur *Isaias, capitulo decimoquarto*, Quomodo (inquit) cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in Terram. Et post pauca dicit. Verumtamen ad in-
21 fernum protraheris in profundum laci, de quo *Ezechielis, capitulo vigesimooctano*, Propterea, vt dicit *Hieronymus* est præcipitatus de solio, & de o-
21 riente factus est occidens † ob ingratitudinem suam, erga suum creatorem, ac Dominum, pro grauissimo Maiestatis crimine, de illo inquit CHRISTVS Dominus apud *Lucam capitulo decimo*, Videbam Sathanam sicut Fulgur de cælo cadentem, *& D. Ioannes Apocalypsis, capitulo decimosecundo*, Et factum est (inquit) prælium magnum in cælo, Michael; & Angeli eius prælia-bantur cum Dracone, & Draco pugnabat & angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. Et proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Sathanas, qui seducit vniuersum Orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt, & quæ sequuntur. Ac sub nomine Assur describit eius pulchritudinem *Ezechiel, cap. 31.* Quorum Angelorum Luciferi, & sequacium peccatum intuitus DEVS Altissimus horribilem contra illos sententiam promulgauit, quòd è Cœlo perpetuo bannirentur, & aeri caliginoso, in profundo Abyssi perpetuis pœnis in tremendo Iudicio reseruarentur; Cuius pœnæ meminit *Apostolorum Princeps D. Petrus 2. Petri. 2.* si
22 enim DEVS † (inquit) angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari,
Contra quem ità pulchrè *Ioannes Antonius Pan-*
23 *theca de Monarchia CHRISTI lib. 1. cap. 12.* inquit; O infelicissima creatura, nimium de seipso præsumens: O ineffrenata iactantia, adeo superbiens, qua sua sponte voluerit contra creatorem suum rebellis fieri. O Temeritas nimium sibi assumens, vt non modò accepta beneficia Diuina recognoscere voluerit, sed Diuinæ audacter ingratissimus se opponere placuerit. Vndè miserrimus, & infelix à tanta sublimitate, & Celsitudine, in tantam venit infimam humilitatem, ex loco splendidissimo in obscurum, ac profundum, ex tanta lætitia & summo bono, in tantam mœstitiam, summamq; miseriam. *Hæc Panthera.*

SIMILI Modo Adam primus hominũ pa-
24 rens, à DEO ad suam imaginem † creatus, & similitudinem, ità, vt simulachrum DEI illum appellet *Lactantius Firmianus Diuinarum Institutionum lib. 2. cap. 1.* & ex humo illum ad sui opificis contemplationem subleuauit, vndè *Ouidius lib. Metamorphoseos 1.* inquit

Prona, quæ cum spectent animalia cætera terram
Os homini sublime dedit, Cælumq; videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere Vultus.

Omniaque illi subiecit, oues, & Boues, insuper, & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris, vt inquit *Genesis, capitalo primo*, Crescite (inquit) & multiplicamini, & implete terram, & subijcite eam

eam & dominamini piſcibus maris & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Factus eſt propterea Terrenarum omnium rerũ Dominus, nihilominus de illo rectè inquit *Dauid Pſalmo* 48. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Cum enim eſſet ad ſimilitudinem DEI conditus, omni virtute pollẽs, nec.n. ſciẽtiam boni, & mali ex arbore diſcernere poterat, q̃ non habebat, cũ ipſe boni, & mali ſcientia ornatus fuiſſet, cõpoſitus.n. erat ex anima rationali, quæ boni, maliq; iudicio pollet. Sed ei impoſita lex, & præceptum, ne de arbore illo comederent, quia qua die comederent, morte morerentur, datumque eſt illi arbori, boni, ac mali ſcientiæ nomen, quia bonum erat præcepti obedientia, malum verò contrarium obedientiæ vitium, Rebellio. Ex illius enim trangreſſione experimento cognoſceret, quod nomen ab effectu, & pę-
25 na haberent inobedientiæ pęnas, † *ex Philoxeno enim Mabugenſi Epiſcopo, & alijs longiori ſtilo firmat Moſes Barcepha de Paradiſo, parte* 1. *cap.* 19. Vndè quemadmodum Lucifer, cum adorari, & ſimilis Altiſſimo eſſe voluiſſet è cœli ſede deiectus, & in profundum Abyſſi deſtinatus, Eodem modo tentauit Euam, quòd ex prohibitione facta non morerentur, ſed quòd eſſent ſicut Dij ſcientes bonum, & malum. Sciebant primi parentes, quòd ſi tranſgrederentur præceptum, malum facerent. Quilibet enim legum præcepta non obſeruans, ſcit malum facere, verum Eua, ambijt fieri Deam, & ſic crimen commiſit, & vir illam eadem cupidi-
26 ne † allectus, ſequendo, delicti eiuſdem ſocius euaſit. Et ſicut Lucifer de cœlo, ſic illi è Paradiſo exilio miſſi ſunt. Quæ latius *Moſes Barcepha in commentarijs de Paradiſo* proſequitur.

LABAN, & filij eius immemores, ſiue po-
27 tius † contemnentes quòd ſpacio annorum quatuordecim ſeruierat illis Iacob, ob conſequendum matrimonium cum Rachele, conſtituta dote promiſſarum ouium ſignatarum, ingrati cum genero, & filijs, cum cognato, & ſororibus. qui diſceſſerant è Meſopotamia pergentes ad Iſaac patrem Iacob in Chanaam, quos Laban, & filij cum alijs perſequentes peſſimo animo per ſeptem dies in monte Galaad illos, ſed in Somnis à Domino, vt caueret, ne quicquam aſperè loqueretur contra Iacob. Idcirco mitis factus non proceſſit vlterius, quia DEI timore ab exequendo ingratitudinis actu, pro quo ierant, Labam oſculatis filijs, & filiabus illiſque benedictis vnuſquiſque abijt in locum ſuum. vt habetur. *Geneſis ca.* 31. Verum ex CHRISTI dicto, dicens *Clemens Alexandrinus Pædagogi lib.* 1. *capitulo* 8. eſſe bonum in ingratos, & im-
28 probos † ex illo *Matth. cap.* 5. Eſtote miſericordes ſicut, & pater veſter miſericors eſt, & ex alijs ibi adductis.

ISTVD ingratitudinis vitium commacula-
29 uit Reſpublicas, præſertim Romanam † in Fu-

rium Camillum, Scipionem maiorem, in Scipionem Aſiaticum, & Scipionem Africanum, Naſicam, Lentulum. Primum, & ſecundum exilio damnarunt; Tertium Peculatu figurato carceri duci iuſſerunt, aliaque prauiſſima huius modi vitij narrat *Valer. Maximus, lib.* 5. *cap.* 3. Sed narrare ingratitudinis hiſtorias, eſſet longiſſimum ſcribẽti campum aſſumere, ſed cum exemplari Deciſione id ad finem perducere intendam. Militem habebat Philippus Rex Macedonum, ſtrenuum, cuius ope-
30 ram † in nonnullis expeditionibus fuerat expertus, in quem virtutis cauſa nonnulla conferre ſolitus erat, is naufragus expulſus in agrum fuit cuiuſdam Macedonis, qui humaniter illum accepit, recreauit, ſanauit, viatico etiam inſtruxit, nullo hoſpitalitatis officio prætermiſſo, Diſcedens promittit gratias accepti beneficij redditurum, illius memoriam habiturum, cum primum ad Philippum Regem peruenirẽt, cum ad Philippũ peruenisſet, cauſam ſui naufragij, & perpeſsa damna narrauit, quorum occaſione à Rege, multa prædia obtinuit, nulla hoſpitis mentione facta, Tandem hoſpes videns ſe ab hoſpitante indigniſſimè tractatum per Epiſtolam Regi, omnia, quæ in illo contulit benignæ hoſpitalitatis officia, illaque narrans, perquiſita diligenter veritate Philippus, Pauſaniæ mandat, vt bona, quæ illi donauerat
31 † eriperentur, & hoſpitanti gratiſſimo donarentur, Militi verò ingrato ſtigmata inſcriberentur in facie Huiuſmodi dicterio, Hic ingratus hoſpes eſt; vt eſt author *Seneca de Beneficijs, libro* 4. *capitulo* 37.

Quo verò ad donationes inter viuos perfectas,
32 regulariter illas reuocare non licet, † *vt in l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *C. de Reuoc. donat.* Quinimmo etiam in donatione facta mortis cauſa ſi aderunt verba, quòd nullo caſu poſſit reuocari, tali caſu illam trãſire in donationem inter viuos, & fieri irreuocabi-
33 lem † *tex. incauillabilis, in l. vbi ita donatur.* 27. *ff. de donation. cauſ. mortis.* & voluit expreſſe per illum *tex. Petrus Iacobus de Aureliaco in Pract. titul. de conditione ex lege, quæ pro re donata competit, col.* 1. *ſub numer.* 1. *verſ. Item irreuocabilis,* cui alludit illud quod habetur *in cap. ſi quælibet, in fine* 22. *quæſt.* 2. ibi non auſero, quod ipſe donari, nec hæredem iuideo, quem largitus ſum non habenti, cuius text. authoritate. *gloſ. notabilis, in cap. conſtitutus, in verb. conceſſionis, extr. de conceſſ. præb.* dicit, non
34 reuocatur perfecta † donatio, niſi ob culpam donatarij, negari non poteſt, quin *text. in dicta l. vbi ità donatur,* ambigunt tamen Doctores, an ibi ſit facta mentio mortis, & dicitur in illa, q̃ non poſſit
35 reuocari, an idcirco dicatur cauſa mortis, an † inter viuos? quos tetigi ſupra, nihilominus declarãt optimè *Alexand. in conſ.* 14. *incip. circa primum dubium,* vbi diligenter rem exagitat, *volum.* 1. quem ſequitur *Marian. Senior in conſil.* 53. *in præſenti, volum.* 1. *Dec. in l. fin. nume.* 21. *C. de pact. & in conſil.* 239. *primo, in conſil.* 306. *incip. iuridicam eſſe arbi-*

tror in conſil. 470. incip. duo dubia, columna prima, benè Marian. Iunior in conſil. 114. numero 10. 13. & 15. volum. 3. Didacus Couar. in rubr. de Teſtamentis, parte 2. num. 11. & 13. Ioan. Gutterius reſolutionum parte 1. cap. 12. num. 12. Nicol. Valla, de rebus dubijs, tractatu 23.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſio præſtatur in iudicio, vt de iudicio Siſti, & de ſoluendo iudicatum, vel de aliquem repræſentando in cauſa criminali, extra iudicium verò, vt quando quis promittit aliquam indemnitatem, vel pro alio ſpõſionem, vel expromiſsionem præſtat, fideiuſſor abſque ſtipulatione non obligatur, nec fideiuſſores poſſunt eſſe clerici regulariter, nec minores vigintiquinque annis de iure communi, nec furioſus, qui ſiue ſtipuletur, ſiue promittat, nihil agit, nec ebrius, nec milites, nec filius familias, nec mulier. Cautio de demoliendo in noui operis nunciatione prẽſtari debet. Qui fideiuſſit pro tutore poteſt eſse contutor; Idoneus præſumitur fideiuſor, qui eſt diues, vſufructuarius tenetur cauere, ſimiliter tutores, & curatores. fideiuſſio facta ſuper venditione rei minoris ſine decreto non tenet, & alia plura.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio, cautio, & ſatis datio videntur ſynonima, nu. 11 & 12.*
2 *Difficilis eſt omnis diffinitio.*
3 *Deſcriptio conſtat ex genere, & proprio.*
4 *Deſcriptio quandam rem propria quadam proprietate deſignat.*
5 *Fideiuſſor dicitur ille, qui alienam obligationem in ſua ducit.*
6 *Fideiuſſio eſt alienæ obligationis promiſſio.*
7 *Fideiuſſio aliud non eſt, niſi ſtipulatio, qua quis pro debitore ſtipulante, promittit.*
8 *Fideiubere nil aliud eſt, niſi pro alio alterius obligatione fidem obſtringere.*
9 *Fideiuſsor eſt, qui præſente alio fidem aſtringit.*
10 *Fideiuſsor eſt, qui pro alienis debitis intercedit.*
11 *Fideiuſſio eſt ſtipulatio, ſeu ſponſio, qua quis pro debitore aliquo fidem ſuam, citra nouationem, interponendo, ad debiti ſolutionem in ſubſidiũ obligatur.*
13 *Fideiuſſio, aut præſtatur in iudicio, vel extra iudicium.*
14 *In iudicio ab actore præſtatur expenſarum fideiuſſio.*
15 *Actor etiam ſi poſſideat immobilia tamen tenetur fideiuſſionem expenſarum præſtare.*
16 *Fideiuſſionem expenſarum receſiſſe ab aula, & conſuetudine non ſeruari voluerunt aliqui. Declara, nu. 17.*
18 *Fideiuſſio, ſiue cautio de ſtando iuri, & de iudicio Siſti, quæ quandoque per Imperialem cameram, vt admitteretur ſub cautione iuratoria fuit decretum.*
19 *Fideiuſſio de ſoluendo quicquid fuerit iudicatum, & ad illam, an teneatur conuentus? nu. 20.*
21 *Fideiuſſionem de iudicato ſoluendo, an præſtare teneatur, qui poſſidet immobilia.*
23 *Clauſula in mandato procuratorio, releuans illud ab onere ſatiſdandi.*
24 *Fideiuſſio, quam quis promittit in iudicio criminali aliquem præſentare.*
25 *Fideiuſſio de non offendendo, vbi quis timet.*
26 *Ne oriantur ſeditiones, ſed conſeruetur pax, Camera Imperialis partes cogit vt ſimultanèe caueant de non offendendo.*
27 *Fideiuſſio de exhibenda re, de qua agitur, de illa non alienando, de non barattando, & interuertendo, & ad omnem Curiæ requiſitionem exhibendo quoties opus fuerit, & agitur de Mobili, nu. 28.*
29 *Fideiuſſio de re exhibenda eſt requiſita in re mobili, & inuenta fuit ſequeſtrationis loco.*
30 *Carceratus in criminali carcere, petit liberari, & reduci ad fideiuſſionem de ſecuro carcere.*
31 *Nobili puta aſſignatur propria domus, Curiæ palatium, vel tota Ciuitas.*
32 *Fideiuſſio dicitur illa, quando datur dilatio, vel expectatiua quinquennalis. Declara, nu. 33. 34.*
35 *Fideiuſſio indemnitatis eſt, cum quis promittit eximere indemnem, & illæſum aliquem.*
36 *Mandator ſimilis eſt fideiuſſori, niſi quia præcedit obligationem principalis, vnde fit prius mandatum deinde ſequitur fideiuſſio.*
37 *Expromiſſio ſimilis eſt fideiuſſioni, quia promittit pro illo, qui obligatus non eſt.*
38 *Expromiſſio eſt pro fideiuſſione, licèt impropriè.*
39 *Sponſor eſt pro fideiuſſore, ideo ſpondes, ſpondeo, fiiubes, fideiubeo, & aduerſus ſponſorem eſt actio, veluti aduerſus debitorem, nu. 40. 41.*
42 *Fideiuſſor dicitur vas vadis.*
Vades, ſponſores ſunt in cauſa capitali, prædes in cauſa pecuniaria.
43 *Vades, Vadimonium, eleganter ex Budæo, nu. 45.*
46 *Fideiubere, & pro alijs ſe obligare, nil aliud eſſe, quàm dilapidare.*
47 *Illaqueatus dicitur fideiuſſor ex Salomone.*
48 *Fallacia illius, qui dicit, quod vbi fideiuberet, eſt obligatus Beatæ Mariæ Annunciationis Vrbis Neapolis, qua ſe excuſant, à fideiubendo.*
49 *Fideiuſſio, in qua non interuenit ſtipulatio, fideiuſſorem non obligari, nu. 50.*
51 *Clerici fideiuſſores eſſe nequeunt, & fideiuſſionibus inſeruientes ab eccleſia abijcientur, nu. 52. & 53.*
54 *Clerici in Regno fideiuſſores eſſe an poſſint? nu. 55. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. & 69.*
55 *Abbas, nec monachi fideiubere poſſunt, numero 56. Quid in fratre Tertij ordinis Diui Franciſci, numero 57. & 58.*

64 *Donatio mutua inter viros.*

70 *Minor viginti quinque annorum ad fideiubendum de iure communi non probatur, quando reſtituatur aduerſus fideiuſſionem? nu.* 71.73.

71 *Reſtitutio in integrum minori aduerſus fideiuſſionem, quando detur?*

72 *Minor ætas in Regno Neapolitano eſt annorum decem & octo.*

74 *Furioſus, ſiue ſtipuletur, ſiue promittat, nihil agit, num.*76.

75 *Furioſus nullum habet conſenſum.*

77 *Ebrius in fideiuſſorem non obligatur.*

78 *Factus ebrius, vt fideiuberet.*

89 *Contractus factus ab ebrio, quando valeat? num.*80. 81.82.83.84.85.86.87.88.

88 *Carolus Quintus Imperator in Germania conſtitutionem fecit, ne ebrijs aliquo modo ſuccurreretur.*

89 *Milites, an fideiuſſores eſſe poſſint, nu.*90.91.92.93. 94.95.96.97.98.99.

100 *Filius familias de iure communi, an fideiuſſor eſſe poſſit? Declara. nu.*101.102.103.104.

105 *Mulier pro alio fideiubere quando poſſit. Vide num.* 106.107.108. *vſque ad num.*145.

108 *Senatus conſulta ante Imperatorum tempora, fuerunt.*

111 *Mulier obligans ſe cum marito, an præſumatur tota ſumma peruenisſe ad virum, nu.*112.113.

114 *Contractus vxoris factus ante matrimonium, an ab illa ſolui debeat? nu.*115.

116 *Mulier, quæ fecit, vt deciperet, vel quia ſciebat non teneri, non iuuatur Velleiano, nu.* 117.118.

117 *In facto proprio non præſumitur ignorantia, ſed ſcientia.*

118 *Deceptis, & non decipientibus iura ſubueniunt.*

119 *Mulier, cum non eſſet obligata ſponte ſoluat marito, vel alteri, non repetit. Amplia, nu.* 120.

120 *Mulierum genus auariſſimum.*

122 *Mulier renuntians Senatus conſulto Velleiano, an illo iuuetur? Declara. nu.*123.124.125.126.127. 128.129.130.131.132.133.134.135.136.137.

144 *Mulier iuuatur Velleiano, ſi dotem dederit mulier pro filia, ſiue extranea.*

145 *Senatus conſultum Velleianum non habet locum in Imperatricibus, Reginis, Principiſſa Duciſſa Marchioniſſa, comitiſſa quæ in ſuis Dominijs ſunt ſupremæ.*

146 *Dilatio quinquennalis, ſiue moratoria à ſolo Principe conceditur, & ita cauetur iure Regni Neapolitani, nu.* 147.148.

147 *Intellectus Ritus magnæ curiæ Vicariæ, n.*148.163.

148 *Impetrantes moratoriã quinquennalem debent dare fideiuſſionem de ſoluendo finito tempore.*

149 *An dicta fideiuſſio ſit petenda, aliàs non detur? num.* 150.151.152.153.154.155.156.157.158.159. 160.161.

150 *Intellectus ſtatuti Montis ferrati, nu.*151.

152 *Clauſula, & non aliter valeant, in reſcriptis qd operetur, & an inducat formã? n.*153.154.155.156.

157 *Reſcripta quinquennalia ſunt iuſtitiæ cum gratia, & modificatione.*

162 *Reſcripta quinquennalia, quomodo fiant in Gallia? nu.*162.163.164.

165 *Vſuræ tẽporis quinquennalis reſcripti, an debeãt r?*

156 *Intellectus Prag. Regni incip. Malitijs de Præuentione moderanda, nu.*167.

168 *Nunciatione noui operis, vel non ædificabit, vel præſtabit cautionem de demoliendo, nu.*169.170.171.

172 *Clauſula, ſi ſenſeris te grauatũ, quãdo requiratur, in nunciatione noui operis, nu.*173.174.175.176.

174 *Practicam Nunciationis noui operis optimè tradidit Roffredus Beneuentanus, vt author demõſtrat, nu.*175.176.177.178.

179 *Quoad noui operis nunciationem Iuſtinianus Imperator vnam fecit legem, ſuper qua emanarũt plures intellectus.*

180 *Intellectus præfati dubij ſunt, & de his agit author, nu.*181.182.183.184.185.186.187.188.189. 190.191.192.193.

194 *Debitor an dicatur fideiuſſor, ità quòd prohibeatur eſſe Tutor illius, qui fideiuſſiſſet pro tutore pupilli, nec poſſit dari cum tutor. nu.*195.196.197.198.

195 *Fideiuſſor vigore obligationis, nomine ſui principalis, ſortem, & vſuras ſoluendo, an vſuras repetat antequam reliquis creditoribus, quo ad ipſam ſortem ſatisfiat? erant enim in ſolidum obligati, & ab eo indemnitatis cautione acceperat, n.*200.201.

202 *Idoneus quis præſumitur, quoad mores, non autem quoad alia, nu.*203.204.205.206.

207 *Fideiuſſor per conuentionem dandus per partes, tũc dandus eſt idoneus, nu.*208.

209 *Idoneus non eſt, qui immobilia non poſſidet. Declara. nu.*210.211.212.

213 *Fundus dotalis alienari prohibitus eſt per legem Iuliam, quid ſi interueniant fideiuſſor euictionis? nu.* 214.215.216.217.218.219.220.221.223.223. 224.225.226.227.

228 *Vſusfructuarij, an præſtare teneantur cautionem de vtendo, fruendo arbitrio boni viri, & quid continere debeat? num.*229.230.231.232.233.234. 235.236.237.238.239.240.241.202.243.

244 *Tutores, & curatores fideiuſſionem dare debent, n.* 245.246.247.248.

249 *Tutor ex inquiſitione, an teneatur dare fideiuſſores? nu.*250.251.252.253.

254 *Supplicationem, ſiue reclamationem a ſententia Sacri conſilij, cum ab illa non appelletur exequitur præſtita fideiuſſione de reſtituendo in caſu retractationis, nu.*256.257.258.

259 *De iure commun, qui aliquem accuſabat, pœna Talionis inſcribebatur, remiſſiuè.*

260 *An de iure Regni Neapolitani habeamus aliquam legem, quæ pœnam Talionis præſe ferat? nu.*261. 262.263.264.265.

266 *In Germania Caroli Quinti Imperatoris legibus, quæ allegantur, cautum eſt, quòd accuſator cauſæ criminalis quam diù non cauit, vel ab inſtituta actione deſiſtat tam diù ponatur in carcere cum Reo.*

267 *Iure Electoratus Saxonici cauetur ſic præſtandã eſſe cautionẽ expẽſarũ in criminalibus, ſicut in ciuilib.*

268 *Præſentare pmittẽs aliquem toties, quoties opus fuerit,*

rit, an ſemper teneatur, aliàs incidat in pœnam fideiuſſionis? diuerſæ ſunt opiniones, ſecundum caſuũ diuerſitatem.

269 *Prima opinio, quòd per primam præſentationem, fideiuſſor liberetur.*

270 *Secunda opinio, quòd per binam præſentationem liberetur.*

271 *Tertia opinio, quòd quãdo fideiuſſio dicit, toties quoties iudici placuerit, & fuerit ab eo requiſitus, tunc in omni iudicis requiſitione teneatur præſentare.*

272 *Quarta opinio, quòd ſi toties, quoties fuerit facta promiſſio, ſi quinque Vicibus præſentauerit, amplius non tenetur.*

273 *Quinta opinio, quòd ſi per fideiuſſionem facta eſt promiſſio de iudicio Siſti, tunc tenetur fideiuſſor vſque ad ſententiam proferendam incluſiuè, nu.* 774. *&* 275.

276 *Fideiuſſor, qui ſuper nouis inditijs interuenit, ſi inditia noua, non vetera interuenerint, præſentare tenebitur, nu.* 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294.

278 *Fideiuſſor nouorum inditiorum, tam ipſe, quàm principales erunt citandi.*

279 *Promittens intra octauum diem præſentare, an requiratur alia interpellatio? nu.* 280. 281.

282 *An fideiuſſor nouorum indiciorum teneatur præſentare ex cauſa antiqua & non ex noua? num.* 283. 284. *puta ex homicidio nouo, nu.* 285. 286. 287.

290 *Reus ſi eſt præſentatus, & aufugit, an teneatur fideiuſſor? nu.* 291. 292. 293. 294.

295 *Rem minoris vendens, ſine iudicis decreto, an nulliter agat? quid ſi interueniat fideiuſſio? nu.* 296. 297. *authoris opinio, nume.* 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305.

306 *Vnus ex correis creditori vult totum debitum, vel ſolutum repetere, quo pacto ſibi ſuccuratur? num.* 307. 309. 310.

308 *Ceſſio an ante, vel in actu ſolutionis facienda erit, vt valeat?*

311 *Relegatus in inſulam, præſtitit fideiuſſionem de ſeruandis finibus, diſceſſit ab inſula, prætendit Fiſcus duplicari relegationem, & exigere pœnam fideiuſſionis? Vide nu.* 312. 313. 314.

315 *An excuſſio principalis prius facienda, quam fideiuſſoris? nu.* 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 338. 339. 340. *&* 341.

342 *Promittens de Rato, an teneatur tamquam fideiuſſor, nu.* 343. 344. 345. *&* 346.

347 *Statum ſi mutauit principalis, an liberetur fideiuſſor? nu.* 348. *&* 349.

350 *Promiſſio de dandis fideiuſſoribus, an intelligatur, ſi fuerint petiti?*

351 *Sententia prolata per ſacrum Conſilium, an ſuſpendatur per reclamationem? nu.* 352. *&* 353.

354 *Stipulationem, & verborum ſcripturam, an requirat fideiuſſio, nu.* 355. 356. 357. *&* 358.

359 *Fiſco ſuccedente in bonis principalis, an fideiuſſor liberetur.*

360 *Regis, vel Principis fideiuſſor, an antequam, ſoluat, opponat, excuſſionis exceptionem? nu.* 361. *&* 362.

363 *Prorogationem ſolutionis, quam facit creditor debitori, an iuuare faciat fideiuſſorem? numero* 364. *&* 365.

366 *Fideiuſſor nõ obligatur in maiorem, atque ſummam principaliorem, & duriorem, num.* 367. 368. 369. *&* 370.

371 *Fideiuſſor, an agere poſſit contra principalem, vt eum liberet à fideiuſſione? nu.* 372. 373. 374. 375. 376. *vſque ad* 387.

388 *Fideiuſſor, qui promiſit pro cauſa criminali, an admittatur ad purgationem moræ?*

389 *Fideiuſſor condemnatus pro ſuo principali ad ſoluendum, ne teneretur ad intereſſe, quid facere debeat?*

390 *Fideiuſſor ſoluens crẽditori pro conſideiuſſore, ſi habuerit ceſſionem à creditore aget pro ſoluenda rata contra conſideiuſſorem.*

391 *Mulier mater pro filio, vxor pro marito, filia pro patre, an benè fideiubeant? nu.* 392.

393 *Fideiuſſor tenetur pro prima fideiuſſione in primo Tribunali præſtita, ſi fuit condemnatus per ſuperius.*

394 *Si inquietetur à creditore fideiuſſor petere poterit, vt capiatur principalis, vel bona illius, & vendantur.*

395 *Laicus fuit fideiuſſor clerici in fideiuſſione de non offendendo, an remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticũ?*

TITVLVS DECIMVS TERTIVS.

De Fideiuſſoribus, cautionibus, ſatisdationibus & mandatoribus.

IDEIUſſorum materia verſatilis eſt, & admodum in vſu forenſi, ac extrà iudicium etiam in contractibus practicabilis, & à multis pertractata, de qua, & nos aliqua ſcribenda duximus, ex quo & in iudicijs, & Tribunalibus reperitur exagitata.

1 Et ſi videantur ſinonima fideiuſſio, † cautio, & ſatisdatio, non tamen ſubit abſque differentia, vt breuiter dicemus poſt modum non prætereũdum eſt, vt non explicemus iſta ſinomina, quæ deſeruient pro deſcriptione, vt non exigamus Philoſophorum more, definitionem, cum ſit difficilis, vt

2 cognouit, *Iuris conſultus noſter in l. omnis diffinitio, ff. de Regul. iur.* quæ cum conſtet ex genere, & differentijs, nec facile certificari poteſt, ne tamen ſcribendo, ſuper ambiguo progrediamur, ac ſaltim per viam deſcriptionis procedamus, vt paralogizemus, cum deſcriptio ſit ſermo, cuius compoſitio, eſt conditionis, & declarationis rei, ſuper quam ſignificat, non per omne id, quod conſtituit ſubſtan-

3 tiam ſui, ſed componitur † ex genere, & proprio, vt dicit *Auerroes Epithomatum logicalium, cap.* 342. eſt enim deſcriptio, quæ quamlibet rem, propria

4 quadam proprietate † deſignat, vt inquit *Boetius in Prædicamentis q.* 117. ſufficit enim quãlibet ſubiectæ rei æquari. *Idem Boetius in Prædicamentis, q.*

65.

65. *Hoſtienſ. in ſummæ huius tituli princip.* dicit, quòd fideiuſſor eſt ille, qui alienam obligationem
5 † in ſuam ſuccedit fidem, principali tamen debitore obligato, *Franciſc. Connanus commentar. iuris ciuilis, lib. 6. cap. 6. nu. 4.* dicit, quòd fideiuſſio, &
6 alienæ obligationis promiſſio, quæ ſtipulatione ſolemni fieri debet [*Hermannus Vulteius iuris prudentiæ Romanorum, lib. 1. cap. 39. verſic. quo pertinet vniuerſus*, inquit, Fideiuſſio, nil aliud eſt, niſi ſtipu-
7 latio, qua † quis pro debitore, ſtipulanti promittit ſuo nomine, ſalua manente obligatione debitoris principalis. *Petrus Gregorius ſintagmatum iuris vniuerſi, lib. 24. cap. 3. num. 2.* dicit, Fideiubere † nil
8 aliud eſt, niſi pro alio, alterius obligatione fidem obſtringere. Et hæc fuit Accurſij definitio *in Auct. de Fideiuſſoribus*, §. *exceptiones*, *in verb. Fideiuſſoribus*, dicens, fideiuſſorem eſſe, qui pro alio
9 fidem † ſuam aſtringit. *Angelus de Clauaſio in ſumma in verbor. Fideiuſſor. in princ.* ſcribit, Fideiuſ-
10 ſor eſt, qui pro alienis debitis † intercedit. *Anto-*
11 *nius Heringius Oldeburgenſis iuriſconſultus* † *Doctiſſimus in tract. de Fideiuſſoribus, cap. 3. nu. 8.* inquit, Fideiuſſio eſt ſtipulatio, ſeu ſponſio, qua quis pro debitore aliquo, fidem ſuam, citra nouationem interponendo ad debiti ſolutionem in ſubſidium obligatur. *Hieronymus Treutlerus diſpoſitionum Selectarum, parte 2. diſputatione* 28. quæ omnes breuiter relatæ, quaſi in vnum reincidunt. Itaque his breuiter præmiſſis loquemur de Fideiuſſione, Cautione, & Satiſdatione, Mandatore, Sponſore, ex-
12 promiſſore, & vade, quæ † ſunt ſinonima, nec poſſumus, vt dictum eſt, philoſophorum more, plura genera, & plures ſpecies conſtituere, ſed in iſtis, de quibus nunc loquimur, fideiuſſionibus, & ſatiſdationibus, ſortiuntur tamen plura nomina, vel à modo ſtipulandi, vel à diuerſitate negotiorum, cauſarum, vel alio modo.

Pro Maiori tamen reſolutione, Fideiuſſio aut
13 præſtatur in iudicio, vel extra † iudicium. In iudicio inter litigantes. Primo actor tenetur præſtare
14 ſatiſdationem, ſiue fideiuſſionem de ſoluendis † expenſis, in caſu, quo ſuccumberet in cauſa, & de perſeuerando vſque ad finem litis in cauſa *text. in l. generaliter, C. de epiſcop. & cleric.* quod, & voluit *Bartol. in l. De die, §. Quidam in fin. ff. qui ſatiſd. cogant.* & quòd hanc fideiuſſionem, ſiue cautionem
15 præſtare tenetur † actor, etiam ſi poſſideat immobilia, vt annotauit *Iaſon in l. ſciendum, col. 1. ff. eod. titul. Abbas Panormit. in c. quoniam frequenter, §. in alijs, col. 2. extr. vt lite non contestat. ſub num. 19. Raphael Fulgoſ. & Alex. in dicto §. quidam.* voluit *Hippoly. de Marſil. de Fideiuſſor. n. 246. verſ. Primo enim fallit, Robertus Maranta in Specul. Aureo parte 6. Membro 8. num. 14. de his Iodoc. Damhoud. in Praxi Rer. ciuil. cap. 67. cap. 68. Petr. Termin. in proceſſ. iuris ſcripti, nu. 54.* Quamuis hanc expenſarum fideiuſſionem receſſiſſe ab aula, & de conſuetudine
16 non dari † *poſt Lud. Roman. in conſ. 62. incip. Florentina, in fin. Alex. in conſ. 37. incip. viſo nu. 12. vol. 2. Cravett. in conſ. 325. in princ.* voluit *Stephan. Gratian. in deciſ. Marchiæ. 202. num. 1.* Sed iſtam conſuetudinem, vt non detur pro cauſa criminali, vel
17 ciuili † ſi non petatur. *Anton. Scappus de iure non ſcripto, lib. 5 cap. 28. nu. 19.*

Secunda fideiuſſio, ſiue ſatiſdatio, & cautio, eſt de ſtando iuri, & de iudicio Siſti, eſtq; pro iudicij
18 aſsecuratione, inuenta ob fugę timorem † à iudicij intentati loco, ne iudicium euaneſcat, & eluſorium fiat. *l. ſciendum, vbi Bartol. nu. 3. ff. qui ſatiſd. cogan. l. properandum, §. ſin autem reus, C. de iudic. Bald. in l. 2. §. in fideiuſſorem, ff. eod. tit. Iaſon in l. 1. num 1. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Maranta in dicto membro 8. nu. 1. Lelius Zanchi. de Priuileg. Eccleſiaſtic. perſon. nu. 18.* ad materiam vide *Matth. Affict. in deciſ. Neap. 88. Gaſpar Gulielm. in deciſion Cameræ Imperialis 118. parte 3. & in deciſ. Spirenſi. 20. part. 4.* de qua fideiuſſione agit *Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemon. 48. Thom. Grammat. in deciſ. Neap. 95.* & carceratus multoties ad iuratoriam cautionem per Cameram fuit admiſsus *idem Gaſpar Gulielm. in deciſ. Spirenſi 164. parte 4.*

Tertia fideiuſſio, ſeu ſatisdatio de ſoluendo quic
19 quid fuerit iudicatum, † & ad huiuſmodi præſtationem, non tamen tenetur conuentus ad illius prę-
20 ſtationem nomine † proprio, §. *ſed hodie. Inſt. de ſatiſdat.* ab iſta ſatisdatione non releuat poſſeſſio bo-
21 norum † immobilium, *l. minor. §. fin. cum, l. ſeq. ff. de Procur.* Hinc inoleuit clauſula quã faciunt Domini in mandatis procuratorijs, dum dicunt rele-
22 uans illum † ab onere ſatisdandi, quo caſu non tenetur; vigore dictæ clauſulæ, quando dominus il-
23 lam faciens eſſet ſoluendo, & poſſideret † immobilia, quia tunc Dominus non tenetur vt fideiuſſor, aliàs illa clauſula Dominum non releuaret, quia tunc dominus idoneus fideiuſſor non eſſet, vnde tenetur defenſor ad ſatisdationem. *Gloſ. in verb. Adiutorix. in l. fin. C. de Principibus agent. in rebus, lib. 12. Bald. in l. 2. §. in fideiuſſorem, ff. Qui ſatiſd. cog. Angel. & Iaſ. in l. filius familias, ff. eod. tit. & Franciſc. Aretinus in conſil. 134.* quos ſequitur *Marant. in dicto Memb. 8. ſub num. 9.* ad materiam adde *Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol. 601. Don Garziam Maſtril. in deciſ. 81. col. 126. nu. 10. Gaſparem Gulielm. in deciſ. Cameræ Imperialis 118 parte 3.*

Quarta fideiuſſio, & ſatisdatio, quæ præſtatur in Iudicio, eſt dum quis pro criminali iudicio, promit
24 tit † aliquem præſentare, de qua loquitur *Maranta in dicto Membro 8. numer. 3.* & in Regno habemus plures Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 159. *incip. Imprimis. Ritu 160. Incip. Item quod nullus*, & vtrobiq; *Proſper Carauita, & habemus. Conſt. Regni incip. Humanitate, & in Conſt. incip. Dilationes.*

25 Quinta fideiuſſio, ſiue Cautio eſt † fideiuſſio de non offendendo quando aliquis timet ab aliquo offendi, de qua *Bartol. in l illicitas, § ne potentiores, ff. de offic. præſid. Felin. in Rubr. de Treugua & pace. Maranta in ſpecul. Aureo in dicto Membro 8. num. 11. antea. Gulielm. de Cuneo, & Salycet. in l. Denunciamus C. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt Petrus Plaza Epitom. delictor. cap. 7. nume. 2. Franciſcus Hercul.*

in

in tract. de caution. de non offend. cap. 2. Octauian. Vulpell. de promiss. de non offenden. q. 76. & ne seditiones
26 oriantur, pro conseruanda † pace Camera Imperialis partes ad inuicem cautiones de non offendendo dare facit quamquam multi ex Dominis assessoribus in illis decernendis difficulter concurrant *Gaspar Gulielmus. Decis. 4.*

27 Sexta fideiussio de exhibenda † re, de qua agitur, ac de illam non alienando, barattando, vel interuertendo, sed exhibenda ad omnem curiæ requisitionem, quoties opus fuerit, & hoc locum habet in
28 re mobili † *l. Senatus consulto, ff. de offic. Præsid. l. si fideiussor. §. si satisdatum, ff. Qui satisdar. cogant. Abbas Panor. in cons. 23. per totum, vol. 1. Ludouic. Roma. in cons. 311. num. 4.* in locum sequestri quod fieret
29 est adinuenta † dicta satisdatio, seu fideiussio *Ioan. Robert. Receptar. sententiar. lib. 3. cap. 21.* ad materiam *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæst. libr. 2. centur. 1. casu 87. Marc. Ant. Delrius. Miscellan. ad dictum, §. si satisdatum.*

30 Septima fideiussio est illa, quæ datur † de secura carcere dum quis reperitur in carcere criminali, tamen est asper, & petit reduci ad carcerem dulciorem, & ideo cum carcer dari, & inferri soleat pro qualitate carcerati, puta, quia est Nobilis, & pote-
31 rit illi assignare † propriam domum, palatium Curiæ, vel Totam ciuitatem præstita cautione fideiussoria, de illud tenendo loco turi, & securi carceris *iuxta tradita per Paridem de Puteo in tract. Syndicatus in verb. Carcer.*

Octaua est fideiussio, quæ præstatur, quãdo quis
32 monstrat supersessoriam, siue tempus, quo facta est ei gratia, siue expectatiua quinquennalis, vt interim detur expectatio ad soluendum *Iuxta l. vniuersa,* & habetur *per Paul. de Castr. in dicta, l. vniuersa, nume. 6. Angel. in cons. 137. incip. Quidam Hugucius. Alexand. in cons. 210. incip. Ponderatis, volu. 2. Hippolyt. de Marsil. in Rubr. de Fideiuss. numero 144. & seq. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 378. Prosp. Caraui ta in Ritu 189. num. 5. in Ritu 287. nume. 5.* vbi Antea *Anibal Troisi. in dicto Ritu 287. nume. 2. Matth. Brun. in tract. de cessione bonor. par. 4. q. 5. nu. 1. Vincent. Maxill. in Consuetud. Bari. Rub. decession. Bonor. Parte 4. q. 5. nu. 1. Cæsar Vrsil. in dec. 378.*

33 QVANQVAM ad decem vsq; annos † concedi posse debitoribus has inducias voluerunt *Cyn. & Salycet. in dicta l. quoties,* dicunt alij *Alex. in cons. 216. incip. Nec arguendi, vol. 2. qui* loquitur de potestate Principum, licet illũ referat *Natta in cons. 591. num. 11. vol. 3.*

CAETERVM contrarium dicas, quia tem-
34 pus † quinquennale præfigitur *in l. fin. C. quòd bon. cede. poss. & quinquennium non posse excedi,* voluit *Castr. in dicta l. quoties in fin. Ioan. Baptista Bouius de Statutar. vrb. præscript. glos. 19. nume. 128. Petr. Augustinus Morla in Emporio parte 1. titul. 8. q. 1. num. 18.* sequitur *Hering. de fide ius. cap. 5. num. 135.*

Nona est Fideiussio indemnitatis, quæ potest da-
35 ri in iudicio, & extra † iudicium, quando quis promittit eximere indemnem, & illæsam aliquem ab aliqua obligatione, qua stante solet ordinariè requiri principalis excussio. *Ludouic. Roman. in consil. 211. incip. allegationes Doctoris, sub num. 2. vers. Qua quidem promissione. Marant. in dicto memb. 8. nu. 17. Idem Roman. in cons. 241. incip. spectabiles, nu. 6. Hippolyt. de Marsil. de Fideiussoribus, nu. 272. & in singul. 332.* vide nonulla *per Polydorum Ripa in obseruatio. singul. 172.*

36 Decimò mandator † similis est fideiussori, nisi, quòd rei principalis obligationem præcedit, cum alteri mandet, vt fideiubeat, & ideo fit prius mandatum, & postea sequitur fideiussio, *l. si fideiussores 42. §. fin. l. Vranius 72. §. fin. ff. de Fideiuss. Accurs. & Paul. de Castr. in Rubr. ff. eod. tit. Hippolyt. de Marsil. de Fideiuss. nu. 3. Iacob. Spiegell. & Francisc. Hotoman. in Lexico, in verb. Mandator. Petrus Gregorius sintag. Iuris vniuers. lib. 24. cap. 3. num. 5. 6.* & referens *Iac. Cuiacium in l. & haredi. ff. Pact. & obseru. lib. 2. ca. 25.* voluit *Ant. Heringius de Fideiuss. cap. 20. §. 1. nu. 24. Optima Glos. in §. si quis igitur in verb. Fideiussorem. Auct. de Fideiuss.*

37 Vndecimò simili fideiussioni † est expromissio, & propriè is, qui promittit, pro illo, qui non est obligatus, *l. si quis accepto vbi Alexand. ff. de condit. ob caus. l. Et eleganter, §. seruus, ff. de Dolo, l. Qui libertinos. §. primo, ff. de oper. libert. l. aliquando, ff. Ad Senatus Consult. Velleian.* & est pro fideiussione, licèt
38 † impropriè, *l. stipulationum alia, §. Stipulatio, vbi glos. Angel. & Alexand. ff. de verb. obligat. gloss. singularis, in §. si quis igitur, in verb. Fideiussorem. Petrus Gregorius, in dicto lib. 24. cap. 3. nu. 5. 6.*

39 Duodecimò sponsor, † & pro fideiussore, vnde *Imperator in §. In hac. Inst. de verbor. oblig.* olim hæc
40 verba tradita spondes? spondeo, fideiubes † fideiubeo, inde sponsor dicebatur veteri lege, de illa intelligit *Fabius Quintilianus in Declamat. 273.* Ad-
41 uersus † Sponsorem (inquit) sit actio, quæ aduersus debitorem, quod debitor non soluerit, sponsor soluat. plura bene, & optimè *in l. sponsio 7. ff. de verb. signif. ibi Gulielm. Fornerius.*

Decimo Tertiò fideiussorum loco sunt vades,
42 vas, vadis dicitur fideiussor, † differt vas, vasis à vas vadis, vades autem dicuntur sponsores in causa capitali, in causa pecuniaria dicuntur Prędis, siue Præs, *Hinc illud Ausonij in Monosyllabis.*

Quis fuit in pœnam capitali iudicio, Vas.
Quis cum lis fuerit nummaria, quis dabitur? Pres.

de vadibus *apud Salomonem Prouerbiorum, capit. 20.*

43 Noli (inquit) esse cum his † qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. Hinc vadimonium dicitur, Iuxta illud *Varronis de lingua*
44 *latina, lib. 3.* Vas (inquit) dictus, † qui pro altero vadimonium promittebat, inde vadari verbum, pro vadimonio obstringere. De quo *Cicero in Oratione pro Quinctio.* Ad vadimonium non venit, qui tibi præsto semper fuit. Vadimonium est sponsio
45 fistendi in Iudicio, vt dicit elegãter, vt semper, *Gulielmus Budæus in Annotationibus Prioribus, in l. vltima, ff. de origin. Iuris,* quo in loco plura inducit ad materiam.

Plures

Plures reperiuntur in Forenſi iudiciorum vſu fideiuſſiones, quæ nec generum, nec ſpecierum nomina ſortiri commodè poſſunt, ſufficiet has tetigiſſe, ex quibus tractari illarum materia poterit, idcirco ad alia neceſſaria procedamus. Multi aſ-
46 ſeruerunt, pro alijs fidem interponere, & † ſe obligare, aliud non eſſe, quàm bona ſua dilapidare. *Alexand. in l. ſi conſtante, num. 14. vbi Ripa, nu. 38. Iaſon, num. 138. Barthol. de Caſſan. in Conſuetudine Burgundiæ Rub. 5. §. 2. in verb. ſon plaige. Robert. Mayant. in diſput. 6. num. 13.* Nam fideiuſſio actus eſt oneroſus, & damnoſus, & eſt actus vnus, ex quo quis vergit ad inopiam *Angel. in l. in perſonam. §. 1. ff. de Pact. Robert. Maranta in conſ. 102. num. 12.* plenè alios allegans, *Ant. Heringius in tract. de Fideiuſſoribus, cap. 1. num. 9. Ioan. Cephal. in conſ. 220. nu. 26. vol. 2. Marc. Mantua Dialogo De narrat. Claſſ. 7. cap. 16. numero 2. 3. Ioan. Baptiſta Coſta de Facti. ſcient. & ignor. Diſtinct. 72. num. 6, 7. centur. 2. Hieronym. Magon. in deciſ. Florent. 57. num. 57. & in deciſ. Lucenſ. 9. num. 12. And. Gail. Practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 83. num. 16, Ant. Gamm. in deciſ. Luſita. 272. numer. 5.* ad quæ alludit *Salomon Prouerb. cap. 6.* dum, inquit, Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, de fixiſti apud extraneum manum tuam.
47 Illaqueatus es † verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus. Facergo, quod dico fili mi, & temet ipſum libera, quia incidiſti in manum proximi tui & iterum *cap. 22.* Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis, ſi enim non habes vndè reſtituas, quid cauſæ eſt, vt tollat operimentum de Cubili tuo. Vidi Neapoli
48 aliquas perſonas Nobiles, qui ſe obligarant † in magna Curia Vicariæ ſoluere ducatos ſexcentos Hoſpitali Sanctæ Mariæ Annunciationis quotieſcunque pro aliquo fideiuberent, quæ fuit fallacia, vt pro amico non fideiuberent. Nec enim fieri poteſt, quin quandoq; hæc accidant ſæpe numero neceſſitates occurrunt, vt opus bonum ſit, vt amico egenti ſuccurramus.

Fideiuſſio, in qua non interuenit ſtipulatio, non
49 obligat fideiuſſorē, † *l. ſtipulationum aliæ. 5. §. ſatis acceptio, ff. de verbor. oblig. l. cum oſtendimus, ff. de Fideiuſſ. Tutor.* nec veſtiri fideiuſſionem contractus cohærentia, aut obligari ex nudo pacto, & ideo in
50 ea requiritur † ſtipulatio *l. Blanditus C. de Fideiuſſ. vt poſt Bald. in conſ. 180. vol. 1. & Hieronym. Gratum, in conſ. 53. incip. Ex Themate, num. 14. 15. vol. 1.* voluit *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 39. num. 1.* voluit *Cæſar Vrſill. in dicta deciſ. 39. numer. 2. 3.* voluit *Hippolyt. de Marſil. de Fideiuſſorib. num. 356. 357. Ioan. Baptiſta Thor. in Compendio deciſ. Neap. §. Fideiuſſio, an ſit valida. Thomas Grammatic. in conſil. criminal. 51, nume. 8, Ioan. Cephal. in conſ. 396. num. 33. vol. 3. in conſ. 477. numer. 15. eodem vol. 3. Petr. Duen. in Regul. 332, num. 1.*
51 FIDEIVSSORES eſſe † nequeunt Cleri-
52 ci, (vt ab ipſis principium capiam) nam † fideiuſſionibus inſeruientes ab eccleſia abijciuntur, vt *in c. 1. extr. de Fideiuſſ.* clericos enim oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt om-
53 nes vitæ huius occupationes abijciat, ne † fideiuſſores exiſtant, *c. Te quidem. 11. q. 1. Conſtantinus Harmenopulus, in Epithom. lib. 3. tit. 6. §. 8. Iacob. Philippus Portius in conſ. 16. num. 31. Lælius de Zanchis, in tract. de Priuilegijs Eccleſ. Priuileg. 115. nume. 1. cum pluribus ſeqq. Horatius Carpanus ad ſtatuta Mediolani. Parte 1. cap. 24 num. 23. 24.* hos, & alios referens. *Ant. Heringius, de Fideiuſſoribus cap. 7. nu. 239. cum pluribus ſeqq. Martinus Meſnartius in Epithom. legum Pontificalium, lib. 3. tit. 22. in princ. Hieronym. Treutlerus diſputatio ſelect. parte 2. Diſputat. 28. Theſi. 2, Daniel Venatorius in Analyſi Iuris Pontificij, lib. 3. tit. 22. §. quæ cauſa efficiens fideiuſſionis. Ioan. Petrus Surdus in conſil. 396. num. 24. volum. 3. Proſper Carauita in Ritu 160. ſub nume. 5.* Bannito-
54 rum fideiuſsores † eſse non poſsunt clerici in hoc Regno per *Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ 135. incip. Item quòd dictus Commiſſarius, vbi Carauita.*

AMPLIANT procedere, & in Abbate, qui
55 regulariter, & ipſe fideiubere † non poteſt, ob quod nec illius Monachi *Angelus de Clauaſio in ſumma, in Verb. Fideiuſſor. num. 7. Ioan. Sainxon in conſuetud. Turonenſ. tit. 1. §. 24. Gloſſ. 3. verſ. Quæro decimo quinto. Franciſc. Monald in conſ. 30. nu. 3. 4. vol. 2.* Quod faciet Abbas cum conſenſu conuen-
56 tus, ſiue maioris † partis. Quod, & in Religioſis Franciſcanis locum habeat, cum nihil poſſideant, ex quibus cum nihil habeant, in nihilo fideiubere poſsunt, vt longè, latèq; diximus *in conſil. 17. per*
57 *totum centur. 1.* Hoc autem locum ſibi non † vendicat in fratribus tertij ordinis eiuſdem Diui Franciſci, qui iudicantur tamquam ſeculares, & laici,
58 & habent velle, & † nolle tamquam puri laici diſponendi poteſtatem, compromittunt, & alia faciunt, vt dixi *de compromiſſis, §. 1. Gloſſ. 3. nu. 219. 220.* quæ loca à me ſcripta retulit, & ſequutus eſt *Ant. Heringius in dicto tract. de Fideiuſſoribus, cap. 7. num. 245, cum pluribus ſeqq.*

DECLARA Tamen, & limita non procedere, vt à principio Clerici fideiubere prohibean-
59 tur, ſi tamen nihil contra ipſos ſit oppoſitum, † & fideiuſserint, fideiuſſio valida erit, & ſubſiſtet, ità voluit *Gloſſ. in dicto c. Te quidem 11. q. 1. in verb. Nec fideiuſſor. in fin.* dicens, quòd licèt non debeat fide-
60 iubere, ſi tamen fideiuſſerit, tenet † obligatio, *c. peruenit, & c. conſtitutus, extr. de Fideiuſſ. Gloſſ. in c. 1. extra tit. eodem, Marcus Mantua in conſ. 143. nu. 49. Hieronym. Treutlerus. Diſputatio. Selectar. par. 2. diſput. 28. Theſi. 2. Horat. Carpan. ad ſtatuta Mediolan. par. 1. cap. 44. num. 26. Valentinus Franc. de Fideiuſſor. cap. 2. nu. 234. Angel. de Clauaſio in dicta ſumma, §. fideiuſſor. num. 6.*

DECLARA, & limita ſecundò, clericos in-
61 ter ipſos fideiubere poſſe † inſimul mutuo, *l. omnes la. 2. §. In hac, lo 2. C. de Epiſcop. & Clericis. Gloſſ. in dicto c. Te quidem 11. q. 1. et gloſſ. in c. quod quibuſdam,* quæ admittitur tamquam Vicaria fideiuſſio, vt dicit *Ant. Heringius de Fideiuſſoribus, cap. 7. num. 261.* Quanquam Vicariam fideiuſſionem plurium inquiſi-

62 quiſitorum † de eodem delicto appellet *Bartol. in l. Romanus, in fin. ff. de Tutoribus, & Curatorib. datis ab his,* quem ſequitur *Angel. de Aretio in tract. Maleficior. in verb. pro quibus Antonius fideiuſſit, verſic. quæro an vnus,* & ipſos ſequitur *Hippolyt. de Marſil. de fideiuſſoribus, nu.* 368. *Petrus Caball. in deciſ. Florentin.* 72. & habemus in hoc Regno Neapolitano

63 ordinationem dictæ Vicariæ fideiuſſionis † *in Ritu Magnæ Curiæ Vicariæ,* 163. vbi hoc idem voluit *Proſper Carauita, nu.* 1. *& ante eum Robert. Maranta in Specul. Aureo, par.* 6. *memb.* 8. *nu.* 7. Sed poteſt dici mutua fideiuſſio prædicta inter clericos, vti illam vocauit *gloſſ. in dicto c. te quidem,* vel poteſt

64 dici reciproca, † vt dicimus de donatione mutua inter virum, & vxorem.

DECLARA, & limita Tertiò, quando clericus fideiuberet pro ſuæ eccleſiæ vtilitate, pro qua

65 tenet fideiuſſio, & obligatio, *c. ex reſcripto, extra de iureiurand.* vbi Monachi ſe obligarunt, & dederũt ſe ipſos obſides pro monaſterio, & per Pontificem fuit ibi ordinatum, quòd ſoluerent promiſſa: faciũt notata per *Benedictum Canophylum Monachum Benedictinum Sangrienſem, de Priuilegijs Eccleſiæ, tit. de tranſact. Priuileg.* 2. *Iacob. Menoch. de arbitr. iudicum quæſtionibus, lib.* 2. *Centur.* 5. *caſu* 432. *nume.* 1. quos refert, & ſequitur *Heringius de fideiuſſoribus, cap.* 7. *nu.* 257. *cum pluribus ſeqq.*

DECLARA, & limita quartò, poſſe clericum

66 fideiuſſorem eſſe in cauſa † propria *arg. eorum, quæ dicit Heringius de fideiuſſoribus, cap.* 7. *nume.* 163. *& nu.* 263. *&* 264. inducit, quod olim dixeram quòd

67 ſi clericus compromiſſum in re ſua † faciat valebit, quod dixi *in tract. de compromiſſis,* §. 1. *gloſ.* 3. *nume.* 216.

DECLARA, & limita Quintò, ſi aliqua neceſſitas ſubeat, quæ requireret clericalem fide-

68 iuſſionem, tunc enim, & ſi neceſſitas † ad id illum aſtringat, tamen ex pietate ſubuenire tenebitur, eoq; caſu in bonis, & ſui beneficij fructibus tenebitur, *vt arg. c. Non ſatis* 86. *diſtinct.* voluit *Gloſſ. in dicto c. Te quidem* 11. *q.* 1. *Gloſſ. in dicto c. quod quibuſdam, in verb. Fideiubentes. Ioan. Sainxon, in conſuetud. Turonenſi, tit.* 1. §. 24. *Gloſſ.* 3. *verſ. Quæro decimo quinto. Gerardus de Petra Sancta in ſingul.* 100. *Angel. de Clauaſio. In ſumma,* §. *fideiuſſor. numer.* 6. Iuxta illud quòd Clericus quo ad perpetuum Ec-

69 cleſiæ † præiudicium, licèt non compromittat, poterit tamen quoad modicum præiudicium, puta de fructibus, & in quantitate, quatenus potuiſſet donare, vt nos diximus *de compromiſſis,* §. 1. *Gloſ.* 3. *nu.* 215. quos & alios referens, & ſequitur *Idem Heringius, in dicto cap.* 7. *num.* 254. *cum duobus ſeqq.*

MINOR viginti quinque annorum de Iure

70 communi ad fideiubendum non † probatur, *l. De die,* §. *Qui mulierem, ff. Qui ſatisdar. cogantur, l. ſi Titius, & Seia.* 49. *ff. de Fideiuſſ.* & ex deductis *per Ioan. Mauritium, de Reſtitutione in integrum, c.* 233. *cap.* 234. *cap.* 235. *Hieronym. Treutler. Diſputation. Selectar. par.* 2. *diſputat.* 28. *Theſi.* 2. *litera, c. Ioan. Cephal. in conſ.* 437. *nu.* 1. *vol.* 3. *Marian. Iunior, in conſ.* 47. *num.* 8. *vol.* 4. *Surdum in conſ.* 46. *num.* 1. 2. *vol.* 1. *in conſ.* 226. *num.* 19. *vol.* 2. *Fabium Turrett. in conſ.* 39. *nu.* 1. *vol.* 1. *cum amplè deductis per Sforziam Oddum de Reſtitutio. in Integrum, q.* 54. *per plures articulos. Dethardus Horſthius in Synopſi Theſum, lib.* 2. *titul.* 8. *num.* 3. *par.* 1. *Proſper Carauita in ritu* 160. *ſub num.* 5.

QVANDO autem minor reſtituatur aduer-

71 ſus fideiuſſionem? *poſt Ioan.* † *Mauritium Dolanum in tract. de Reſtitutio. in integrum, cap.* 233. *cum duobus ſeqq. Idem Sforzia Oddus de Reſtitut. in integrum q.* 54. *part.* 1. dicemus *in titul. de Reſtitutione in Integrum.*

Notandum eſt tamen, quòd in hoc Regno Neapolitano Minor ætas, & minores dicuntur vſq; ad

72 decimum Octauum annum † completum, *vt in Conſt. Regni Neap. Minorum Iura.*

CONTRARIVM verò, poſſe puberes mi-

73 nores † obligari, & fideiubere † *ex l. puberes* 101. *ff. de verbor. obligat. poſt Iacob. Cuiacium obſeruat. lib.* 19. *cap.* 33. *& Herman. Vulteium, lib.* 1. *Diſceptat.* 16. & alios voluit *Ant. Hering. de Fideiuſſ. cap.* 7. *nu.* 87. *cum pluribus ſeqq.*

FVRIOSVS, ſiue ſtipuletur, ſiue promittat,

74 nihil agit, nec agere † intelligitur, *l.* 2. §. *furioſus. ff. de Iure codicillor.* §. *furioſus Inſt. de inutilib. ſtipul.* caret mente, §. *præterea. Inſt. quibus non eſt permiſſ. facer. teſt.* caret etiam ſenſu, *l. ſi cum dotem* 23. §. *ſi maritus. ff. ſolut. matr.* qui furet ordinatam memoriam non habet, *c. filij, de Hæreticis. Cardinal. Pariſius, in conſ.* 87. *vol.* 3. qui dum loquitur, quaſi dormiens, quod dicit, non intelligit, vt inquit *Bald. in l. Sancimus C. Ad Trebell.* ex quibus colligitur furioſum nullum habere conſenſum, & proinde ſti-

75 pulationem concipere non poſſe, & ideo † nullo modo tamquam fideiuſſorem obligari, vt concludit. *Heringius in dicto, cap.* 7. *numer.* 111. *cum pluribus ſeqq.*

DECLARA tamen id procedere in veris

76 Furioſis, dementibus, Fatuis, amentibus, † Inſanis, ſtultis, mente captis, Maniacis, Fanaticis, Phreneticis, & Lethargicis, vt dicunt. *Ariſtoteles in Problematis ſection.* 30. *Galenus de Symptomat. cauſis, lib.* 2. *de cauſis pulſuum, lib.* 4. *& Aphoriſmor. lib.* 6. *Aphoriſ.* 56. *& de locis affectis, lib.* 3. *cap.* 3. *Cornelius Celſus, lib.* 1. *cap.* 18. *& è noſtris Antonius Heringius in tract. de Fideiuſſoribus, cap.* 7. *num.* 113. 114. & qui continuo furore vexantur, non autem in illis, qui habent dilucida interualla, vt, & nos latiſſimè diximus *in conſ.* 4. *per totum cent.* 2.

77 EBRIVM etiam † in fideiuſſorem non obligari, & contractum ab Ebrio factum, validum non eſſe, & de Iure non ſubſiſtere, facit *Gloſſ. Notabilis, in l. Dolum C. de Dolo malo,* quæ dicit quòd Aldricus (qui fuit ex antiquis Gloſſatoribus, non autem Albericus de Roſate Bergomas, qui fuit Bar-

78 toli contemporaneus) qui † gloſſator fuit inuitatus à quibuſdam Hiſpanis, qui dederunt ad bibendum vinum Rubeum, temperatum cum vino albo, quaſi eſſet aqua, vt ipſe ebrius factus pro illis

fideiu-

fideiuberet. Quòd in *dicta l. dolum*, annotauit *Bald.* dicens, quòd ſi quis inuitauit aliquem ad prandiũ, & inebriauit eum, & poſtea fecit ſecum aliquem contractum, in quo ille ebrius eſt deceptus, quòd præſumitur dolo inductus ſecũdum Guarnerium, tenementi. Hæc ibidem *Baldus*. Idcirco ex hoc
79 † contractum ab ebrio factum non ſubſiſtere dicitur, neſciunt enim ebrij, quid loquantur, qui nimio vino indulgent, iacent ſepulti, ideoq; ſi qui
80 per vinum deliquerunt † apud ſapientes iudices venia quidem facta donantur, ſed leuitatis damnantur authores, ſunt verba *D. Ambroſij in libr. de Abraham, cap. 6. deducta, in c. Sanè* 15. *q.* 1. *Bartol. in l. reſpiciendum, §. delinquunt, num.* 3. *ff. de pœnis*, maleficia commiſſa per ebrios dicit puniri, allegat *text. in l. omne delictum, §. per vinum, ff. de Re milit.*
81 vbi licèt remittatur pœna capientis † tamen punitur. Quo verò ad contractus inualiditatem faciunt, quæ dicit *Ludouic. Roman. in l.* 1. *ff. de verb. obligat. Andr. Tiraquell. in tract. de cauſ. minuend. pœnæ, cauſa* 6. *num.* 8. *Ioan. Goddæus in tract. de committenda ſtipulatione, cap.* 7. *concluſ.* 11. *num.* 166. *ſeq. Zangerus in tract. exceptionum, par.* 3. *cap.* 11. *num.* 34. quos, & alios refert *Ant. Heringius in tract. de Fideiuſſoribus, cap.* 7. *num.* 119. *cum pluribus ſequentibus*. Nec mirum quia à ſecundæ ætatis poſt gene-
82 rale diluuium, principio, † cum Noe bibiſſet vinum, ac inebriatus eſſet, & Cham vidiſſet patris pudenda, & Semo, & Iaphet fratribus nunciaſſet, illique pallio operuiſſent, nata eſt paterna in
83 Cham † maledictio, & quòd fratrum ſuorum ſeruus fieret vt habetur *Geneſis, cap.* 9. Filiæ & Loth
84 inebriauerunt † patrem, & concubuerunt cum eo, indeq; nati Moab, & Ammon, à quibus Moabitæ, & Ammonitæ *Geneſis, capitulo* 19. Ideo optimum conſilium dabant Salomon *Prouerbior. capitulo* 23. Noli (inquit) eſſe in conuiuijs potatorum, nec in commeſſationibus, eorum qui
85 † ad veſcendum conferunt. quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur. Vndè optimè ad ſacras Virgines ſcribens *D. Auguſtinus*,
86 Ebrietas eſt flagitiorum omnium † mater, culparumq; materia, radix criminum origo vitiorum, turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tempeſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis, amiſſio temporis, inſania voluntaria, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, animæ corruptela, indè *Ouidius de Arte amandi, lib.* 1.

Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos.
Cura fugit, multo diluiturq; mero.

Et Propertius, lib. 2. *Elegia Vltima* inquit,

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,
Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.

Quomodo autem ebrij ſtipulari, aut fideiubere o-
87 ptimè poterint, cum errare † illos dicat *Iob, cap.* 12. Palpabunt (inquit) quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quaſi Ebrios. Poſt *Gabrielem Muddeum in §. Præterea, nu.* 21. *Inſt. de Action. Anton. Heringius in dicto cap.* 7. *nu.* 134. dixit Carolum Quintum Auſtrium Conſtitutionem feciſ-
88 ſe, quòd non † ſuccurreretur illis, qui cum ebrij eſſent cum ſuo damno contrahere voluerunt. Deſcribit quaſdã limitationes *Idem Heringius*, quas alijs conſideranda relinquo.

89 MILITES fideiuſsores † eſse nequeunt. *l. de die, §. qui mulierem, ff. qui ſatiſd. cogant, l. milites, C. locat.* quæ eſt Leonis Imperatoris, ſicuti, *l. milites*, 15. *C. de Re militari, lib.* 12. *Antonius Gomez Variarum Reſolutionum tomo* 2. *cap.* 13. *nu.* 19. *Ioan. Goddæus de contrahend. ſtipulation. capit.* 7. *concluſ.* 17. *nu.* 300. *Valentinus Francus, de Fideiuſſoribus, cap.* 2. *nu.* 215. *Heringius de Fideiuſſorib. cap.* 7. *num.* 160. *Hieronym. Treutler. Diſputationum Selectar. part.* 2. *diſputat.* 28. *Theſi* 2. *litera C, Dethardus Horſthius in Synopſi Theſum, lib.* 2. *titul.* 8. *nu.* 3. *part.* 1. *Proſper Carauita in Ritu* 160. *ſub nu.* 5.

90 PRIVILEGIA militum hodie militibus † non competere dicit *Angelus de Clauaſio in ſumma, §. Milites, in princip.* quem ſequitur *Vincentius Carocius de locato, & conducto. par.* 1. *ſub tit. quibus non eſt permiſſum conductores eſſe, nu.* 8. qui allegat *eundem Angel. in verb. locatio, num.* 10. Qui non dicit,
91 quòd hodie † illorum priuilegia non ſunt in vſu, ſed dicit, quòd per eos non poſſunt locari prædia ad colendum, ne amiſſo armorum vſu, ad rurale opus ſe transferant.

CONTRARIVM arbitror, quòd dum cõgruo tempore militiæ vacauerint, priuilegia illis
92 omnia † competant, præſertim illis, qui eorum ſeruitia præſtant, contra Barbaros, Turcas, Mauros, Hæreticos, & Chriſtianæ Reipublicę hoſtes, ac pro eorum Principibus in bellis iuſtis. Quomodo Catholica, chriſtianaque Reſpublica DEO optimo
93 Maximo, Sanctaque Eccleſia † debita, & congrua ſeruitia cum quiete, & tranquillitate ſeruabit, niſi adſint arma foris, quæ iniquis hominibus, forti brachio, & potenti manu militarique ſtudio reſi-
94 ſtant, cum illud *Iob. cap.* 7. verum ſit, dicens, † Militia eſt vita hominis ſuper terram. Idcirco neceſſaria fuit militiæ exercitatio, & priuilegia, ac iura, quibus illa regeretur, quæ veluti penicillo breuiter docuit Sanctus Eccleſiæ Doctor *Iſidorus Ethymologiarum, lib.* 5. ita dicens. Ius militare eſt belli
95 † inferendi ſolemnitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato egreſſio in hoſtem, vel pugnæ commiſſio; Item ſigno dato receptio. Item flagitij militaris diſciplina, ſi locus deferatur. Item ſtipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, veluti cum corona, vel torques donatur. Item prædę Deciſio, & pro perſonarum qualitatibus, & laboribus iuſta diuiſio, ac principis portio, de quibus habetur *in c. ius militare, 1. diſtinct.* Nec IESVS CHRI-
96 STVS Dominus noſter improbauit, † ſed apud *Lucam, c.* 3. dum dicit, interrogabant autem eum, & milites, dicentes, quid faciemus, & nos? Et ait, Neminem concutiatis neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Cùm ſciret CHRISTVS, vt mali milites ſe corrigerent, præcepta tradidit, non approbans illorum exceſ-

ſus.

ſus, nec prohibẽs illorum ſeruitia, & hanc ſcholam cognouit *Iouinian. Pontanus Amorum lib.* 2. dicebat

Militiæ condam partes, ac iura fuerunt
Tutari Patriæ dulcia tecta tuæ.
A ſocijs arcere minas pepuliſſe Tyrannos,
Hoſtis, & incurſus continuiſſe vagos.
At nunc quid bello petatur, niſi præda? nec hoſtem.
Sed ſocium vita eſt, expoliaſſe Decus.

Nihilominus à principio apud omnes Reges, & Bellatores etiam in ſacra ſcriptura apparet fuiſſe conſtitutos, Principes, Duces, Magiſtros, Tribunos, & magiſtratus Militiæ, & Militum, *Geneſ. cap.*
97 26. fit mentio Phicol Ducis militum, † *lib.* 4. *Regum, cap.* 7. dicitur de omnibus militum Ducibus, *Deuteronom. c.* 1. de Principibus, Tribunis, & Centurionibus, *Geneſ. c.* 37. Phutiphar Eunuchus Pharaonis, & Magiſter militum, qui emerat Ioſeph,
98 4. *Regum, cap.* 10. de Iehu Principe † militiæ. *Apud Hieremiam, cap.* 40. fit mentio Nabuzardam magiſtri militum Regis Babylonis, & officiorum, & actuum in eum factorum. Itaque apud iſtos remittitur, modus regendorum militum, & in illis conſiſtit Prudentia illa militaris, & virtus, qua regitur multitudo exercitus ad tuitionem totius boni cõmunis, de qua loquitur *D. Thomas de Aquino*, 32. *q.*
99 48. *cap.* 4. Non enim debet ſecularis † militia damnari, quia illa non damnatur, ſed abuſus, puta, nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia hæc ſunt, quæ in bellis iure culpantur, *ità D. Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum, lib.* 22. *cap.* 24. & habetur *in cap. quid culpatur*, 23. *q.* 1. & ità intelligenda ſunt quæ in Senatu Luſitano decreta ſunt *apud Anton. Gammam in deciſion.* 365. *per totam, Valentin. Francus in tract. de fideiuſſoribus, cap.* 2. *nu.* 217. *Ioann. Goddæũ, de contrahenda ſtipulat. concluſ.* 17. *nume.* 305. quos retulit, & ſequitur *Anton. Heringius de fideiuſſor. cap.* 7. *nu.* 162. cum quibus pertranſeo.

FILIVSFAMILIAS de iure communi fi-
100 deiuſſor eſſe non poteſt, † *l. Qui ſatisdare, verſicul. Cæterum, ff. de fideiuſſor. l. filiusfamilias, C. eod. titul. l. ſi dubitet, §. filiusfamilias, ff. eod. tit. Annibal Troiſius in ritu Magnæ Curiæ*, 135. *in fin.* vbi etiam *Proſper Carauita, ibidem, nu.* 2.

DECLARANDVM eſt ſecus eſſe pro pa-
101 tre non ſolum poſſe fideiubere, ſed teneri, † vt patet *in dicta l. qui ſatis, & in dicta l. ſi dubitet, §. filiusfamilias, & in dicta l. filiusfamilias*, & voluit *Hippol. de Marſilijs de Fideiuſſoribus, numer.* 307. *Cæſar Vrſillus, in deciſ.* 308. *num.* 25. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegalenſ.* 128. *numer.* 6. *Horatius Carpan. ad ſtatuta Mediolanenſ. cap.* 416. Sed ordinem, quem ſeruauit *Marſilius in dicto, num.* 307. dum facit regulam, quòd ſit fideiuſſor pro patre, quia non eſſet verum, quòd id fuiſset, quia non erat neceſſe Alexandro Seuero Imperatori, & videret dari ſuplicationem
102 pro re indubitabili, verum † Regula erat in contrarium, *text. in dicta l. filiusfamilias*, eſt pro limitatione Regulæ:

LIMITATVR Tamen in hoc Regno Nea-
103 politano, per diſpoſitionem † *Prag. incip. Per Excellentem, ſub tit. de Senatus conſulto Macedon.* per quam diſponitur, quòd Filijfamilias ſi fideiuberent cum conſenſu Patris, vel aſsererent habitare ſeorſum à patre, vel eſse emancipatos, his caſibus rectè partes facerent, & fideiuſſiones eſſent validæ, vt dicunt *Troyſius in dicto Ritu* 135. *& ibi Carauita*, qui ſic ſcripſit *in commentarijs dictæ pragmaticæ*. Quoad alia de Iure communi concernentia
104 fideiuſſiones † filiorum familias remitto Lectores ad ea, quæ refert *Antonius Heringius in dicto capit.* 7. qui doctè, & eleganter hanc materiam pertractauit.

105 MVLIER, an fideiuſſor pro alijs † eſſe poſſit? Breuiter Reſpondetur, illam prohiberi authoritate Senatus Conſulti Velleiani, de quo meminit *Vlpianus, in l.* 1. *ibi ne pro vllo fœmina intercederent, ff. Ad Sẽnat. Conſult. Velleianum. Ibidem, in l.* 2. *dicit, Marco Syllano, & Velleio. Tutore, conſulibus, Proſper. Carauita in Ritu* 160. *ſub num.* 5. (de quo an fuerit Velleius Conſul cum aliquo ex Syllanis aliàs diximus *in commentarijs de Magiſtratuum Edictis lib.* 2. *cap.* 2. nam & ibi dubitationem, & ambiguitatem fecimus, quòd ſi à Velleio Senatus Conſultum dicitur, nullam Velleium cum Marco Aliquo collega ex Syllanis) quantum tamen attinet ad dicti Senatus Conſulti diſpoſitionem ad fœminarum fauorem, vt illis ſuccurreretur, & rei illarum familiaris periculum tueretur: Nec id nunc agere mihi viſum, niſi ſummis labris tangere. Dum aliqui dicunt, Senatus Conſulta facta, Conſulto Senatu,
106 præcedente Imperatorum oratione, quia † id non negauerim, dum ſumma rerum Imperij penes illos venit, ante tamen vrbe exiſtente ſub Regibus, & ſecundo reducta in libertatem; Et Senatus Conſulta fiebant Conſule Rogante, vt de ea re, quæ proponebatur, Senatus Conſuleretur, & quod à maiorum parte conſtitueretur, Senatus Conſultum dicebatur. Hoc patet ex duobus Senatus con-
107 ſultis antiquis ad Rubiconem † Flauium Marmoribus inciſis quibus prohibitæ erant armatæ turmæ, legiones, Commilitones, & Centuriones, vt ibi ſiſterent, arma, & vexilla deponerent, aliàs ſi contra Senatus Conſultum facerent, populi Romani Hoſtes fierent; Hinc Iulius Cæſar è Gallia rediens eius Senatus Conſulti admiratus eſt, & tamen illius Reſpub. penes Imperatores non venerat, ideoq; clarum eſt ante Imperatores Senatus
108 conſulta fuiſſe † de quo *apud l. Feneſtellam de Magiſtratib. Romanis, cap.* 1. *Pomponium Lætum, de Magiſtratib. cap.* 7. *cap.* 8. *Aymarum Riuallium Hiſtoriæ Iuris ciuilis libr.* 3. *& omnes Hiſtoricos*. Et ideo vſum non fuiſſe, vt Senatus conſulta ſemper Imperatore orãte fierent, vnde conſtat ex his mulieres
109 fideiubere prohibitas † eſſe, & conſtat *ex toto tit. ff. de Fideiuſſoribus, & C. eod. tit.* de his fideiuſſoribus quoad mulieres agitur ſignanter *in l.* 3. *ſi Titius, ff. de Fideiuſſ. l. mulierem, l. antiquæ Ad Senatus conſult. Velleian. Petr. Gregorius Sintagm. Iuris vniuerſi,*

uerſi, lib. 23. cap. 3. nume. 25. Antonius Heringius de Fideiuſſoribus, cap. 7. num. 389. cum pluribus ſeq. Dethardus Horſthius in Synopſi Theſum, lib. 2. titul. 8. num. 3. part. 1.

QVIA quoad mulierum fideiuſſionē in omni loco multæ accidunt difficultates, quibus quæ-
110 runt detrahere priuilegijs ipſarum † mulierū ex Senatus conſulto Velleiano prouenientium, propterea ſubiungam plures concluſiones, ex quibus habeantur breues, & iuſtæ illarum Deciſiones.

PRIMA concluſio illa ſit, quòd ſi mulier ſe obligat vnà cum marito, præſumitur totam ſummam ad maritum peruenisſe, & mulier, licèt interceſſerit ad nihilum teneatur, niſi in ſpecie probe-
111 tur medietatem pecuniæ † ad ipſam peruenisſe. Hoc diſponit *text. in Auct. ſi qua mulier, C. ad Velle.* vbi hoc ſequuntur *Bartol. Bald. Salyc. & alij. Aymo Crauett. in conſ. 91. Franciſcus Viuius in commun. opinion. lib. 2. opin. 196. & opin. 215.* quos refert *Emanuel Suarez in Theſaur. receptar. ſententiarum, §. vxor. n. 112. Vincent. Honded. in conſ. 45. n. 3. vol. 2. Iacob. Menoch. in Tract. Præſumption. lib. 3. Præſumption. 22.* faciunt quę doctè, & eleganter dixit *Ioan. Ronchegallus in l. eandem in princip. nu. 55. 57. vſq; ad nu. 63. ff. de Duob. Reis, Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 209. n. 3.* quem refert, & ſequitur *And. Tiraquell. de Retract. conſangui. §. 31. Gloſſ. Vnica, num. 5. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 140. num. 2. 7. Nicolaus Boerius in deciſ. Burdegal. 23. num. 6. 7. Cæſar Vrſill. in deciſ. 209. nu. 3. & per totam, Antonin. Theſaur. in deciſ. Pedemontan. 222. ſub nu. 14. Ant. Hering. de Fideiuſſorib. cap. 7. n. 402. Ant. Gamma in deciſ. Luſitan. 131. num. 1. 2. in fin. deciſ. 227. num. 3. Catell. Cotta in Memor. Mulieres. Aluar. Vallaſc. in deciſ. ſiue conſult. Luſitan. 83. nu. 8. Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol. 474. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 5. titul. 6. defin. 8.* hos ſequitur *Ioan. Baptiſta Thor. in Compendio deciſion. Neap. in verb. vxor inſimul.* Vndè eſt neceſſarium quòd probetur pecuniam fuiſſe verſam in ipſius mulieris benefi-
112 cium, † nec ſufficit probare numerationem, vel confeſſionem vxoris, niſi manifeſtè probetur ad eiuſdem vxoris vtilitatē verſam, & ita iudicatum in Camera Imperiali dicit in cauſa Annæ Gnoden. 26. Ianuarij 1565. *ſcribit Andreas Gail. Practicarum obſer. lib. 2. obſerua. 89. ſub nu. 1.* confeſſio enim mulieris, quòd pecunia verſa eſſet in ſui vtili-
113 tatem fuiſſe factam † in legis fraudem, & ipſam adhibitam, vt pro viro fideiuberet. *Abb. Panor. in conſ. 44. nu. 1. vol. 1. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 508. num. 7. volu. 1. Theſaur. in deciſ. Pedemont. 223. num. 2. 4.* vbi dicit, ità illum Senatum obſeruare.

SECVNDA concluſio eſt, quod contractus factus eſſet ab vxore ante contractum matrimonium, & ſi dotes fuiſſent poſt modum promiſſæ vi-
114 ro, tenetur vxor ſoluere de ſuis dotibus *arg. l. mulier bona, in fin. ff. de iure dot.* quia & ſi marito promiſerit omnia bona in dotem, bona dicuntur deducto ære alieno. *l. ſubſignatum, §. bona, ff. de verbor. ſignif. & ita ex Guidon. Papæ. in deciſ. Delphin. 447. & Anton. Capicio in deciſion. Neap. 128. num. 45. ex Caſſæne. in Conſuetud. Burgundiæ, Rub. 4. §. 1.* quandoq; dum adoleſcens eſſem Reſpondi *in conſil. 54. num. 5. cum ſeqq. Ioan. Papon. Arreſtor. Curiæ, lib. 18. titul. 5. Arreſto. 44.* Idem dicit *Flamin. Chartar. in deciſion. executiu. Genuæ. 34.* qui allegat, quæ ego allegaui *in dicto conſil. 54.* quod per multos annos ante illas Chartarij deciſiones fuit typis traditum illud tamen allegat *Marius Giurba in Deciſ. Sicillæ. 69. numero ſecundo,* qui complures allegat. Quibus adde *Anton. Heringium, in dicto, capitulo ſeptimo, numero 416.* vbi refert illud meum conſilium.

EX SVPRADICTA concluſione, optimum tractauit iudicium in hac quæſtione, *Antonius Heringius,* nam mulier, quæ maritum habens debitis grauatum à creditoribus, & fideiuſſoribus, qui quotidie ex illis moleſtabatur. Studit mulier, vt maritum ab illis vexatum redimeret, debitum mariti, vt ipſi venderent pro certa pecunię quantitate, quia ipſa faciliter cum bonis mariti, vel iure retentionis, illud debitum, vel aliter conſecutura. Creditores contractum inierunt, ex quo ipſa fecit emptionem, ſuper quo poſt modum conuenta mulier inſtrumento. Mulier exceptionem oppoſuit, quòd pro marito ſibi interceſſerat, & ideo Senatus conſulto Velleiano ſe continebat, & tuebatur. Reſpondebant creditores non eſſe Senatus conſulto locum, quia mulieri permiſſum
115 eſſe facere emptionem nominum, non † minus, ac alterius cuiuſlibet Rei & tamen expreſſum eſt, iſto caſu Senatus conſultum ceſſare *l. ſi mulier. 11. l. ſi dominus §. fin. l. bona fide, §. fin. ff. Ad Velleian.* quod, & comprobat *text. in l. aliquando, ff. eo. tit. & text. in l. tutor. §. deniq; ſi ponamus, ff. eo. tit.* ex quibus principaliter, & ex alijs, cōtra mulierem, non eſſe locum Senatus conſulto pronunciatum fuiſſe in Tribunali Electoris Saxonici, die 20. Octobris 88. ſcribit *Heringius in dict. cap. 7. numer. 417. 418. 419. & 420.*

TERTIA concluſio erit, non iuuari mulierem Senatus conſulto Velleiano, ſi decipiendi ani-
116 mo, vel cum ſciret nō teneri, tamen † pro aliquo interceſſerit. ita habetur *in l. ſi fideiuſſores, & in l. Quamquam, ff. Ad Senatus conſult. Velleian.* quia cum ſint in facto proprio, in quo non præſumitur
117 ignorantia, † ſed ſcientia, vt ex his iuribus dicit *Barthol. Socin. in Regul. 176. Corn. in conſ. 156. incip. cum in cauſa litera D, verſicul. ita quòd illud, vol. 3.* colligitur, quòd huic fraudi contrahendæ excogitatæ, non ſolum obuiandum, ſed ſic facta rata haberi non debent, *l. quidem, §. fin. ff. ad Velleian.*
118 Quia deceptis, & non decipientibus ſuccurrit † Senatus. *l. 2. §. ſed ita demum, ff. eod. titul.* nec etiam excludit actionem, quæ in mulierū dolū competit, *l. ſi mulier l. ſi decipiendi ff. eod. titul. l. ſi mulier, C. de diſtraction. pignor. l. ſi ſine voluntate, §. Quòd ſi patientia, l. fœminis, C. Ad Velleian. vt poſt Frideric. Pruckmannum in Repet. l. in multis, parte 2. articul.*

15.*nu.*8. 9. 10. voluit *Antonius Heringius, in dicto cap.*7.*nu.*423.

QVARTA conclusio, si mulier, cum non es-
119 set obligata pro marito, vel alio, soluat sponte † debitum, vel mariti, vel alterius nulla datur illi repetitio. ita cauit *Antoninus Imperator. in l.*1. *in fin. C. Ad Velleian. & Alexander Seuerus Imperator. in l. Senatus consulto. in fin. C. eod. tit.* (dicit, mulieri Alexandriæ supplicanti) si prædia tua maior viginti quinque annis vendidisti, & pro marito pecuniam soluisti, deficit auxilium Senatusconsulti. Nam Senatus succurrit mulieri obligatæ, non aũt mulieri
120 † donãti, ex quo facilius se obligat mulier, quàm donet. *l sed si ego, in fin. ff. Ad Velleian. l. Stipulata. in princip. ff. de donat. inter vir. & mul.* cum ipsarum
121 genus auariſſimum sit, vt ex his † *dixi in cons.*4. *nu.*33. *in cons.*56. *num.*68. *cent.*1. *Petr. Roysius Decis. Lituaniæ.*3. *nu.*538. *Ioseph. Mascard. de Probationibus, conclusion.*1080. *num.*29. *seq. Heringius in dicto, cap.*7. *nu.*424. *Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus, l.*9. *nu.*35.

QVINTA conclusio erit, quòd mulier pote-
122 rit renunciare Velleiano, qua † renunciatione stãte, illo non iuuatur. vt concludit *Accursius, in l. fin. in verb. non vsuram. ff. ad Velleian. & in l fin. in verb. Cessante, C. eo. tit. Bartol. in dicta l. fin.* §. *fina. num.*1. dicit, quòd Velleiano potest renunciari, & quòd ita obseruat consuetudo.

HANC opinionem Accursius dicit veram,
123 dummodo mulier sit certiorata de † Beneficio Velleiani, aliàs renũciatio non valeat, & mulier possit se tueri beneficio dicti Senatus consulti. & hoc sequitur *Alexand. ad Bartol. in dicta l. fin.* § *final. ff. ad Velleian. in Addit. in verb. si mulier. & idem Alexãd. in l. sciendum, nu.*29. *ff. de verb. obtig.* vbi aliòs allegat. *Dynus in cons.*5. *incip. quæstio talis est, quidam Dominus Goffridus. Hippolyt. de Marsilijs, in Rubr. de Fideiussoribus nu.*36. & multos huius opinionis assertores ad hac rẽ allegat *Andr. Tiraquellus in Rep. l. si vnquam, in Præfat. n.*151. *C. de Reuocand. donat. Alexand. in cons.*42. *incip. super præmisso, col.*4. *vers. Septimo optimè facit, volu.*1. *Deci. in cons.*180. *incip. Visa renunciatione, col.*5. *nu.*8. *vers. tertio non obstat. Barth. Socin. in cons.*263. *circa primam per totũ, vol.*2. *Deci. in d. cons.*180. vbi dicit, quòd in muliere nõ
124 valeat specialiter renunciatio, nisi † appareat, quòd fuerit certificata. *Andr. Alciatus de Præsumptionib. Regul.*1. *Præsumpt.*42. *n.*2. quo in loco *Ioan. Nicol. Arelatan. in Apostillis in verb. de Adulterijs* hanc opinionem vltra alios pluribus authoritatibus confirmat. *Antoninus Thesaurus in decis. Pedemont.*223. *nu.*3. 4. *Andreas Gail Practicarum observat. lib.*2. *observation.*77. *nu.*2. 3. & ista communis sententia ab omnibus ferè probata *Cappel. Tholos. in decision.*37. *incip. Item fuit quæsitum, an oporteat, vbi Steph. Aufrer.* Et idem firmat *Heringius in dicto cap.*7. *nu.*473.

DICTA autem renunciatio eũ certioratione
125 debet esse Iuramento firmata ad hoc, vt valeat † aliàs nulla erit. *arg. c. ex rescripto ext. de Iureiuran.* (de cuius intellectu multa dici possunt, in quibus nunc silentio tranſeam) hoc tamen placuit *Paulo de Castro, in cons.*8. *nu.*4. *vol.*2. *Iason post Alex. & alios in dicta l. sciendum, nu.*31. 32. 33. *in Auct Sacramẽta puberum, nu.*53. *C. si aduers. vendit. in l. penul. n.*18. *C. de Pact. Alex. in dicto cons.*42. *in loco allegato, vol.*1. *& in cõs.*222. *incip. Visa facti narratione, col.*2. *vers. & etiam Lud. de Roma vol.*2. *Ioan. Neuizan. in cons.*22. *nu.*9. *Francisc. Vivius in communi opinion.*529. *nu.*2. *August. Berous in cons.*48. *nu.*4. *vol.*1. *Marian. Socin. Iunior. in cons.*165. *nu.*2. *vol.*2. *And. Tiraq. in dicta l. si vnquã, in Præfation.*136. *Seraphin. de Seraphin. de Priuilegijs iuramenti. Priuileg.*99. *n.*1. *Petr. Cened. Collectan. Iuris Canoni. par.*2. *collect.*73. *n.*3.

Ad limitationẽ notandum, q̃ si mulier antea iurauerit, nolle fideiubere, quod est conforme Sena-
126 tus consulto Velleiano, & postea † fideiubeat, nihilominus iuuabitur Velleiano, cum fideiussio non valeat contra primum iuramentum, & ita dicit limitari *text. in dicto c. ex rescripto. Ferdinand. Vasq. de succession. creation. lib.*2. §. 18. *nu.*158.

CONTRARIVM sed hanc Mulierũ renuncia-
127 tionem, ẽt cũ iuramento non valere † asseruerunt *Abb. Panormit. in cons.*71. *nu.*2. *vol.*1. *Thom. Grãmatic. in decis. Neapol.*76. *nu.*20. Tamen supradicta est
128 communis opinio, & tutior pro † anima.

QVINIMO multorum grauium Iurisconsultorũ conclusio est mulierem renunciantem Senatus consulto Velleiano, debere certioratã prius
129 de dicto beneficio † esse, vt valeat, non procedere, q̃n illa cum iuramento renunciauit, q̃ id iuramentum loco certiorationis habeatur, quia saltim in genere, si non in specie cẽsetur omni Iuris, & legum auxilio renunciasse. *argu. l. si duo patroni* §. *Iulianus, ff. de iureiur. & Auct. Sacramenta puberũ, C. si aduers. vend. Ioa. Andr & Petr. de Anch. in c. Quãuis de Pactis, in* 6. *Anton. de Butrio in capit. si diligenti, de Foro competent. Hyppolyt. de Marsil. in Pract. Criminal.* §. *secunda quæstio est*, vbi alios complures allegat, *numero* 54. *Decius in dicto cons.* 180. quos refert, & sequitur *Andr. Gail. Practic. observation. libr.*2. *observation.*77. *nume.*10. *cum pluribus seqq. Andr. Tiraquel. in Repet. l. si vnquam. in Præfation. nume.*135. 136. *C. de Reuoc. donat. Francisc. Turzan. in commun. opinione*132. *Barth. Socin. in Regul.*273. *Fall.*2. & est communis opinio, vt *per Anton. Burgos. in c. penul. n.*36. *de empt & vend. Ferdinand. Vasq. de succeſſ. creat. lib.*3. §. 28. *n.*61. *Ioan. Neuizzan. in cons.*22. *nu.*9. *Francisc. Bursat. in cons.*349. *nu.*4. *vol.*3. *Ant. Scapp. de iure non scripto, lib.*4. *cap.*12. *num.*3.

LIMITARVNT aliqui, q̃ certioratio præfata
130 non requiratur † quãdo renunciatio fieret in iudicio calore iudicij. *vt in dicta l. fi.* §. *Vltimo, ff. ad Vẽlleian. Lud. Rom. in l. qui repudiãda, ff de acquir. her. Bart. Socin. in Regula.*273. *Fallent.*1. confirmatur *ex dicto Bart.* dicentis, quòd *text. in dicta l. fin.* loquitur, quòd renunciatio sit facta in iudicio.

CONTRARIVM Tamen est verius, quia
131 *in dicta l. fin. & in dicto* §. *final.* apparet, † quòd mu-

mulier, quæ ibi pro alio interceſſerat, & promiſerat extra iudiciũ, ſe eſſe paratam ſubire iudicium, & non opponere in iudicio Senatus conſulti exceptionem, nec illa ſenſuram, & dicit Iuriſconſultus illam cauere oportere non vſuram, & his adim-
132 pletis † ad Iudicium ire, & ità optimè dicit *Angel. de Aretio, in §. Item ſi, ſub nu. 20. ſub Tertio caſu, verſic. Nota ergo tu cauſidice, Inſt. de Except.* Sed profectò (inquit) dicant Doctores quicquid velint, nũquam mihi placuit, quod dicunt ad intellectum
133 † dictæ *l. fin. §. penul.* videlicet quod ibi facta fuit renunciatio in iudicio, quinimmo fuit facta ante iudicium, licèt mulier obtulerit ſe iudicium accipere, & ſic non dum accepit. & ſic etiam dicit *Dec. in l. ſiquis in conſcribendo, numer. 30. C. de Pact.* licet non Angelum alleget. *Decius*, quos ambos refert, *Antoninus Theſaurus, in Deciſ. Pedemontan. 222. nu.*
134 *6. verſ. Talis autem*, vbi dicit † cautius eſſe, vt iudiciali obligationi addatur certioratio. Quinimmo ſi renunciatio fieret in iudicio cum iuramento nullam requirerem certiorationem, quemadmodum mulierem cui contrahenti mundualdi con-
135 ſenſus neceſſarius nõ exigitur in renunciatione † iudiciali, ſicuti nec conſenſus. voluit *Thom. Ferrat. cautel. 6. D. Præceptor. Ioan. Bolognett. in l. omnes populi, num. 97. ff. de Iuſt. & iur. Emanuel Suarez in Theſ. Recept. ſent. in §. mulier. num. 248. poſt Viui. in commun. opi. 297.* quos ſequitur *Heringius, in dicto cap. 7. nu. 513. 514.* qui adducit ad intellectum *No-*
136 *uellæ conſt. 16. Parte. Electoratus ſaxonici.* † maxime quia conſenſus in iudicio non exigitur in caſu ſtatuti requirentis. *Bart. in l. apud Iulianum*, §. *fin. nu. 3. ff. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* quia in iudicio
137 non contrahitur, ſed quaſi contrahitur † *l. 3. §. idem ſcribit, vbi gloſſ. & Bart. ff. de Pecul. & Ioan. de Amicis in conſ. 54. incip. in cauſa agitata, col. pen.*

SEXTA concluſio eſt, ceſſare Senatus conſulti Velleiani Priuilegium, quando mulieri fideiu-
138 benti, atq; intercedenti promittatur indemnitas, non cum promiſſione, ſed cum traditione pecunię, quia tunc fideiuſſio valebit, *vt ex Bald. in l. 1. in princ. C. Ad Velleian. Angel. in l. 1. §. fin. ff. de pignorib.* allegat ad hoc *text. l. ſi mulieri dederim 22. ff. ad Velleian.* vbi ſi mandato meo dando ei pecuniã,
139 vt † illam ſoluat creditori meo, vel expromiſit, Senatus conſulto non † vtitur, cauſam vide ibidem. Idem voluit *Hippolyt. de Marſilijs de Fideiuſſoribus, num. 315. quod poſt Frideric. Prucman. in Repet. l. In multis, parte 2. Articul. 15. n. 27. ff. de ſtatu hom.* & ex alijs voluit *Anton. Heringius de Fideiuſſoribus, cap. 7. nu. 440. 441.*

DECLARA ſupradictam concluſionem, non procedere ſi loco indemnitatis non ſit data pecunia mulieri, ſed pignora, quòd hoc caſu poterit a-
140 gere † Senatus conſulto Velleiano. voluit *Ludouic. Roman. in ſingul. 340. incip. Tuſcis quòd mulier non poteſt, vt illum poſt Prucman. in dicto art. 15. nu. 28. refert Heringius in dicto cap. 7. nu. 442. Sed in libro meo eſt Roman. in ſingul. 323. incip. Tuſcis quòd mulier non poteſt obligari.* allegant *text. in l. quidam voluit 29. in prin. ff. Ad Velle.* qui loquitur de pi-
141 gnore. Sed ego dico, quòd ſi mulier reciperet † pecuniam, quæ ſufficeret creditori ſi cõſignaretur illi, & ſolueret debitũ melius debitoris eſſet quàm ſi tractaret medio mulieris, nam ipſe debitor poneret ſe in maioribus nexibus, contra duos, tractando contra creditorem, & contra mulierem, quę intuitu fideiuſſionis poſſet aliquid opponere. Vndè intelligi debere concluſionem, vt mulieri ſi pręſtaretur indemnitas, & ipſius indemnitatis fideiuſſio, provt illam deſcripſi *ſupra hoc eodem titul. verſicul. Nona eſt fideiuſſio, num. 35.* & dicam inferius, quia quoad fideiuſſionem indemnitatis ſolent poni plures clauſulæ, quibus mulieres eſſent tutæ, præſertim, quod eximat indemnem, & illęſam ante dam
142 nũ † paſſum, & alia. Vndè ſi daret debitor totam pecuniam mulieri non dubium eſt, quòd illa non poſſet vti Senatus conſulto, & valeret ſua fideiuſſio. Et ſimiliter haberet fideiuſſionem indemnita-
143 tis, qua eſſet ſecura, † quòd non damnificaretur. *arg. textus, & quod ibi dixit Bartol. in dicta l. ſi mulieri dederim 22.*

SEPTIMA concluſio, mulierẽ vti non poſſe Senatus conſulto Velleiano, ſi pro alia qualibet
144 muliere dotem promittit, cum qua matrimoniũ licitum eſſe poteſt, ſiue propria filia illa ſit, ſiue extranea. vt plenè dixi *ſupra hoc eodem, tom. 3. tit. 4. de iure dotium, nu. 15. cum pluribus ſeqq. poſt iura*, quibus id cauetur, *ex Baldo Nouello, Hippolyto Riminaldo, Ioanne Croto, Papienſi, Ioanne Coraſio Antonio Gomez, Decio, Andrea Tiraquello, Ioanne Cephalo, M. Antonio Natta, Hondedeo, Emanuel. Suarez, M. Antonio Amato, Fabio Arcas, Antonio Heringio, Dethardo Horſtio, Vincentio de Franchis, & Ioanne Baptiſta Thoro.* cum quibuſdam declarationibus, *ex Baptiſta de Sancto Blaſio, Andrea Tiraquello, Octauio Simoncello, Bartolo, Rolando à Valle, Iacobo Menochio, Curtio Iuniore Hieronymo Gabrielio, Couarruuia, Paulo Montano, Ioanne Petro Surdo, & Ioanne Beſſiano.* Et iterum *ſupra hoc eodem tomo 3. titul. 5. de Priuilegijs dotalibus, verſ. Decimum tertium, num. 55. cum pluribus ſeqq.*

OCTAVA cõcluſio ſit, Senatus conſultũ Velleia
145 nũ prohibẽs mulieres fideiubere, nõ prohibere † Imperatrices, Reginas, Principes, & Duciſſas ſupremas ſuis, aliaſq; admodum Illuſtres Heroinas & olim quoad iudicandi exercitium *de compromiſſis, §. 2. gloſ. 4. nu. 6.* ad quam concluſionem comprobandã relato meo dicto ſupra allegato, ſatis commodè, & modeſtè comprobauit *Antonius Heringius in dicto cap. 7. nu. 507. cum alijs ſeqq.* cuius dictis adhæreo.

QVIA ſupra *hoc eodem tit. verſ. Octaua eſt fideiuſſio num. 32.* diximus de fideiuſſione, quam tenetur pręſtare Debitor, qui impetrat cautionẽ moratoriam, ſiue quinquennalem dilationẽ ad ſoluenda debita eorum creditoribus, quæ Impetratur à
146 ſolo † principe *vt in l. quoties, C. de Precibus Imperat. offeren.* & in Regno Neapolitano id cauetur *per Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ. 287.* † *incip. Item quia*

iudicia. vbi hoc tenent *Anibal Troyſius,* & poſt eum *Proſper Carautta.* Verum quia impetrantes dictam quinquennalē dilationē, & ſimilia reſcripta debitores, vt potiantur dicta dilatione, non aliter valent,
148 niſi præſtita fuerit idonea † ſatiſdatio de ſoluendo, finito tempore dilationis conceſſæ. vt notatur *in l. Vniuerſa, C. eod. Titulo* voluit *Ludouic. Roman. in conſ.* 439. *incip. Circa primum, nu.* 9. 10. *Riſtaur. Caſtald. de Imperat. q.* 111. *verſic. Tertio prohibet. Guid. Pape in deciſ. Delphin.* 109. *in fin. Marſil. in ſingul.* 341. *incip. ille Heringius de Fideiuſſor. cap.* 5. *num.* 132. *& alij deſcribendi infra verſ. Quomodo.* Quo vero ad fideiuſſionem, & ſatiſdationem de ſoluēdis fuit apud plures dubitatum, an debeat peti dicta fideiuſſio aliàs ſi non petatur, non idcirco moratoria dilatio-
149 ne gaudeat qui illam Impetrauit? ſuper † qua dubitatione *Accurſ. in dicta l. vniuerſa, in verb. Præbeatur.* dicit, ſi aduerſarius poſtulet. quam ibi ſequuntur *Bartol. Bald. & alij,* & præſertim ex pluribus firmat *Paul. de Caſtro.* facit ad hanc opinionem *tex. in l.* 2. §. 1. *ff. Quor. legat. ibi,* Non ergo offerre debet ſatiſdationem, ſed petenti ſatis, moram non facere. & hanc opinionem tenuit *Marc. Anton. Natta in conſil.* 685. *per totum, volum.* 4. vbi in Decreto,
150 ſeu ſtatuto † Montis ferrati, vbi notatur, quod appellans, & dicens de nullitate, teneatur tactis ſcripturis iurare in manus Iudicis deputati, ſe nō dolo, nec calumnia appellaſſe, ſed credens iuſtam fouere cauſam, aliàs cenſeatur appellationi renunciaſſe, & ſententia exequatur, & niſi ſatiſdationem dederit de ſoluendis expenſis, & quia in dicto caſu non dedit ſatiſdationem, concludit, dictum decretum,
151 ſiue ſtatutum intelligi, † quòd ſatiſdatio fuiſſet petita aliàs nō data, non nocet, in quam opinionem videtur eſſe *Andr. Gail. Pract. Obſeruat. lib.* 2. *obſeruar.* 46. *nu.* 14. *& Hippolyt. de Marſilijs in ſingul.* 341. *incip. ille* Tamen ego contrarium arbitror, quia cum
152 *in dicta l. Vniuerſa* ſit cōſtitutum in ſpecie, † quòd dicta reſcripta non aliter valeant, niſi fideiuſſio idonea ſuper debiti ſolutione præbeatur, Vndè diſpoſitio illius legis, quamuis eſſet dura, vel aſpera ſeruanda eſt. *l. Qui, & à quibus.* Dicit enim text. Non aliter valeant, ſuper quo adduco *text. in l. muto,* §. *ſub conditione, ff. de Tutelis,* vbi tutela data per præſidem, dicens, tutelam do ſi ſatis dederit, non conditionem, ſed admonitionem, non aliter ei tutelam committi, quam ſi ſatiſdederit, hoc eſt, non aliter
153 † ei gerere permittendum, quàm ſi rem ſaluam fore cauerit, adeo vt in caſu iſto ſuum effectum reſcripta non operabuntur, niſi fideiuſſio præſtita fuerit.
154 Et dicta clauſula, † Non aliter, non admittit modificationem, vel interpretationem diuerſam à verbis. vt voluit *Deci. in conſ.* 61. *incip. & pro tenui facultate mea, nu.* 2. *& in conſ.* 528. *incip. Pro reſolutione caſus, nu.* 11. vbi dicit, eandem clauſulā formam
155 † inducere. *ex Bartol. in l. de his, ff. de Tranſact. Cardin. Pariſ. in conſ.* 91. *n.* 27. *vol.* 1. ſequitur, quòd cum
156 clauſula præfata diſignet formam, illa non † ſeruata, actus corruit. *c. cum dilecta, vbi Felin. nu.* 6. *de Reſcript. cum allegatis per Iacob. Philipp. Portium, in conſ.* 29. *nu.* 10. Præterea hæc reſcripta quinquennalia, nō ſunt reſcripta totaliter gratioſa, ſunt enim
157 reſcripta † iuſtitiæ, cum gratia, & modificatione à Principe expedita, vt volunt Doctores *in dicta l. quoties, & in dicta l. Vniuerſa, C. de precib. Imperator. offeren.* Et nihilominus cum ſint reſcripta, quæ ſine dubio Tertijs creditoribus præiudicium affe-
158 runt, non ſine magna iuſtitiæ cauſa † concedi ſolent. *l. reſcripta, C. eodem titul.* quæ eſt regiſtrata *in* 25. *quæſt.* 2. vbi optimè *Ioannes de Turrecremata.* & Ideo ſi non præſtatur dicta cautio, & fideiuſſio, qui impetrauit gaudere non poteſt reſcripto, & dila-
159 tione, quæ, an concedi poſſit admodum † dubitauit *Marc. Anton. Natta in conſ.* 561. *num.* 2. *& per totum, vol.* 3. quem refert etiam *Antonius Theſaurus in deciſion. Pedemontan.* 186. *ſub nu.* 2. *& nu.* 7. vbi dicit ipſos has inducias concedere ſolere, ſi
160 creditor in eadem, vel maiori † egeſtate non ſit, & debitore cauente idoneè de ſoluendo in termino dilationis, & interea per ſoluente legitimo intereſſe. iuxta formam *dictæ l. vniuerſa.* Ex his dicerem nullo modo iſto caſu, requiri partis inſtantiā, ſed ſi ex ſeipſo nō ſatidet per idoneam cautionem
161 de ſoluendo vanæ debeant eſſe iudiciales iſtæ † quinquennales ſoluendi induciæ. quod etiam voluit *Guid. Pap. in deciſ. Delphin.* 109. *nu.* 2.

QVOMODO iſta reſcripta fiant in Gal-
162 lia † dicit *idem Guido Papæ, in deciſ. Delphinal.* 97. *in deciſ.* 109. *Ioan. Papon. Arreſtor. Curiæ, lib.* 10. *tit.* 9. *Arreſt.* 7. *Arreſt.* 8. *& toto titulo. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 559. *nu.* 13. 14. *Maſuer. in Praxi, titu. de ſolutionibus, nu.* 10. *verſ. Item ſi debitor iurauerit, num.* 13. *verſ. item dilatio moratoria.* & alibi etiam *Iacobus Cuiacius Obſeruationum, lib.* 2. *cap.* 10. *Gail. dicto lib.* 2. *obſeruat.* 46. *nu.* 14. *Ludouic. Rodulphin. de Poteſt. Principis, c.* 6. *nu.* 37. In hoc Regno Neapolitano videtur mihi expeditum per dictum Ri-
163 tum magnę curiæ, & illius amplitudinem. Non
164 obſtante etiam opinione *Nattæ* † *in dicto conſ.* 685. *vol.* 4. Quia contra ipſum reſpondit *Ioan. Petrus Surdus in deciſ. Mantuæ.* 57. *nu.* 9. *& per totam.*

QVOAD vſuras medij temporis quinquenna-
165 lis, non † deberi dicunt *Cyn. & Salycet. in dicta l. quoties Natta in dicto conſ.* 591. *n.* 11. *vol.* 3. *Hering. de Fideiuſ. cap.* 22. *nu.* 43.

PRÆVENTIO dum intentatur aduerſus Inſtrumentum, vel obligationem iuratam habentem executionem promptam, & paratam, aliquod remediū, quia ne dictæ præuentiones in iudicium deducantur malitioſè ad dilatādum tempus ſolutioni deſtinatum, emanauit per Ferdinandum Re-
166 gem Catholicum *Pragmat. incip.* † *Malitijs, ſub titul. de Præuentione moderand.* per quam prouidetur, quòd non poſſit intentari dicta præuentio niſi prius præſtetur fideiuſſio, de ſoluendo debitum, & præſentādo perſonaliter, & ſatisfaciendis in pragmatica contentis, ſi ſuccubuerit in probādo neceſſaria in præuentione, qua ſtante tractaui quæſtio-
167 nē, an debeat per partē peti fideiuſſio, † an verò præſtari debeat nō petita, vt tenui *in obſeruationi-*

bus

bus ad iura Regni Neapolitani, obſeruation. 9. lib. 1. ad quam lectores remitto.

NVNCIATIONE noui operis facta, is cui nunciatum eſt nouum opus, ne ędificet, ex nuncia-
168 tione ædificare ceſſabit, vel ſatisdationem † dabit de demoliendo, & ſic proſequi poterit ædificiū, quod ſi factum fuerit, vtrique conſultum erit, nuncianti, quia ex fideiuſſione prędicta ei cautum erit,
169 nunciato, † quia interim in ędificio non impeditur, vt *in l. ſtipulatio, §. ſi quis autem, ff. de operis noui nunciat.* & voluit *Bartol. in l. prætor ait, §. ſi quis paratus, ff. eod. tit.* & voluit *Ioan. Petr. Surdus in deciſi. Mantuæ 57. nu. 9. 10.* ex quibus patet, quòd præſtita ſatisdatione, is cui nunciatum eſt nouum opus, poteſt ædificationem proſequi, vt *in dicto § ſi quis autem, & in l. de pupillo, § ſi is cui, l. non ſolum, §. ſi cum poſſem, §. ſciendum, ff. eod. tit.* Si verò fuit oblata fi-
170 deiuſſio † per eundē nunciatum, & per nunciantem ſtetit, quo minus ſtipularetur, cenſetur remiſſa nunciatio, & nunciatus poterit opus proſequi, *vt in dicto §. ſiquis paratus.* Non expectatis tribus men-
171 ſibus, de quibus loquitur † *Iuſtinianus in l. Vnica, C. de oper. noui nunc.* ſed quia multę difficultates occurrunt, quod materiam propriam nunciationis, non ſufficiunt hæc pauca, quæ concernunt fideiuſſores, proſequenda ſunt alia.

VNVS ex caſibus, in quo fieri poteſt, immo
172 debet præceptum ſine clauſula iuſtitiæ † contra partem, ſi ſentiret ſe grauatam, eſt operis noui nunciatio, & iſta fit inſtante parte per Prætorem, ſiue magiſtratum, & officialem adminiſtrantem iuriſdictionem, vadit enim pars nunciare volens ad Prætorem, quando aliquis ędificat nouum opus,
173 illique dicit. Talis † nouum opus ædificat in ſolo meo, petit vt citò mittat, eique denunciet vt non ædificet, per quam denunciationem conſeruatur nuncians in poſſeſſionem, ibiq; poteſtatis nuncius dicit, dico, quòd non ædifices, & ſic nuncio tibi no-
174 uum opus, & iſta nūciatio retinet, vt dictum † eſt, nuncianti poſſeſſionem, vt hæc omnia habentur in *l. pupillo, §. ſi quis ipſi Prætori, §. meminiſſe, ff. de operis noui nunc.* & hāc practicam tradidit noſter *Roſ-*
175 *fredus † Beneuentanus, in tract. libellor. parte 2. tit. de interdicto de noui operis nunciatione, nu. 2. verſ. & ſicut tribus,* vbi ponit etiam practicam quando, & quo modo fiat per partem nunciantem nudo
176 ſermone, dicendo, dico tibi, quòd non † ædifices. Tertio modo, quòd fiat per iactum lapilli, proijciendo tres lapillos vnum poſt alium, vt dicit ſuo tempore vſu fuiſſe, per iactum vniuſcuiuſq; lapilli, dicens nuncio nouum opus, nuncio nouum opus, nuncio nouum opus, quæ proiectio fit in ipſo opere, nec ſint lapilli maximi, nec fiat proiectio in capite alicuius operarij, vt dicit contigiſſe in cauſa Abbatis Sancti Proculi, qui miſit quendam monachum, qui miſit quendam lapidem, cum quo quem percuſſit, quaſi interfecit. Placuit hanc pro iuueni-
177 bus † practicam narrare ob memoriam ſummorum Magiſtrorum, qui abſque multorum præcedentium virorum doctrina ſucceſſores docuerunt;

178 Hodie ſufficit ſcripto præcepto Iudicis † fieri, ne priuatus ſibi ius dicat, ſed fiat magiſtratus authoritate, *l. Nullus, C. de Iudæis, & Cælicolis,* ne veniant partes ad arma, ſed ſua virtute compeſcat, *l. æquiſſimum, ff. de vſufruct.* ſequuti ſunt poſtmodum *practica Papienſ. in forma libelli in actione noui operis, §. quendam, & §. nouum, poſt Bart. in dicto §. meminiſſe, Paul. de Caſtro, & Ripam, n. 23.* de hac Practica Nunciationis *ſcripſerunt Bart. in conſ. 64. vol. 1. Bald. in conſ. 245. nu. 1. volum. 2. Auguſtin. Berous, in conſ. 138. n. 26. 27. vol. 3. Ioan. Baptiſta Plotus in tract. de in litem iurando, §. 3. nu. 34. Franciſc. Viui. in commun. opin. 229. Ioan. Petr. Surdus in conſ. 154. nu. 22. cum pluribus ſeq. vol. 2. Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſ. 496. incip. licèt nunciatus, Cardinal. Creſcent. in deciſ. 1. tit. de noui oper. nunc. Cardinal. Puteus, in deciſ. 174. & in deciſ. 129. lib. 2. Andr. Gail practicarum obſeruationum, lib. 1. obſeruat. 16. Antonin. Theſaur. in deciſ. Pedemontan. 204. per totam. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 23. ſiue 69. per totam par. 2. Gomeſ. Leo in deciſ. 7. Vincent. Carroci. in deciſ. ſeu caſu 19. Angel. Gambilionus in conſ. 19. nu. 10. 11. Robert. Lancellott. de Attentat. par. 2. c. 20. limitat. 2. nu. 13. 14. & par. 3. c. 28. num. 63. Syluius Spannoch. in tract. quæſt. pub. tractat. lib. 4. nume. 72. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 589. vol. 1. Antonius Heringius de fideiuſſorib. ca. 15. nu. 92. cum pluribus ſeqq. Ioan. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ignorant. inſpection. 57. nu. 3. cum ſeq. Daniel Venatorius in Analyſi iuris Pontificij, lib. 5. titul. 32. Vendelinus Schellinch Actionum, & exceptionum Furenſium. cap. 110. incip. competit, cap. 111. incip. ſi ſatisdederit, cap. 112. incip. competit ſtipulatori, fol. 187. per totum fol. 191. Anton. Scappus de iure non ſcripto, lib. 3. cap. 101. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 8. titul. 5. defin. 1. 2. & 3.*

EST Notandum, quòd cum materia Nunciationis noui operis ſit ſatis amplè demonſtrata de iure Digeſtorum per plures leges *in titul. ff. de oper.*
179 *noui nunc.* Verum Iuſtinianus fecit ſolum † modo vnicam *l. in C. titul. eodem,* ex quibus emanarūt diuerſi intellectus. quorum quinque ſunt *apud gloſ. in dicta l. vnica.*

Primi ex noſtratibus elegerunt ſecundum, &
180 tertium intellectum quòd † ſit in arbitrio actoris, ſcilicet, ipſius nuciatoris, velit recipere, vel non ſatiſdationem, vt in caſu acceptationis, ſtatim intelligatur facta remiſſio, ſiue prohibitio noui operis, & nunciatus ſtatim poſſit proſequi opus. Si verò nolit acceptare, & recipere ſatisdationem, ſed dicat habere in promptu ſuas probationes, & audiendus erit ex Regula, hodie conſtat, hodie agatur, & expectandus eſt per tres menſes iuxta *dictam l. Vnicam, C. de operis noui nunc.* & hunc intel-
181 lectum tenuit † *Dyn.* vti illum refert *Bart. in dicto §. ſi quis paratus,* & interim nunciatus non ædificat, & ædificatum demolitur. ita etiam loquitur *gloſ. in verb. in continenti & in verb. interloquendo, & gloſſ. in dicta l. vnica, & in l. fin. C. de ædific. priuat.* & hoc idem videtur approbare, & principium habuiſſe

buisse *ab Azone in summa Codicis, libr.* 8. *titul.* 10. *in fin. versicul. Item quandoq; Pract. Papiens. in form. libelli in actione noui operis, in verb. Ante aliquam remissionem, num.* 3. *versicul. Sed circa præmissa. Andreas Gail, Practicarum obseruat. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 17. *& per totum.* facit quod dicit *D. Cardinal. Puteus in decis.* 124. *decis.* 129. *lib.* 2. *& Antonin. Thesaur. in decis. Pedemont.* 204. *Anton. Scappus de iure non scripto, lib.* 3. *cap.* 100. *Lancellott. Gallia, in cons.* 52. *numero* 1. 2. 3. 4.

SECVNDVM intellectum ab omnibus di-
182 uersum, quòd omnes leges loquentes de noui † operis nunciatione de iure digestorum, sint correctæ *per dictam l. vnicam, C. de operis noui nunciatione*, factam per Iustinianum Imperatorem, quam subtilissimè tenuit *Iason in l. prima, ff. de operis noui Nunciat.* quam conclusionem dixit dum esset scholaris sustinuisse illam publicè, & quod adhuc non
183 sibi displicebat, & † mihi etiam non modò non displicet, sed satis mihi placet.

TERTIVM intellectum ex alijs ego, pro-
184 barem, quòd facta noui operis nunciatione, † à nunciante, iustè, vel iniustè timeatur, nec post ipsam, nuncius vlterius in ædificio procedat, ne partem, & iudicem contemnere demonstret, si satisdationem det, vel dare offerat de demoliendo, & opus suum prosequatur, & siue pars dicat tunc velle agere, & proponere sua iura, vel data satisdatione, prosequatur, & elapsis tribus mensibus causa terminetur, cum Iustinianus præfixerit instantiam dictis causis, quòd intra tres menses definiãtur. Arbitror enim tres menses datos instantiæ,
185 non autem voluisse † Iustinianum leges digestorum corrigere, cum semper correctio euitetur, in quantum fieri potest. *l.* 1. *C. de inofficiosis dotib.* quæ induci non debet, nisi alterius legis verbis inducatur. *l. præcipimus, vbi Bartol. in fi. C. de appell. Bald. in cons.* 495. *col.* 1. *in fin. vol.* 5.

Respicit autẽ nunciatio Noui operis ædificium post enunciationem factam, non autem antea, non enim datur edictũ noui operis aduersus ædificium
186 † de præterito, sed futurum, nam si quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit, cessat edictum de operis noui nunciatione, & recurritur ad inter-
187 dictum, quod vi, aut † clam. *vt in l.* 1. §. *hoc autem edictum, ff. de oper. nou. nunt.* Ità quod demoliri tra-
188 ctabitur, quod post nunciationem factum † erit. *l. prætor.* §. *nonnulli, vbi gloss. ff. eod. tit.* etiam si iustè ædificauerit destruetur, si post nunciationem id fa-
189 ctum, quia † ob contemptum Prætoris authoritatem demolitur. vt *in dicta l. prætor ait,* §. *interdictum hoc. Roffred. de interdicto de noui operis, nu.* 15. *vers. Quæstio, sed illud quæritur. Francisc. Marcus in decision. Delphinal.* 589. *nu.* 2. 3. *vol.* 1. Quia quando contra iudicis prohibitionem quis ędificat, quam-
190 quam postea vincat, non debet damnum † demolitionis illis refarciri, quia demolitio est suæ culpæ pæna. *vt post Bartol. & Socin.* concludit *Vincent. de Franchis in decis. Neap.* 331. *in fin.*

EXIAM dictis, ego satis dubito, in id quod dicitur, quod ex præstatione cautionis de demoliendo, qua quis opus inceptum prosequi poterit. *arg. l. Non solum,* §. *sciendum, & l. prætor ait,* §. *siquis paratus, ff. de oper. noui nunc.* non obstante nunciatione noui operis, etiam si post tres menses offera-
191 tur, non impediatur operis † constructio, non obstante, quòd incontinenti, nunciator probare se offerat, ius ædificandi non competere nunciato, *per c. vltim. extr. de operis non nunt.* vt dicit *Marcell. Cardin. Crescent. in dicta decision.* 1. *sub eodem tit.* Quia tunc quærerem ad quid deseruiret lapsus trium mensium; Sed cogita: forsitan est ex eo, quòd qui nunciauit, obtulerat in promptu ostendere de suis iuribus, & nihil probauerit, & idcirco denuo elapsis tribus mensibus nõ impeditur in complen-
192 do † ędificio, ex duobus, in quibus nunciator videtur contra ius nunciationem indebitè proposuisse, vnum, quòd statim se obtulit de suo iure docere, in quo non docendo Prætorem delusit, Alte-
193 rum, quod oblatam satisdationem † non recepit. Ex quibus in Camera Imperiali fuit expeditum præceptum, & mandatum sine iustitiæ clausula pro Vernerio Koppeno hærede contra Ducem Stettini, & Pomeraniæ, in anno 1598. vt scribit *Antonius Heringius de Fideiussoribus, capit.* 15. *num.* 98. 99.

DEBITOR an dicatur fideiussor, ita vt pro
194 hibeatur esse tutor illius, qui fideiussit † pro tutore ipsius pupilli, nec possit dari contutor illi, *Guilelm. de Cun. in l. Blanditus, C. de Fideiuss.* quem sequitur *Bartol. in l.* 1. *num.* 34. *ff. si cert. petat.* allegat *text. in l. & magis, ff. de solut.* vbi dicitur, quod fideiussorio nomine, debeo, sequitur *Iason in dicta, l.* 1. *num.* 49. Et statutum loquens in debitore locum
195 habet in fideiussore, vt voluit † *Franciscus Marc. in decis. Delphinal.* 140. *num.* 8. *vol.* 1. & proinde da-
196 ri non posse contutorem pupillo † in supradicto casu, voluit *Iason, in loco allegato, & alij, vt sunt Angelus, Bertachinus, Iametius, & Asinius,* quos retulit *Ant. Heringius de Fideiussoribus cap.* 15. *num.* 110. Sed hanc quæstionem ad vtramq; partem disputat *Franc. Marc. in decis. Delphinal.* 340. *vol.* 1. *& tamen dicit ipsum non declarare.*

197 CONTRARIA opinio verior, † quæ textus habet pro se claros, *text. in l. Spadonem,* §. *si ciuitatis, ff. de Excusat. tut.* vbi patet quem esse posse fideiussorem pro tutore, & nihilominus etiam tutorem, *l. Romanus Apulus, ff. de Tutoribus, & curat. dat. ab his,* plura alia lura allegans *Ant. Heringius vbi supra, num.* 113. Potest itaq;, & fideiussor tutoris
198 ei dari contutor, † licet in vna Tutela duplex periculum sustineat, inquit nouissimè *Paulus Mantuanus in tract. de Iure Tutelarum, cap.* 23. *nume.* 11. mouetur ex eisdẽ Iuribus *in l. Romanus, & in dicta, l. Spadonem,* §. *si ciuitatis, vide Franciscum Marcum in decis. Delphinal.* 340. *vol.* 1. vbi scribit pro vtraq; parte.

FIDEIVSSOR vigore obligationis, nomi-
ne sui principalis, sortem cum vsuris soluendo, an
199 vsuras † rectè repetat, antequam reliquis credi-

tori-

toribus, quoad ipſam ſortem ſatiſſiat ? erant enim inſolidum obligati, & ab eo indemnitatis cautio-
200 nem acceperat ? Vtiq; debentur fideiuſſori, † & debitum principale ſolutum, ac vſuræ ſimiliter ſolutæ. *Ità Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſ. 33. lib. 2. Ant. Heringius de Fideiuſſoribus, cap. 24. nu. 245.* quo in loco retulit *Hieronym. de Laurentijs in deciſ. Auenion. 101. Vincent. Carroci. caſu, ſiue deciſ. 54. n. 2. Ant. Gamma in deciſ. Luſitan. 191.* quos omnes retulit *Hieronym. Bruck Knerus ad Maynardum in dicta deciſ. 33.* Qui regulare eſſe dixerunt, poſſe fideiuſſorem, qui pro ſuo principali ſoluit, tantundem
201 † conſequi, quantum exoluit, *arg. l. Arriani. C. de Hæret.*

202 IDONEVS quis præſumitur quoad † mores, non autem ad alia, *text. in l. cum quidam 24. vbi Gloſſ. Azonis, in verb. Qui non offenderint, ff. de legat. 2. Gloſ. in l. ſi verò, §. Qui pro rei, in verb. Dubitetur, ff. Qui ſatisdar. cogant.* voluit *Marc. Anton. Natta in conſ. 143. num. 11. vol. 1.* Et præſertim ne-
203 mo præſumitur Idoneus quoad Diuitias, † vt voluit *Andreas Alciatus de Præſumptionibus. Regul. 3. Præſumption. 3. ſub num. 2. 5.* & voluit *Ioan. Cephal. in conſ. 227. num. 61. vol. 2. Ant. Heringius de Fideiuſſoribus, cap 8. num. 19. Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuæ 320. num. 7.* Et quantum ad materiam fi-
204 deiuſſorum, † quòd ille dicatur Idoneus, qui eſt diues, & eſt ſoluendo, de quo loquitur benè *Sfortia Oddus de Reſtitutione in integrum, q. 48. Articul. 8. num. 63. cum pluribus ſeqq. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucenſ. 33. Ioan. Baptiſta Coſta de facti ſcientia, & ignorantia. Diſtinct. 5. num. 9. cent. 2.* Idoneitas fide-
205 iuſſoris conſideratur tempore † fideiuſſionis, quòd poſtea decoxerit, non refert. *Alex. in conſ. 60. vol. 5. Surdus in conſ. 18. vol. 1.* quod diligens animaduertit, *iuxta traditā per Bertaz. ſol. de clauſ. Inſtr. clauſ. 39. Gloſſ. 2. in fin. Mazzoll. in conſ. 26. nu. 25.*

DECLARA nō dici idoneum fideiuſſorem,
206 qui ſit de alieno † territorio. *Hippolit. Riminald. in conſ. 812. nu. 25. vol. 7.* ſequitur *D. Ioan. Baptiſta Coſta de Remedijs ſubſidiarijs. Remed. 58. nu. 12. 13. Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantu. 295. nu. 12.*

QVANDO de Iure in aliquo actu exigitur fideiuſſio, ſatiſdatio, vel cautio, aut per conuentio-
207 nes inter partes, tunc dandus eſt fideiuſſor, † & idoneus, *vt in l. promiſſor, §. fin. ff. de conſtituta pecun. per quem text.* ita voluit *Specul. in tit. de Emption. & vend. §. 1. num. 8. verſ. verum tamen ſi in limine*, dicet, quòd ſi venditor pactus eſt dare fideiuſſorem, dare tenetur, & idoneum. Dixerat *Specul. ibi* de Euictione, quæ imminet in limine contractus prætio
208 nondum ſoluto, quod † non teneatur emptor ſoluere precium, niſi venditor euictionis nomine emptori fideiuſſores idoneos offerat, *l. Habitationum, §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. ſi poſt perfectam C. de Euict. vbi Cyn. Bald. & Salycet.* & voluit *Paul. de Caſtr. in conſ. 46. incip. Super eo quod quæritur, vol. 1. Corn. in conſ. 325. incip prima facie, vol. 1. Cardinal. Pariſ. in conſ. 111. num. 11. vol. 4. Gaſp. Caballin. de Euictio. §. 2. num. 7. Hieronym. Magon. in deciſ. Lucenſ. 6. num. 3. 7. 8. Marc. Ant. Natta in conſil. 267. numer. 2. vol. 2. Nicol. Valla de Rebus dubijs, tract. 9. numer. 8.* quem cum alijs refert *Ant. Heringius de Fideiuſſoribus, cap. 10. num. 229. & ſeqq. Ludouic. Roman. in conſ. 8. incip. Viſo facto, nu. 3. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 20. num. 5. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 4. num. 3. 4. par. 1. Marc. Antonius Bellonus in deciſ. Genuæ 190. nu. 11. 12. Garſias Maſtrill. in deciſ. Sicil. 160. nu. 1. 7. 21.*

209 IMMOBILIA qui non poſſidet † Idoneus non dicitur, *arg. l. 2. l. Sciendum. ff. Qui ſatisdar. cog. Gloſſ. in §. ſuſcepto In Auth. de exhib. reis. Alexand. in conſ. 160. vol. 5. Ioan. Petr. Surdus, in deciſ. Mantuæ 295. ſub nu. 10. 11.*

INTELLIGE Non procedere ſupradictam concluſionem, vt licèt immineat euictio in limine contractus, ſi antea ſuſcepiſſet iudicium auctor lau-
210 datus, qui ſit diues, & idoneus, quod non eſt † dādus fideiuſſor. *arg. l. cum clericis, vbi per Bald. ſub num. 3. C. de Epiſc. & cler.* voluit *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 171.* vbi ſic fuit Deciſum *per Sacrum Conſilium Proſper Carauit. in Ritu 173. num. 10. Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæſt. lib. 2. centur. 3. caſu 224. nume. 4. Freccia (ſi is eſt) de præſentat. Inſtrument. parte 7. q. 6. num. 7. Maſtrill. in dicta deciſ. Siciliæ 160. in fin. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 4. numer. 4. Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuæ 183. numero 10. Vincent. de Franchis, in deciſ. Neapol. 555. Ioan. Baptiſt. Thorus, in compend. Deciſio. Neapol. in §. Cautio. Cæſar Vrſill. in deciſ. 171. Sforzia Oddus de Reſtit. in integr. q. 48. Articul. 8. nume. 65. Coſta de Facti ſcient & ignor. Diſtinct. 5. numero 9. centuria 2.*

INTELLIGE ſecundò, quod in caſu, quo præſtaretur fideiuſſio ob imminentiam euictionis in limine contractus, ſuper ambiguitate, ſuper qua Doctores diuerſimodè loquuntur, an ſit præſtanda pro tota cauſa euictionis, an pro ea parte, pro qua ſit mota lis, & euictio ? pro omni, & tota euictionis
211 cauſa præſtanda erit, † *ex dictis per D. Robuſterium in deciſ. Nouiſſima Romana 281. vol. 2.* voluit *Don Garſias Maſtrill. in dicta deciſ. 160. in fin. Vincentius de Franchis in deciſ. Neap. 555. in fin. & Bene per Ioan. Petrum Surdum in deciſ. Mantuæ 295. ſub num. 18. 19.* quo in loco dicit, Senatum iudicaſſe, præſtandam fideiuſſionem pro omnibus
212 † moleſtijs motis, & mouendis, iterum tunc fuiſſe ius miniſtratum pro ea quantitate, qua erat mota, ne fortè magiſtratus iudicaſsent vltra petita.

213 FVNDVS dotalis alienari prohibitus eſt † per legem Iuliam *l. lex Iulia, ff. de Fund. dotal. l. vnica, §. & cum lex. C. de Rei vxor. action. §. Nam dotale prædiū, inſt. Quib. alienar. licet, vel non.* (Quę lex, an à Iulio dictatore, an ab Auguſto, aliove Imperatore facta fuerit, Iuris conſulti nullibi aperuerunt, vnde miſſum hoc nunc faciamus) dubium eſt, an ſi à marito fuerit facta prædij dotalis alienatio, is maritus de euictione tenebitur ? Doctores fundi dotalis alienationem prohibitā, mulieris, cuius eſt fundus, fauorem reſpicere, non autem viri, & pro-

inde

214 inde cautelam adinuenerunt, quòd adibeatur † fideiussor euictionis, quia ratione viri bene fideiussor obligari poterit, ipso viro tamquam principali promittente. *ex Cyno in l. si prædium, C. de iure dot. Ioan. de Lignano, Ioanne Andreæ, & Antonio de Butrio, in cap. cum contingat, extr. de iureiur. Ioanne Campeggio de dote, parte 4. q. 25. parte 9. q. 7. argum.*
215 *l. Et si is, C. de Præd. minor.* † vbi erat facta vēditio prædij minoris absq; Præsidis decreto, & pro periculo euictionis, ex proprijs bonis quædam pignora obligabat. Venditio à Præside facta tanquam contra cōstitutiones rescissa est, pignoribus tamen obligatis remansis, sic dicendum est in dote.

216 CONTRARIVM videtur tenere † *Bartholom. Cepoll. in Cautela mihi 131. incip. Qui vult emere.* vbi refert dictam cautelam *Cyni. in dicta l. si prædium.* & illā non approbat, ex eo, quòd siue vxor,
217 siue vir alienet, contractus principalis est † nullus, eodem modo, & accessorius; *l. cum lex, ff. de Fideiuss.* Ponit aliam cautelam, quòd vendat vir solus, quòd tunc valebit fideiussio, & obligabitur, quod probat *Bald. in dicta l. si prædium.* dicens, ꝙ ista est veritas. Subiunxit aut tertiam Cautelam *Bald.* quod tertius se obliget principaliter, & in so-
218 lidum, quia obligatio non erit † accessoria, & obligatio tenet, & cessat omnis scrupulus. Et quòd maritus non tenebitur de euictione, per rationes ibi relatas. Verùm ego magnifacio *text. in dicta l.*
219 *Et si is.* & in simul † authoritatem *Cyni, Ioannis Andreæ, Antonij de Butrio, & Ioannis Campegij.* ꝙ quemadmodum prohibitus est minoris curator alienare prædium minoris sine decreto minoris, & nihilominus, sunt obligata pignora, & bona curatoris, eodem modo, & bona mariti si alienaret pro
220 euictione, † per ea quæ scripserunt *Anton. Gomez in l. Tauri 50. nu. 60. Hieronym. de Laurentijs in decision. Auenionens. 103. nu. 6. Octauius Simoncellus, de Decretis minorum, lib. 2. titul. 5. inspect. 3. nu. 25. 29.* cum alijs, quos retulit *Anton. Heringius de Fideiussoribus, cap. 10. nu. 255. cum pluribus seqq.* ante ipsos voluit *Alexand. in cons. 66. incip. Viso Themate, col. vltima, versicul. Sed fortius cæteris, vol. 4.* optimè *Aym. Crauetta in Tractatu Statuti Ferrariensis de indemnitatibus mulierum, num. 19. 20. 26.*
221 39. vbi subtiliter tractat intellectum *dictæ † l. Et si is.* faciunt notata *per Decium in consil. 7. incip. & pro tenui, nu. 6.* quem sequitur *Cardinal. Parisius, in cons. 16. numero 112. & 113. volum. 2.* dicens, quòd quando aliquod principale submouetur, ac tolli-
222 tur aliquo iure speciali, tenet, & † remanet accessorium *Anton. Negusant. in Tract. de Pignoribus, parte 3. Membro 1. num. 42.* sequitur *Iacob. Menoch. de Arbitrar. Iudic. quæstionibus lib. 2. centur. 2. casu 171. numero 77.* dum dicit, quòd tutor, siue
223 curator, vendens † sine solemnitatibus rem pupillarem, ob euictionem obligat proprium prædium. Hoc ego plus dico, quod sequendo eundem *Bartholom. Cepoll. in Cautela 173. incip. Omnes sciunt*, dum dicit, quòd mulier alienationi fundi,
224 ac rei dotalis non potest † consentire, per *text. in Auct. Siue à me C. Ad velleian.* Cautela tamen est, quòd in alionatione iuret non contrauenire, & valida erit alienatio, *c. licèt, de Iureiurand. in 6.* vel quòd ambo vir, & vxor vendant, & ipsa simul
225 cum marito præcium fundi dotalis alienari † recipiant, quia valebit alienatio, quia intelliguntur illud præcium habere loco dotis, *arg. gloss. in l. ita constante, & in l. fin. ff. de Iur. dot.* Sed amittendo dictum vltimum tamquam fragile. Sequendo pri-
226 mum dictum pro Iuramento † in alienatione Interposito, ad quod concinit doctriua *Andreæ Alciati, in c. cum contingat, num. 41. de Iureiur.* dicentis, alienationem fundi dotalis esse reuocabilem, tanquam à Iure improbatam, secus autem si in illa fuerit Iuramentum interpositum, quia tanquam valida est irreuocabilis, ex quibus sequitur, quòd quando mediante Iuramento fit fundi dotalis alienatio, & ille contractus validus est. Sequitur, quòd cessat causa, & ratio, quæ allegabatur, quòd super
227 † contractu nullo, non potest superponi alius accessorius contractus validus, sed è conuerso super contractu valido, accessorius accedere poterit, & sic concludo.

VSVFRVCTVARII, Senatus consulti dictamine, & Prætorum edicto Fideiussionem præ-
228 stare † tenentur. In ipsa autem plura continentur, nempe de vtendo fruendo arbitratu boni viri, quod nil aliud importat, nisi, ipsum eo modo se in vsufructu capiendo facturum, & gesturū, quem admodum quilibet diligens pater familias face-
229 ret. Secundo, quòd quę vsu † non consumuntur, puta Immobilem rem, vel mobilem, vsufructu finito, pro vt res extabit, se restituturum. Tertiò, versatur cautio ipsa fideiussoria circa illas res, quæ vsu consumuntur. Hæc omnia passim habentur, & gradatim. *in l. 1. §. cauere, §. habet, ff. V sufructuarius quemadmod. caueat, l si vsusfructus legatus 16. §. Deniq; ibi eius arbitratu vtatur, fruatur, ff. de vsufruct. & quemadmod. quis vtatur, l. fin. ff. si cui plusq; per leg. falcid. l. 2. & toto titul. ff. de vsufruct. car. ver. quæ vsu consum. l. si vsusfructus mihi 9. §. si vestis, & l. fin. ff. V sufructuar. quemadmod. caueat, l. vsufructu constituto. vbi gloss. in verb. Boni viri, C. de vsufruct. §. constituitur, inst. de vsufruct.* benè, & distinctè *Alexand. in cons. 48. incip. Addita super narratis, colum. 2. versicul. posito ergo quòd legatum, volum. 3. Angel. de Aret. Institut. de vsufructu, in princip. sub num. 5. post Bartol. & Bald. in l. 1. C. de V sufruct.* voluit *idem Bald. in cons. 372. incip. casus super quo, col. fin. vol. 1. in cons. 65. incip. Punctus talis est, in fin. in cons. 160. incip. post mortem Iuuenalis, in princ. vol. 2. & in cons. 150. incip. Statuto cauetur, vol. 3. Marian. Senior. in cons. 131. incip. in præsenti consultatione, col. fin. vers. sequitur alia quæstio. vol 1. Abbas Panor. in cons. 4. incip. in quæstione, quæ vertitur. col. fin. sub nu. 8. vers. Formatur, & sextum dubium, volum. 2. Corn. in cons. 267. incip. in hac consultatione, col. 1. vol. 4. Andr. Barbatia in cons. 59. col. antepen. volu. 2. Dec. in cons. 607. incip. visopuncto, nu. 1.* & de eadem materia notatur *in cons. 608. incip.*

cip. Viſo eleganti conſ. ſub num. 2. Cardinal Pariſius in conſ. 95. nume. 63. in conſ. 96. nume. 3. vol. 2. Riminald. Senior in conſ. 228. num. 16. vol. 2. Carol. Ruin. in conſ. vltim. num. 25. vol. 2. Marian. Socin. Iunior in conſ. 72. nu. 2. 3. vol. 2. Aymo Crauetta in conſil. 187. in fin. Ludouic. Gozadin. in conſ. 91. incip. In prima facie, num. 3. Roland. à Valle in conſ. 92. per totum, vol. 1. Thomas Doccius in conſil. 61. ſub num. 8. verſi. circa quartum. Paul. de Caſtro in conſ. 221. incip. Antequã. vol. 2. Iaſon in conſ. 40. incip. circa primum, volum. 1. Ioan. Baptiſta Plotus in Rep. l. ſi quando, nu. 605. 607. C. vnde vi, idem Plotus in conſ. 17. numer. 81. Marcus Ant. Peregrinus, in conſ. 70. num. 19. vol. 1. & in conſ. 81. num. 12. vol. 3. Hieronym. Gabriel. in conſ. 128. num. 37. vol. 2. Surdus in conſ. 360. numer. 35. vol. 3. Ioan. Baptiſta Laderch. in conſ. 134. nu. 5. vol. 1. Stephan. Bertrand. in conſ. 162. numer. 7. vol. 3. Iacobus Marchiſell. Practicar. quæſt. q. 99. Ant. Hering. de Fideiuſſoribus, cap. 5. nu. 196. cum pluribus ſeqq. Franciſc. Purpuratus in conſ. 452. num. 7. vol. 2. Laurent. Syluan. in conſ. 37. num. 3. Gerardus Mazzol. in conſ. 25. num. 25. Nicol. Boer. in conſ. 19. num. 4. Maſuer. in Pract. titul. de vſufructu, numer. 2. Iacob. Philippus Portius in tract. concluſ. lib. 3. concluſ. 3. Ant. Gabriel. commun. opin. lib. 5. tit. de vſufruct. concluſ. 1. numer. 18. 19. Cornel. Benincaſ. de Priuilegijs paupertatis ſpeciali. 7. vltimarum voluntatum, nu. 13. cum ſeqq. latè Franciſc. Marc. in deciſ. Delphi. 817. nu. 3. 4. deci. 818. per totam, vol. 1. Andr. Gail. Practic. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 46. num. 1. & per totam. Ioan. Hopper. in deciſ. 33. Guido Papæ, in deciſ. Delphi. 248. num. 1. Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantua. 67. num. 1. in deciſ. 109. num. 1. Borgnin. Caualcan. de vſufructu mu-

230 *lieri relicto, num. 89. 90.* Concluſit hoc † notabiliter *Iulius Paulus ſententiarum lib. 1. tit. 11.* dicens. Vſufructuarius de vtendo vſufructu, ſatisdare debet, ſe perinde vſurum, ac ſi ipſe pater familias vteretur, quo in loco *Iacobus Cuiacius* idem firmat, *arg. l. 1. ff. vſufructuar, quemad. Caueat.* Hoc idem confirmat *ipſe Iulius Paulus ſententiarum, lib. 3. tit. 7.* dum ait, vſufructu legato, de modo vtendi cautio à fructuario ſolet interponi. Et ideo perinde omnia ſe vſurum, ac ſi optimus paterfamilias vteretur fideiuſſoribus oblatis cauere cogetur, *vbi Cuiacius. Dethardus Horſthius in Synopi Theſum, lib. 21. tit. 9. num. 5. 27. part. 2.*

DECLARA primò quòd reſpectu rerum, & bonorum, quæ vſu non conſumuntur, cautio, ſiue fideiuſſio intelligitur de vtendo, & fruendo ar-

231 bitrio † boni viri, ſalua rerum ſubſtantia, & ita procedat *dicta, l. 1. §. cauere. §. habet. ff. Vſufructuarius quemadmodum caueat. l. 1. C. de vſufructu. Alexander in dicto conſ. 58. incip. Habita ſuper narratis, col. 2. verſ. poſito ergo, vol. 3. Decius in dicto conſ. 607. incip. viſo puncto, ſub num. 1. Cardinal. Pariſ. in dicto conſ. 96. in princ. vol. 2. Roland. à Valle in dicto conſil. 92. num. 22. vol. 1. Franciſc. Marcus in deciſ. Delphi. 817. num. 4. 5. 6. vol. 1. Andreas Gail. Practic. obſeru. lib. 2. obſeruat. 46. num. 2. 3. Marian. Iunior in conſil. 115. num. 23. vol. 1.*

DECLARA Secundò quoad dicta bona, & res, in quibus vſusfructus relictus eſt, quæ per vſum non conſumuntur, ſiue immobiles, ſiue mobiles, intelligitur dandam fideiuſſionem, ſiue ſatisdationem de illis bonis finito vſufructu reſti-

232 tuendis, prout extabunt † *dicta l. ſi vſusfructus mihi, §. ſi veſtis & in l. fin. ff. de vſufructar. quemad. cau. l. vſufructu, vbi Cloſſ. C. de vſufruct. Alexand. in dicto conſ. 58. colum. 2. verſi. Poſito ergo. Deci. in dicto conſ. 607. num. 1. Cardinal. Pariſ. in dicto conſ. 96. in princ. vol. 2. Roland. à Valle in conſ. 92. nu. 22. vol. 1. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 817. num. 4. 5. 6. vol. 1. And. Gail. Practicar. obſeruatio. lib. 2. obſeruat. 46. numer. 2. 3. Marian. Iun. in conſ. 115. num. 23. volum. 1.*

DECLARA Tertiò, quòd ſi vſusfructus conſiſteret in rebus, quæ vſu conſumuntur, puta, in vino, oleo, frumento, lana, lino, & ſi-

233 milibus, inter quæ numerantur † vegetes, & in his ante omnia fit æſtimatio de illorum precio, & valore, quæ fit antequam præſtetur ſatisdatio, quæ poſtmodum ſequitur, & erit de reddendo precium rerum æſtimatarum iuxta tempus æſtimationis factæ, vt in connumeratione etiam vegetum, *ex Federico de Senis in conſ. 46. & c. fin. vbi per Petr. de Anchar. & Anton. de Butrio. extr. de Pignorib. & per gloſſ. in dicta l. ſi vſusfructus mihi, §. ſi veſtis, & in §. conſtituitur, in verb. veſtimenta, inſt. de vſuf.* Non obſtante, quòd contrarium attentauerint *Cardinal. Florentin. & Ioan. de Imol. in dicto c. fin.* & cum iſta declaratione cum ſupradictis contra *Cardinal Florentin. & Imol.* reſidet *Alexand. in dicto conſ. 58. col. 2. verſic. Et hoc pro rebus,* & allegant, & ſequuntur eamdem ſententiam *Roland. in dicto conſ. 92. n. 23. vol. 1.* qui allegat *Barthol. Socin. in conſ. 10. volum. 4.* quod in libro meo non dicit *Socinus, Ioan. Baptiſta de Caccialupis de Sancto Seuerino in conſ. 9. incip. Poſtremo ſupereſt, inter conſilia Socini, vol. 4.* quod eſt optimum, & elegantiſſimum conſilium, referens fuiſſe huius opinionis authores *Federicum de Senis, Ioannem Pagliarenſem, Ioannem Fabr. Petr. de Peruſio, D. Antonium, Ioan. de Imol. Angel. de Peruſio, & Cardinalem Florẽtinum,* quos ſequuti ſunt *Cardin. Pariſ. in dicto conſ. 96. num. 1. vol. 2. Marian. Iunior in conſ. 96. vol. 1. & in conſ. 115. nu. 23. eo. vol. 1. Borgni-*

234 *nus Caualcanus de vſufructu. nu. 146.* de veſtibus, † ſuppellectilibus, & maſſaritijs, & an aliqua ſi reperiantur attrita, quo modo de illis fiat, ſcribit *Caccialupus beuè in dicto conſ. 9. quem in conſ. 10. vt dixi ſub nomine Socini* & optimè etiam *Surdus in deciſ. Mantuan. 67. nu. 5.* vbi diligenter loquitur, alios plures allegans. Notandum tamen eſt, quod in his rebus,

235 quæ vſu conſumuntur, † ſi conſtituatur vſufructus, non dicitur verus vſusfructus, cum per vini, olei, frumenti, & ſimilium conſumptionem, neque naturali, neque ciuili ratione dicitur recipi vſusfructus; naturali, quia non eſt ſalua rerum ſubſtantia, quæ in vero vſufructu requiritur, ne pereat, *vt inſtit. de vſufructu, in princ. vbi Accurſ. in verb. ſalua, in fin.* Ratione ciuili, quia tranſit in dominium

lega-

legatarij, vt declarat *Gloſſ.in §.conſtituitur, in verb.*
236 *ciuili, inſt.eodem tit.* Pecunia † verò, ſi erit in vſu-fructu, ſatiſdatio, & cautio erit de tanta pecunia reddenda, *l.2. l.fin.ff. de vſufr. ear. rerum, quæ vſu conſumunt, & dicto, §. conſtituitur, & c.fin.extr. de pignoribus, vbi gloſſa notabilis,* & voluit *Alexand. in dicto conſ.58.col.2. verſ. Et plenè legitur. Caccialup. in dicto conſ.9. inter conſ.Socin.Senior, col.1.verſ.ſatis colligitur, volum.4. Vincent. de Franchis in deciſ.*
237 *Neapol.614. ſub nu.4.* Quantum verò † ad vaſa aurea, vel argentea, de illis licèt non exprimat aureum, vel argenteum *text.in l.ſi vaſorum, quæ eſt, l. fin.ff.vſufructuar.quemadmod.caueat,* Tamen *gloſſ. ibidem* dicit, non dici argentea, vel aurea, quæ vſu non cõſumuntur, & ideo in illorũ vſufructu, habet locum ſatisdatio de illis reſtituendis, quia vſu
238 modicè minuũtur, & eſt ſalua maior rerum ſubſtantia, *Ioan.Baptiſta Caccialup.in dicto conſ.9.* quæ dicta ſunt de vaſibus, & Vaſculi aureis, & argenteis, apud antiquos vſu fuiſſe *apud Vlpianum in l.cũ aurum, 20.ff.de Auro, & argent.leg.* vbi de lãcibus, de emblemate, clauis aureis, & argenteis; de Paropſidibus, tabulis, trullis, peluibus, alijſq; vaſibus
239 † gemmis auro, argentove incluſis, de quibus *Pomponius in l. & ſi non ſunt,* 21. *ff.eod.tit.* ſatisdationem de illis reſtituendis arbitrio boni viri dicendum eſt, de his ſtilo ampliori dicẽdum pro Mundi luxu, ſi Dominus DEVS mihi anſam ſcribẽdi dabit, interim ex nouiſſimis *Lazari Bayphi commentarijs de vaſculis* videant. Quid autem dicendum de vaſibus chryſtallinis, & fictilibus, ex illorum ſpecie, & valore quæ cautio danda ſit, iudex arbitra-
240 bitur. De veſtibus † faciendum erit, vt dictum eſt de frumento, vino, & oleo, vt præſtetur cautio de reddẽdo precio, *§.conſtituitur, ſupra allegato vbi Accurſius.* Niſi eſſent veſtes deputatæ ad repręſentan-
241 das in ſcęna † Comedias, & ludos, *l.ſed, & ſi quid.* 19 *ff.de vſufr. & quemadm.quis, vtat.* & de veſtibus Regum Magorum, & Herodis, quæ ſunt in Eccle-
242 ſia Patauiua pro repræſentenda † feſtiuitate Epiphanię Domini, de quibus loquitur *Cardinal.in dicto c.fin.de pignoribus,* quem refert, & ſequitur *Ioan. Baptiſta Caccialupus, in dicto conſ.9. in Conſilijs Socini Senioris, vol.4. Azon.in ſumma Codicis, lib.3.tit.*
243 41. *col.3.* De vaſis argenteis † legatis, ea omnia continentur, quæ capacitati alicui parata ſunt, & ideo non tam potoria, quam eſcaria. Item miniſteria omnia debebuntur. Veluti vrceoli, pateræ, lances, piperaria, cochlearia quoque, itemque Trullæ, calices, ſcyphi, ænophoria, & conchæ, hæc dixit *Iulius Paulus ſententiarum, lib.3.tit.7.*

TVTORES, ET CVRATORES fi-
244 deiuſſionem, ſiue ſatiſdationẽ dare debent, † volentes bona pupillorum, & minorum adminiſtrare, & fideiuſſores idonei, promittendo Rem pupilli ſaluam fore, ipſorumq; minorum, & adultorum vtilia facturos, & inutilia prætermiſſuros, illoſq; indefenſos non relicturos, *l.1.ff.Rem rat.haber.l.4. §.1.ff.Rẽ pupill.ſalu.for.l.1.ff.Qui ſatiſd.cog.l.1.C.de Tutoribus, qui non ſatiſd.l.fin.§. illo procul.C. Arbitr. tutel.l. de creationibus C.de Epiſcop.aud. Bartol. poſt Gloſſ.in l.legitimos, ff.de legitim.hæred. Bald.in dicta l.1.ff.Rem pupill.ſalu.fore Ant.Capic.in deciſ.Neapol. 50.num.3. Ant. Piaggius de Tutor. & Curator.q.7. num.23. Borgni.Caualca.de Tutor. & Curator. num. 23. Vincenti. Manzin. in tract. de Tutela. q.3. 3.q. principal.num.3. & q.14.princip.num. 1. Paul.Montanus de Iure Tutelar.cap.32.Regul.7.num.1.2. Roland.à Valle in conſ.48.nu.16.vol.1. Menoch. de Arbitrar.Iud.qæſt. lib.2. centur.2. caſu.150.nume.25. Marc.Ant. de Amat.in deciſ. Marchiæ 63. numer.1. Guido Papæ in deciſ.Delphinal.330.num.5. Thorus in compendio deciſ.Neapol.§.ſolemnia Ant.Faber in Codice Fabrian.lib.5.tit.25.defin.1. Ludolph.Schrader. de Feudis parte 10.ſection.20.num.288. Hieronym. Treutler. diſputation. ſelectar. parte 1. diſputat.16. Theſi 5.*

OMISSA ſatiſdatioone acta quælibet tutelæ
245 nulla † ſunt, *l.In dubium C.de Tutor.qui ſatiſdat. non dedit, l.ſi tutor, vbi Bartol. & Bald. C. In quibus cauſ.reſtit.in integr.non eſt neceſſ.* debet enim docere de ſolemnibus tutelæ, in quibus eſt ipſa ſatiſda-
246 tio, quibus omiſſis iudicium † eſt nullum *Bald. in dicta l.ſi tutor. Matth.de Afflict.in deciſ.Neapol.265. in fin.* ſequitur *Robertus Marant.in ſpecul.Aureo parte 4.diſtinct.16.nu.mihi 24.verſ.Decimo quinto dicitur, in antiquis. Ioachimus Mynſinger. obſeruat.31. in fin.centur.2.Sebaſtian.Vant.in tract.Nullit.tit.de Nullit.ex defectu Iuhabilitat.num.128. Ant.Capic.in deciſ.Neap.50.num.3. Borgnin.de Tutor.& Curator. num.23. Vincent. Carroci, in caſu, ſeu deciſion.129. num.13. Paul, Montan.de Iur.Tutel.cap.32. Regul.7. num.11. Idem Capic.in deciſ.Neapol.87.ſub numer.1. Barnabas Cornazan.in dec.Lucenſ.133.verſ. Quintum eſt. Ioan.Baptiſta Thorus in compendio deciſ.Neapol.§. Curator ad litem. Iacob. Mandellus in conſ.21. num.6.vol.1. Ant. Heringius de Fideiuſſ. capitulo 5. numero 216.*

Nil tamen locum ſibi vendicant ſupradicta in
247 tutore teſtamentario, † qui ſatiſdare non cogitur, quia illorum fides, ac diligentia eſt ab ipſo teſtatore approbata, *dicta l.In dubium, & in §.ſed hoc non eſt perpetuum. Inſtitut. de ſatiſdatione tutor, l.de creationibus, C.de Epiſcopal. aud. Corn. in conſ.198. incip. Quamquam, ſub num.8. verſ.licèt etiam, vol.1. Iacob. Mandell.in conſ.21.nu.6.in fin.vol.1. Marian. Iun.in conſ.5.num.2.vol.4. poſt Bart. in l. legitimos, num.7.ff.de legitim. hæred. Maſuerius in Practic.tit. de Tutore, & Curator.num.2. Guid.Papæ in dicta deciſ. Delphin.330. Anton.Cap.in deciſ.Neapol.50.ſub numer.3.verſ.Tertio. Ant. Piaggius de Tutor.& curat.q.7.numer.25. Vincent.Manzin. de Tutela, q.3. Tertiæ quæſt. principal. ſub numer.8. Ioan. Ferrarius Montan.inſt.de ſatiſd.tut.in incip. verſ.ab hoc autem. Ant. Faber. in loco ſupra allegato defin.1.* Aduertendum, quòd dum ex Maſuerio dixiſſet *Petr. Rebuff. in l.ſatiſdationis, ff. de verb.ſignificat.* quòd conſuetudine receptum eſſet, quòd hodie etiam tutor teſtamentarius ſatiſdare cogatur. *Ludolphus Schraderus in loco allegato,* volens dicere, quòd Maſuerius

rius aſſeruerit contrarium, inducit literam, quę dicit ſimiliter prout dixerat *Rebuffus*, & fuit illorum,
248 qui † Francoforti in officina Paltheniana errorem typis dederunt Schraderi opera, qui dictum ipſius emẽdantes, induxerunt in eundem errorem, voluit Schraderus dicere, prout dicit in libro meo Maſuerius, cuius iſta ſunt verba, *num.* 2. (item de conſuetudine tutor, vel curator, non tenetur ſatiſdare, ſi de iure in teſtamento datus ſit, in alijs diſtingue) ex quibus vterque remanet emendatus, ſed de dicto Maſuerij vide ne ipſum aliter, quam dixerit intelligat *Paulus Montanus de Iure Tutelarum, cap.* 32, *Regul.* 7. *num.* 76. ſed ſupradictam literam ad verbum retuli, vt eſt ex libro Maſuerij, quem habet ex impreſſione Lugdunenſi in anno 1536. *apud Benedictum Bonnyn. ſumptibus Iacobi Giuntæ.*

249 NEC Similiter in Tutore ex inquiſitione † dato, qui nõ tenetur ſatisdare, vt reddendo rationem dicit Imperator *Iuſtinianus in* §. 1. *Iuſtitut. de ſatiſdat. tutor. & curat.* Item ex inquiſitione (inquit)
250 tutores, vel curatores dati, ſatisdatione † non onerantur, quia idonei electi ſunt, ideſt dati à iudice cum inquiſitione, §. *ſed hoc iure Inſt. de Attilian. tutor.* habetur *in l. Non omnium C. de Tutor. & cur. qui non ſatisd.* ibi, cum exemplo teſtamentarij con-
251 firmatur à Præſide, vel datum † ex inquiſitione, non onerari ſatiſdatione rem pupillorum ſaluam fore manifeſtum ſit. Quia, vt *Bartol.* inquit *in* §. *fin. num.* 9. *Auth. vt hi, qui obligatas*, fides eorum eſt à Iudice approbata *Papienſ. in Pract. In Formali. belli quo agit. ad reddend. rationem tutelæ, in verb. in ſuo vltimo teſtamento, nu.* 22. *Ant. Piaggius in tract. de Tutore, & curatore, q.* 7. *nume.* 27. *Vincent. Manzinus in tract. de tutela, q.* 3. *Tertiæ quæſtionis principalis, ſub num.* 8. *Ioan. Ferrar. Montan. Inſt. de ſatisd. Tutor. in princip. verſ. Ab hoc tamen.*

INTELLIGE Tamen tunc non teneri ad ſatisdationem tutores, & curatores datos ex inquiſitione, quando dati eſſent à maioribus Iudiçi-
252 bus, puta à Præfecto Vrbis † vel prætore, vel in Prouincijs à Preſide, non autem à minoribus, puta à defenſoribus ciuitatum, *arg. l.* 1. §. *ſi curatores, & per totam, ff. de Magiſtratib. conuen.* §. *fin. vbi gloſſ. in verb. Vrbis. Inſt. de ſatiſd. tutor. l. pen. C. de Tutor. qui ſatiſd. non dederi. Gulielm. de Ludo in ſingul.* 121. *incip. Gloſſa eſt quod tutor datiuus*, quem refert, & ſequitur. *Vincentius Manzin. in dicta q.* 3. *ſub nu.* 8. *verſ. limitatur ſecundo. Ptaggius, in dicta q.* 7. *ſub nu.* 27. *verſ. Declaratur tamen.* Quamquam hoc autem intelligat *Eximius Iuriſconſultus Ioan. Faber. in* §. *fin. ſupra allegato. Inſtit. de ſatisdat. tut.* dicens ad iſtos maiores Iudices non pertinere fideiuſſores
253 † recipere, ſed ad minores, vnde ſi dederunt cum inquiſitione tutores, vel Curatores, non cauetur, ſi ſine, debent remittere minoribus, vt cautiones recipiant, nonnulla ad id optimè dicit *Ioacchimus Mynſinger. in dicto* §. *fin. Inſt. de ſatiſdat. Tutor. Paulus Montan. in dicto cap.* 32. *Regul.* 7. *num.* 98.

SVPPLICATIONEM, Reuiſionem
254 † ſiue reclamationem intentans à ſententia ſacri conſilij, cum loco ſententiæ Præfecto prętorio ſuccedat, à qua non appellatur, ſed exequitur, is tamen, qui ſententiam fauorabilem obtinuit, præ-
255 ſtare tenetur fideiuſſionem de Reſtituendo executionem in caſu retractationis, *iuxta text. in auth. Quæ ſupplicatio. C. de Precibus Imperat offerend. Guido Papæ in deciſ. Delphi.* 50. *num.* 1. *& ſub* 2. *& in deciſ.* 420. *num.* 1. *Matth. de Afflict. in deciſ.* 231. *nu.* 2. *Petr. Benintend. in deciſ. Bononienſ.* 78. *numer.* 10. *Carol. Ruin. in conſil.* 34. *incip. viſis omnibus, col.* 2. *vol.* 2. *Petr. Rebuff. ad Conſtit. Galliæ. tomo* 1. *tit. de Supplicat nu.* 89. *verſ. ſexta appellatio. Aluarus Vallaſc. conſultationum ſiue deciſ. Luſitan.* 51. vbi pleniſſimè, & bene *Roland. à Valle in conſ.* 43. *num.* 4. *& pluries, vol.* 2. *& optimè Marius Giurba in deciſio. Siciliæ.* 4. *num.* 34. 38. 39. *& per totam*, de qua materia Reuiſionis, Reclamationis, & ſupplicationis
256 † ſcripſi *in hac ſumma deciſionum omnium totius orbis chriſtiani, tit.... tomo* 2. *Ant. Heringius de Fideiuſſoribus, cap.* 5. *numer.* 291. *cum quatuor ſeqq. Sigiſmundus Loffredus in conſ.* 14. *num.* 71. vbi plus dicit, quòd ad finem habendi cautionẽ ſupplicatio
257 debet fieri intra decem dies. Et hoc dicit *text. in dicta auct. quæ ſupplicatio*, quod & tradidit *Proſper Carauita in Ritu* 252. *ſub num.* 15. quæ omnia ſa-
258 ciunt ad eundem † Ritum Magnæ Curiæ vicariæ 252. *incip. item ſi contingat cauſas*, quidictat, quòd ſi cauſa deuoluitur per ſupplicationẽ, quòd fit executio in cauſa principali data cautione ſecundum formam *Auct. Quæ ſupplicatio. Thorus in Compendio deciſionum Neapol.* §. *Condemnatio per ſententiam. Et Carauitam in loco allegato. Robertus Lancellotus, de Attentatis, parte* 2. *cap.* 12. *Limitatio.* 50. *numer.* 60. *Hieronym. de Monte in tract. Finium Regundorum, cap.* 108. *num.* 15. *Cæſar Vrſill. in deciſ.* 231. *num.* 2. *Ioan. Baptiſta Aſini. in pract. iudiciaria ciuili*, §. 31. *cap.* 2. *Ampliat.* 9. *numer.* 7. *Ioan. Vincent. de Anna in ſingul.* 46. vbi retulit duas Deciſiones Sacri Conſilij, & cautionem iſto caſu eſſe pro forma.

IN CRIMINALIBVS erat de Iure cõmuni cautum, quòd qui aliquem accuſabat,
259 † pœna Talionis inſcribebatur, *iuxta l. libellorum, ff. de accus. l.* 1. *C. Qui accuſ. non poſſ.* de quo *Maria. Senior, in c. ſuper his, num.* 19. *de Accuſ.* de qua *dixi in Commentarijs de Magiſtratuum Edictis libr.* 2. *cap.* 8. *num.* 255. *cum ſeqq.* Quæ de Iure communi erat in vigore, nunc tamen conſuetudine abolita eſt, *vt per Bartol. in l. ſi cui, ff. de accuſ Didac. Couarr. Variar. Reſolut. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. *Matth. de Afflict. in Conſt. Regni Præſenti lege, num.* 1. qui dicit in Regno abolitam eſſe ſimiliter plures alios Doctores allegans *Iul. Clarus in Pract. criminal. q.* 11. *nu.* 18. *Petr. Duen. in Regul.* 17. Sed de pœna Talionis plura differui, quem admodum plures allegaui *ibidem à nu.* 355. *vſq; ad nu.* 358.

IN HOC REGNO Neapolitano licèt Ta-
160 lionis pœna abolita ſit, tamen, vt † abſtinerent malæ, & peſſimæ vitæ homines, obſeruari ſtatu-

tum

tum fuit, vt terreantur accuſatores ab accuſando, & querelaudo, quòd denunciantes in iudicio crimina, ſub pœna pecuniaria arbitrio Curiæ imponenda, ſe obligent de probando crimen denunciatum, & non ſe concordando ſine licenria, *vt per Ritum* 47. *incip. Item quòd curia ipſa*, & hoc voluit *Proſper Carauita in Ritu* 108. *incip. Item ſi aliquis, num.* 4. & idem notatur *in Ritu* 199. *incip. Item ſeruat ipſa curia non recipere.* In quo iſtud diſponitur, *vbi poſt Matth. de Afflict. in dicta Conſtit. Preſenti lege*, hoc idem confirmat. Communis tamen obſeruantia in Regni Tribunalibus vīget, quòd vbi
261 accuſator, ſiue querelator perſeuerat † contra reum, facit ipſe Reus inſtantiam, quòd declaret actor, ſi vult partem facere in Iudicio, & in caſu acceptationis teneatur præſtare expenſarum fideiuſſionem *Robert. Maranta in ſpecul. Aureo, parte 6. incip. Sexta, & Vltima pars principalis huius tractatus, ſub numer.* 12. 70. *Petrus Foller. in Practica criminal. in verb. Audiantur exceptiones, nu.* 2. 3.

Et ità obſeruatur, in oībus Regni Tribunalibus, *vt in Conſtitut. Regni, incip. dilationes*, vt veniat, & Accuſator, & querelator inſtructus, & teneatur ꝓbare delictum, prout accuſatio propoſita, ac dedu-
262 cta fuit, cum eo non probante † reus abſoluatur, *l. Qui accuſare, C. de edend.* Ideo ſi non probet, ſciat accuſationem inultam non futuram, & id circo ſinguli cauere debent, quòd crimen obijciant, &
623 præterea perſeuerent vſque † ad ſententiam, *l. ſi cui, ff. de accuſ.* ne accuſatores tāquam calumnian-
264 tes, ad vindictam † poſcat ſupplicij ſimilitudo, *l. fin. C. de calumniat.* aut ſi non probet, & poſt ſatiſdationem non perſeueret, vel ſuccumbat, expenſarum, ac ſumptuum erogatorum condemnationem
265 † ſuſtineant, *l. Qui crimen, C. de his, qui accuſar. nō poſs. c. veniens, extr. de Accuſ. Angel. in l. qui non probaſſe, C. de calumni. Felin in c. accedens, nu.* 3. *de accuſ. Iulius Clarus in pract. criminal. q.* 62. *nume.* 7. vt communem opinionem dicit *Præpoſitus, in c. ſi quequam, §. notandum, nu.* 7. 2. *q.* 1. *Ioan. Baptiſta Villalobos opinionum commun. §. calumniari, num.* 2. *Emanuel Suarez in Theſaur. receptar. ſententiarum, §. accuſatio. nu.* 31. *Cyrill. Fulgeonius in ſummul. criminū, par.* 1. *tit. de accuſat. §.* 3. *nu.* 7. *Barthol. Bertazzol. in conſ. crimin.* 67. *nu.* 2. *in conſ.* 114. *nu.* 4. 20. *vol.* 1. *Petrus Follerius in practic. criminal. in verb. audiantur exceptiones, nu.* 2. 3.

266 QVAM optimè in Germania cauit † Carolus Quintus Imperator, *in conſtitution. pœnal. art.* 2. *& art.* 13. 14. quòd quàm diù accuſator idoneam expenſarum ſatisdationem dare nequit, vel ab inſtituta actione deſiſtere non vult, tam diù in carcere cum reo detineatur, donec non adimpleuit, cuius meminit *Nicolaus Vigelius ad conſtitutiones Carolinas, c.* 3. *q.* 1. *regula* 5. *Georgius Remus in Nemeſi Carolina, cap.* 12. Eodem modo iure Saxonico præſtari
267 debet † ſatiſdatio in criminalibus, ſicut in ciuilibus *Konning in proceſſ. cap.* 47. *ſub tit. Vom pein Lichen Vorſtaude, nu.* 2. *Zobell. par.* 4. *different.* 28. *Matthias Coler. in deciſ. German.* 106. *n.* 5. 6. & alij, quos ibi refert *Iacobus Sculthes in addition. Anton. Heringius de fideiuſſoribus, c.* 5. *nu.* 248. *cum pluribus ſeq.*

PRÆSENTARE fideiuſſor promiſit aliquem toties, quoties opus fuerit, vel requiſitus erit ſub pæna in fideiuſſione contenta, an ſemper fideiuſſor teneatur, aliàs incidat in pœnam? fuerunt plures o-
268 piniones diuerſæ † ſecundum diuerſitatem caſuum, & formam fideiuſſionum pręſtitarum.

PRIMA enim opinio eſt, quòd promittens præſentare inquiſitum, ſiue accuſatum, pręſentan-
269 do ſemel per primam † præſentationem liberatur, fuit opinio *Accurſij, in l. Duobus, §. ſi ei, qui debitorem in verb. exhibuerit, ff. de Iure iur.* quem ſequuti ſunt *Benedict. de Plumbin. & Paul. de Caſtro in dicta, l. duobus, §. Quod ſi reus, ff. eod. tit.* ante eos *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de Accuſatione verſ. ſed quid ſi fideiuſſor. Alex. ad Bartol. in l. Græcè in princip. in verb. durat lis, ff. de Fideiuſſ. vbi poſt Benedict. de Plumbin. ſupra allegatum*, dicit illam gloſſam eſſe menti tenendam, allegat *Bartol. in l. Dotis, la.* 2. *num.* 1. *ff. de Iure dot. & in l.* 1. *nu.* 5. *verſ. Quarto quæro, ff. Ad leg. Iul. Maieſt.* Aduertendum tamen ne lectores videant *Specul. & Ioan. Andr. in tit. de Accuſato. in tit. de Accuſatore, & in tit. de Accuſationibus*, quia in his nunquam inuenient, quòd aliquid de hoc dixiſſet, ſed videant *in tit. de Accuſatione*, qūi eſt primus titulus *Specul. lib.* 3. *§. ſequitur, ſub num.* 17. *verſ. Item queritur eſſe, in Additio. in verbo exceptionem*, de cuius dicto poſt modum ſuo loco dicam; ſimiliter Additionem, præfatam *ad Bartol. in dicta, l. Græcè, non eſſe Alex.* quia allegat *Alexandrum. Paul. de Caſtr. in l.* 2. *§. in fideiuſſorem, vbi Alex. ff. Qui ſatiſdat. cogant.* & hanc opinionem tenuit *Alexand. in conſil.* 16. *incip. Breuiter in caſu propoſito, col.* 1. *vol.* 4. quos ſequitur *Andr. Tiraquell. in Rep. l. Boues, §. hoc ſermone, in princip. numer.* 47. *ff. de verb. ſignific.* qui ambo allegant *Ioan. Andr. in lo. allegato*, qui omnes mouentur, *per text. in dicto, §. hoc ſermone* dixi *de compromiſſis, §.* 2 *gloſ.* 3. *nu.* 12. Quam opinionem, vbi ſimpliciter eſt facta per fideiuſſorem promiſſio de prima intelligitur, probauit *Ant. Heringius de Fideiuſſor. cap.* 20. *§.* 9. *num.* 14. Et iſtud etiam ego dixeram *in dicta Gloſſ.* 3. *nu.* 21. *Hippoly. de Marſil. de Fideiuſſ. num.* 99. ad hanc primam opinionem adde *Sebaſtianum Medicem de Regulis iuris. Regul.* 4. *§. promittens, num.* 92. *Franciſc. Marcum in deciſ. Delphin.* 797. *ſub nu.* 5. *vol.* 2.

SECVNDA fuit opinio, quòd fideiuſſor, qui promiſit aliquem repræſentare toties, quoties fuerit requiſitus, quòd ſufficiat ſibi ſi illum repræ-
270 ſentet, quia, per binam præſentationem erit liberatus, *argum. l. Qui bona, §. fin. ff. de Damn infect. l. fideicommiſſa, §. ſi quis decem, ff. de legat.* 3. & hanc opinionem tenuit *Angel. in l. ſi finita, ff. de damn. infecto, & in l.* 2. *§. Qui exhiberi, ff. de Cuſtod. reorū. Bald. in conſ.* 112. *incip. Præmiſſo quodam decreto, nu.* 3. *vol.* 3. *Nellus de Sancto Geminiano de Bannit. 1. par. ſecundi temporis, q.* 45. *Ludouic. Romau. in conſ.* 15. *incip. Plura ſunt quæ quæruntur, numer.* 5. *verſ. Quoad quartum. Alexand. in conſil.* 145. *incip. Quoniam*

abundè

abundè colum. 1. verſ. Nec ex verbis dictæ ſententiæ, volum. 2. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 46. ſub num. 3. in deciſ. 130. num. 6. Nicol. Boer. in deciſion. Burdegal. 131. num. 14. Petrus Foller. in Practica crimin. in Fragmentis, titul. de Fideiuſſoribus, nu. 261. cum ſeq. dixi *de compromiſſis*, §. 2. *gloſſ. 3. num. 13. Marſil. de Fideiuſſorib. num. 99. 138. Cæſar Vrſillus, in deciſ. 130. num. 2. Franciſc. Marcus in deciſion. Delphinal. 797. ſub num. 6. volum. 2. Roland. à Valle in conſ. 21. numer. 11. volum. 2. cum alijs relatis per Heringium in loco ſupra allegato, cap. 20. §. 9. nu. 18. Anton. Gabriel, commun. opin. lib. 7. titul. de Maleficijs concluſione 15. nu. 1. Celſum Hugonem, in tract. clauſular. titul. de clauſulis contractuum, colum. 6. verſicul. promiſit toties præſentare, quoties, Sebaſtian. Medices in tract. de Regul. iuris, Regul. 4. in princ. nu. 7. Barth. de Caſſæneo in conſuetud. Burgundiæ, Rub. 1. §. 5. nu. 171. Proſper Carauita in Ritu 44. num. 11. Leander Galganett. in tract. de condit. & demonſtr. par. 2. cap. 5. q. 21. ſub nu. 2. in fin.*

TERTIA opinio fuit, quòd quando fideiuſſio dicit toties, quoties, iudici placuerit, & fuerit ab eo requiſitus, vel quandocumq; fuerit ab eo requiſitus, quòd tunc ſemper in omni iudicis requi-
271 ſitione, † teneatur iudici pręſentare principalem, ſiue inquiſitum, vel accuſatum, pro quo promiſit, quia iſtæ dictiones, toties quoties, & quandocunque denotant quandam infinitatem. *arg. l. ſi ita ſtipulatus à Scio, vbi Bartol. ff. de Fideiuſſorib. l. 1. §. hæc autem facultas, ibi totiens, quotiens, ff. ſi familia furt. feciſſ. dicat. l. veluti, §. hæc vox, ff. de eden. §. in primis, inſtit. de eo cui libert. cauſ. bona addicunt, Accurſ. in l. ſi finita, in verb. iterum, ff. de Damn. Infect. vbi Ioan. de Imol. & Ludouic. Roman.* quos ſequitur *Alexand. in conſ. 145. incip. quoniam abundè, colu. 2. verſ. ſed hoc non obſtante, vol. 2. Paulus de Caſtr. in l. duobus, §. Quòd ſi reus, n. 8. ff. de Iur. iuran. amplè Hippolyt. de Marſilijs, in l. vnius, §. cognituruꝝ, n. 35. cum pluribus ſequen. ff. de quæſtion. & in Rub. de Fideiuſſoribus, nu. 138. Deci. in l. vnica, in prima lectura, ſub nu. 2. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Tiraquell. in dicto §. hoc ſermone, nu. 47. 48. 4. & limitation. 26. n. 2. & in tract. de Retract. conuentional. §. 1. gloſſ. 2. n. 19. Celſus Hugo in tract. clauſular. titul. de clauſul. contractu. col. 5. verſ. Toties quoties. Ioan. Baptiſt. Coſta, de Facti ſcient. & ignorant. diſtinct. 76. nu. 3. cent. 1. Anton. Heringius de Fideiuſſoribus, cap. 20. §. 9. nu. 21. & ſeqq. Auguſt. in. Berous in conſ. 155. nu. 23. vol. 1. Franciſc. March. in deciſ. Delphinali 797. num. 7. volum. 2.*

QVARTA opinio eſt, quòd dicta promiſſio de repræſentando, licèt dicat, toties, quoties, voluerit, tamen non duret, niſi per quatuor vices, vel
272 plures, vt dicit † *Bald. in l. 1. numer. 37. verſ. Pone, quod eſt clauſula, C. de his quæ nomin. Celſus Hugo. in tract. clauſular. de clauſul. titul. de clauſul. contract. colum. 6. verſicul. Toties, & quoties. Franciſc. Marcus in dicta deciſion. Delphinal. 797. numer. 7. volum. 2.*

QVINTA opinio, quòd ſi fideiuſſor promiſit per fideiuſſionem de iudicio ſiſti, Tunc vſque ad
273 ſententiam proferendam † includiuè tenetur repreſentare, quia ſic, & pro ea de iudicio ſiſtet, & nõ vltra; Sin autem promiſſio procederet vlterius, puta de præſentando illum quandocunq; vel toties, quoties, tũc cum non ſit ſimpliciter de iudicio ſiſti, tenetur etiam poſt ſententiam. quodammodo fuit doctrina *gloſſ. in l. ſiquis reum, vbi Bart. num. 2. ff. de Cuſtod. & exhibit. reor. Lucas de Penna in l. ſi quis decurio, col. 2. C. de Decurionib. Barthol. Cepoll. in conſ. crim. 25. incip. cum per ſer Iacobum Cardinal. Pariſ. in conſ. 48. nu. 17. vol. 1. Hieronym. Gabrieli. in conſ. 181. num. 3. vol. 1. Elbert. Leonin. in conſ. 72. num. 6. Petr. Follerius, poſt Pract. crimin. in Fragmentis, nu. 261. Hippoly. de Marſil. de Fideiuſſ. nu. 140. Roland. à Vall. in conſ. 21. nu. 6. 49. vol. 2. Fr. Marc. in deciſ. Delphin. 797. ſub n. 2. vol. 2.* Poſt ſententiam ſi principalis eſt abſolutus, per principalis abſolutionem, ceſſat, & extinguitur fideiuſſio. vt benè loquitur *Matth. de Afflict. in Conſtitut. Regni. Sæpe contigit, ſub nu. 4.* quia ſopito negotio propter quod ſiſten-
274 dus erat reus, fideiuſſores † illius amplius non tenebuntur *Alex. Iaſon, & alij, in l. 1. §. in fideiuſſorem, ff. qui ſatiſd. cog.* etiam ſi promiſſio eſſet de præſentando quandocunq; vt voluit *Bald. in l. qui crimen, num. 10. C. qui accuſ. non poſſ. Tobias Nonius in conſ. 103. nu. 4.* faciunt ſcripta *Hippolyt. de Marſilijs in l. vnius, §. cognituruꝝ, n. 23. ff. de quæſt. Celſus Hugo, in tract. clauſular. titul. de clauſulis contractuum, col. 6. verſ. Promiſit toties.*

SVPRADICTA omnia intelligi debent,
275 dummodo inſtantia non ſit perempta, † quia illa perempta, dicitur extincta actio contra principalem, extincta verò actione contra principalem, extincta etiam dicitur, & fideiuſſio. *arg. l. cum lite mortua, ff. iudicat. ſolui, & ibi Bartol.* & habetur *in l. ſi eum, §. iniuriarum, ff. ſiquis cautionib. Matth. de Afflict. in Conſtit. Regni Sæpe contingit, nu. 4. Nicolaus Valla de Rebus dubijs, tractat. 15. per totum, Antonius Heringius de Fideiuſſoribus, cap. 20. §. 9. nu. 23. 24. Ioan. de Imol. in conſ. 47. incip. in caſu præmiſſo. Proſper Carauita in Ritu 44. nu. 12. Franciſc. Marcus in deciſ. Delphinal. 797. num. 2. vol. 2.*

NOVIS Indicijs ſuperuenientibus liberato Reo præſtita fideiuſſione de præſentando, Fideiuſſor, qui pro illo interuenit, dum modo noua indi-
276 cia † ſuperueniant, præſentare tenebitur, ſi liberatio illius rei primo loco facta fuiſſet defenſionibus minimè tunc factis, aliàs ſi non eſſent noua indicia, fideiuſſor non teneretur. vt patet *ex Theorica Dyni in conſ. 39. incip. Quidam nomine Cittadinus.*
277 quod conſilium † fuit Deciſiuum ad inſtantiam Poteſtatis Vrbis Veteris. & illud refert, & ſequitur *Petrus Follerius poſt Practicã Criminalem in Fragmentis, num. 252. Proſper. Carauita, in Ritu 44. ſub num. 11. in fin.*

SECVNDO' neceſſe eſt, quòd requirantur, tam principalis, quàm fideiuſſor, Reus principalis, quòd ſe præſentet, & fideiuſſor, quòd illum
287 præſentare habeat, † dũ tractatur de fideiuſſione

præstita toties, quoties, & quandocunque iudici placuerit, vel à iudice fuerit requisitus, & interpellatus, aliàs in mora non constituitur. *l. & si post tres, ff. si quis cautionib. vbi gloss. finalis, l. si decesserit, ff. qui satisd. cogant. Alexand. in cons.* 127. *incip. stantibus veris, per totum, volum.* 3. quem referens sequitur *Iason in l. vniuersa. num.* 4. *C. de Precib. Imperat. offer.* dicens, quòd si promittat quis aliquem in iudicio intra octauum diem præsentare intelli-
279 gitur, si promittens fuerit † requisitus, vt præsentet. *Felin. in c. si autem, num.* 4. *versicul. quas limita, extr. de Rescriptis. Octauian. Cacher. in decis. Pedemont.* 48. *numer.* 2. quos sequitur *D. Regens Valenz. Vela Velasquez in cons.* 16. *num.* 18. *vol.* 1. *Hijs adde Deci. in cons.* 145. *incip. Quæritur in effectu sub nu.* 1. *vers. & ad hoc bene facit. Roland. à Valle in cons.* 58. *num.* 14. *vol.* 1. *post Castren. & Marsil. de Fideius. nu.* 144. qui loquuntur in casu duriori, & si in promittente intra certum tempus præsentare, exigitur requisitio, vt per præfata, licèt contrariam sentiat in promittente intra certum tempus aliquem iu-
280 dici teneri ad pœnam, non obstante † quòd non fuerit interpellatus. *Andreas Facchineus Cotrouersiarum iuris, lib.* 9. *cap.* 77. Non tamen vendicat sibi locum in casu nostro, quia ex verbis fideiussionis apparet, quia in promittente præsentare toties, quoties, & quandocunque requisitus fuerit, apparet exigi requisitionem, quia ista requisitio, & præsentatio rei, siue accusati eo casu est reposita in arbitrium iudicis, & ipsum dicitur collatum istud tempus, quando vellet sibi præsentari facere principalem, ideo nunquam tenetur fideiusor præsentare, nisi postquam iudex faciat monitionem, requisitionem, & interpellationem, & non debetur pæna fideiussionis, donec non fuerit fideiusor requisitus. vt voluit *Iacob. Menoch. in cons.* 132. *nu.* 14. *volum.* 2. quod concilium non est Menochij, sed Tiberij Deciani. Tamen ad supra dictorum corroboationem, quando quis promittit, se aliquid facturum, & curaturum, & si non fecerit pænam soluere, & incidat in pænam, requiritur
281 † interpellatio *Gloss. Bald. & Angel. in dicta l. & si post tres, ff. si quis cautionibus.* vt concludit *Francisc. Aretinus in cons.* 72. *incip. Præsupponitur in facto*, vbi *colum. vltima vers. Ad octauum igitur*, dicit, quòd ille, qui promittit aliquid dare, vel facere, ad hoc, vt pæna committatur, non potest peti interesse, nec pæna, nisi interpellatio præcesserit, *arg. l. si penum. ff. Quand. dies legat. ced. l. si quis filium, §. stipulatio, ff. de collat. bonor.* quem sequuntur *Deci. in l. quod te, in* 3. *lectura, num.* 45. *& ibidem Curtius, num.* 28. *ff. si certum peta. Menoch. in cons.* 131. *num.* 20. *&* 21. *vol.* 2. Et istud procedit supradicto modo, quando tractatur de fideiussione, & facto concernente præparatoria, & in actis iudicialibus, & tunc per aduentum diei sine interpellatione mora non inducitur, vt *D. Francisc. Cantuccius in decision. Roman. nouissima.* 11. *num.* 5. 6. *volum.* 2.

TERTIO' necesse est, vt diximus, quòd re-

præsentatio petatur ex illa causa antiqua, pro qua fuerat liberatus, & sint noua indicia, vt dictũ fuit,
282 non autem ex noua † aliqua causa, quia aduenientе noua causa, non tenetur fideiussor illum præsentare, *l. si vnus, §. ante omnia, ff. de Pactis.* quo iure dicitur, quòd fideiussio coram vna persona facta, vel propter vnam causam ad aliam non trahatur. ità dicit *Ludouic. Roman. in cons.* 210. *incip. circa primum, num.* 2. allegat text. quem dicit *rotundum, in l. Non à Iudice, §. fin. ff. de iudic. Raphael Comens. in cons.* 32. *incip inculpatus Francisc. Marc. in decis. Delphin* 797. *sub num.* 4. *volum.* 2. *Iul. Clar. in Pract. Criminal. q.* 46. *num.* 22. Vbi tanto plus si
283 pro dicta noua † causa banniretur. *post Alberic. de Rosate in tract statutorum par.* 4. *q.* 64. *Aegid. Boss. in titul. de carcerat. fideiussoribus liberand. numero* 41. *Hippolyt. Bonacoss. communi. opin. crimin. part.* 2. *§. fideiusor.*

DECLARA, quòd si iudex diceret, velle præsentationem principalis non ex causa noua,
284 sed illa † antiqua, & hoc dicunt posse cum iuramento per iudicem firmari, aliter ei non credi. *vt post Albertum Brunum in cons.* 87. *colum. fin.* voluit *Petr. Foller. post pract. crimin. in Fragment. titul. de Fideiussorib. numer.* 252. voluit *Thobias Nonius in cons.* 103. *nu.* 2.

DECLARA secundò, quòd nec teneretur fideiussor Reum præsentare, si noua causa succes-
285 sisset, ob quam fideiussor impossibiliter posset, † principalem præsentare, vt quia commisisset aliquod delictum graue, puta homicidium, pro quo si compareret, & se præsentaret, immineret periculũ vitæ, ita q; cum sit impossibile impossibilium nulla obligatio, *l. impossibilium. ff. de regul. iur. Petr. Faber de regul iur. antiqui, c.* 31. Omnis insuper promissio intelligitur, rebus in eodem statu permanentibus, si autem præstita foret fideiussio, & post illius præstationem mutatus esset status principalis, pro quo esset fideiussio promissa, non esset res integra, iux-
286 ta † tradita *per D. Ioannem Baptistam Costam in Tractatu Re integra. Antonius Heringius de Fideiussorib, cap.* 20. §. 11. *num.* 3. *cum seq. per Surdum in cons.* 99. *per totum, volum.* 1. Rebus enim sic stantibus intelligitur promissio omnis, ac sub ista conditione procedere, *cap. peruenit, cap. quemadmodum, in prin. extr. de iureiur.* Et re in eodem statu permanente, *c. ne quis* 22. *q.* 2. *Felin. in c. constitutus, ampliatione* 1. *de Rescript. Ludouic. Roman. in cons.* 379. *incip. circa primum, num.* 6. *Iacob. Philipp. Port. in cons.* 2. *nu.* 19. *Ioan. Bapt. Laderchius in cons.* 198. *sub num.* 3. *versicul quæcunq;* & pro ista declaratione faciunt quæ optimè dicit *Hieron. Gabriel, in cons.* 173. *num.* 12. 13. *& seqq. volum.* 2. vbi Tuetur apud Romanam Curiam Episcopum Cameri-
287 nensem, qui in forma † Cameræ fideiusserat, & se obligauerat repręsentare quendam D. Horatium, qui post fideiussionem homicidium cõmisserat, & prætẽdebat Fiscus exigere pęnam fideiussionis, & consuluit, non teneri, ob homicidiũ post obligationem commissum. Hãc opinionẽ plurimis authori-

tati-

tatibus *poſt Alabertum Gandinum, & Hippolytum de Marſil.* corroborat *Ioan. Cephal. in conſ.* 187. *per totum præſertim num.* 5. 6. *&* 7. *vol.* 2. *Tobias Nonius in conſ.* 103. *nu.* 1. 3.

DECLARA Tertiò, videtur optima in iſto Regno Neapolitano obſeruantia, quia quando præſtita eſt ſimilis fideiuſſio, in qua promiſſio eſt repræſentandi reum toties, quoties, vel quandocunque iudici placuerit, eo caſu iudex illius cauſæ, qui vult citare, & interpellare fideiuſsores ad illum præſentandum, iſta citatio, requiſitio, ſiue interpellatio fit cum inſerta forma, fideiuſſionis
288 præſtitæ †& fit vnico actu, ſcilicet citatur principalis reus, ſiue accuſatus, quòd compareat, & ſe præſentet, & fideiuſsores iuxta formam dictæ fideiuſſionis illum præſentent. de iſta obſeruantia loquitur *Petrus Foller. in Fragmentis poſt Pract. criminalem, in titul. de Fideiuſſoribus, numer.* 250. quem refert, & ſequitur *Proſper Carauita in Ritu* 159. *ſub num.* 3. & hæc requirendi, & notificandi
289 obſeruatio de iure communi, † vt notitiam habeant principales, & fideiuſsores. habetur *in l. qui crimen. ibi, edicto admonendi ſunt, C. qui accus. non poſſunt.* & meminit *Matth. de Afflictis in Conſtit. Regni. Clementiæ, in finalibus verbis.*

DECLARA quartò, quòd ſi fideiuſsores de repreſentando reum toties, quoties curiæ placuerit, vel requiſitus fuerit; vel ſemel reum præſentauerint, & à carceribus aufugerit, an ſint liberati,
290 Aut † captus, & carceratus per Curiam reus, à carceribus aufugerit, an ſint liberati? Quòd non ſint liberati fideiuſsores tenuerunt, vt per multa argumenta concludit *Lucas de Penna, in l. ſiquis decurio, col.* 2. *verſ. Accuſatus quidam, vel delatus, C. de Decurionibus, libr.* 10. qui allegat *Andr. de Iſern. in c.* 1. *in verb. Vectigalia. Quæ ſint Regal. & in c.* 1. §. *Item Sacramenta. de Pace Iuram. Firmand.* quibus in locis hoc non dicit. *Angel. in l.* 2. §. *qui exhibendi, num.* 6. *ff. de Cuſtod. retr. Aegidius Boſſ. in tract. crimin. titul. de Carcerat. fideiuſſ. liberan. num.* 35. *Hippolyt. de Marſilijs, de Fideiuſſoribus, num.* 140. aliqui ipſorum allegant *Ioan. Andr. & Nellum in locis allegandis.*

CONTRARIVM tamen, quòd fideiuſsor de ſtando iuri, & præſentando principalem reum toties, quoties fuerit requiſitus, quòd dictus principalis ſi fuerit carceratus à curia, ſi à carceribus aufugerit, ſit liberatus, & amplius præſentare mi-
291 nimè teneatur † Vt bis fuiſse Deciſum in Sacro conſilio retulit *Matthæus de Afflictis in deciſion. Neapoli* 130. *in fin. Petr. Foller. poſt Practic. criminal. in Fragmentis, titul. de Fideiuſſoribus, num.* 253. *Afflictum* ſequitur *Cæſar Barzi. in deciſ. Bonon.* 16. *nume.* 4. *Ludouic. de Peguiera in deciſion. Catalonia.* 47. *in fin.* dicens ità fuiſse iudicatũ in anno 1584. & ſic ſemper Practicari in Conſilio Cataloniæ. *Petrus Caballus Reſolutionum Criminalium centur.* 1. *caſu* 47. *Ioan. Bapt. Thorus in compendio deciſion. Neapol.* §. *Fideiuſſores.* vbi retulit. *Sebaſtian. de Neapoli,* licet diſtinguat *in c. Regni. Ab illo inchoandum, num.* 43. vbi dicit *Ioan. Anton. de Nigris, num.* 58. hodie quæſtionem eſse claram, & determinatam. *Idem Afflict. in Regni Conſtit. Humanitate num.* 15. *verſ. item ſemel conſului, D. Carolus Tapia Regens in Ritu* 159. *num.* 3. *Franciſc. Marc. in deciſion. Delphinal.* 797. *ſub num.* 5. *volu.* 2. *Thobias Nonius in conſil.* 103. *num.* 9. 10. *antea Ludouic. Roman. in conſil.* 137. *incip. iſta promiſſio in fine. Thom. Grammat. in conſ. crim. in.* 66. *num.* 65. *Iaderch. in conſ.* 198. *verſ. Quinto in terminis Heringius de Fideiuſſorib. cap.* 20. §. 9. *nu.* 29. *cum pluribus ſeqq. Ioan. Andr. à multis pluries allegatus in addition. ad Speculatorem, in titul. de Accuſatione, lib.* 3. *qui eſt primus,* §. *ſequitur, ſub numer.* 17. *in addit. in verb. Exceptionem ex Oddoffredi* opinione dicit, quòd inquiſitus, qui de-
292 derat † fideiuſsorem, de præſentando Iudici ad ſuam voluntatem ſub pœna, ille demum per iudicem captus, & aufugit, ſi fuerat captus ex illa cauſa dicit, quòd fideiuſsor eſt liberatus. Si verò pro alia ob aliud maleficium, dicit non videre cauſam, quare obligatio ſit diſſoluta. Nihilominus, ſi illo exiſtente carcerato, fideiuſsor dixiſset, quòd
293 illum teneret, quia pro ipſo amplius nolebat † teneri, dicens fideiuſsorem liberari, ita cum Odoffredo cõcludeus *Ioan. Andr.* & in Fideiuſsore, qui præſentauit, & aufugit principalis, liberatum fideiuſsorem dicit *Bald. in l. Qui crimen. q.* 10. *num.* 23. *C. qui accuſ. non poſſ. Ioan. Baptiſta Laderch. in conſ.* 198. *nu.* 2. *Et Nellus in tract. Bannitorum, par.* 1. *ſecundi temporis, q.* 15. dicit quòd ſi obligatus peruenit in fortiam iudicis deinde aufugit, quod am-
294 plius fideiuſsor nõ † teneatur, ſi verò promiſiſſet preſentare toties, quoties iudici placuerit tunc per primam præſentationem, non liberabitur, ſed per ſecundam *per l. fideicommiſſa,* §. *ſi quis decem, ff. de leg.* 3. *Hæc Nellus.*

295 REM MINORIS ſine Iudicis decreto † vendens, nulliter agit, *l.* 1. *l. magis puto,* §. *ne paſſim, & toto titul. ff. de Rebus eorum, & l. Prædia, & toto, titul. C. de Præd. & alijs rebus minor, l. lex, quæ tutores, C. de Adminiſtrat. tuto. Catellian. Cotta in memor. in verb. Decretum* 4. *Ioan. Mauritius de Reſtitution. in integrum cap.* 177. *Petr. Duenna, in Regul.* 187. *num.* 3. *Franciſcus Caldas Pereyra. in l. ſi curatorem habens, in verb. contractus, num.* 1. *C. de in integr. Reſtitut. minor.* plenè *Octauius Simoncellus de decretis minorum, lib.* 1. *titul.* 1. *numer.* 1. An valeat
296 fideiuſſio, quæ † ſuper ea acceſſit, ità, vt alienatio ſuſtineatur, cum fideiuſſor euictionem promiſerit, iſta eſt ardua, & difficilis quæſtio, & in ſpecie pro vtraque parte illam tractauit, & ſcripſit diligenter *Fabianus de Monte Sancti Sabini in tract. de emptione, & venditione, q.* 4. *principal. colum. mihi* 14. *verſicul. Vltimo eſt explicanda, quæſtio.* Sed non exeundo, nec diſcedendo à Doctrina, & Theorica *Bartoli, in l. cum lex, ff. de Fideiuſſor. præſertim à num.* 6. *vſque in fin. ſub num. decimo,* dum con-
297 cludit, quòd ſi minor † vendendo ſe obligare, non teneretur ciuiliter, nec naturaliter, nec poſſet accedere fideiuſſor *arg. dictæ l. cum lex.* quia eo caſu

fideiuſſio nulla erit, niſi tutor, vel extraneus vendidiſset, quia fideiuſſio, & obligatio tenet reſpectu emptoris *per tex. in l. & ſi is, C. de Prædijs minorum.* & ità concludit *Bartol.* ſed hæc fuit diſtinctio *Gloſſ. in dicta l. & ſi is, in verb. ſane, ante illum.*

EGO ſupradictum intellectum dictarum legum magnificiendo ob authoritatem *Accurſij, & Bartoli*, à quibus *Bald. in dicta l. cum lex. & in l. Non dubium, nu. 20. cum pluribus, C. de legib.* nihil ponere, aut dicere placuit, dicam breuibus meâ ſen-
298 tentiam, cum † omni, qua conueniat, modeſtia, quòd quando venditioui rei immobilis minoris acceſſit fideiuſſio, ſi erit venditio facta ab extraneo, fideiuſſio tamquam ædificata ſuper contractu
299 nullo, ipſa nulla ſit, & inualida, & minor † conſequatur rem ſuam venditam. Quando verò fuerit facta à tutore, vel curatore minoris, minor conſequatur rem ſuam ab emptore, & emptor contra Tutorem, vel curatorem precium conſequatur, & ita intelligendum puto *text. in dicta l. & ſi is.* quæ loquitur in ſpecie ſolum in curatore, non in alio extraneo, quia Imperatores conſiderarunt curatorem ſcienter feciſſe actum à lege improbatum, ac noluiſſe ex profeſſo Decretum interponi facere, non ſine doli apparitione euidenti. Et iſto modo locum ſibi vendicare regulam, acceſſorium ſibi vendicare principalis contractus naturam, quòd nullo exiſtente contractu principali, corruat, & ac-
300 ceſſorium † *c. acceſſorium, de regul. iuris, in 6. l. cum principalis, ff. eod. tit. cum concordantibus in dictis iuribus à Dyno, & alijs Canoniſtis, & à Decio, Cagnolo, Petro Fabro, Ioanne Ferrario Montano, & alijs.* Ex quibus optimè ſupradicto caſu rem alie-
301 natam, etiam cum fructibus † ad minorem ſpectare, *l. Patri pro filio, §. item ex diuerſo. ff. de minorib. l. ſi prædium, C. de prædijs minor. l. ſi contra, C. ſi quis ignorans.* Quia ex inualiditate contractus in
302 mala fide emptor cenſetur, idcirco † fructus amittit. *Ioan. de Plat. in l. 1. col. fin. C. de Fide inſtrument. & iure haſtæ fiſcalis, libr. 10. Roland. à Vall. in conſ. 72. num. 21. volum. 4. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 160. num. 1. & poſt alios Ioan. Petr. Surd. in deciſion. Mantuæ 45. num. 9.* quod firmauerat *Marian. Senior. in conſ. 22. incip. ſequendo ordinem, colum. vltima, verſ. Quoniam videmus, volum.*
303 1. Quando verò † extraneus fuiſſet venditor, & ſciuiſſet vendere rem pupillarem, abſq; ſolemnitatibus, ſimiliter præſumeretur in dolo, & fideiuſſio, ac promiſſio euictionis, quia teneretur ex eadem ratione, qua tenetur curator *per dictam leg. & ſi is.* videnda ſunt, quæ tradidit *Paulus Montanus, de iure Tutelarum, Regul. 33. num. 99. cum pluribus ſeqq.* idcirco optimè dicitur, quòd emens rem minoris, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter ſine decreto, illam reſtituere tenetur cum omnibus fructibus à
304 die contractus † perceptis reſtituere tenetur *l. 1. l. 2. C. ſi quis ignorans rem minor. cum alijs traditis à Ioan. Baptiſt. Coſta de Facti ſcientia, & ignor. Regul. 13. num. 4. cum reliquis ſeqq.* quo verò ad fideiuſſores notanda ſunt, quæ diximus. Verum non valere fideiuſſionem accedentem ad venditionem
305 rei minoris, abſq; iudicis † decreto, & Tutoris authoritate decreuit Senatus Luſitanus, vt eſt *apud Antonium Gammam in deciſion. Luſitaniæ. 79. num. 2.*

EX CORREIS intendit ſoluere totum cre-
306 ditori, vel ſolutum vult repetere † vnus ex illis à correis, quomodo ſibi conſulatur; Remedium propoſuit *Alexand. in conſil. 38. incip. Viſis, & diligenter, in fin. verſicul. Quoad vltimum, vol. 5.* quòd iſte, qui vult ſoluere, antequam faciat ſolutionem,
307 faciat ſibi à creditore cedi iura inſolidum † ipſi creditori competentia, cõtra quemlibet dictorum correorum inſolidum, quo facto poterit petere totum, dempta parte ſibi contingente allegat *Gloſ. in l. 1. in fin. vbi Cyn. C. de Duob. Reis. Gloſſ. in l. Modeſtinus, ff. de ſolut.* quod dictum pluribus corroborat *Ioan. Ronchegall. Gioldus de de duobus reis, in l. Reos, in priuicip. nu. 54. 55. 56.*

CESSIO Tamen alio modo ſi non fiat ante, vel in ipſo actu ſolutionis, ſed poſt ſolutionem
308 habitam † non valeret, quia cum eſſet creditori ſolutum, & ſolutione eius, quod debetur, tollatur obligatio, qua ſublata, & creditore ſatisfacto, nulla actio remaneret creditori, ſed eſſet ſublata, & extincta, & ideo ceſſio non valeret. *vt in dicta, l. Modeſtinus*, & voluit *Dynus in conſil. 33. incip. ..... cum multis poſt. Ioan. Andr. Specul. Bartol. Innocent. Bald. & Imol.* voluit *Marian. Senior in conſ. 18. incip. Proſequendo ordinem, colum. 3. verſic. nec apparet aliquo modo. volum. 1. Decius in conſ. 446. incip. Viſo eleganti conſilio, ſub nu. 1.*

DVBIVM propoſitum ſupra *proximè in verſicul. ex correis, num. 306.* de iure clariſſimum redditur, ex concluſione notoria, quòd plures ſi ſint correi, & con fideiuſores pro Sempronio apud Titium, & vnus ipſorum, ante ſolutionem, vel in ipſo actu ſolutionis, obtinet ceſſionem à Titio cre-
309 ditore, poteſt † liberè agere contra correos, & confideiuſores pro omnibus portionibus ad illos ſpectantibus *text. in l. vt fideiuſſor, ff. de Fideiuſſoribus, l. cum alter, C. eod. titul.* tenetur etiam, & cogitur creditor cedere omnia iura, actiones, per-
310 ſonales, & hypothecarias † contra correos, confideiuſores, vel principales debitores, & contra illos agere ob ſolutionem, & oblationem illi factam. vt per eadem iura voluit *Bartol. in l. Modeſtinus, ſub numer. 6. & per totum, ff. de ſolut. Bartol. Bald. Salycet. & alij, in l. 2. C. de Fideiuſſ. in l. 1. C. de Duob. reis, & in l. fideiuſſoribus, ff. de Fideiuſſorib. Alexand. in dicto conſil. 38. in fin. volum. 5. Barth. Socin. in conſ. 200 incip. Quoniam ex forma, colum. 1. verſicul. & certè, volu. 2. Antonius Neguſantius in tract. de Pignoribus, & hypothecis, part. 5. Membro 3. nu. 35. verſ. Adde inſuper in hac materia, & n. 56. Hieronym. Gabriel. in conſil. 63. num. 1. cum pluribus ſeqq. volum. 2. Ioan. Ronchegall. de Duobus Reis, in l. Reos, ſub nume. 54. 55. Elbertus Leoninus in conſil. 96. numero 28. Bartholom. Bertazzol. de clauſul. inſtr. clauſul. 40. Gloſſ. 4. numero ſeptimo, Matth. de*

Afflict.

Afflict. in deciſion. Neapol. 319. *in fin. Franciſc. Milanenſis, in deciſion. Siciliæ* 1. *num.* 7. 20. 21. *parte* 2. *Hieron. Magon. in deciſ. Florentin.* 94. *num.* 11. 15. *Martan. Socin. Iunior. in conſ.* 27. *n.* 8. *vol.* 2. *Vincent. de Frãchis in deciſ. Neapol.* 55. *in prin. Ioan. Franciſc. del Caſtillo in deciſ. Siciliæ* 22. *nu.* 38. *Vincent. Carrot. in deciſ. ſine caſu* 87. *nu.* 6. *Ioan. Baptiſta Coſta in tract. de Portione Rata. q.* 32. *nu.* 1. 2. *& in tract. de Remedijs Subſidiarijt Remedio* 84. *nu.* 5. 6. *Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſa.* 49. *lib.* 2. *Ioan. Baptiſta Thorus in compendio deciſ. Neapol.* §. *Fideiuſſor ſoluens.* ad hanc materiam vide etiam *Gaſpar. Caballin. Milleloquio* 446. *D. Chriſtophor. in deciſ. nouiſſim. Roman.* 12. *num.* 5. *cum pluribus ſeqq. lib.* 1. *volum.* 1. *Ioann. Koppen. in deciſ.* 51. *nu.* 2. 3. *Valentinus Francus de Fideiuſſ. cap.* 5. *num.* 480. *in fin. Anton. Heringius de Fideiuſſoribus. cap.* 27. *parte* 3. *nume.* 10. *cum pluribus ſeqq.*

CONDEMNATVS ad relegandum, in Inſulam ſub pœna, inſuper, dum petijt Inſulam obligauit ſe ab illa non diſcedere ſub pœna ducato-
311 rum quatuor mille, ſed fines ſeruare, diſceſſit † ab inſula, prætendebat Fiſcus Regius Relegato in inſulam duplicare pœnam, & exigere pœnam fideiuſſionis quatuor mille ducatorum, & vtramq; pœnam inferre. *arg. l. Non eſt Impoſſibile, ff. de Pact. l. fin. ff. de Prætor ſtipulat.* Verum quia relegatis non
312 poteſt † pœna relegationis, & alicuius partis bonorum inferri. *l. Relegatorum.* §. *Ad tempus, ff. de interdict. & Relegat.* & ipſis relegatis ad tempus, ſi è
313 finibus exeant, datur exilium † perpetuum. *vt in l. Relegati, ff. de Pœnis. vbi Bart. & vide Ioan. Anton. de Nigris, in c. Regni. Item prædicti ammirati, num.* 14. 15. *& in c. exercere volentes, nu.* 45. *Iacobus Cuiactus obſeruationum, lib.* 6. *cap.* 36. Ideo Comiti Policaſtri, qui ab inſulæ finibus diſceſſerat, tantum deportatio fuit, & à pœnis quatuor mille ducatorum
314 abſoluti, † & ipſe, & Fideiuſſor. vt fuiſſe per Sacrum conſilium prouiſum, *ſcribit Ioan. Vincent. de Anuain Allegation.* 40. *nu.* 19.

FIDEIVSSIO Principalis exigitur priuſ-
315 quam fideiuſſor conueniatur, & ſoluere † cogatur, §. *ſi quis igitur.* §. *Non ſolum. Authen. de fideiuſſorib. & mandatoribus.* vndè factus eſt *tex. in Auctẽ. Præſente, C. eod. titul. Auth. Non ſi debitor, C. de Pignorib.* Quòd non eſt aliud, niſi quòd dum à creditore conueniretur fideiuſſor is dicere poteſt, agas
316 prius † contra principalem. Hanc traditionem fecerunt *Bart. Bald. Salycet. & alij, in dicta Auct. Præſente, & in alijs locis allegatis, Barth. Socin. in Regul.* 134. *Bartol. in l. ſi ego, ff. ſi cert. pet. at. in l. Decem, vbi Claudius de Seyſſello, nu.* 4. *ff. de verb. obligation. Iaſon in* §. *Item ſi quis il.* 1. *nn.* 67. *inſtit. de Actionib. & in dicta l. Decem, nu.* 27. *in l.* 2. *num.* 20. *ff. ſolut. matrim. Ripa in l. obligatione, num.* 26. *ff. de Pignorib. Andr. Barbat. in l. ſtipulationum, la* 2. §. *ſatis accepto, col.* 4. *verſicul. Item Gloſſ. ff. de verbor. obligat. Ripa in l. obligatione. nu.* 26. *ff. de Pignorib. l. ita ſtipulatus n.* 51. *ff. de verb. obligation. Bartol. in l.* 1. *C. de conuen. Fiſci debit. lib.* 10. *Bart. in l.* 1. *nu.* 3. 6. *de Decur. lib.* 10. *in l. pater, nu.* 1. *vbi Alexan. ff. de dote prælegat. Ludouic. Roman. in conſ.* 211. *incip. Allegationes, num.* 2. *& in conſ.* 241. *incip. ſpectabiles Domini, num.* 6. *Petrus de Rauenna, in ſingul. in verb. Fideiuſſor. Petrus Gerar. in ſingul.* 52. *Vitalis Cambanis in tract. Clauſularum in clauſula vltim. Felin. in c. accepimus, nu.* 5. *de Fide inſtrument. Decius, in conſ.* 27. *incip. & pro virili, nu.* 1. *Catellian. Cotta in memorial. in verb. Fideiuſſor. Hippolyt. de Marſilijs, in ſing.* 2. *ſingul.* 220. *ſingul.* 332. *in Rubrica de Fideiuſſoribus nu.* 7. 22. *Ioan. Baptiſta Ferrettus, in conſ.* 129. *ſub nu.* 2. *Capella Tholoſan. in deciſ.* 80. *incip. Item fuit quæſitum ſi aliquis, & in deciſ.* 81. *incip. Item ſi prius, Guid. Pape, in deciſion. Delphinal.* 94. *in deciſion.* 570. *Matthæ. de Afflict. in deciſion. Neapol.* 319. *Iacob. Philipp. Portius commun. opinion. lib.* 1. *concluſion.* 41. *in princip. Antonius Gabrielius commun. opin. lib.* 3. *titul. de Fideiuſſor. concluſ.* 1. *nu.* 1. *ante eos Petrus Iacob. de Aureliaco in Pract. titul. de Actione de conſtituta pecun. n.* 5. *verſ. Item eſt notandum quòd qui conſtituit. Andr. Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam in præfat. nu.* 127. *C. de Reuoc. donat. & in tract. de iure conſtituti poſſeſſorij, part.* 1. *num.* 54. *Iafredus Lanfranc. Balb. in deciſ.* 83. *Antonin. Theſaurus in deciſ. Pedemont.* 166. *num.* 1. *Bernardin. Alphan. in collect.* 194. *Petrus Duennas in Regul.* 335. *nu.* 1. *Marc. Anton. Delrius Miſcellaneor. Codicis, lib.* 8. *tit.* 41.

INTELLIGE Primò, vt ſi excutiatur principalis primò, ad hoc vt poſſit poſt modum veniri ad fideiuſſores illo excuſſo, citandos eſſe fideiuſſo-
317 res, in excuſſione principalis † *Bart. in l. decem, n.* 4. *vbi Claudius de Seyſſello, nu.* 16. *ff. de verbor. obligat. Iaſon in l. Nequicquam,* §. *vbi decretum, nu.* 3. *ff. de offic. Proconſul. Alex. in conſ.* 86. *incip. Viſis dubitationibus, col.* 1. *verſ. item licet ſcientia, in conſ.* 156. *incip. ſtantibus his, col.* 1. *verſ. hoc idem in effectu, vol.* 2. *Petr. Duenn. in Regul.* 335. *nu.* 1. *Bald. in l. Auctore laudato, C. de Euicti, Antoni. Gabrielius, lib.* 2. *titu. de citation. concluſ.* 1. *nu.* 333. *Anton. Capicius in deciſ. Neap.* 107. *num.* 4. 5. *Ioan. Petr. Surdus, in deciſ. Mantua.* 256. *nu.* 17. *Ant. Hering. de Fideiuſſoribus, cap.* 27. *par.* 1. *n.* 8. *diximus in ſumma deciſionum Vniuerſ. totius orbis, titul. ... nu. ... tom.* 1.

INTELLIGE Secundo, excuſſionem Prin-
318 cipalis etiam per fideiuſſionem indemnitatis † fieri poſſe, etiam ſi renunciauerit beneficijs competentibus fideiuſſionibus. vt voluit *Bartol. in l.* 1. *nu.* 2. vbi hoc voluit *Alexand. plures alios allegans, C. de conueniend. Fiſci debitorib. lib.* 10. *Alexand. in conſ.* 29. *incip. clariſſime Doctor. nu.* 21. *vol.* 7. *Ludou. Roman. in conſ.* 211. *incip. allegationes Doctoris, ſub nu.* 2. *verſ. Qua quidem promiſſione, & in conſ.* 241. *incip. Spectabiles Domini, ſub num.* 6. *verſ. caſum autem, Corn. in conſ.* 109. *incip. Viſo infraſcripto, col.* 1. *volum.* 1. *Bartholom. de Caſſeneo, in conſuetudin. Burgund. Rub.* 11. §. 6. *nu.* 29. *Catellian. Cotta in Memor. in verb. Fideiuſſor. Duen. in dicta Regul.* 335. *num.* 2. *Marſil. de Fideiuſſ. num.* 23. *Iacob. Philipp. Portius commun. opinion. libr.* 1. *concluſ.* 41. *verſicul. Decimoſexto amplia. & verſic. Decimo ſeptimo amplia.*

Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 318. *nu.* 2. *Anton. Gamma in decis. Lusitan.* 379. *nu.* 1. 2. *Andreas Gail. practicar. observat. lib.* 2. *observation.* 27. *nu.* 13. *Heringius de fideiussorib. cap.* 27. *par.* 1. *nu.* 142. *Cæsar Vrsill. in decis.* 318. *in princ. Hieronym. Magon. in decisio. Florentin.* 38. *nu.* 3. *Duplicata in decis.* 45. *nu.* 3.

INTELLIGE Tertiò, excussionis beneficiũ
319 competere etiam fideiussori de iudicio † sisti, vt dicit in specie *Gulielm. de Cuneo in l.* 2. §. *si quis ex his*, quem ibidem sequitur *Ludouic. Roman. ff. Qui satisdar. cog. Ioan. Faber in* §. *sed hodie, col.* 2. *instit. de satisdat. Bald. in dicto* §. *si quis ex his, vbi Paul. de Castr. Alex. Iason num.* 7. *Iacobin. de Sancto Georgio, nu.* 5. vbi dicit, hanc esse communem opinionem, quos sequitur *Petrus Duennas in regul.* 331. *in princip. Anton. Gabriel, lib.* 3. *tit. de fideiussorib. conclus.* 1. *ampliat.* 23. *nume.* 40. *Idem Bald. in l. sancimus,* §. *& cum antiquitas, sub nu.* 3. *vers. sed nunquid iste fideiussor, C. de vsuris rei iudicat.* quem refert, & sequitur *Vincent. de Franchis in decis. Neapolit.* 208. *numero* 4.

INTELLIGE quartò, quòd in criminalibus
320 fideiussor iste non habet excussionẽ contra † principalem, sed contra eum executiuè proceditur, *l. si quis reum, ff. de custod. reor. Bald. in l.* 2. §. *si quis ijs, vbi Ludouic. Rom. Alex. & Iacobin. de Sancto Georg. Qui satisd. cogant. Petr. Duenn. in regul.* 331. *num.* 3. *Bartholom. de Cassan. in consuetud. Burgund rubr.* 1. §. 5. *in verb. Silnagrace, nu.* 171. *Valentin. Franc. de fideiussoribus, cap.* 5. *nu.* 415. *Antonius Heringius de fideiussorib. cap.* 27. *par.* 1. *nu.* 316.

INTELLIGE quintò, excussionem non admitti contra mercatores, campsores, Bancherios,
321 & Argentarios † atque nummularios, quia exceptio excussionis est de apicibus iuris *iuxta gloss. communiter approbatam in l. si communi,* §. 1. *in verb. actum, ff. de euict. Stephan. Aufrer. ad Capellam Tholosanam in decis.* 196. *Hieronym. Magon. in decision. Florentin.* 45. *nu.* 14. iuxta declarationẽ *Marci Anton. Belloni in decis. Genuæ* 90 *nume.* 10. *in decis.* 91. *nu.* 29. *&* 30. Quæ non attenduntur in causis campsorum, & similium ex ratione, quam dicit *Bartol. in l frustra, C. de non numerat. pecun.* quòd sit pro-
322 pter † publicam fidem, quam homines habent in promissione campsorum, & supra dictam conclusionem tenuit *Angel. in* § *final post gloss. in Auct. de fideiusor. Bald. in l. fin. C. Ad leg. falcidi. Aufrer. in dicta decis.* 196. *Petr. Duenna. regula.* 260. *limit.* 9. *regula* 335. *limitation.* 3. *Ieremias Setserus disputationum s. lectar. disputat.* 23. *Thesi.* 10. *in gloss. Neque inter Mercatores, Benuenutus Straccha in tract. de mercatura, tit. Quomodo in causa mercator. procedatur, de except. mercat. num.* 5. *Vincent. de Franchis in decis. Neapol.* 303. *sub nu.* 3. *Fabius de Anna. in cons.* 82. *num.* 25. *&* 26. *Antonius Heringius de fideiussorib. cap.* 27. *par.* 1. *nu.* 276. *cum pluribus seqq. Carolus de Grassis in tract. exceptionum, exceptione* 10. *numero* 62.

INTELLIGE sextò, fideiussorem non posse excussionis exceptionem opponere, quando prin-
323 cipalis, bonorum † cessionem fecisset, *ità Cyn. in Auct. Hoc si debitor, C. de pignorib. Rapha. Comens. in l. Decem, ibidem Claudius de Seyssello, nu.* 10. *ff. de verbor. obligat. Stephan. Aufrer. ad Capell. Tholosan. in decis.* 196. *Vdalric. Zasi in dicta l. Decem, nu.* 10. *Laurentius Siluanus in cons.* 24. *n.* 1. *Petr. Duen. in regul.* 335. *limitat.* 1. *Iacobus Cuiacius obseruat. lib.* 19. *cap.* 29. *quem sequitur Anton. Heringius de fideiusoribus, par.* 4. *nu.* 99. *cum tribus seqq.*

INTELLIGE septimò (& est simile præcedenti) non competere fideiussori excussionis exceptionem, quãdo principalis notoriè factus est non
324 soluendo, sed contra eum † posse procedi, *Accursius, Bartol. Bald. Paul. de Castro, & Ioan. de Imol. Seyssell. Zasi. in dicta l. Decem, Bartol. Bald. Paul. de Castro, Alex. Deci. Ias. in l. fin. ff. si cert. petat. Cyn. in Auth. Præsente, C. de fideiuss. Ludouic. Roman. in cons.* 93. *incip. Visis, quæ superius, sub num.* 1. *versic. secundo ex vulgato, & in cons.* 211. *incip. allegationes doctoris, sub nu.* 3. *vers. ità igitur in proposito, Marian. Senior in consil.* 55. *incip. Præstantissime Doctor. colum.* 1. *vers. Quoniam ista est regul. vol.* 1. *Coru. in consil.* 46. *incip. in causa vertente, col.* 3. *vers. & videmus, vol.* 2. *& in consil.* 151. *incip. videtur in hac consultatione, col. fin. vers. nec constat obmissio, volu.* 4. *Carol. Ruin. in cons.* 180. *col. pen. volu.* 1. *Bartholom. Socin. in Regul.* 134. *limitat.* 5. *Iacob. Philipp. Portius commun. opinion. lib.* 1. *Regula, siue conclus.* 41. *vers. Quinto limita. Anton. Gabriel. commun. opin. lib.* 3. *titul. de Fideiusor. nu.* 53. *Petr. Duen. Regul.* 335. *vers. Decimo septimo limita. Hippolyt. de Marsilijs de Fideiuss. numero* 10.

INTELLIGE octauò, fideiussorem excep-
tionem excussionis opponere non posse, vbi be-
325 neficio † excussionis renunciasset. *Gloss. in* §. *si si quis igitur, in verb. accedat, in Auct. de Fideiuss. Specul. in titul. de Renunciation. in princip. Ioa. And. ibi in addit. versus finem, Bald. in Auct. Præsente in fin. C. de Fideiuss. Ludou. Roman. in dicto cons.* 211. *in princ. Corn. in cons.* 109. *volu.* 1. *Stephan. Aufrer. ad Capel. Tholos.* 23. *& in decis.* 196. *& in decis.* 80. *Amodeus Iustinus in Tractat. Syndicatus, nume.* 298. *Iacob. Philipp. Portius, in dicta conclus.* 41. *Fallent.* 26. *Anton. Gabriel. in titul. de Fideiussor. conclusion. prima, nu.* 87. *Duen. in dicta Regul.* 335. *vers. limita sexto.* An autem Generalis sufficiat renunciatio
326 beneficijs Fideiussoribus competentibus † Tractat *Tiberius Decian. in cons.* 39. *nu.* 59. 60. *volum.* 1. *Modestin. Pistoris, in cons.* 35. *q.* 5. *vol.* 1. *& cons.* 1. *q.* 3. *vol.* 2. *Iosephus Mascard. de Probationibus, conclusione* 1564. *Daniel Mollerus Semestrium, lib.* 1. *cap.* 16. *& in Constit. Electorali Saxonica* 17. *part.* 2. *plenè etiam Iacob. Tomingus in decision. Lipsensi* 1. & eleganter scripsit *etiam Antonius Heringius de Fideiussoribus, cap.* 17. *per totum.*

INTELLIGE Nonò, Fideiussorem, qui iu-
327 rauit, etiam non excusso principali velle teneri, † quia illo non exacto, non excusso tenebitur, ita voluerunt *Bald. Petr. de Anchar. & Abbas Panormitan. in c. ex rescripto, extr. de iure iurand. Alexand. ad Bartol.*

tol. in l. Marcellus, ff. de Fideiuſſor. & in conſ. 32. incip. in cauſa executionis, col. fin. verſicul. Quarto principali fundamento, vol. 4. vbi, ex hoc dicto *Baldi* mouet, quod ſatis etiam commendatur *per Baptiſtam de Sancto Blaſio in tract. de arbitro, q. 70. col. 4. verſ. quinta concluſio. Anton. Corſetus in tractat. de Viribus iuramenti. Priuilegio. 12. Marcus Anton. Bauerio de Virtutibus iurament. nu. 23. Hippolyt. de Marſilijs de fideiuſſoribus, nu. 9. Ludouic. Gozadin. in conſ. 32. nu. 14. Andr. Barbat. in conſ. 43. nu. 2. vol. 2. Andr. Tiraquell. in Repet. l. ſi vnquam, in Præfation. n. 137. C. de Reuocand. donat. Andr. Alciat. in l. 1. §. ſi quis ita, nu. 47. ff. de verb. obligat. Marc. Anton. Natta in conſ. 426. num. 22. vol. 2.* qui dicit eſse hoc de mente *Bartol. in l. ſi quis pro eo, membro 8. ff. de Fideiuſ. Roland. à Valle in conſ. 6. nu. 45. volum. 1. Iacob. Philipp. Porti. commun. opin. lib. 1. concluſion. 41. verſic. Palermitan. Antonius Gabriel. commun. opinion. lib. 3. titul. de Fideiuſſorib. concluſ. 1. num. 46. Petrus Duennas Regul. 335. verſic. vigeſimo limita. Catellian. Cotta in Memorial. in verb. Fideiuſſor. Hierony. Gratus in conſ. 10. nu. 16. vol. 1. Ioan. Lopes de Palatios Rubios in Repetit. c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. §. 12. qui eſt final. ſub nu. 27.*

CONTRARIVM Tamen, quòd Iura mẽto non obſtante, fideiuſsor opponat excuſſionem
328 † Idem *Bald. in c. cum contingat nu. 20. verſ. ex hoc ſequitur quod fideiuſſor. extr. de iureiur. Alexand. in dicta l. fin. & ibi Iaſon, nu. 2. ff. ſi cert. petat. vbi Iacobin. de Sancto Georg. nu. 3. And. Alciat. in dicto c. cum contingat, num. 174. Culiel. Benedict. in c. Raynutius, in verb. Teſtamentum 3. nu. 170. de Teſtam. Thomas Grammat. in conſ. ciuil. 170. num. 4. Didacus Couarruuias in Repetition. c. Quamuis, parte 1. §. 4. Capella Tholoſan. in deciſ. 139. incip. Item fuit quæſitum ſi ego. Petrus Cenedo in Collectan. iuris Canonici 152. nu. 2. parte 2.*

TAMEN primam opinionem *ex dicto c. ex reſcripto,* tenuit *ibidem Glo. in verb. Et vxorẽ,* quamquam non benè firmet pedes. Et hanc opinionem
329 vidiſse ſeruari, † & ipſe ſequitur *Stephan. Aufrer. ad Capell. Tholoſan. in dicta deciſ. 139.* & ſequitur *Petrus Duennas in Regul. 335. ſub limitatione Vigeſima, num. 20.*

QVANDO verò fideiuſſor non excuſſo, vel excuſſo principali agere poſſit, plures tractarunt, ponentes diuerſas ampliationes, & limitationes
330 *Barthol. Socin. in Regul. 134. Iacob. Philipp. Portius commun. Concluſionum, lib. 1. concluſ. 41. Ant. Gabrie. commun. opinionum lib. 3. tit. de Fideiuſſorib. concl. 1. Duennas in dicta Regul. 335. & alij complures,* nos contenti fuimus enumerare aliquos caſus, qui facilius, & ſæpius occurrere poterunt.

PECVNIAM qui recipiens pro fideiuben-
331 do, an rectè faciat, & iſtud liceat? Quia † diuerſimodè à pluribus reſponſum extitit, idcirco ſi loquimur de Iure Ciuili, ſine dubio poteſt ob cauſam fideiuſſionis à principali, pro quo fideiubet, ipſe fideiuſſor aliquid capere, *vt per text. in l. ſi remunerandi, §. Maurus, ff. mandat. ibi,* Pro Damnide mercedem pactus ob ſuam fideiuſſionem, cuius legis authoritate *Bartol. in l. Hoc iure, §. labeo ait, nu. 1. ff. de Donat.* ac etiã huius textus inquit, Nota quòd licitè poſſum recipere pecuniam, vt ſim fideiuſsor pro te. Eſtq; ratio in promptu, quam breuibus verbis dicit *Sceuola in l. Periculi precium eſt, ff. de Nautico fœnore,* volens dicere, quòd fideiuſsoris fideiu-
332 bentis † periculum, eſt præcium. Dico imprimis textum errore Typographorum, non benè ſtare, periculi, ſed debere dicere Periculum, precium eſt, ideſt vt dixi periculum fideiuſſionis, de quo periculo fuerat loquutus Papinianus in lege præcedente, & ideo dicant pæcuniæ capturam licitam ex periculo, quo ſe ponit fideiuſsor. Et vigore, atq; authoritate *dictæ l. Hoc iure, §. 1. & dictæ l. ſi remunerandi, §. Maurus,* dixit *Petrus Rauena poſt Alphabetum Aureum, in notabilibus extrauagantibus. Notab. 66. incip.* Fuit ſemel facta magna contentio inter nonnullos Iuris peritos, an ſit mihi licitum recipere pecuniam, vt pro te fideiubeam, audiui
338 illos multa dicentes † pro, & contra. Dixi tandem quid laboratis in tot verbis, caſus eſt notabilis, quòd ſic, & allegat dicta Iura, dicens, nec iſta dicitur vſura, quod eſt pulchrum. *Hactenus Rauenna,* quem ſequitur *Nicolaus Boerius in deciſ. Burdegal. 315. in fin.* Hanc opinionem *poſt Martinum Nauarrum probat Aluarus Valaſcus conſultationum, ſiue Deciſionum Luſitan. 18. num. 1. cum pluribus ſeqq.* Et eo modo dicit *Ioan. Sainxon in conſuetudine Turonenſi tit. 1. §. 24. gloſſ. 3. verſic. Quæro vigeſimo,* inquiens, ſi fideiuſsor aliquid accipiat à debitore, ratione periculi, cui ſe exponit, vel Ratione laborũ, quos ſuſtinet, non ſit reuera vſura, quia abeſt fraus.
339 † *Idem poſt Laurentium de Rodulphis, Ioan. de Anania, Antoninum Archiepiſcop. Florentinum, & Conradum* voluit *Ioannes Lopez de Palatios Rubios in Repetit. c. per veſtras, notabili 6. §. 9. num. 10. verſ. ſecundo infertur ex prædictis,* qui dicit certum eſt,
340 quòd licitè poſsum recipere † pecuniam, vt ſim fideiuſsor pro te. Hoc idem probat. *Decius, in conſ. 7. Incip. Et pro tenui faculi. ſub nu. 1.* & iſta opinio eſt cõmuniter recepta, vt ſcripſit *Didac. Couar. variar. Reſolutionum, libr. 3. cap. 2. nu. 6. Angel. de Clauaſio in ſumma §. Fideiuſſ. in fin. & alios plures nouiſſime allegans Bartholom. Bertazzol. de clauſul. 41. gloſſ. 2. nu. 3. Ioannes Baptiſta Lupus de vſuris. Commentar. 3. §. 1. nu. 19. 20. quibus adde Anton. Heringium, de Fideiuſſ. cap. 26. num. 144. cum alijs ſeq. plures refert Petrus Cenedo, collectan. iuris Canonici, part. 2. collectan. 152. nu. 4.* faciunt quod dicit *Hierony. Magon. in deciſ. Florentin. 137. num. 8.* & licere fideiuſsori
341 recipere aliquid pro fideiuſſione eſt nouiſſimè Deciſum, *vt per D. Aldobrandinum in deciſ. Nouiſſ. Roman. 679. nu. 2. vol. 1.*

CONTRARIVM tenuerunt expreſſe *Moderni Pariſienſes in Tractat. de Vſuris, q. 31. Gaſpar Caballin. Milleloq. 322. Sebaſtianus Medices in ſumma Peccatorum Capitalium, titul. 6. q. 104.* vbi alios allegat. Nihilominus licèt aliqui ex ſupra dictis dicant, melius eſse abſtinere pro ſimili contractu

ob

ob timorem casus conscientiæ, hoc tamen tunc timendum, & fugiendum, quando fraus esset inclusa, vel dolus, aut nullum esset periculum. Alias cõmunis est opinio, quod existente periculo non esset contra Christianam charitatem, fideiusorem aliquid capere ob fideiussionem, & periculum, sic concludunt nonnulli ex supra allegatis. Quibus omnium dictis ego pertranseo, casum Theologis remittendo.

DE RATO promittens tenetur tamquam fideiusor ad omnia, ad quæ ille, pro quo promisit,
342 † tenebatur, vt voluit *Ioan. Petr. Bimius in consil. 56. num. 4. vol. 2.* sequitur *Francisc. Milanensis in decis. 11. nu. 84. lib. 1.*

AMPLIA quòd etiam si moriatur ille, qui ratificare debebat, is, qui promisit ratificari facere,
343 teneatur † ratificari facere, etiam hæredes, voluerunt *Bartol. in l. si fine, §. in stipulatione, ff. Rem rat. haber.* & ibidem voluerunt *Angel. Fulgos. & Paul. de Castr.* refert *idem Milanens. in dicta decis. Siciliæ 11. nu. 88. lib. 1.*

CONTRARIVM autem tenuit *Robert.*
344 *Maranta in disputatio. 7. nu. 24.* dum inquit † quòd mortuo eo, qui ratificare debebat, & pro eo erat promissum de Rato, extinguitur promissio de rato, & liberatur promissor. *l. quod autem, §. 1. ff. de const. pecun. ac ibidem Angel. & Salycet. Carol. Ruin. in cons. 42. nu. 26. vol. 1.* qui dicit, quòd vbi quis promisit ad omnem instantiam, & requisitionem emptoris, quòd aliquis ratificabit, si non est inte pel-
345 latus in vita, † liberatur morte, nec hæres eius tenetur, quod tamquam notabile refert *Ioan. Cephal. in cons. 43. nu. 7. vol. 1. Gerard. Mazzoll. in cons. 24. num. 24.*

346 SED Tamen hę duæ opiniones † possunt concordari, *vt per Bald. in cons. 120. num. 2. vol. 3. per eundem Mazzoll. in dicto cons. 24. nu. 25. & per Bimium in dicto cons. 56.* quòd quando ille, pro quo de rato promissum fuerat, facto instrumento statim decessisset, & alijs ex causis, quas refert *idem Francisc. Milanens. in dicta decis. Sicil. 11. num. 90. vsq; ad num. 97. lib. 1.*

STATVM si mutauerit principalis, fideius-
347 sor † liberatus est, puta principalis ex laico factus clericus. Hoc voluit *Cardinal. in clem. 1. q. 9. de cens. fib.* dicens, quòd per alterationem status mutauit forum, vt amodò per Iudicem secularem astringi non possit, *c. 1. de cleric. coniug. in 6. c. tuam, de ordin. cognit. c. lator, qui fil. sint legit. c. si iudex, de sentent. excomu. in 6.* quæ refert, & sequitur *Hippolyt. de Marsilijs, sub num. 110. cum pluribus seqq.* intelligitur enim promissio, rebus sic stantibus, vel in eo-
348 dem statu † manentibus, *l. Quod Seruius, ff. de condict. ob causam, l. quæro, §. inter locatorẽ, ff. locat. cum infinitis allegatis per Andream Tiraquell. in Repet. l. si vnquam, in præfation. num. 166. 167. C. de Reuoc. donat. Ex quibus Ioan. Baptista Costa in Tract. de Retractationibus, cap. 9. casu 10. num. 5.* dicit, quòd si
349 principalis mutauit statum, vt quia † de laico effectus fuerit Clericus, liberatur fideiussor, vbi *ex Alberico, & alijs* retulit aliquas declarationes, quæ apud ipsum videri possunt. Conclusionem tamen tenet *Ioan. Cephal. in cons. 187. num. 9. vol. 2. in cons. 331. numer. 9. vol. 3.* Ad hanc conclusionem adde *Vincent. de Franchis in decis. Neapol. 400. Petrum Caball. Resolut. criminalium casu 225. nume. 30. 31. centur. 3.*

PROMISSIO de dandis fideiussoribus in-
350 telligitur, si fuerint petiti, & † postulati, *vt l. peto, §. fratre ff. de legat. 2. l. vniuersa vbi gloss. in verbo Præbeatur C. de Precibus. Imperator. offer. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 378. Nicol. Boeri. in decisio. Burdegal. 124. num. 30. D. Christophor. Robustier. in decis. Nouissim. Roman. 113. nu. 6. vol. 1. libr. 1.* Et ego dixi, de Iure cõmuni, & quid de Iure Regni Neapolitani pro intellectu *Pragmaticæ Regis Ferdinandi. Incip. Malitijs, in Commentarijs obseruationum ad leges Regni. Obseruat. 9. per totam lib. 1.*

SENTENTIA prolata à Sacro Consilio, non suspẽditur per reclamationem, sed exequitur,
351 † verum per illum, ad cuius instantiam exequitur, præstatur tamen cautio fideiussoria de Restituendo in casu retractationis, *l. 1. C. de sentent. Præfecti Prætorio. Auct. Quæ supplicatos C. de Precib. Imperator. offerend. Matt. de Afflictis in decis. Neapol. 231. num. 2. Guido Papæ in decis. Delphinal. 50. nu. 1. in decis. 189. in decis. 250. in decis. 420. Petrus Rebuffi, in l. Quod iussit, num. 47. ff. de Re Iudic. Borgni. Canalcan. in decis. Fruiz. an. 14. numero 42. Franciscus Marcus in decis. Delphin. 83. nu. 2. vol. 1. in dec. 315. num. 2. vol. 2. Aluarus Valascus in consultat. seu decis. Lusitan. 51. numer. 28. Petrus Benintendus in decis. Bonon. 78. Andreas Gail. Practicar. obseruat. libr. 1. obseruat. 154. num. 3. Antonin. Thesaurus in decisio. Pedemon. 2. Tileman. in decis. 5. voto 7. num. 4. D. Regens Tapia in Const. Regni. Appellationum tempora, nume. 19. Ioan. Baptista Costa Remed. subsidiar. 23. num. 4. & multos allegans Marius Giurba in decis 7. numero 4.*

QVALIS tamen sufficiat cautio fideiussoria,
352 & an sufficiat iuratoria si is, qui illam dare † tenetur, dicit fideiusorem non reperire, tractant supradicti, *ac Petrus Rebuffi ad constitut. Galliæ tomo 1. titul. de supplication. nume. 89. Hieronym. de Monte in tractat. Finium Regundorum, cap. 108. num. 15. Roland à Valle in cons. 43. per totum, volum. 2. Robertus Lancellott. de Attentatis, cap. 19. nu. 34. 35. 36. Ioan. Baptista Asin. in Practica causar. ciuil. §. 31. capit. 2. Ampl. 9. num. 7.* Verum tamen talem qualem sufficere, voluit *Ioan. Vincentius de Anna in singul. 46.* Sed isto casu, si sufficeret talis qualis fideiussio, pos-
353 set exequi summam † magnam, ne consumaretur dicerem quod bona exequuta, residuum penes tertium, qui illa custodiat pro futuro euentu, si sententia retractaretur, *vide Ioan. Vincentium de Anna in singulari. 46.*

354 STIPVLATIONEM, & verborum † scripturam requirit fideiussio, *l. Blanditus C. de Fideius. Alexander in cons. 60. incip. viso tit. num. 1. vol. 6. Iason in l. 1. nu. 7. in l. sciendum. post gloss. ibi, num. 2. ff.*

de

de verb. oblig. Bald. in cap. 1. col. 2. vbi Felin. col. fin. extr. de Pact. Catell. Cotta in memor. Fideiuſſor. il 1. *Hippolyt. de Marſilijs de Fideiuſſorib. ſub num.* 356. *Curtius Iunior in conſ.* 36. *numer.* 5. *Petrus Duennas Regul.* 332. *in princip. Bernardin. Alſan. Collectan.* 154. *Hieronym. Gratus in conſ.* 53. *incip. Ex Themate, num.* 14. 15. *vol.* 1. *Andr. Tiraquell. de Priuileg. Piæ Cauſæ. Priuileg.* 110. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 39. *num.* 1. *Cæſar Vrſill. in dicta deciſ.* 39. *nu.* 1. 2. 3. 4. *Ioan. Vincentius de Anna in Singul.* 212. dixi *in conſ.* 47. *nu.* 9. 10. *centur.* 1. *D. Regens Valenzuela Velaſquez in conſ.* 9. *num.* 21. 27. *vol.* 1. *Riminald. Senior in conſ.* 156. *num.* 2. *vol.* 1. *& in conſ.* 544. *nu.* 2. *vol.* 3. *Herman. Vulteius Iuris prudentiæ Romanorum, lib.* 1. *cap.* 39. *verſ. Fideiuſſio namq; Ioachym. Mynſinger. obſeruat.* 45. *centur.* 2. *Hierony. Treutler. diſputat. ſelectar. par.* 2. *diſputat.* 28. *Theſi.* 4. *Flamin. Chartar. in deciſ. Genuæ* 51. *num.* 20.

LIMITA ſecus eſſe, ſi fideiuſſio fieret apud acta iudicis, quia id operantur ſimilia acta, quę fiũt
355 coram iudice, vt ipſa † fideiuſſio teneat *text. in l. cum oſtendimus, §. fin. ff. de Fideiuſſ. Tutor,* & voluit *Hippolyt. de Fideiuſſoribus, ſub num.* 356. Quod fit, & operatur iudicij calor *Bald. in l. vnica, §. & vt plenius, in fin. C. de Rei vxor. act.* hanc limitationem, probat *Marcus Mantua locorum communium, libr.* 2. *c.* 27. vbi doctè, & eleganter hanc materiam exornat, ità, vt vnus pro pluribus ſufficiat.

LIMITA ſecundò ſimiliter fideiuſſionem pro
356 cauſa pia procedere etiam ſine ſtipulatione, † & validã eſſe, vt de cauſa dotis, *arg. l. vltimæ, in verb. Pollicitatione, vbi Bald. C. Ad Senat. conſult. Velleian.* Et ad omnem piam cauſam trahunt *Ludou. Roman. Alexand. Franciſc. Areti. & Iaſon in l. ſtipulationum Aliæ, §. ſatis acceptio, ff. de verb. oblig. Ludouic. Roman. in Auth. ſimiliter in 4. ſpeciali contractuum C. Ad leg. Falcid. Catellian. Cotta in memorial. in verb. Fideiuſſor non obligatur*, quos ſequitur *Andreas Tiraquellus de Priuilegijs Piæ cauſæ Priuileg.* 110. *in fine*.

LIMITA Tertiò, quòd & ſi reperiatur in iudicio aliqua notula, ſcripta manu alicuius actua-
357 rij, dicẽtis talis, fideiuſſionem fecit pro tali † quod illi non creditur, *vt ex Baldo in conſ.* 444. *vol.* 4. voluit *Ioan. Vincent. de Anna in ſingulari* 428.

358 LIMITA Quartò † quia expromiſſio valet abſq; ſtipulatione, *ex Bald. in l. in perſonam, §. qui pecuniam, ff. de Pactis. Paul. de Caſtro in conſ.* 136. *nu.* 5. *vol.* 1. *Auguſtin. Bero in conſ.* 199. *col. fin. vol.* 1. voluit *Flamin. Char. in deciſ. Genuæ* 51. *nu.* 22.

359 FISCO ſuccedente in bonis principalis † debitoris, fideiuſſor illius liberatur, *vt arg. l. In fraudẽ, §. ſi principalis ff. de Iure Fiſci*, voluit *Bartol. in l. capitis, num.* 2. quem ſequitur *Paul. de Caſtro ibidem, ff. de Fideiuſſorib.* ſed videndus eſt *Raphael. Comenſ. in conſ.* 32. *incip. Inculpatus, & Marc. Ant. Peregri. de iure Fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 56. 57.

PRINCIPIS, vel Regis fideiuſſor, an opponat antequam ſoluat, exceptionem excuſſionis?
360 Quod non, tenuerunt *Bartol. Alex. & Iaſ. in l. fin. ff. ſi certum pet. & in l. Decem, ff. de verb. obligat. Abb. Panor. in conſ.* 29. *col.* 2. *vol.* 2. *Petr. de Anchar. in conſil.* 294. *& in conſ.* 317. *Ioan. Philippus in conſil.* 35. *num.* 11. *Ioan. Koppen. in deciſ.* 56. *numer.* 11. *cum tribus ſeqq.*

CONTRARIVM tamen, quòd etiam ſi fiſcus Principis, vel Regis eſſet excutiendus, ad huc
361 fideiuſſor, eo † non excuſſo, non moleſtatur, ità voluit *Gloſſ. in l. ſententia, in verb. Interceſſores*, vbi eam ſequitur *Bald. C. de Fideiuſſor. Ludouic. Roman. in conſ.* 73. *incip. circa primum, num.* 1. *& in conſ.* 93. *incip. viſis, quæ ſuperius, num.* 3. *verſ. Primo, quia clarum eſt, & in ſingul.* 635. *incip. Scis quòd hodie. Franciſc. Cremens. in ſingul.* 43. *incip. An fideiuſſor.* hoc idem voluit *Petrus Duen. in Regul.* 335. *limitatio.* 7. *in fin. Ant. Gabr. lib.* 3. *tit. de Fideiuſſor. concluſ.* 1. *nu.* 3. vbi dicit primam opinionem procedere in Prin-
362 cipe † iniuſto, & Tyranno, & illius Fiſco. Vltimam autem in Rege, & principe iuſto, *Sebaſtia. Guazzinus de confiſcat. bonorum. Concluſ.* 25. *nu.* 19. 20. *benè Ant. Heringius de Fideiuſ. cap.* 27. *par.* 1. *num.* 293. *cum pluribus ſeqq.*

PROROGATIO ſolutionis facta per creditorem debitori, an liberet fideiuſsorem, an verò
363 † firma remaneat prima obligatio? non dubium eſt, quòd per dilationem, & prorogationem à creditore factam, ſi prorogatio, & dilatio non tranſiuit in aliam contractus ſpeciem, fideiuſſor non eſt liberatus, ſed ſua obligatio remanet firma, vt voluit *Abb. Panormit. in cap. de cauſis*, quem ſequendo *Auguſtin. Berous ibi nu.* 37. *de offic. delegat. Deci. in l. lecta, nu.* 13. *ff. ſi cert. petat. & in conſ.* 93. *in fin. Ioan. Cephal. in conſ.* 331. *nu.* 26. *vol.* 3. *Emanuel Suarez in Theſauro receptarum ſententiarum, §. fideiuſſor, nu.* 161. *Gulielmus Onciacus quæſtionum Academicarũ lib.* 2. *q.* 31. *nu.* 4. *Rota in antiquis in deciſ.* 860. *incip. penes Titium*, & ità conſului, & obtinui in anno, 1588. pro Domino Laurentio de Simone de Guadia Lombardorum contra fideiuſsores R. Fælicis de Rogerio de Flumaro, & poſt ſententiam primi
364 iudicis deducta cauſa in Auditorio † Regio Prouinciæ Principatus vltra fuit eadem ſentẽtia confirmata, vt patet *in conſ. meo, 11. num.* 19. *centur.* 1. ex his nunc, qui meam opinionem, & conſilium ſequutus eſt *Doctiſſimus, & elegantiſſimus Iuriſconſultus Antonius Heringius de fideiuſſoribus, cap.* 20. §. 12. *nu.* 16. & ità pluries fuiſſe per ſacrum Conſiliũ Neapolitanum prouiſum, ſcribit *Regens Ioannes Franciſc. de Ponte in conſ.* 56. *nume.* 9. 10. *vol.* 1. *adde Andr. Facchin. controuerſ. iuris, lib.* 2. *cap.* 88. *Fabius Turrett. in conſ.* 41. *col. fin. vol.* 2. *Coſta de facti ſcient. & ignor. diſtinct.* 69. *nu.* 1. *centur.* 1. *Ioan. Anton. Lanarius in conſ.* 23. *ſub nu.* 8. *verſ. in ſecundo articulo, Cardinal. Pariſius in conſ.* 43. *nu.* 14. *&* 15. *vol.* 1.

SED quæ diximus, non tranſeunt abſque dubio per ea, quæ ſcribit *Andreas Tiraquell. de retractu conuentionali, §.* 1. *gloſſ.* 7. *nume.* 32. Et quæ dicit *Franciſc. Marcus in deciſ. Delphinal.* 538. *& deciſion.* 539. *vol.* 1. *Anton. Gomez variar. reſolut. tom.* 2. *cap.* 14. *Ioachimus Mynſinger. obſeruat.* 53. *centur.* 6. *And.*

Gail,

Gail, lib. 2. obser. 30. nume. 11. 12. Matthias Colerus in decis. German. 30. nu. 20. & 21. & hos allegans *Iacobus Scultes in Apostill.* quia consideratur, an fiat præsente fideiussore, an fiat noua stipulatio, vel fiat
365 super illa antiqua vel fideiussore ignorante † de quo *idem Andr. Facchin. in dicto cap. 88. lib. 2.* Breuius quæstionem resoluit *Ioan. Sainxon in consuetud Turon. tit. des Droitz de baße iustice, art. 24. in verb. Parlant. col. 7. vers. quæro decimo octauo,* distinguens, vt nonnulli alij scilicet, aut fideiussor se obligauit ad tempus, puta ad annum, & non tenetur post tempus. Aut est pure, sed solutio differtur ad certum tempus, & tunc remanet fideiussor obligatus, etiam in termino prorogato, & ignorante, vide *Vincent. Carrocium casu, siue decis. 74. nu. 4. Marc. Anton. Natta in cons. 202. nu. 6. vol. 2. Cardinal. Parisius in cons. 43. nu. 14. 15. vol. 1. Bartholom. Bertazzol. de clausulis instr. clausul. 41. gl. 7. nu. 5.*

366 IN MAIOREM summam, ac duriorem † causam, obligari se non potest fideiussor, quàm obligatus fuerit principalis, *l. Græcè, §. illud ff. de fideiussorib. §. fideiussores ità obligari, inst. de fideiussorib. l. si vltra, C. eod. tit. Hippolyt. de Marsilijs, nu. 291. cum pluribus seq. Vaconius à Vacuna declaration. iuris ciuilis, lib. 5. declar. 70. declarat. 71. Sforzia Oddus in cons. 41. nu. 30. vol. 1. Marc. Anton. Natta in cons. 453. num. 15. vol. 2. Cardinal. Parisius in cons. 164. nu. 21. vol. 4. in cons. 96. nume. 42. vol. 3. Riminaldus Iunior in cons. 549. num. 22. & 23. vol. 5. Lancellott. Galli. in cons. 45. nu. 33. vsque ad fin. Andr. Facchineus controuersiar. iuris, lib. 8. c. 51. Hermanus Vultinus in dicto, §. fideiussores, in fin. Instit. eod. titul. Ludouicus Roman. in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. obligat. Angel. in l. Hi, qui accessiones, ff. de Fideiussor. Ant. Corsetus in tract. de Iure iur. Priuileg. Iuramenti 35. Alex. in cons. 35. incip. in causa executionis, col. fin. vers. secundo respondeo, vol. 4. Hippolyt. de Marsilijs de Fideiussoribus, num. 291. in fin. q. 38. Iason in §. Item si quis il secondo, num. 14. vers. Item per illum. Instit. de Actionib. Andr. Alciatus, in c. cum contingat. nu. 173. extr. de Iure iurand. Marc. Ant. Natta in consil. 453. num. 15. vol. 2. Iosephus Ludou. in decis. Perusin. 57. numer. 6. Seraphinus de Seraphin. Priuileg. Iuramenti 98.*

SVBDECLARA id procedere, quoad quantitatem, quam promisisset principalis, non
370 quoad quantitatem † pluris, vt in specie monuit *Marcus Ant. Natta in dicto cons. 453. sub nu. 15. vol. 2.* Quia qui se obligat in duriorem causam, obligatur nihilominus in verum debitum detracto superfluo, non tantum ex æquitate, sed etiam ipso iure, *vt per totum titul. ff. de constituta pecun. l. 3. §. in eum, ff. de Administrat. rer. ad ciuitatem pertin.* vt dicit *Heringius de Fideiuss. cap. 24. sub nu. 98. 99.*

SI FIDEIVSSOR agere possit contra principalem, pro quo fideiussit, quòd liberet à fide-
371 iussione, quesitum est, † Pone Regulam, non posse agere antequam soluat: vt probatur *per text. in l. Lucius Titius 38. §. fin. ff. mand. l. si pro ea C. eod. tit. c. fin. extr. de Fideiussorib.* pro qua omnes Doctores in dictis locis, & posuit Regulam *Bartholomæus Socinus in Regul. 147. & Regul. 148. Petrus Duen. in Regul. 33.*

LIMITATVR primò, si fuerit condemnatus, fideiussorem posse agere contra debitorē prin-
372 cipalem, pro quo fideiussit, † antequam soluat. *vt in dicta, l. Lucius Titius, ibi* (iudicio accepto condemnetur) & agit mandati, vt ibi dicit *glos. in verb. condemnetur, dicta l. si pro ea,* ibi (neq; condemnatus es) ibidem *gloss. in verb feceris. Specul. in tit. de iudicijs in §. specialia, sub num. 3. Hippolyt. de Marsilijs in rubr. de fideiuss. q. 31. nume. 216. text. in dicto c. fin. vbi gloss. in verb. eum pro Quo, vers. Tertius si fideiussor condemnatus sit. Socin. in regul. 148. nume. 2. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 241. sub numer. 3. vers. Primo si condemnetur. Alphonsus Montaluus legum Fori. 3. tit. 18. in verb. Por Iuuyzio. Menoch. in Addit. ad lib. 2. de Arbitrar. Iudic. quæst. cent. 1. casu 88. nume. 14. Ioan. de Arnono in singul. 81. incip. Quotidie occurrit.*

LIMITATVR secùndò, si principalis debitor, cęperit dilapidare bona sua, quia fideiussor, an-
373 tequam † soluat, agere non prohibetur, vt dicit *text. in dicta l. Lucius Titius, §. fin. ibi* (aut certè bona sua dissipauit) *& in dicta l. si pro ea, ibi* (neq; bona eum dilapidare postea cępisse comprobare possit) *in dicto c. fin. de Fideiussorib.* ibi (dissipare bona sua cępet) *Gloss. in dicta l. Lucius, in verb. condemnetur, vers. Quintus si cæpit, & in dicta l. si pro ea, in verb. feceris, vers. si dilapidare bona. Socin. in Regul. 147. num. 1. Afflict. in decis. Neapol. 241. sub nume. 3. vers.*

verſ. Quinto ſi capit. Alphonſus Montaluus legũ Fori lib. 3. tit. 18. l. 8. in verb. comenzare à malmeter. Menoch. in loco allegato, nu. 10. 11. Hippolyt. de Marſilijs de Fideiuſſ. q. 31. ſub nu. 216. verſ. vnus eſt caſus principalis. Idem dixit *Specul. in tit. de iudicijs, §. ſpecialia, ſub num. 3.*

LIMITATVR Tertiò, ſi ità fuiſſet inter eos conuentum ab initio quòd antequam ſolueret, li-
374 beretur, † *vt in dicta, l. ſi pro ea*, ibi (neq; ab initio, ita te obligationem ſuſcepiſſe, vt eam poſſis, & ante ſolutionem conuenire) *vbi gloſſ. in verb. feceris. Gloſſ. in dicto c. fin. in verb. Eum pro quo, verſic. Quartus eſt. Alex. in l facere poſſe, num. 2. verſ. ſed de vno poſſet, ff. ſolut. matrim. Anphonſus Mõtaluus legum fori, lib. 3. tit. 18. l. 8. in verb. Faſta vn anno, verſicul. Alius caſus eſt. Marſil. de Fideiuſſoribus, q. 31. ſub nume. 216. verſ. Alius eſt caſus ſi ita conuentum. Menoch. in Additon. de Arbitrarijs Iudicum quæſt. lib. 2. centur. 1. caſu 41. num. 12. verſ. ſextus eſt caſus. Specul. in tit. de iudicijs, §. ſpecialia, ſub nu. 3.*

LIMITATVR Quartò, ſi fideiuſſor diù ſtetit in obligatione, vel potius, ſi reus diu à ſolutione ceſſauit, nam talis fideiuſſor ante ſolutio-
375 nem contra debitorem † agere poſſet, *vt in dicta, l. Lucius Titius, ibi* (ſi diù in ſolutione reus ceſſauit) *vbi gloſſ. in verbo, condemnetur. Gloſſ. in dicta l. ſi pro ea, in verb. feceris, verſ. Quintus eſt, poſt Iacob. de Aren. Alexand. in l facere poſce, num. 1. ff. ſolut. matr. text. in dicto, cap. fin. ibi*, (ſi diù in debiti ſolutione ceſſauit) *vbi gloſſ. 1. verſ. Primus. Matthæus de Afflictis in conſtit. Regni. Si dominus vaſallus, vbi, nu. 11. & in deciſ. Neapol. 241. ſub num. 3. verſ. Secundo ſi diù Guido Papæ, in deciſ. Delphinal. 117. numero 1. verſ. Primus caſus. Bartholom. Socin. in Regul. 148. num. 3. Alphonſus Montaluus legum Fori lib. 3. titul. 18. l. 8. in verb. faſta vn anno. Aluarus Vallaſcus in deciſ. Luſitan. ſiue conſultat. 36. nu. 2. Iacob. Menoch. in Addit. de arbitrar. iudicum queſtionib. lib. 2. caſu 41. num. 2. Hippolyt. de Marſilijs de Fideiuſſor. in dicta, q. 31. ſub num. 216. verſ. Et eſt etiam alius caſus. Specul. in tit. de iudicijs, §. ſpecialia, ſub num. 3. verſic. ſi verò fideiuſſor Iacobus Philippus Portius in conſil. 197. num. 5.*

LIMITATVR Quintò in fideiuſſore de Iudicio ſiſti, qui poterit, & poteſt ſe liberare, & exi-
376 mi † facere à fideiuſſione, & liberari, quod notauit *Bartolus in l. 1. ff. iudicatum ſolui. Salycet. in l ſi pro ea col. 3. verſ. Fallit in fideiuſſore in iudicijs C. de Fideiuſſ. Matthæus de Afflictis in conſt. regni. Si Dominus Vaſallum, ſub nume. 11. verſ. ſextum caſum. Barth. Socin. in regula. 147. numer. 4. Menoch. in dicto caſu 41. num. 14. verſ. octauus eſt caſus. Marſilius de Fideiuſſ. q. 31. nume. 216. verſ. nam vnus eſt fideiuſſor. Alphonſus Montaluus legum Fori, libro 3. titul. 18. l. 8. in verb. Faſta vn anno verſ. alius caſus eſt in iudicijs.*

LIMITATVR Sextò, vt fideiuſſor, qui ob-
377 tulit, conſignauit, & depoſuit pecuniam † debitam, poſſit agere contra principalem, vt à fideiuſſione eximatur, & liberetur. *text. notabilis, in l. qui mutuam, 56. §. fideiuſſor, ff. mandat. l. fideiuſſor, qui minori, 65. ff. de fideiuſ. gl. in dicta l. Lucius Titius, in verb. condemnetur, verſ. tertius eſt, Salycet. in dicta l. ſi per ea. col. 2. verſ. oppone ab extra, Hippolyt. de Marſilijs de fideiuſſoribus, q. 31. ſub nu. 216. verſic. gl. quæ ponit alium caſum.*

LIMITATVR ſeptimò, quando fideiuſſor eſt obligatus per inſtrumentum guarentigiatum liquidum habentem exequutionem paratam, vt
378 ſunt † in hoc Regno Neapolitano inſtrumenta confecta ſecundum tenorem *Conſt. Regni, incip. inſtrumentorum robur*, quia hoc agere poteſt ſtatim contra principalem, vt ipſum liberet, hoc voluit *Bartol. in l. fideiuſſor pro vendit ore, nu. 1. ff. de fideiuſſ. Antonius Negusantius in tract. de pignorib. parte 8. membro 1. nu. 32. Alex. in conſ. 72. col. 2. verſ. acceſſit, vol. 2. Matth. de Afflict. in conſt. ſi dominus vaſallum, ſub nu. 11. verſ. ſeptimus caſus eſt, & in deciſ. Neapol. 241. nume. 2. Guido Papæ in deciſ. Delphinal. 117. in princip. Ioannes de Arnono in ſingul. 81. Socinus in regula 147. nu. 9. Hippolyt. de Marſil. de fideiuſſoribus, q. 31. ſub nu. 216. verſ. item alius eſt caſus, de inſtrumento Guarentigiato, Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 295. nu. 5. 6. 7.* de quibus dixi plenè in *hac ſumma deciſionum totius Orbis, tit. de fide inſtr. nu. ... tomo 2. nouiſſimè Vincent. de Franchis in deciſio. Neap. 414. numero 2.*

LIMITATVR octauò, ſi inter debitorem,
379 & fideiuſorem poſt fideiuſſionẽ exorta eſt † inimicitia, debitoris tamen cauſa, & culpa, *Barthol. Socin. in regula 147. nu. 7.* qui allegat *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de fideiuſſorib. §. ſpecialem, in addit. incip. Hic nota quòd Vim*, quam doctrinam, fateor, me reperiri non potuiſſe in dicto loco, licèt illa referat *Socinus in dicta regula 147. nu. 7.* quod eodem modo, refert *Iacob. Menoch. in dicto caſu 41. num. 19.* in caſu tamen, quòd id faceret principalis
380 debitor contra fideiuſorem † peſſimè faceret ex dicto *Eccleſiaſtici, cap. 29.* dicentis, Gratiam fideiuſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam, & promiſſorem fugit peccator, ingratus ſenſu dereliquit liberantem, ſe. Verum tamen illa Ioannis Andreæ authoritas eſt à me repeta *in titul. de iudicijs, §. ſpecialia, ſub nu. 3. verſ. ſi verò fideiuſſor. in addit. incip. ſi pro ea, hoc nota, quòd cum lex*, ad cõcluſionem adde *Marſ. de fideiuſſ. ſub nu. 216.*

LIMITATVR nonò, ſi fideiuſor vult ſe abſentare, & alibi transferre, quia poterit petere ſe
381 eximi, & ab obligatione fideiuſſionis liberari, † vt exemplo longæ peregrinationis habetur *in l. aut longa, ff. de procuratoribus*, vt de profectione argenti, vel alicuius muneris Reipublicæ cauſa, veluti notatur *in l. licèt, ff. de Arbitris*, Abſentiæ ex cauſa ſtudij ponit exemplum *Specul. in tit. de iudicijs, §. ſpecialia, num. 12. Matthæ. de Afflict. in Regni Conſt. incip. ſi dominus Vaſallum, ſub nu. 11. verſ. octauus caſus eſt, Socin. in dicta regul. 147. nu. 5.* ſimiliter de abſentia ex cauſa ſtudij dicit *Ludouic. Roman. in ſingul. 100. incip. quæro à te*, vbi dicit eſſe dictum in mundo vnicum, *Barthol. de Caſſan. in conſuetudin.*

Bur-

Burgund. rub. 5. §. 2. nu. 18. Ioſephus Cumia in ritibus Siciliæ, cap. 69. nu. 4. Menoch. in dicto caſu 41. nu. 18. verſ. quarius eſt caſus.

LIMITATVR Decimò, ſi debitor legatum
382 fecerit, quòd ſuus fideiuſsor † ab hærede ſuo liberetur, ità dicit *text. in l. ſi debitor, in princip. ff. de liberat. legat. Matth. de Afflict. in dicta conſtit. Regni, incip. ſi dominus Vaſallum. ſub nu. 11. verſ. Nonus caſus eſt, Menoch. in loco allegato, ſub nu. 27. verſ. Duodecimus eſt caſus.*

LIMITATVR Vndecimò, quando fideiuſ-
383 ſor ſtetit pro cauſa principalis carceratus, † quia poterit agere contra principalem, *ex Baldo in c. ex reſcripto, circa fin. extra de iure iuran. Hippolyt. de Marſilijs, de fideiuſſoribus, q. 31. ſub nu. 216. verſicul. item alius eſt caſus, in quo poteſt, Ioan. de Arnon. in ſingul. 81. incip. quotidie Menoch. in dicto caſu 41. nu. 26. verſ. Decimus eſt caſus.*

LIMITATVR Duodecimò, ſi fideiuſſor fi-
384 deiuſſiſſet pro principali, animo † nouandi, tunc enim poteſt petere, quòd liberetur, *l. ſi mandato meo, §. in iudicio, ff. Mandat. Gloſſ. in l. ſi pro ea, vbi Salycet. col. 3. verſic. Item fallit in fideiuſſione contractus. Socin. in dicta regul. 147. num. 6. Menoch. in loco allegato, numer. 25. verſ. Nonus eſt caſus. Alphonſus Montaluus in legib. Fori, lib. 3. tit. 18. l. 8. verſ. Alius caſus eſt quando.*

LIMITATVR decimotertiò, quòd fide-
iuſſor contractus poteſt agere contra principalem
385 † *vt in dicta l. Lucius, ff. Mandati. Angel. poſt Bart. in l. 1. ff. iudicat. ſolu. Marſilius de Fideiuſſ. q. 31. nu. 516. verſ. Item alius eſt etiam caſus.*

LIMITATVR decimoquartò, quando fi-
deiuſſor quodammodo videtur, cum fideiuſſor mandato Domini promiſit, quia ſe eximi, & libe-
386 rari † à fideiuſſione ſtatim petere poterit *l. ſi mandato meo, in princip. ff. mandat. Bart. Socin. in Regul. 147. nu. 3. Salicetus in dicta l. ſi pro ea, col. 3. verſ. Oppono quarto: Menoch. vbi ſupra, nu. 13.*

LIMITATVR decimoquintò, quando fi-
deiuſſor fideiuſſiſſet ſine mandato, quia ſtatim agere poteſt, vt liberetur, & hoc ante ſolutionem ſi
387 dominus † ratum habuerit, verum ſine mandato ante ſolutionem, non poſſet, agere, niſi, vt dictum eſt, ſi dominus ratum habuerit, vt voluit *Bald. in dicta l. ſi pro ea, nume. 16. col. final. verſ. vltimo quæro nunquid lex, vt arg. l. ſed videamus, ff. de Negocijs geſtis*, mandatum nempe, & ratihabitio æquiparantur, & è conuerſo. *Iuxta Theoricam Alexand. in conſilio 146. incip. in cauſa, & lite, col. 3. verſ. non obſtat etiam, vol. 5. & Hippolyt. Riminald. in conſ. 666. vol. 6.* quos refert, & ſequitur *Ioan. Bapt. Coſta, in tract. de Retrotract. cap. 8. caſu 28. nu. 2. Hippolyt. de Marſilijs, de Fideiuſſorib. q. 31. ſub nu. 216.*

PRO CAVSA criminali, fideiuſſor, qui promiſit reum præſentare, ſi non ſtatim præſentauerit, an admittatur ad purgationem moræ ipſum vel præſentando, vel ipſe ſe præſentauerit, & an te-
388 neatur ad pœnam fideiuſſionis, Sacrum † Neapolitanum Conſilium decreuit expectandum eſſe principalis inquiſiti exitum, vt ſi condemnetur, teneatur fideiuſſor ad pœnam, ſin autem abſoluatur, interim non exequitur, vt concludit *Thomas Grammatic. in deciſ. Neapol. 95. Petr. Foller. in Pract. criminal. in verb. verũ ſi citati comparent, n. 4. Proſper Carauita in Ritu 163. ſub num. 2.* & ante eos dixerat *Petrus Belluga in ſpecul. Principum Rub. 31. §. Quamuis, nume. 27. in fin.* vbi dixi, *in verb. Fideiuſſor poſt moram,* vbi allegaui *Octauian. Cachera. in deciſ. Pedemont. 51. Hippolyt. Bonacoſſam, in quæſt. criminalibus, §. fideiuſſor.* ſed videndi ſunt *Idem Foller. poſt Practic. criminal. in Fragment. nume. 273. Marcus Ant. Genuenſis in Pract. Archiepiſcopali Neap. cap. 33. num. 11. Cæſar Vrſil. in deciſ. 130. num. 6. D. Carolus Tapia Regens Marchio Belmontis, in c. Regni. Incip. legem veterem 230.* qui ponit obſeruantiam Magnæ Curiæ Vicariæ, & Sacri Regij Conſilij, ſequitur *Thorus in compendio deciſio. Neapol. §. Fideiuſſor citatus.*

CONDEMNATVS fideiuſſor pro ſuo
389 principali ad ſoluendum, ne teneretur † ad intereſſe, ſi ſciret principali competere exceptionem, tenetur appellare, ſi verò ignoraret, aut pœnæ mætu exceptionem non oppoſuiſſet, non tenebitur. *Gloſſ. in l. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes, ff. Mand. vbi text. cum gloſ. in verb. prouocandi, vnde bene Vlpianus* ibidem ſequitur, igitur ſi ignorauerũt, excuſata ignorantia eſt. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 49. Marc. Anto. Bellonus in deciſ. Genuæ 28. num. 16. 17. Alex. Ambroſin. in deciſ. Epiſcop. Peruſin. 20. num. 3. Conſiliarius Rouitus in Prag. 2. num. 4. tit. de Dilat. Cardinal. Pariſius in conſ. 104. vol. 3. Cæſar Vrſill. in deciſio. 49. in princ.* vbi refert *Corn. & Decium* contrarium tenentes, ſed non eſt diſcedendum à Deciſione Sacri Conſilij *per Aflict. in dicta deciſ. 49.*

SOLVENS fideiuſſor creditori pro altero confideiuſſore, ſi habuerit ceſſionẽ à creditore, aget
390 † pro ſoluenda rata contra confideiuſſorem, *l. cum is qui, l. vt fideiuſſor, ff. de Fideiuſſorib. l. cum alter C. eod. tit. Ioan. Ronchegall. in l. reos, num. 55. de Duobus reis. Ant. Negus, de pignoribus. Quinta parte membro 3. num. 35. Hieronym. Gabriel. in conſ. 63. num. 14. vol. 2. Hieronym. Magon in deciſ. Florentin. 94. num. 16. Ioan. Baptiſta Coſta de Ration. Ratæ, q. 22. nu. 1. 2. Vincentius de Franchis in deciſio. Neapolit. 55. num. 1. Ioannes Franciſcus del Caſtillo, in deciſio. Siciliæ 22. num. 38.*

MVLIER, mater pro filio, vxor pro Marito,
391 Filia pro patre, an Fideiubeant; † iunge ad hunc finem hoc, quod nunc dignoſcendũ erit, illis, quæ ſupra dixi *hoc tit. nu. 101.* circa ſenatus conſultum Velleianum, quia quoad narratum tunc dubium non admitti matrem pro filio, vxorem pro marito, aut filiam pro patre ad fideiubendum, voluit *Vincentius de Franchis in deciſ. Neapolita. 578. in principio.*

CONTRARIVM tenuit *Ioan. Franciſc. de*
392 *Ponte de poteſtate proregis* † *tit. de decretis collateralis conſilij 10 num. 31.* ſed tamen pro hac vltima opinione dicit contra Marchioniſſam Montis Falcioni

cioni pro Doctore Fabio de Falco, referente Iulio Palermo Regio cõsiliario, Referente tamen Ioanne Thoma Vespulo Regio consiliario illo reuocato, Tamen primum decretum fuit confirmatum anno 1611. Referente Ioanne Andrea Georgio Regio Consiliario, scribit *Ioan. Baptista Thorus in Compendio Decisionum Neapoli*, §. *Fideiubere an possit*.

CAVSA deuoluta ad superius Tribunal, primi respectu, in quo maiori reus fuit condemnatus, tenetur eius fideiussor pro fideiussione in primo
393 tribunali † præstita, ad quę facit *Vincentij de Frãchis decisio. Neapoli.* 208. sed apertè fuit Decisum *in decis.* 320. *& in decis.* 344. *num.* 2. *Ludouic. de Peguiera in decis. Cataloniæ.* 169. Sed altius illam tractauit *Antonius Thesaurus in decis. Pedemontan.* 202. vbi optimè sunt distincti plures casus. *Petrus Caballus Resolution. Criminal. casu* 109. *nu.* 6. *cent.* 2.

INQVIETETVR si à creditore fideiussor, aut si mox inquietandus videatur, petere tunc poterit, vt capiantur principalis debitoris bona, &
394 vendantur, & ex illorum † precio, creditoribus satisfiat, interest enim fideiussoris, non soluere, potiusquam solutum repetere, *l. si stipulatus*, 15. *in princip. ff. de Fideiuss. l.* 3. *ff. de compensat. ita Anton. Faber in Codice. Fabria. definit.* 24. *lib.* 4. *tit.* 26.

LAICVS clerici fideiussor de non offendendo, facta offensione, & commissa stipulatione, clericus apud Ecclesiasticum de offensione molesta-
395 tur, non remittitur † ad iudicem Ecclesiasticum laicus fideiur clerici. *vt arg. l. si reus, ff. iudicat. solui.* voluit *Specul. in titul. de compet. iudic. adition.* §. *Generaliter, num.* 26. *vers. sed pone clericus dedit Laicum fideiussorem.* cuius opinionem sequuta est *Magna Curia Vicariæ, & Sacrum Regium Consilium, vt per Matthæ. de Afflictis in decis. Neapol.* 206. *nu.* 1. *vers. & fuit concluſum.* faciunt notata *per Guidonem Pape in decis. Delphinal.* 562. *in fin.* quod plenius tractauit *Ludouic. Romanus in Singul.* 627. *incip. Nunquid fideiussor clerici Cæsar Vrsillus in decis.* 206. *in princ.* faciunt scripta *Petri Caballi Resolutionum Criminalium, casu* 153. *centur.* 2. *Anton. Faber in codice Fabriano, lib.* 8. *tit.* 28. *definition.* 13.

ARGVMENTVM.

Solutione tollitur obligatio, extraneus autem soluens creditori pro debitore obtinet iurium cessionem, at hæres promittens soluere non potest opponere de inuentario. solutio censetur facta in causam duriorem, antiquiorem, debiti iurati, efficacis promissionis vigore, ex bonis mobilibus, & post de immobilibus ex causa vera, pro debito cuius dies cesserat, & pro sorte principali soluens gratuita solutione partem non tenetur ad totum debitum, condemnatus vero ad redditionem condemnatus intelligitur ad reliquorũ solutionem, indebitè solutum repeti potest, solutio ex temporis cursu præsumitur, & ex alijs, opponi potest solutionis exceptio, quæ est peremptoria. Adiecto fit solutio, per veram solutionem in pecunia, quæ solutio probanda est per allegantem solutionem, etiam facienda est ex moneta, quæ curritt tempore contractus, quod declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Vnius Rei, vna diffinitio.*
2 *Cum corpus humanum deficit, dicitur humani corporis solutio.*
3 *Solutione eius, quod debetur, dicitur sublata obligatio principalis, accessoria, fideiussoria, & hypothecaria.*
4 *Solutionis appellatione venit omnis satisfactio.*
5 *Liberationis verbo omnis venit solutio.*
6 *Solutionis verbo, magis ad substantiam obligationis refertur, quàm ad nummorum solutionem.*
7 *Solutio, siue satisfactio, primo ordinis loco præcedit, liberatio vltimo.*
8 *Nouatione, summa soluta dicitur.*
9 *Delegatione fit solutio, nu.* 10.
11 *Extraneus potest creditori pro debitore soluere, etiã inuito, & debitorem liberare.*
12 *Extraneus soluẽs pro debitore, an cogat creditorem, vt sibi cedat iura? Declara. nu.* 13. 14.
15 *Hæres promittens soluere post mortem, non potest postea opponere beneficium inuentarij, nu.* 16.
17 *Solutio, in quam causam censeatur facta? num.* 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.
28 *Promittens creditori facere solutionem per totum talem diem, quòd si non solueret, liceret exequi in bonis stabilibus ipsius debitoris, mediante obligatione iurata, & quod id sibi liceret absque citatione, an illo deficiente id sibi liceat? numer.* 29. 30. 31. 32. 33.
34 *Gratuita solutio alicui ab illo facta, qui ad illam nõ tenebatur, puta ab vxore pro viro, si partem debiti soluerit, an pro residuo soluere cogatur?*
35 *An possit fieri pactum, quòd debitor possit citari ad domum alterius vel alteram deputatam, & habeatur ac si esset citatus personaliter, an valeat, & fieri possit? vide, nu.* 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.
44 *A sententia redditionis rationum datur appellatio ob incertitudinem.*
45 *Indebitè, sine causa, vel malam, vel turpem causam solutum, an possit repeti?*
46 *Hæres illius, qui legauit dotem, etiã si promittat animo compensandi promittere, ac soluere dicitur.*
47 *Præsumi solutionem, vel donationem, faciũt illa tria, cursus temporis, ratio sæpius calculata, & coniunctio sanguinis, nu.* 48. 49.
50 *Exceptio solutionis quandocunque opponi potest,*

quia est perẽptoria & ipso iure tollit obligationem, viam agendi præcludit, & impedit litis ingressum, & potest opponi etiam post rem iudicatam, numero 51. & 52.

53 *Adiecto, an solutio fieri possit, & quid si lis fuisset cõtestata cum creditore? nu.* 54. 55. 56.

57 *Creditor suum vocans debitorem in iudicio, petit debitum, ille offert soluere, à petitis absolui debet, & quomodo ab obseruatione iudicij, & quo pacto, nu.* 58. 59.

60 *Solutio, siue solutionis exceptio probari debet.*

61 *Condemnatus ad soluendum, si terminum ad soluendum petat, censetur appellationi renunciare Declara, nu.* 62. 63. 64.

95 *Hereditaria debita soluendo quis, quando censeatur adijsse hæreditatem.*

66 *Emptor, qui emit à procuratore, qui habet mandatum ad vendendum, potest soluere præcium eidem procuratori, nu.* 67.

68 *Exceptionem solutionis opponens, an censeatur fateri debitum?*

69 *Condemnatus ad soluendum, volens dare fideiussores, an audiatur? nu.* 70. 71. 72. 73.

74 *Nouorum fideiussorũ datio, vim solutionis non habet.*

75 *Aliud pro alio inuito creditore, an solui debeat? num.* 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83.

84 *Adire hæreditatem patris creditur, qui debita patris soluit, nu,* 85. 86. 87.

88 *Intellectus Auct. Hoc nisi debitor. C. de solution. nu.* 89. 90.

91 *Locus destinatæ solutionis, an, & quando attendatur, Declara amplè, nu.* 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102.

103 *Partem debiti petẽs, an censeatur residuum habuisse, vel maiorem aliam partem habere non debere, nu.* 104. 105. 106. 107. 108. 109.

110 *Moneta, num soluenda sit de illa, quæ erat tempore contractus, vel illa, quæ est tempore solutionis? Declara. n.* 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127.

128 *Oblatio debiti non excusat debitorem, quando creditor paratus est recipere ad bonum computum, & quietare de acceptis.*

129 *Episcopus, an teneatur soluere debita prædecessoris in casu necessitatis illius personæ, nu.* 130. 131.

132 *Creditor instrumentum quietationis facere, an teneatur debitori.*

133 *Procuratori speciale mandatum habenti solutio facienda, nu.* 134.

135 *Tres solutiones continuatè factas veras præsumi, nisi contrarium probetur. Declara. nu.* 136. 137.

138 *Liberatus dicitur debitor, qui volenti dedit nomen debitoris in solutum.*

139 *Nouatio, an vim habeat solutionis, nu.* 140. 141.

142 *Euictio ante solutum per emptorem venditori præcium, Tertius tamen intentando litem, proposuit empta re pro ducatis quadringẽtis, lis mota pro ducentis, an emptor in hac lite præcium retinere, vel cogatur soluere præstando euictionis fideiussionem, an isto casu debeat pro omnibus, vel pro illo solo, qui litem intentauit? numero* 143. 144. 145. 146. 147. 148.

TITVLVS DECIMVS QVARTVS.

De Solutionibus, & liberationibus.

EX His, quæ dicam, non cadit aliqua solutionis diffinitio, quia illius nomen cum multa complectatur, sequitur, Philosophorum, & Dialecticorum, regulis, vnius tantum rei diffinitionem vnam tradi posse, nec illius rei aliquam posse figurari. Nam si-
1 militudinario quodam modo dicere possumus, quòd sicuti humanum corpus à DEO compactum, & ligatum, cum per mortem dissoluitur, di-
2 citur humani corporis † solutio, vt inquit *Cicero Tusculanarum quæstionum, lib.* 4. eodem modo dicere possimus, cũctis obligationum nexibus compactum corpus humanum, ab his ligaminibus solui. Hæc facilitationis loco transeant.

SOLVTIONE eius, quo debetur omnis obligatio tollitur, intelligitur de principali, acces-
3 soria, † fideiussoria, & hypothecaria §. 1. *instit. quibus modis tollitur oblig.* Pignoris solutio pacto, vel iureiurando hypotheca soluitur. *l. soluitur in princ. l. sicut, §. creditor l. si deferente, ff. quibus mod. pignus, vel hypothec. soluat.* & ideo pignus liberatur etiam si solutio creditori facta fuerit ab extraneo, *l. Paulus, §. fin. ff. eodem tit.* & isto casu in hac solutione, non tam nummorum aliqua numeratio, quàm satisfactio exigitur, vt sufficiat, si creditor satisfactus dimittatur, quia solutio ei facta dicetur. So-
4 lutionis verbo satisfactionem quoque omnem † accipiendam placet. inquit *Vlpianus in l. solutionis,* 176. *ff. de verb. signific.* & vt Titulum declararet
5 Paulus dicit, liberationis verbum, eandem vim † habet, quàm solutionis, *l. liberationis* 47. *ff. de verb. signific.* Hinc idem Paulus solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoquo modo fa-
6 ctam, magis ad substantiam † obligationis refertur, quàm ad nummorum solutionem. *l. solutionis*
7 54. *ff. de solut.* & qui satisfacit † soluit. *Anton. Hering. de fideiussori. cap.* 4. *nu.* 32. Solutio, siue satisfactio primo ordinis loco præcedit, liberatio vltimo, & posteriori loco sequitur. *l. satisfactio* 52. *ff. de solut.* Qui compensat soluere dicitur, *l. si debitor* 4. *ff. qui potiores in pignor. hab. Cardin. Paris. in cons.* 121. *nu.* 14. *vol.* 1. *Achill. Pedrocc. in cons.* 28. *nu.* 7. *Hieronym. Magon. in decis. Florentin.* 5. *nu.* 1. *in decis.* 42. *num.* 5. *D. Francisc. Cantuccius in decis. Nouissima Rom.* 7. *nu.* 1. *vol.* 2. *And. Tiraq. de Retract. consang.* §. 3. *glos.* 3. *nu.* 2. alijs pluribus modis solutio fit veluti Nouatione etiam solutio facta dicitur, & sum-
8 mæ solutæ dicuntur † *l. liberto, §. Lucius, ff. de Annuis legat.* ibi (per numerationem, vel nouationem, solutæ sunt) per delegationem etiam dicitur
9 facta solutio † *l. quamuis, §. interdum, ff. ad Senatusconf. Velleian. ibi* (soluit enim, & qui reum delegat. *l. qui mandat. ff. de solut.* quod optimè expressit *Seneca de Beneficijs, lib.* 6. *capitul.* 5. Omnis (inquit)

so-

ſolutio, non idem reddit, ſed tantundem, nam, & pecuniam dicimur reddidiſſe, quamuis numerauerimus pro argenteis aureos, quamuis non interue-
10 nerint † nummi, ſed delegatione, & verbis perfecta ſolutio fit, *l. inter cauſam, §. abeſſe, ff. Mandat. l. ſi mandato meo, §. fin. ff. eodem titul. Alexand. in conſ. 96. incip. in præſenti cauſa, in fin. vol. 3. Riminald. Senior, in conſ. 465. n. 6. vol. 3. Auguſtin. Berous in conſ. 178. nu. 6. in conſ. 198. num. 16. vol. 1. Ioan. Cephal. in conſ. 218. nu. 25. vol. 2. cum pluribus relatis à Surdo in deciſ. Mantuæ. 23. nu. 1. in deciſ. 74. nu. 1. 2.*

EXTRANEVS, vt dixi ſupra proxime poteſt pro debitore creditori, etiam inuito ſoluere, &
11 debitorem † liberare, *l. ſoluendo, ff. de Negoc. geſtis, l. ſolutionem, ff. de ſolut. Auguſtin. Berous, in conſ. 46. nu. 5. vol. 2. Cardinal Pariſ. in conſ. 107. n. 128. vol. 3. Roland. à Vall. in conſ. 14. nu. 10. volum. 1. Guidus Pancirol. in conſ. 109. n. 2. Ioan. Petr. Surdus in deciſ. Mantuan. 174. nu. 27. Carol. de Graſſis, in tract. exception. except. 25. nu. 96. Iacob. Menoch. in conſ. 296. num. 23. 25. vol. 3. Ioan. Franciſc. de Ponte in conſ. 6. nu. 21. vol. 1. Marius Giurba in deciſ. Siciliæ 91. nu. 2. Hierony. Magonius in deciſ. Lucenſi, nu. 12. vbi Fabius Timeus in Apoſtill.*

AN EXTRANEVS iſte ſoluens pro de-
12 bitore, poſſit cogere illum creditorem, quòd † cedat ſibi ſua iura? Quòd nemo teneatur extraneo ceſſionem ſuorum iurium facere, & in ſpecie eſt *text. in l. Nulla, C. de ſolutionib.* vbi hoc videtur de mente *Baldi.* & voluit *Anton. Capic. in deciſ. Neap. 202. ſub num. 5.* voluit *Carrocius in tract. Excuſſion. par. 2. q. 22. nu. 9.* quem refert, & ſequitur *Carol. de Graſſis in tract. exceptionum, excep. 25. nu. 69. Marcus Anton. Delrius in Miſcellaneis, ad dictam l. nulla.*

Contrarium tenet *Flaminius Chartariuus in deciſion. Genuæ. 61. num. 11. cum pluribus ſeq.* quod fuit dictum *Antonij Neguſantij de Pignoribus, part. 5. membr. 3. num. 10. verſicul. inſuper quando ſecun-*
13 *dus.* dicens, quòd extraneus † ſoluens, non ſolum liberat rem ab hypotheca prioris creditoris, ſed ſecundi, quia poteſt primum creditorem, etiam inuitum cogere ad cedendum ſua iura. *ex Bartol. in l. Ariſto. q. 2. ff. quæ res pignor. oblig. poſſunt. Bald. in l. Nulla, C. de ſolut.* ſed aduertendum, quòd idem *Neguſantius, vbi ſupra, num. 42.* dicit, hoc vltimum procedere quando iſte extraneus ſoluendo primo creditori, emerit ab eo ſuum nomen, vel pignus, tunc enim taliter ſoluendo, ſuccederet in ius pri-
14 mi creditoris, † à quo emit. *iuxta notata, in l. 1. C. ſi antiq. cred. pign. vend.* Durum tamen mihi videtur à prima opinione diſcedere.

HÆRES promittens ſoluere, non poteſt poſt-
15 modum † opponere beneficium inuentarij, ſed illud amittit, cum ceſſet coactio ex cauſa hæreditaria, & licèt dependeat ab ea, nihilominus debitum in alio modo deductum per nouam obligationem per q̃ promiſſa eſt ſolutio ſolui debet, licèt inuentariũ fuiſſet antea factũ, vt ex promiſſione facta per compromiſſum. voluit *Angel. in conſil. 30. viſo laudo Dominus Philippus colum. 2. & fin.* quem ſequendo *Franciſc. Aretinus in conſil. 148. incip. in quæſtione propoſita col. vltima, verſicul. pro iſta deciſione adduco.* dicens, quòd quando hæres conuenitur ex obligatione, & promiſſione, quam fecit, poſt adi-
16 ditionem non gaudebit beneficio inuentarij, † ſequitur *Decius in conſ. 137. incip. & diligenter pro tenui, ſub nu. 4. verſ. & iſta concluſio comprobatur, & in conſ. 300. num. 8. in conſ. 469. incip. in cauſa Domini, nu. 12.* cum alijs, quos allegat *Phanuc. in tract. de inuentar. par. 6. num. 110. Surdus in deciſ. Mantuan. 183. nu. 11.*

IN QVAM cauſam cenſetur facta ſolutio, ab
17 eo, qui ex pluribus cauſis reperitur † debitor? Dicamus cum Vlpiano *in l. 1. ff. de ſolution.* & cũ Antonino Imperatore *in l. 1. C. eod. tit.* Quoties quis ex pluribus cauſis eſt debitor, & vnum debitũ ſoluit, in arbitrio ſoluentis eſt dicere, quod potius debitum voluerit ſolutum, & quod dixerit, id erit ſolutum, in poteſtate enim eius eſt, qui ex pluribus
18 † contractibus pecuniam debet, tempore ſolutionis exprimere in quam cauſam reddat, quod ſi debitor id non fecit, conuertitur electio ad eum, qui accepit. *Bart. in dicta l. 1. & l. ſi ex pluribus, §. Lucius Titius, ff. eod. tit.* ſed vide *Speculat. in tit. de actione, ſeu petitione, §. ſequitur, ſub num. 13. verſ. ſed qui ille ſatisfecit, Riminald. Senior in conſ. 284. nu. 4. vol. 2. in conſ. 348. nu. 1. cum pluribus ſeq. eod. vol. 2. Surdus in deciſ. Mantuæ 186. nu. 1. 2. D. Aldobrand. in deciſ. Nouiſſima Roman. 679. nu. 7. vol. 1. Idem Surdus in deciſ. Mantuæ 227. nu. 12. Petrus Rebuffi ad conſtit. Galliæ to. 2. tit. de Preconijs, & licitationibus, art. 1. gloſſ. 5. n. 3. D. Regens Valenzuela Velaſq. in conſ. 79. n. 20. Marian. Socin. Iunior in conſ. 85. nu. 5. vol. 2.*

DECLARA primò in dubio cenſeri ſo-
19 lutionem eſſe factam in cauſam duriorem, † & grauiorem, *l. cæterum, l. in his, in princip. Bartol. in l. 1. in l. 2. & in dicta l. in his, Lud. Roman. in conſil. 94. incip. viſis his, quæ narrantur, ſub n. 2. verſ. 1. quia quotieſcunq; Barthol. Socin. in conſ. 24. incip. præſens conſultatio, col. 1. volu. 3. Ioan. Paponus Arreſtor. curiæ, lib. 10. titul. 5. Arreſto. 6. Cardinal. Pariſi. in conſ. 122. num. 9. 10. volum. 3. Alexand. in conſ. 39. incip. circa vltimum, num. 2. volum. 7. Corn. in conſ. 295. num. 2. volum. 3. Hieronym. Magonius in deciſ. Florentin. 39. numer. 7. 8. Vincent. de Franchis in deciſ. Neapol. 164. num. 15. D. Franciſc. Vbaldus in deciſ. Nuperrima Roman. 294. num. 13. parte 1. tomo 1. D. Philipp. Pirouanus in deciſione Nuperrim. Romana 373. num. 5. volum ſiue tomo 2. Menoch. in conſ. 121. num. 39. vol. 3. D. Chriſtophor. Robuſterius in deciſ. Nouiſſima Roman. 113. num. 3. par. 1. vol. 1. Ioan. Petrus Surdus, in deciſ. Mantuæ 186. nu. 4. & in deciſ. 302. num. 18. Iacob. Menoch. in conſ. 121. nu. 38. vol. 2. Idem D. Robuſter. in deciſ. Nouiſſima Roman. 92. num. 2. 6. vol. 1.* dicens hoc poſſe percipi ex coniecteris, & facti circumſtantijs. *D. Cardinal. Aldobrãdin. in deciſion. Nouiſſim. Roman. 679. numer. 6. volumin. 1. D. Pamphilius in deciſ. Nuperrim. Roman. 695. ſub num. 5. part. 2. tom. 2. D. Franciſcus Cantuccius in deciſ. nouiſſima Roman. 123. num. 1. vol. 2.*

Stephan. Gratian. in deciſion. Marchiæ 47. num. 22. idem Magon. in deciſ. Florent. 13. num. 27. Surdus in conſ. 82. num. 26. vol. 1. in conſ. 290. num. 15. volum. 2. Regens Valenzuela in conſ. 21. nu. 59.

DECLARA Secundò cenſeri factam ſolu-
20 tionem in cauſam antiquiorem † *dicta l. in his, in princip.* ibi (in antiquiorem cauſam) *l. vbi fideiuſſor.* ibi (antiquum debitum erit inſpiciendum) *l. ſi ex pluribus, §. fin. ff. de ſolut. & lib. Bartholom. Socin. in conſ. 225. incip. diligentiſſimè, colum. 1. verſicul. quatenus autem, & verſicul. Præterea eſt debitum, vol. 2. Corne. in conſ. 128. num. 1. vol. 4. Cardinal. Pariſius in conſ. 122. nu. 7. vol. 4. Iacob. Menoch. in dicto conſ. 121. num. 38. vol. 2. D. Chriſtophor. Robuſter. in deciſ. Nouiſſ. Roman. 113. ſub nu. 3. par. 1. vol. 1. Ioan. Petrus Surdus, in deciſ. Mantuæ 186. ſub nu. 5. D. Aldobrandin. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 679. nu. 6. vol. 1. Hieron. Magonius in deciſ. Florentin. 39. nu. 20. D. Regens Valenzuela Velaſquez in conſ. 78. nu. 15.*

DECLARA Tertiò, ſolutionem factã præ-
21 ſumi, & cenſeri in actu iurato, puta in † debito ex obligatione, & inſtrumento iurato, ob reuerẽtiam iuramenti, & ob timorem periurij iuxta dictum *Bartol. in l. 2. nu. 8.* quem ibi ſequitur *Bald. nu. 13. 14. C. de His, quæ vi metuſve cauſa fiunt.* Vndè cum communiter hodie nulla fiat obligatio iudicialis, & prætoria abſque iuramento, & omnia ſimiliter iuramenta in inſtrumentis publicis interponantur cũ clauſulis neceſſarijs, & hypothecis, conſequens eſt, ex illis tamquam efficaciora & grauiora, vt diximus in prima declaratione *(vt per Bartol. in dicta l. cum ex pluribus.)* & ex obligationibus, & in-
22 ſtrumentis iuratis fuiſſe ſolutum, † *vt ex Barth. Soc. in dicto conſ. 225. nu. 2. vol. 2. Cardinal. Pariſio in dicto conſ. 122. nu. 10. volum. 4. Marc. Anton. Natta in conſ. 177. nu. 2. vol. 1.* quos refert, & ſequitur. *Surdus in dicta deciſ. Mantuæ. 186. num. 5. 6. Ioan. Baptiſta Laderch. in conſ. 162. num. 2.* cum ex ipſis paratam executionem, & celeriorem haberi, pater *D. Franciſc. Cantuccius in deciſ. Nouiſſima Roman. 123. nu. 1. vol. 2.*

DECLARA Quartò ſolutionem cenſeri fa-
ctam vigore præcedentis obligationis, & promiſ-
23 ſionis † efficacis *l. 3. l. 4. ff. de ſolutionibus, Bartol in l. ſolent, §. non verò, col. 1. verſicul. ego dico, ff. de offic. proconſul. Raphael Fulgoſ. in l. ſtipulatione, ff. de iure dotium, Paul. de Caſtr. in conſ. 182. col. 2. verſ. tertiò videtur, volum. 1. Barthol. Socin. in conſ. 288. col. 10. verſic. confirmatur iſta concluſio, vol. 2. Ioan. Cephal. in conſ. 341. num. 24. volum. 3. Cardinal. Pariſius in conſ. 122. nu. 11. vol. 4.* ex cauſa namq; præambula, & præcedenti contractu ſolutio facta cenſetur. *Barthol. Socin. in conſ. 225. incip. diligentiſſimè, col. 2. verſ. quatenus autem, vol. 2. Deci. in conſ. 618. nu. 2. Octavian. Cacher in deciſ. Pedemont. 57. n. 18. Iacob. Mandellus in conſ. 9. nu. 13. Hieron. Magon. in deciſ. Lucenſ. 5. nu. 22. Roland. à Vall. in conſ. 4. nu. 16. vol. 4. Marc. Anton. Bellonus in deciſ. Genuenſ. 91. nu. 4. D. Cardinalis Bononienſ. in deciſion. Nuperrim. Roman. 124. nu 5. part. 2. tom. 1.*

DECLARA quintò ſolutionem prius fa-
ctam cenſeri ex bonis mobilibus, & poſtmodum
24 de † immobilibus. *arg. l. A diuo pio, §. in conditione ff. de re iudicat.* voluit *D. Aldobrand. in deciſ. Nouiſ. Romana 680. nu. 6. vol. 1. Ioan. Baptiſta Coſta de Facti ſcient. & ignorant. diſt. 32. nu. 20. cent. 1.*

DECLARA Sextò, ſolutio facta cenſetur
25 ex cauſa veroſimili, & quæ verè apparet, † *Aymo Crauett. in conſ. 148. num. 13. verſicul. & cum de alia, D. Blanchett. in deciſ. Nouiſſim. 314. num. 4. volum. 1. D. Matthæus Burati. in deciſ. Nuperrima Rom. 460. ſub nu. 3. par. 2. tom. 1. D. Cardinal. Bononienſ. in deciſ. Nuperrim. Roman. 124. num. 5. part. 2. tom. 1. D. Chriſtophor. Robuſter. in deciſ. Nouiſſim. Rom. 176. num. 1. vol. 2.*

DECLARA Septimò, ſolutionem cenſeri
26 factam in illum debitum, cuius dies † ceſſerat, *l. 3. ff. de ſolut. Angel. in l. 1. num. 4. ff. eod. tit. D. Chriſtophor. Robuſter. in deciſ. Nouiſſim. Roman. 92. num. 4. 5. volum. 1.* quos ſequitur *Surdus in deciſ. Mantuæ. 186. nu. 7.*

DECLARA Octauò, quòd ſolutio cenſetur
27 facta, pro debito, ac ſorte principali, nota † pro Cambijs, *Ioan. Paul. Tholomeus, in deciſ. Nouiſſim. Roman. 923. nu. 2. lib. 3. vol. 3.*

PACTVM inter creditorem, & debitorem, quo promittit debitor ipſi creditori quantitatem pecuniarum illi dare per totum talem diem talis menſis, quod ſi non adimpleret in tempore liceret creditori exequi, & capere poſſeſſionem ſuorum
28 bonorum ſtabilium, mediante † obligatione, & inſtrumento iurato, & quod iſtud ſibi liceret abſq; aliqua citatione, declarando tenere illa bona præ-
cario nomine, pro vt ſe conſtituit poſſidere, dubitatur an dictum pactum ſit validũ, illoq; deficiente in tempore, poſſe concedi iudicis familiam, ad creditorem aſſociandum, reuocato præcario pro capienda bonorum poſſeſſione, nulla facta debitoris citatione, maximè ſi adeſt pactum, quod ex ſola inſtrumenti offenſione iudici facta executionem habeat? Dicendum eſt iſto caſu textum eſſe *in l. creditores, C. de Pignoribus. vbi Albericus de Roſate, num. 2. & Salycetus num. 29. verſ. pro cuius, & Ioan. de Imol. in c. potuit, col. pen. ext. de locat.* dicunt, quòd licet aliàs, qui poterat propria authoritate ingredi, petat ex vrbanitate, debeat pars citari, ſecundum magis communem opinionem, Tamen ſecus eſt, quando ſimpliciter petit ſibi dari familiam, quę eum aſſociet, donec fuerit ingreſſus, & hoc ad prouidẽdum; ne ſcandala, & Rixæ oriantur, nam cer-
29 tè tunc non requiritur citatio, quia actus † immittendi in poſſeſſionem, non eſt petitus per partem à iudice. ita illos refert, & ſequitur *Alexander in conſil. 131. incip. in cauſa, & lite, colum. 1. verſicul. ſecundo præſuppoſito, volum. 4.* faciunt ea, quæ antea dicta ſunt *ab Alexand. in conſil. 82. incip. Perſpectis his, colum. 3. verſicul. & per conſequens volum. 2. Matth. de Afflict. in conſt. Regni, incip. Pacis cultum, numero 28. verſicul. ſed quid in conſtituto,* dicens ita fuiſſe prouiſum in Sacro Regio Conſilio,

prout

proùt teſtatur idem *Afflict. in deciſ. Neapol.* 326. *Robertus Maranta in Specul. Aureo parte 6. in tit. de citatione, ſub num.* 8. *verſ. Quinto limita. Idem Maranta in tract. de Remedijs poſſeſſorijs, nume.* 43. 47. 240. *Ant. Neguſantius in tract. de Pignoribus, & hypothecis, part.* 4. *principali, num.* 24. *Ioan. Neuizan. in conſ.* 82. *num.* 28. *Iaſon, in l.* 2. *num.* 113. *C. de Iure Emphyteut. Hubertin. Zuccardus in l. fin. num.* 158. *C. de Edict. Diui Adrian. tollend. Cardinal. Pariſius in conſ.* 172. *num.* 13. *vol.* 4. *Petr. Follerius in Practic. Cenſual. in verb. Huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, nu.* 111. *Bartholom. Socin. in conſ.* 167. *incip. non inutilis, col.* 6. *verſic. tertia fuit opinio Salyceti, vol.* 2. *Franciſc. Burſat. in conſ.* 23. *in finalibus verbis, vol.* 1. *Decius in conſ.* 460. *incip. Viſo puncto. ſub nume.* 7. *verſ. Non obſtat quòd renunciatio. Andr. Tiraquell. de iure conſtituti poſſeſſ. par.* 1. *num.* 38. *Cæſar Vrſill. in deciſ.* 326. *in princip. Franciſc. Viuius in commun. opin.* 93. *incip. citatio, num.* 1. *Achilles perſonalis de adipiſcenda poſſeſſione, num.* 325. *verſ. ſed dubium eſt. Iacob. Menoch. de adipiſcend. Poſſeſſ. Remedio* 5. *nume.* 150. 151. *Sigiſmundus Scaccia in tract. de iudicio cauſar. ciuil. & crimin. cap.* 62. *num.* 24. 32. *Vincent. Carrot. caſu* 57. *num.* 13. *Idem Franciſc. Viuius in deciſ.* 44. *numer.* 2. *Nuncius Pelliciain conſuetud. Auerſæ, cap.* 8. *num.* 23. *Rouitus in Pragmat.* 1. *num.* 14. *tit. de conſeruatorijs. Ioan. Baptiſta Thorus in compendio Deciſionum. Neapolit. in verb. Creditor an poſſit.* Et ſic ſe habet communis ſententia paſſim ab omnibus probata, quo remedio pluries vſus ſum, præſertim pro Domino Ant. Cicchetto, quem ob inſtrumentum continentem obligationem iuratam, & hypothecam bonorum ſtabilium pro ducatis quadringentis, quos illi intra terminum ad ſoluendum iam diù lapſum,
30 ob clauſulam de ingrediendo † cum clauſula conſtituti, petita familiæ conceſſione, & aſſociatione, ac datione, in pacificam bonorum poſſeſſione contra quendam Ciuem Ciuitatis Laquedoniæ poni feci.

QVINNIMO Ampliando ſupradictam concluſionem, cum dicta inſtrumenta fieri omnia ſoleant, maximè in hoc Regno Neapolitano, obligando pro illorum obſeruantia, perſonam, & bona, eo modo, quo ſupra diximus, tradiderũt, quòd, & ſi creditor miſſus fuerit, pro debiti ſolutione, in poſſeſſionem bonorum ſtabilium ſui debitoris, po-
31 terit nihilominus curare, debitorem † apprehendi, carcerari, quòd per vnius remedij electionem, aliud non tollatur, *vt ex Archidiacon. in c. fin. de eo, qui mittit. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruan. in* 6. voluit *Bart. in l. conſentaneum, num.* 17. *verſicul. quæro ſecundo C. Quomodo, & quando iudex* dum, quòd ſi in actorem
32 fuit tranſlata poſſeſſio, nunc vult facere reum † capi perſonaliter, dicit fieri poſſe. Idem voluit *Bald. in l. ignorare, num.* 6. *verſ. Quid ſi debitor C. de Reſtitut. milit. Paulus de Caſtro in l. ſi ſe non obtulit, §. ait prætor, ſub num.* 5. *ff. de reiudicat. & in l. qui legati, nu.* 3. *C. Vt in poſſ. legat.* dicens quòd ſi eſt poſitus in tenutam bonorum, vel ſi eſt carceratus, poteſt exequi
33 ſuper bonis, quia neque ſoluit: videtur † de mente *Ludouic. Roman. in conſ.* 133. *incip. in præſuppoſito caſu, in fin. Decius in l. Iubere cauere, nu.* 16. *ff. de Iuriſdict. omn. iudic. idem Decius in conſ.* 12. *incip. Et pro tenui facultate, col.* 2. *verſ. Quinto nam cum iſta, & in conſ.* 460. *incip. viſo puncto, numer.* 9. *Iaſon in conſ.* 9. *nu.* 1. *vol.* 1. dixit in pluribus locis *Hippolyt. de Marſilijs, in l. Vnius, §. cuſtodiæ, nume.* 36. *ff. de Quæſtion. in Pract. crim. §. Attingam, numer.* 54. *In ſingul.* 398. *incip. Dixi, in Commentarijs de Fideiuſſoribus, q.* 59. *num.* 378. *Ioan. Paponus, in Conſuetudin. Borbonienſ.* §. 104. §. 130. quem refert, & ſequitur *Petrus Pechius in tract. de Iure ſiſtendi, cap.* 4. *num.* 19.

GRATVITA ſolutio alicui ab eo facta, qui ad illam non tenebatur puta ab vxore pro viro, & ſi partem debiti ſoluerit, non idcirco ad reſiduum
34 ſoluendi debiti † tenebitur, *text. eſt in l. cum te, quæ eſt fin. C. ne vxor pro viro*, cuius occaſione dixit, quendam Abbatem non teneri ad ſolutionem debiti, ad quem fuerat condemnatus ciuis, pro quo partem ſoluerat, nec teneri ad reſiduum, vt conſuluit. *Abb. Panormit. in conſ.* 87. *dico vnum ſubeſſe, col. fin. verſ. Nec obſtat dominum Abbatem, vol.* 1. *Deci. in conſ.* 21. *incip. Viſo puncto, nu.* 5. *verſ. Vnde infertur,* dicens quòd ſunt actus voluntarij, qui non extenduntur vltra quàm geruntur, quam concluſionem retulit *Aluarus Vallaſcus in conſultation. ſiue deciſio. Luſitaniæ* 128. *num.* 8. *Marcus Anton. Natta in conſ.* 77. *nu.* 6. *vol.* 1.

VSVS in hoc Regno Neapolitano inoleuit, quòd creditores dum faciunt, vel conſtituunt eorum debitores, vt ſe cum iuramento in inſtrumento promittant ſoluere tali tpe, vel die, & in forma obligant ſe ipſos, eorum hæredes, bona in ampla forma, & cum ſint fortè exteri, conſtituunt domũ, vel curiam talis, & habeatur, ac ſi eſſet citatus per-
35 ſonaliter in † domo propria, quam tunc loco ſuæ domus conſtituit, & aſſignat debitor, quod, an fieri poſſit videndum erit? *Aluarus Vallaſcus I. C. doctiſſimus Luſitanus* formauit quæſtionem ab iſta ſolũ differentem, quia ipſe dicit, debitorem ſoluere iuraſſe tali tempore, & ſi non ſoluerit, quòd poſſet citari Titius publicus Tabellio. Is, inquam, dicit talem obligationem valere, & in Practica ita currere vſum. Et talem Titium nominatum videri conſti-
36 tutum † procuratorem, & poſſe illum citari, & à citatione procuratoris inchoari cauſam poſſe allegat *Bart. in l. ſolent, qui nu.* 17. *ff. de Aliment. & cibarijs legatis, & Alexand. in l. eum, qui res, col.* 1. *C. de Procurat.* Ego dico, quòd nec *Bartol. nec Alexand. in*
37 *dictis locis* † probant ipſius dictum, ſed *Bart. in dicta l. ſolent, nu.* 17. dicit, quòd ſufficit quòd in principio litis citetur procurator, ſed principalibus non repertis, ſed tamen ſolummodo dicit ſufficere cita-
38 ri procuratorem, vt poſſit deueniri ad primum † decretum, non tamen ad ſecũdum decretum, *Alexand. autem relatis Gloſſarum iuris ciuilis, & Canonici, ac Bald. Angeli, Salycet. Fulgoſ. Petri Pauli de Liaz, Petri de Anch. Hoſtienſ. & Cardinal.* opinionibus, reſidet in opinion. *Bartol.* Tamen nullus ipſorum tractat, niſi an procurator poſſit prius citari in

causa. Nemo tamen ipsorum tractat, an qui dixit quod citetur Titius, intelligatur procurator constitutus? quo casu dubium non est, Titium non censeri fuisse constitutum procuratorem, cum non sit expressum, sed solum, vel eum nominatum fuisse, vt in casu, quo ipse citaretur, notitiam faceret illi citato sub eius nomine. Vnde vberiorem arbitror vsum huius Regni, quo assignetur domus tamquã sua, vt si quando citaretur haberetur vti citatus in domo sua, & tamquam citatus in domo propria ex eo, quòd obligatus cõfiderit in domino domus, cum citaret, quòd notitiam daret citato. Vnde opti mè dicit *Ioan. Faber, in §. fin. nume. 10. vers. Quid si*
39 *non reperiatur? inst. de pœna temere litigant,* quòd † potest fieri citatio domi, ità quòd fiat ita publicè, quòd familia sciat, si sit, sin autem vicini, & cognati, & ideo *Archidiacon. in c. 1. colum. 6. in verb. intra mensem, de elect. in 6. & Bald. in l. diffamari, per illũ tex. in verb. vocitasse, C. de ingen. & manumiss.* hanc
40 citationem domi fieri debere † alta voce, *gloss. in c. caueant, 3. q. 9.* dicit sufficit, si citetur aduersarius publicè domi, quod declarans *gloss. in c. quoniam, §. porrò, in verb. impedit. vt lite non contesta.* dicit, quo-
41 modo enim †publicè fiet, nisi alta voce cunctis audientibus id fiat? vicini, & amici id citato renunciabunt aut, si velint, defendant, *l. Item ait, in fin. & l. seq. ff. ex quibus caus. maior. gloss. in c. causam, de dol. & contumac.* ad quæ faciunt quę cumulat *And. Tiraquell. de retract. conjang. §. 9. gloss. 2. nu. 13. &* 14. quem refert, & sequitur *Cæsar Contardus in Rep. dictæ l. diffamari, notabili 1. nu. 9.* ex his arbitror supradictum vsum tam in Regno Neapolis, quàm in Lusitania fieri, vt vel nominatus, vel dominus citato notificet, vel dominus domus similiter, non autem, quòd ille censeatur constitutus procurator.

RATIONVM Redditionem, qui condem-
42 natur ad reddendam, intelligitur † condemnatus ad reliquorum solutionem, *l. Quamuis, ff. de condit. & demonstr. l. cum seruus, ff. eod. tit.* sic prouisum, *vt per Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 157. Marcus Anton. Bellon. in decis. Genuæ 209. nume. 2. Hierony. Magon. in decision. Florentin. 3. nu. 19.* Qui enim rationes alienat, pecunias, negotiationem administrãt, veluti, socij, serui, institores, statu liberi, procuratores, curatores, & alij tenentur rationes red-
43 dere, & reliqua † persoluere. *l. Iulius Paulus. ibi* (hanc conditionem rationum reddendarum, vt iussus videatur reliqna reddere) *l. cum seruus, in fin.* ibi (si rationes reddiderit, non hanc solam habet significationem, si cautiones, instrumentaq; omnia actus sui exhibuerit hæredi, sed, & si reliqua soluerit) *l. qui sub conditione, ff. de condit. & demonstr. l. Lucius, l. Aurelius, ff. de liber. legat. l. qui libertatis, §. seruus. ff. de euict. l. Lucius, l. Aurelius, ff. de liberat. leg. l. si statuliber. in fin. l. libertate, l. Sticho libertas, §. seruus testamento, ff. de statulib. l. Dominus Sticho, ff. de pecul. legat. l. si seruo, ff. de statu lib. Ioan. Baptista Thorus in Compendio decis. Neapol. in verb. sententia, an debeat extendi. Paulus Montanus de iure Tutelar. & Curar. cap. 38. nu. 13. 14. Barthol. de Cassan. in Cõsuetud. Burgund. Rub. 6. §. 6. D'en rendre Compte, num. 10. cum seq.*

44 DARI Tamen appellationem à sententia † redditionis rationum ob incertitudinẽ *ex Aymon. Crauetta in cons. 231. num. 14.* voluit *Cæsar Vrsillus in decis. 157. nu. 4.* quomodo autem procedant vide eundem Vrsill.

INDEBITE, vel sine causa, vel ob malam, ac turpem causam solutum, repeti posse, non est
45 dubium, † quoad turpitudinem. *Gloss. in l. 4. §. si tibi in verb. Repeti, ff. de condit. ob turpẽ causam. Marc. Anton. Natta in cons. 77. num. 6. 7. vol. 1.* solutiones autem indebitè factas, vitiosas, falsas, repeti posse, *Bartol. in l. demonstratio, in prin. & §. 1. col. fin. ff. de condit. & demonstrat. Augustin. Berous in cons. 175. num. 57. vol. 2.* faciunt notata *per Ludouic. Roman. in cons. 417. Francisc. Aretin. in cons. 13. col. 4, idem Roman. in cons. 520. nu. 10. Tiraquell. in tract. cessante causa part. 1. num. 217. Marsil. in singul. 329. Thom. Gramat. in decis. Neap. 81. nu. 6. Hierony. Magon. in decis. Florentin. 85. num. 9. 11. 14.* nos diximus *in cons. 18. per totum, centur. 2. Deci. in cons. 547. num. 5. Riminald. Senior in cons. 102. numer. 8. in consil. 139. num. 1. volum. 1. in consil. 449. nu. 14. volum. 3.*

46 HÆRES eius, qui legauit dotem, † etiam si promittat animo compensandi, promittere, & soluere dicitur. *Carol. Ruin. in cons. 134. vol. 4. Phanuc, Lucro dotis, §. 8 num. 88. Hieronym. Magon. in decis. Florentin. 13. nu. 26.*

PRÆSVMI solutionem, vel donationem, tria illa probant, temporis cursum, Ratio sæpius
47 † calculata, & sanguinis coniunctio. *Vulg. l. Procula, ff. de Probat.* quæ tria omnia ibidem probantur cursus temporis ibi (quamdiu dixit) rationes sæpius calculatæ, ibi (sæpe in rationem) sanguinis
48 coniunctio, ibi (id à fratre) & postmodum, † (in rationem fratris) in quam sententiam communi voto omnes acceserunt. *Bartol. in l. liberis, §. manumissis, num. 1. ff. de Aliment. & cibar. legat. Philipp. Deci. in l. cum quid, numer. 53. ff. si cert. petat. in cons. 596. nu. 8. in cons. 79. incip. pro tenui facultate, nu. 2. Ludouicus Romanus in consil. 517. incipien. in casu proposito, num. 15. Bartol. Bald. & Salycet. in dicta l. Procula. Alexand. in l. quæ dotis, vbi Iason, nu. 18. ff. solut. matrim. Alexand. in cons. 46. incip. visis, & accuratè, colu. 2. vers. quarto quia dictus, col. fin. versic. Non obstat quòd Camillus, volum. 1. Barthol. Socin. in cons. 25. incip. prosequendo ordinem, colum. 2. nu. 10. vers. Non obstat secundum, vol. 4. Iason in cons. 193. vol. 2. Carol. Ruin. in cons. 162. nu. 10. vol. 3. Marian. Socin. Iun. in cons. 128. nu. 108. vol. 1. Ioan. Neuizan. in cons. 56 nu. 16. Cardin. Paris. in cons. 137. nu. 12. vol. 4. Aym. Craucet. in cons. 158. n. 12. Corn. in cons. 277. vol. 4. Prosp. Pasethus in cons. 152. num. 13. Ioan. Ceph. in cons. 240. num. 89. vol. 2. Simon de Pratis in cons. 68. nu. 2. 3. Francis. Hercul. de Negati. num. 41. Andr. Alciat. in tractat. Præsumptionum Regul. 1. Præsumpt. 32. nu. 6. Menoch. de Arbitrar. Iudi. quæst. lib. 2. cent. 1. casu 88. num. 18. Matth. de Affl. in decis.*

Nea-

Neapol. 13. *num.* 12. *Thom. Grammat. in deciſ. Neap.* 103. *ſub nu.* 39. *Hierony. Magon. in deciſ. Florent.* 42. *nu.* 4. *Bernard. Alfan. in collectan.* 226. *Cæſar Vrſil. in deciſ.* 13. *Ioſephus Maſcardus de Probationib. concluſ.* 1262. *nu.* 9. *cum ſeq. And. Tiraq. de Præſcription.* §. 1. *gloſſ.* 4. *verſ. octauo, Steph. Gratian. in deciſ. Marchiæ* 47. *n.* 10. 13. Maximè ſi cum temporis diutur-
49 nitate † cõcurreret ſilentium, & taciturnitas. *Alex. in conſ.* 115. *incip. viſa ſcriptura, nu.* 3. *vol.* 7. *Iacobus Menoch. de Præſumpt. libr.* 3. *Præſumpt.* 125. *Barth. Bertaz. in conſ. ciuili.* 118. *nu.* 11.

EXCEPTIO ſolutionis poteſt quandocũque opponi, quia eſt peremptoria, & ipſo iure tol-
50 lit † obligationem, viam agendi præcludit, & impedit litis ingreſſum, & poteſt opponi etiam poſt rem iudicatam *l. cum quærebatur. vbi Bart. ff. de ſolut. c.* 1. *de litis conteſtat. in* 6. *gloſſ. in l. vbicunque in princip. ff. de Fideiuſſ.* quos refert, & ſequitur *Auguſtin. Berous in conſ.* 189. *n.* 12. *vol.* 3. ante eum *Paul. de Caſtro in conſ.* 257. *in fin. vol.* 2. vbi dicit, temera-
51 rios eſſe iudices, qui ad † ſuſpendendam executionem imminẽtem non admittunt. ſequitur *Hieronym. Magon. in deciſ. Florentin.* 94. *nu.* 9. 10. *Hierony. Cagnol. in l. Bona fides, num.* 2. *ff. de Regul. iuris. Emanuel Suarez in Theſauro Recept. ſentent.* §. *ſolutio. num.* 141. *Ioan. Baptiſta Aſinius in Praxi ciuil.* §. 31. *cap.* 46. *Hierony. Marlian. in deciſ. Gen.* 77. *nu.* 4. plenè *Vendelinus Schellinch Actionum, & except. Forenſium, cap.* 240. *incipient. Solutionis exceptio. fol.* 446. *in paruis. Fabius Turrett. in conſ.* 49. *nu,* 34. *in conſ.* 84. *nu.* 37. *vol.* 2. qui dicit, illam opponi poſ-
52 ſe aduerſus obligationem in forma Cameræ, ſequitur alios complures referens *Carolus de Graſſis in tract. exception. exceptione* 25. *num.* 1. *cum pluribus ſeqq.*

ADIECTO an fieri poſſit ſolutio, puta promittit dare Mario centum aureos, vel pro ducentis
53 hanc † cedulam, dicendum eſt, poſſe ſolui, *l. ſi ita ſtipulatus ſum mihi l. ſi vero procuratori, ff. de ſolutio. l. ſed, & mihi, ff. de conſtit. pecun. Cardinal. Pariſius in conſ.* 107. *num.* 30. *vol.* 3. *Carol. Ruin. in conſ.* 107. *nu.* 30. *nu.* 6. *ſeq. vol.* 1. *Franciſc. Beccius in conſ.* 19. *nu.* 4.
54 etiam ſtipulante † inuito, *l. aliud, ff. de Solut. & poſt Iaſon, in l. cum.* §. *qui ſibi, num.* 12. *ff. de verb. obligat. Benuenut Stracha in tract. de Adiecto, parte* 3. *num.* 123. *Hieronym. Magon. in deciſ. Florentin.* 106. *nu.* 1. 2. *Et deciſion. Lucenſi, numero* 19. *& in deceſio.* 34. *num.* 8. 13.

NOTANDVM Tamen erit, quòd ſi fuiſſet lis conteſtata cum creditore, & debitore, tunc
55 ſolutio † adiecto fieri non poterit, *l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle, vbi Bartol. Paul. de Caſtro, & alij ff de ſolut. in l. fideiuſſor obligari, in princip. ff. de Fideiuſſ.* qui textus cauillari nequeunt, vt vtrobiq; *Gloſſ.* teſtatur, *idem Stracchа* de Adiecto, *in dicta, parte* 3. *numer.* 122. *Magon. in dicta deciſio.* 106. *numero* 4.

NOTANDVM ſecundò, quòd ſolutio, quę
56 fieret adiecto, fiat per veram ſolutionem † cum pecunia, *vt ex Alexandro* dicit *Alciatus in l. ſolutionis, ff. de verb. ſignificat. Cardinal. Pariſ. in conſ.* 107. *num.* 132. *vol.* 3. *Idem Benuenut. Stracchа de Adiecto, par.* 1. *nu.* 51. *& parte* 3. *ſub nu.* 124. *verſ. Quinto reſtringenda eſt Regula.*

QVOTIDIE accidit, ideo aduertendum, creditor in Iudicio vocat ſuũ debitorem, ille com-
57 parens † dicit, & offert ſoluere, à petitis debet abſolui, ſed ab obſeruatione iudicij, adiecta cauſa, quia ſoluit, *iuxta gloſſ. in l. non vtiq;, & ibi Angel. ff. de Rei vendicati. Bald. Ioan. de Platea, & Aretin. in* §. *fin. Inſtit. de perpetuis, & temporali, act.* quæ ſenten-
58 tia eſt interlocutoria, † quia expreſſa cauſa fit, habet tamen vim diffinitiuæ, ſecum portantis expenſarum condemnationem, non obſtante ſolutione, quia ſoluens lite pendente, habetur pro condemnato, non minus, quàm cedens liti, habetur pro vi-
59 cto, quamuis † propriè ſuccumbere non dicatur. *Ioan. Faber in dicto,* §. *fin.* voluit *Capella Tholoſana in deciſ.* 5. *incip. Item fuit quæſitum, an ſi lite pendente,* quam ſequitur, & corroborat. *Hierony. Gabriel. in conſ.* 19. *nu.* 4. *& per totum. vol.* 1. *Hierony. Magon. in deciſ. Florent.* 114. *per totam.*

PROBANDA eſt ſolutio, ſeu ſolutionis
60 † exceptio per illum, qui ſolutionem allegat, *l.* 1. *ff. de prob. l.* 1. *C. de ſolut. Riminald. ſenior, in conſil.* 61. *num.* 3. *vol.* 1. *Marc. Ant. Natta in conſ.* 226. *nu.* 3. *vol.* 1. *Cardinal. Pariſ. in conſ.* 90. *num.* 19. *vol.* 1. *Hippolyt. Riminald. in conſ.* 52. *nu.* 115. *vol.* 1. *Idem Natta in conſ.* 569. *num.* 2. 4. *vol.* 3. *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 22. *nu.* 3. *Hieronym. Magon. in deciſ. Lucenſ.* 5. *nu.* 17. *Ioſeph. Maſcard. in tract. de Probat. concluſ.* 78. *nu.* 18. *tomo* 1.

Condemnatus ad ſoluendum, ſi terminum ad ſoluendum poſt condemnationem petierit, appellationi renunciaſſe cenſetur, & proinde ſoluere co-
61 gitur † *text. notabilis in l. Ad ſolutionem C. de re iudicat. Alex. in conſ.* 163. *incip. in cauſa, num.* 2. *vol.* 2. *Ludouic. Roman. in conſ.* 9. *incip. Quòd pars condemnata, col. fin. in fin. Robert. Maranta in ſpecul. Aureo, parte vltima, in verb. Appellatio, num.* 251. *verſ. Decimo ſeptimo principaliter, in lib. primæ impreſſionis. Neapolitanæ anni* 1547. *Felin. in c. Quoad conſultationem, num.* 10. *verſ. Præterea iſtud non infert. de ſententent. & re iudicat. Alex. in l.* 4. §. *ſi quis condemnatus, in fin. ff. de re Iudicat. Hippolit. de Marſil. in ſingul.* 186. *incip. Tuſcis quòd condemnatus. Ludou. Gozadin. in conſ.* 98, *num.* 19. *Hierony. Magon. in deciſ. Lucenſ.* 24. *nume.* 18. adde *Barthol. Veronenſ. in cautela* 12. *incip. Regulariter, in fin. Thom. Grammatic. in deciſ. Neapol.* 103. *nu.* 41.

DECLARA primò, quod ſi reus appellauerat ante terminum ſibi aſſignatum ad ſoluendum.
62 & illum † acceptauerat, quòd ità intelligatur dicta, *l. Ad ſolutionem.* Secus ſi nondum appellauerat antequam acceptaret terminum, & erat intra tempus appellandi ita notabiliter dicit *Innocentius, in dicto c. quoad conſultationem, in Gloſſ. in verb. recipieus*, quem retulit *Ioan. de Imol. in dicto*, §. *ſi quis condemnatus, vbi Alex.* dicit eſſe valde notandum, *num.* 9. *verſ. extra gloſſ.* & meminit *Felin. in dicto c. quod*

quoad consultationem. num. 10. qui dicit, quòd istud dictum *Innocent. vltra Imol. in loco allegato*, sequuntur *Ant. de Butr. Abb. Imol. & Dominicus in c. Gratũ. de officio delegat.* & alij, quos retulit *Felinus vbi supra*.

CONTRARIVM Tamen, quòd etiam si
63 non appellauerat habet locum dispositio † *dicta*, *l. Ad solutionem*, & hoc sequitur *Ant. de Butrio, in dicto c. quoad consultationem*, & ibi communiter moderni, & alijs complures allegati *per Alex. in dicto, § si quis condemnatus.*

DECLARA secundò, quòd si procurator petierit terminum ad soluendum, & nõ dominus, censetur in præiudicium domini renunciasse ap-
64 pellationi, & † sic fumus in procuratore post sententiam, qui erat dominus litis effectus, *& arg. l. Neq; & l. Nulla C. de Procurat.* sic voluit *Aegydius Bellamera, in decis. 137. incip. Procurator legitimè*, quem sequitur *Felyn. in dicto c. Quoad consultationem, sub num. 12. vers. Adde etiam ad dictam*, & illos sequitur, & retulit *Hippolyt. de Marsilijs, in singul. 186. incip. Tuscis quòd condemnatus.*

HAEREDITARIA debita soluẽdo quis,
65 adijsse hæreditatem dicitur † *l. 2. C. de iure deliberand.* voluit *Corn. in cons. 310. incip. Principaliter est videndum, in princip. vol. 3. Decius in cons. 449. incip. Visis duobus consilijs, sub num. 9. vers. & ista conclusio Robert. Maran. in Rep. l. Is potest, num. 53. ff. de Acquirend. hæredit. Bartbol. Socin. in cons. 4. incip. In causa agitata, col. 2. num. 5. vol. 4. Cardinal. Paris. in cons. 16. num. 40. vol. 2. Marc. Ant. Natta in consil. 140. num. 9. vol. 1. Hieronym. Magon. in decis. Lucens. 24. nu. 20. Didacus Spino in specul. Testamentorum. Gloss. 33. nu. 36. cum pluribus seqq.*

Emptor qui emit à procutatore, qui habet mandatum ad vendendum, poterit soluere precium ei-
66 dem † procuratori, quia, qui habet mandatum ad contrahendum, habere dicitur mandatum ad recipiendam solutionem, *l. quod seruus, ff. de solut.* & qui habet mandatum ad vendendum habet man-
67 datum ad recipiendum solutionem † *Bartol. in l. filiæ, sub nu. 2. vbi etiam Paul. de Castro, ff. eodem tit. Decius in cons. 330. incip. conclusio superius, sub nu. 2.* dicens, quòd dominus Abbas, qui erat constitutus ad vendendum, potuit precium recipere, *Hieron. Magon. in decision. Lucensi, 34.*

EXCEPTIONEM solutionis opponens,
68 non dicitur † Fateri debitum *Gloss. Innocent. Anto. de Butrio, & Panormit. in cap. Venerabilis, de except. gloss. in c. exceptionem, de regul. iur. in 6. Cyn. in l. exceptionem, & in l. si quidem, C. de probat. Comens, & Alexand. in l. decem, ff. de Verb. obligation. Marc. Ant. Natt. in cons. 134. nume. 1. Vol. 1. Iafredus Lanfranc. Balbus in decis. 243. incip. excipiens. Hieronym. Magon. in decisio. Lucens. 60. nu. 12.*

DE CONDEMNATO ad soluendum dixi aliqua supra *hoc eodem tit. versic. condemnatus, nu. 61.* Nunc supereſt, vt dicam, an si quis per sententiam fuerit condemnatus ad soluendum, volẽs dare fideiussores, audiatur? Dicendum est conclu-
69 denter † non esse audiendum, sed cogi debere ad solui faciendum, hoc enim cauerat Prætor, vt condemnatus pecuniam soluat, rationem optimam
70 reddit, *Vlpianus*, quòd noluerit Prætor † obligationem ex obligationibus fieri quasi ne ex litibus lites orirentur, nobilissimus *text. in l. si se non obtulit, §. ait prætor, ff. de Re iudicata*, qui est in terminis quo ad condemnatum, vt soluere teneatur, quia regulariter, qui dare debet, non auditur, si velit dare fideiussores, *l. cum seruus, §. fin. ff. de condit. & demonstr. l. Statu liber rationem, in fi. ff. de statu liberis, Bald. in l. cum aliquibus, extr. de sent. & re iudic.* dicit quod condemnatus ad soluendum, non intelligitur soluere, licèt pignora offerat, & qui tenetur sol-
71 uere, non liberatur dando fideiussores, † ne obligatio ex obligatione oriatur. *vt Angel. & Ioan. de Imol. in dicto §. ait prætor*, voluit *Bartholom. Socin. in cons. 90. incip. Visis quibusdam col. 4. nu. 21. & 22. versic. Item promisit reficere, Vol. 4.* hoc idem dixerat *Marian. Socin. Senior in cons. 93. incip. circa primum, col. 1. Vol. 1.* quos sequitur *Anton. Negusant. in tract. de pignoribus, in primo membro, quintæ partis, nume. 4.* & voluit *Hieronym. de Laurentijs in decision. Auenionens. 104. num. 5.* quia satisdare non est soluere, *l. promissor, §. fin. ff. de constit. pecun. Anto. Heringius, in tract. de fideiussoribus, cap. 5. num. 369. 370.* Et ad corroborandam Vlpiani rationem, vt lites aliàs parturiant lites, sed iudicata seruentur, concinunt verba *Aurelij Cassiodori Variarum, lib. 1. epistola 5.*
72 In immensum (inquit) trahi † non decet finita litigia, quæ enim dabitur discordantibus pax, si nec legitimis sententijs acquiescant. Vnus inter procellas humanas portus instructus est, quem si homines feruida voluntate prætereunt, in vndosis iurgijs semper hærebunt. Indicatis itaque standum esse, clarum est, *l. 1. C. de re iudic. l. 1. C. Vt lite pend.*

LIMITA Tamen secus esse secundum Labeonis sententiam, quam retulit, & probauit *Vlpianus in dicta l. si se non obtulit §. ait Prætor.* ex magna, & idonea causa, puta si condemnatus, non
73 per contumaciam, † sed quia pecuniam non possit explicare, solutionem differri, seq; vel datis fideiusoribus, pignoribus, vel expromissore idoneo, satisfacere volentem petierit, quod probauit *Iafredus Lanfrancus Balbus in decis. 438. incip. obligat soluere. Antonius Heringius de Fideiussoribus, cap. 4. num. 34. & ex Philippo Decio in c. cum sit Romana, nu. 13. extr. de appellat. & Petro Rebuffo, in l. vt sunt iudicio terminata, col. 2. ff. de verbor. significat.* voluit *idem Heringius in eodem tract. cap. 5. numero 369.*

NOVORVM Fideiusorum datio, atq; di-
74 latio, vim solutionis non habent † *ex Baldo in l. finali, versicul. sed quæro, C. ad legem Falcid.* voluit *D. Christophorus Robusterius, in decis. Nouissima Romana 232. nu. 5. vol. 2.*

75 ALIVD pro alio † solui non potest, inuito creditore, *l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. petat. l. si se non, §. ait prætor, ff. de re iudicat. l. promissor, §. fin. ff. de cõstit. pecun. l. item liberatur, ff. quibus modis pignus,*

vel

vel hypoth. ſoluat. l eum à quo, C. de ſolut. Simon de Præis in conſ.68 nu.12.& 13. Vol.1.Ioan.Baptiſta Laderchius in conſ.101.nu.6.Vol.1.D.Regens Valenzuela Velaſquez in conſ.86.nu.13.Vol.1.Petrus Beninten d in deciſ.Bonon.28.Anton.Theſaur. in deciſ. Pedemont.153.Hieron y.de Laurentijs,in deciſ.Auenionenſ.132.Vincent.de Franch.in deciſ.Neap.81.Ioan. Petr.Surdus in deciſ.Mantuæ 30.nu.10 Quid ſi fuerit renunciatum beneficio *Auct.Hoc niſi debitor, C. de ſolut.* vide *infra verſ.Auct.Hoc niſi debitor,nu.88.* vbi vide *Cæſar Barzi.in deciſ.Bononienſ.105.num. 15.& 16.*

76 IN CONTRARIVM eſt *tex.in dicta* † *auctent.Hoc niſi debitor,C.de ſolut.& omnes ſupradicti authores deciſionum,et Capell.Tholoſana in deciſ.68. incip.item fuit quæſitum ſi creditor.*

FALLIT quando adeſt difficultas præſtatio-
77 nis, quia tunc aliud pro † alio creditori ſolui poteſt, eo inuito, & reluctante, *l.Non amplius, §. cum bonorum,vbi Iaſon,n.3.ff.de legat.1.*qui allegat *tex. in l.ſi pluribus, l.ſi domus, §.qui confitetur, ff.eod.tit. dicta Auth.hoc niſi debitor,C.de ſolut. D.Regens Valenzuela Velaſquez,in conſ.30.num.47.vol.1.*dicitur
78 enim caſus neceſſitatis,cum † quis caret pecunijs, vt ſoluat in bonis, etiam ſi eſſet renunciatum beneficio dictæ *Auct.Hoc niſi debitor,* cum illi renunciari non valeat *iuxta notabilem doctrinam Iacobi de Beluiſo in Auct.de fideiuſ.§.fin.in fin.* dicens ità
79 ſe credere,quia talis renunciatio contineret † quid turpe, & contra humanitatem, quia renunciando pacifci iuri,quòd iniuriam patiatur lex,quòd poſſit in carcerem detrudi, eo non valente ſoluere, & quòd creditor ei ſit acerbus, & durus, cuius opinionem referens ſequitur *Alexand. in conſ.37. incip.Viſo,& opportunè,col.2.verſ.Tertiò videtur,quòd dato,Vol.2.Marc. Anton. Natta in conſ.344. nu.3. Vol.2. Ludouic.Roman. in conſ.163. incip.conſtitutio Curiæ,per totum,* vbi doctiſſimè diſſeruit,quę requi-
80 rantur, vt ſit locus † dictæ *Auct. Hoc niſi debitor*, quæ etiam referuntur *à Ripa in l.2. §. mutui datio, nu.25.ff.ſi cert.pet.& Iaſon,in conſ.9.Vol.1.Bartholo. Bertazol.in tract.clauſul.41.gloſſ.3.nu.17.Theſaur. in deciſ.Pedemont.153.nu 12. & Ludou.Gozzadin. in conſ.27.nu.27.& 28. Benuenut.Straccha in tract. de Decoctoribus,par.3.nu.43. cum pluribus ſeq. Cornelius Beninca ſ.de priuilegijs paupertatis, q.4.n.30.* dicens,quòd facto conatu per debitorem, vt pecu-
81 niam ſolueret, & inuenire non † potuit, ex cauſa difficultatis, & neceſſitatis poterit creditori aliud pro alio ſoluere,alludit *Bald. in l.ordo.nu.15. verſ. quid ſi creditor eſt tam iniquus*, vt velit quid debi-
82 tor † potius maceretur in carcere, quam recipere bona, dicit cogi recipere bona, ſed quæ ille eliget, his adde *Deci.in l.2.§.mutui datio,nu.24. & 25.ff. ſi certum petat.* allegans *Petrum Benintend. in deciſ. Bononienſ.28. Antonin.Theſaur. in deciſ.Pedemont. 153.nu.7.verſ.Tertius caſus,practica Papienſ.in forma libelli in actione hypoth. in Verb. exceptionem ſolution.num.4.Anton.Heringius de fideiuſſor cap.18. numero 72. & 73. neuiſſimè D.Ioannes Baptiſta Coſta,de remedijs ſubſidiarijs, remedio 3.numero 1.cum pluribus ſeqq.*

FALLIT ſecundò in cauſa Eccleſiæ debitri-
83 cis, quia poteſt dare etiam † rem non meliorem, *Ludouic.Roman. in ſingul.806. incip.Tu habes auct. arg.Auct. Hoc ius porrectum, C.de ſacroſ.eccleſ.* voluit *Ripa,in l.2.§.mutui datio,nu.27.ff.ſi cert.petat. Ioan.Guttierez de contract.iurat.cap.29.nu.2.Antonin.Theſaurus,in deciſ.Pedemon.153.nu.11.*

ADIRE hæreditatem, videtur filius, qui de-
84 bitum patris ſoluit,inde † Imperator Alexãder Seuerus,*in l.2.C.de iure delib.* dicit,cum debitum paternũ, te ſoluiſſe allegas, pro portione,hæreditaria agnouiſſe te hæreditatem defuncti non ambigitur, & voluit *Flaminius Chartarius in deciſion. Genuæ 32.nume.7.*

CONSIDERANDVM tamen fore arbitror iuſtum iudicẽ non ex omni actu hæreditatem dici aditam,cum videamus filium,ſepelliri facien-
85 do † patrẽ,& ei iuſta faciendo,id non fieri adeundi animo,ſed pietatis cauſa,*l.at ſi quis,§.plerique,ff.de religioſis, & ſumptib. Inn. in princ. l.pro hærede, in princ.vbi gloſſ.& Bartol ff.de acquir.hæred.*ſic ſi quis impenſas facit in defuncti infirmitate, quæ expen-
86 ſa † ſepulturæ æquiparatur, & eiſdem gaudet priuilegijs,vt per illũ *text.* dicit *Bald. in l.in reſtituenda,C.de petition.hæreditat.*quę omnia eleganter ponit cum alijs pluribus *Marc. Anton. Natta in conſ. 448.num.11.cum pluribus ſeqq.vol.2.* Dat conſilium
87 *Vlpianus in dicto §.plerique*, quòd hæc faciens † ad euitandam hæreditatis admixtionem, vel immixtionem,faciat proteſtationem, quam notat *Ioannes Baptiſta Aſinius,in dicto § plerique,n.3.& Nattam ſummoperè laudans,ſequitur Ioſephus Maſcardus de probationibus concluſ.44.nu.29. vſque ad nu.49. Paul.de Caſtro,in dicta l.pro hærede,nu.3.Sebaſtian. Medices de ſepulturis,par.1.q.21.nu.3.*

AVTHENTICAE. Hoc niſi debitor ſupra allegatæ, an ſit locus ſi debitor cum Iuramento illius beneficio renũciaret, ita quòd impediatur per iuramentum illius iuramento vti? Nam locus illius beneficio non eſt quando iuramentum fecit, & promiſit debitor dare pecũniam, & ſi illi authẽ-
88 ticæ renunciauerit,quaſi † illi renunciari nequeat? vt voluit *Alexa.in dicto conſ.37.incip. Viſo, & oportune, col.2.vol.2.* quem ſequitur *Ludou. Gozzadin. in conſ.27. num.27.* hanc opinionem tenuit etiam *Salycet. in dicta Auct.ſequuti Decius Curt. & Ripa, in dicto,§ mutui datio,vbi Præceptor meus Ioan.Bolo-*
89 *gnet. num.31.* & ità fuiſſe iudicatum † per ſacrum conſilium dicit *Vincentius de Franchis, in dicta deciſ.Neap.81.Surdus in deciſ.Mantuæ 30. numer.11. Cæſar Barzius in deciſ.Bononienſ.40.num.5.Thorus in compendio deciſ.Neap.verbo Renunciari.Antonin. Theſaurus,in deciſ.Pedemont.153.ſub nu.14.*

LIMITA tamen procedere, ſi poſt interpoſitum Iuramentum veniſſet caſus inopinatus,qui ab
90 ſtulit debitori potentiam ſoluendi in † pecunia,vt ſcribit *Ripa,in dicto,§.Ait prætor Benintend.in deciſ. Bononienſ.28.*

LO-

LOCVS vbi destinata solutio facta est, ibi
91 facienda, & † ibi contraxisse intelligitur, *l.contraxisse,ff.de Actionib. & obligat.l. is, qui,ff.de eo, quod certo loc.l.3.ff.de Bonis authorit.iudic.possidend.l.centum Capuæ,ff.de eo,quod cert. loco.Philipp.Decius in l.2.§.mutui datio,num.19.ff.si certum petatur.Marc. Mantuæ in singul.298.Octauia.Cachera. in decis.Pedemont.114. num.2.Marcus Ant. Bellon.in decis.Genuæ 105.num.3.* Et Decretum præfatum ex Ozaccho referens *Renatus Choppinus in consuetudin. Andagauens.lib.2.tit.3.sub num.10.vol.2.* dicit Parlamentum Parisiense 4.Iulij 1585. eodem modo arrestum fecisse. *Antonius Sola in decretis Sabaudiæ,in decreto,omnibus. Gloss. 1. numero 11.titul.de censuum solution.*

PRIMVM notabile in hac materia erit,quòd
92 quando deputatus est certus locus, & dies † solutioni faciendæ, & tam creditor, quàm debitor sunt diuersi fori,nec accedit creditor ad locum, in quo promissa est solutio, hoc casu, nec dies interpellat, nec debitor in mora constituitur. *Ex Bartolo in l.itẽ illa, versicul. eadem ratione,ff.de constitut. pecun. & arg.l.si in diem,in princip.ff.de cond. & demonst.* voluit *Iafredus Lanfranc.Balbus in decis.197.incip.dies solutionis,sed dictam l.si in diem,non allegauit Bartol. dicto loco,nec dicta l.si in diem,* probat, quod ipse dicit,sed allegauit *Bartol.in dicta l.Item illa,nu.3.5.l. quod in diem,ff. de solut.* sed facit ad istud notabile, quod dicit *Bartol.in dicta l.Item illa, num.11.versicul. Quæro pone quòd solutio, per text. in l. Arbiter calendis,ff. de Recept. Arbitr.* Super quibus est Decisum in sacro Consilio, cum ageretur inter actorem, qui habitabat Fogiæ, Reum,qui erat Neapoli, & solutio erat statuta in ciuitate Manfredoniæ, & vt reus posset dici, quod esset in mora constitu-
93 tus,probandum erat,quòd actor † in die destinatæ solutionis fuisset in loco, paratas recipere solutionem,vt concludit *Matth. de Afflict.in decis. Neapol.* 316.*num.*2.3. sed quod dicit *Afflictus*, antea dixerat *Alex.in cons.*172.*incip.Visis,& opportunè discussis,col.*2.*vers.ad idem facit, vol.*2. quod est duplicatum *in cons.*41.*vol.*4.*Ioan.Baptista Plotus in l.si quando,num.*182. *C.unde vi*, hoc idem optimè explicat *Ioacchim.Mynsinger.obseruat.*95.*cent.*3. *Iason, in* §. *autem,sub num.*16.*vers.circa istã succedit. Decius in cons.*596.*incip promisit Ant.vers.& secũdum ea, quæ proponuntur,num.*4.

AMPLIA, quòd si creditor, nec suus procu-
94 rator fuissent in loco solutionis destinatæ, vt † solutionem reciperent, & nihilominus debitor, non signasset, nec depositauerit cum protestatione, non idcirco aliquem errorem non commisit. *Franciscus Aretin.in cons.*163.*col.*3.*vers.in quo casu indubitanter*, quem sequitur *Ioan.Paul.Tholom.in decis.nouissim.Rom.*82.*non omitto alios vol.*3.

SECVNDVM notabile est, quòd qui promisit, & se obligauit soluere in certo loco, & non
95 soluit, potest vbiq; locorum conueniri, † etiam si ibidem forum non sortiatur. *Bald.Salycet. & Paul. de Castro, in l.1.ff. de eo, quod certo loco, Iason, in* §. *Plus autem,num.*27.*Inst. de Actionib. Gomesius Leo in decis.*98. *Hieronym. Magonius in loco suæ decision. Lucens.*78.*nu.*17. tenuit *post Nicolaum de Matarellis Bartol.in l.*1.*nu.*2.*ff.de eo, quod cert.loco, & in l.eum qui, ff.de Iudic.Fabius de Anna in cons.*54.*nu.*6.

TERTIVM notabile est, quòd non expresso
96 loco solutionis censetur destinata † in loco petitionis, *l.Quod legatur,ff.de iudic.l.fin.C.de condiction. Triticaria. Bartol.in dicta l.item illa, sub num.*13.*ff. de constitut. pecun.in l. Quod si Ephesi,in fin.ff.de eo quod cert.loc.Curt.Iun.in l.Hæres absens,* §.*proinde, de iudic. Marc.Ant.Bellon.in decis.Genuæ* 175.*num.* 18. Quod tanto plus procedit,quanto tractatur de
97 solutione † specierum, puta frumenti, vini, & olei, ac rerũ quæ consistunt in pondere,numero,& mensura, *vt in dicta l.quod legatur, dicta l.fin.ff. de condict. Triticar. & l.Vinum,ff.si certum petatur.*

QVARTVM notabile erit,quòd si locus celebrati contractus, est ille, in quo debitor promittens habet domicilium, quamquam alium locum destinauerit, poterit tamen conueniri in loco, vbi
98 contractus † est celebratus, nedum in loco solutionis destinatæ,*textus in l.Hæres absens,*§.*fin.* vbi hoc voluit *Bald.ff.de iudic.* & hoc est ratione domicilij,
99 pro quo fortitur forum, † pro vt in specie annotauit *Glossa in dicta l.Hæres absens,* §. *proinde, in verb. Debebit. Iason in dicto,*§.*plus autem,nu.*19.20. *vers. secundo limito. Capella Tholosan.in decis.*103. *incip. Item fuit quæsitum si aliquis*. Optimè *Ioan. Baptista Costa de remedijs subsidiarijs,præludio* 2.*nu.*12.

QVINTVM notabile est,quòd vbi deputatus est locus solutionis puta Mediolani, nec est ap-
100 positum † tempus,Illud declarabitur Iudicis Arbitrio esse opportunum, commensurando iter, vel si erit destinatus locus maritimus, puta Vrbs Venetiarum, considerabitur tunc iter terraneum, vel nauigatio maritima, quæ ventorum fortunæ exposita, dubium insurgit, potest enim modico temporis spacio Venetias peruenire, vel vi ventorum longiori tempore,ac diutius,itaq; ad Iudicem spectat illud decernere, *l.*2.§.*fin.ff.de iure deliberandi. Iacob.Menoch.de arbitrar.iudicum quæstionibus,libr.* 2.*casu* 232.*num.*... qui allegat *Bald. in l.acceptam, num.*2.*C.de vsuris*, qui loquitur tantum de loco,& non de tempore, sed *num.*13.*vers.sec.secundo quæro,*
101 loquitur de tẽpore dici, vel noctis, sed esse † tempus iudicis Arbitrio, ponit *Tiraquellus de Retractu consanguineorum,*§.2.*Gloss.*1.*num.*18.*Matth.de Afflictis,in c.*1.*nume.*21.*ex quibus causis feudum amittatur l.continuus*, §. *cum ita, ff. de verbor. obligatio. idem Menochius in dicto libro* 2.*centuria* 1.*casu* 2. *numero* 2.

SEXTVM notabile erit, quòd destinata solutione in loco certo,potest nihilominus debitor in alio loco conueniri, deducto tamen, quod sua in-
102 teresse in loco destinato solutionem non fieri, † licèt enim, non posset de Iure alibi peti summa debita,præter quam in loco destinatæ solutionis, nisi creditor docuerit ibidem non potuisse illã cõsequi, *text.cum gloss.in l.*1.*ff.de eo, quod certo loco.* Tamen

con-

concluſionem præfatam poſſe eo modo debitorem conuenire, vt voluit *Gloſſ. in l. 2. ff. eod. tit.* voluerũt. *Alex. Iaſon & alij. Doctores in l. Qui Romæ, in princip. ff. de Verb. oblig.* ſic concludit *Rota Romana apud D. Cardinal. Creſcentium, in deciſio. 2. numer.... ff. de ſolut.*

PARTEM debiti petens, non ex hoc confiteri cenſetur, quin ipſe habere non debeat, maio-
103 rem † quantitatem, puta in eo, qui cum decem habere à ſuo debitore deberet, quinque petierit, ſine periculo agit, in reliquum enim, nihilominus iudex aduerſarium ei condemnat *conſtitutione Diuæ memoriæ Zenonis Imperator inquit in §. ſin minus inſtit. de Actionib. Bart. in l. ſi quidem, nume. 3. C. de tranſa. poſt Gloſſ. in l. rationes C. de Probat. in verb. quantitatem,* & voluerunt *Angel. de Aretio, in dicto §. ſin minus, num. 1. vbi Iaſon numer. 2. Thom. Grammat. in deciſ. Neap. 68. num. 4. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 911. ſub nu. 3. verſ. Et primiſſa faciunt, vol. 2.* dicens habuiſſe quæſtionẽ de facto. *Ioan. Faber in dicto §. ſi minus, colu. 6. q. 1. verſ. Quid ſi actor,* & voluit *Guido Pape in deciſ. 177.* vbi dixit proce-
104 dere, etiam † ſi actor non fuerit in prima petitione proteſtatus de agendo ad reſiduum. *Ioann. Papon. Arreſtor. Curiæ, lib. 8. tit. 1. Arreſto. 1. Albertus Brunus in Tractat. de Monetis, limitatio. 4. ſub numero 4.*

DECLARA primò, ſecus eſſe, ſi petens, dum petijt, dixit quinq; tantum, vel ſolum modo, vel pro reſto, vel pro reſiduo petere tunc enim petere
105 non poſſent. † *Gloſſ. in dicta, l. rationes, in verb. quantitatem. Bartol. in dicta l. ſi quidem, num. 3. Guido Papæ in dicta deciſ. 177. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 273. ſub nu. 2. & in dicta deciſ. 911. nu. 4. vol. 2. Iafredus Lanfranc. Balbus in deciſ. 413. incip. Qui petijt.*

DECLARA ſecundò, inuito debitore, non poteſt creditor partem debiti petere, ſi ſe oppo-
106 nat debitor, dicens † volo quòd recipias ſolutionem totius debiti, ne moleſtes me in plura iudicia, hoc placuit *Guliel. de Cuneo,* quem ſequitur *Bartol. in l. in commodato, §. Duabus rebus, verſic. ſed dubium eſt, ff. commodat. arg. l. Non tamen. ff. de Procurat. l. planè, ff. Famil. herciſcund. l. 1. l. 2. ff. Quibus rebus apud eundem Iudi. eatur. l. Nec in plures, ff. de exercit. act. l. Quod ſi nolit, §. ſi plures, ff. de ædilit. edic.* faciunt *notata per Matth. de Afflict. in deciſ. Neap. 13. ſub nu. 21.*

DECLARA Tertiò eodem modo, ſed è conuerſo creditor non poteſt à debitore petere, vel recipere partem debiti, niſi quatenus obligatio, aut
107 ſaltim † ſolutio, actu diuiſa eſſet ab homine, vel à lege, *l. Tutor, §. Lucius, ff. de vſuris, l. quidam, ff. ſi cert. petat.* vt dicit *Ioan. Baptiſta Coſta de Facti ſcientia, & ignorantia, diſtinct. 20. num. 3. 4. centur. 1. & diſtinct. 63. num. 18. 19.* quibus in locis refert *Ioan. Baptiſt. Aſinium, in tractat. de execut. §. 7. cap. 161.* apud quem Coſta dicit eſſe recurrendum, quia
108 † inducit ad hanc concluſionem decem limitationes, ſed *Gaſpar Caballinus Milleloq. 264.* numerat eaſdem decem limitationes, apud quem nos lectores remittimus.

DECLARA quartò, quòd ſi pars reciperet à ſuo debitore partem ſimpliciter, & ſine proteſta-
109 tione, quia † ſibi præiudicaret *D. Peregrin. Fabius in deciſ. Nouiſſima Roman. 167. nu. 4. lib. 2. vol. 3. in deciſ. 155. nu. 3. lib. 3. vol. 3.*

MONETA, ex qua facienda eſt ſolutio, an attendi debeat, quæ currebat tempore contractus,
110 an quæ † currit tempore ſolutionis? quando facta eſſet illius mutatio? Multa de hac materia ſcripſi *in commentarijs de Regis Catholici præſtantia, cap....* Et Doctores plures plura ſcripſerunt, & omnes cum exemplis monetarum earundem Regionum eorum, quarum nomina confundunt, & legentium, & ſcribentium intellectus, idcirco nunc ſolum ſub nomine Monetæ dicam aliquas concluſiones neceſsarias, omittendo reliquas perquirendas apud eoſdem ſcriptores.

PRIMA concluſio erit, quòd ſi tractatur de ſolutione aliqua fieri ſolita à tempore immemorabili, & antiquiſſimo, nec conſtat de qua moneta,
111 cum † fuerint factæ annuæ ſolutiones de moneta currente vſuali illius regionis, nec actum fuerit de bonitate monetæ antiquioris, tunc ſiue mutentur monetæ, ſiue non mutentur, ſolutiones faciendæ erunt, vt currunt, & præſumitur facta conuentio, de ſoluendo monetam, ſicut currit tempore cuiuſlibet ſolutionis, & hoc per ſcripta *Baldi in l. ſi certis annis. ſub num. 8. 9. C. de pactis,* dum dicit, quòd ta-
112 lis præſumitur cauſa, † qualis per effectum demonſtratur, & qualis apparet ſolutio, talis præſumitur cõceſſio, *arg. l. cum de in rem verſo, ff. de vſur.* idem *Bald. in c. 1. de Feud. dat. in vic. leg. com.* qua authoritate motus *Alex. in conſ. 107. incip. In cauſa, & lite col. 1. verſicul. Et vbicunq; vol. 1.* dicens quòd vbicunq; apparet locationem eſse factam, & non conſtat de qua penſione, tunc in dubio præſuma-
113 tur ſub ea penſione, pro qua apparet ſolutũ † fuiſſe, & intelligi conceſſionem eſse factam pro penſione, & mercede, de qua apparet ex conſuetudine locatoris, *l. excepto C. locati, vbi Gloſſ. in verb. conſuetudinem,* dicit, de præſtandis penſionibus, quando certa merces non exprimitur, datur quantum ſolet ex conſuetudine vndè ex his *Felin. in c. cum Bertoldus, num. 40. de ſententia, & re iudicata,* dicit, quòd ſi eſt facta locatio, non expreſſa quan-
114 titate penſionis † intelligitur pro ea quantitate, de qua poſtea fuit ſolutum, probans ea, quæ dixerat *Bald. in dicta l. ſi certis annis,* dicit quòd talis prę
115 ſumitur † obligatio, qualis ex diuturna præſtatione, quem ſequitur *Martinus de Carrettis Nobiliſſimus de Ciuitate Laudenſi in tract. de Monetis, nu. 31. verſ. Noto vnum in quo conſului,* dicit quòd ſequens ſolutio continuata per annos, declarat qua-
116 litatem † monetæ dubiæ. Ex quibus Laudenſem ſequens, *Franciſc. Curtius iunior in l. cum quid, nu. 3. in verſ. Decimo tertio, & vltimo quero, ff. ſi cert. petatur,* dicit, ex Martino Laudenſe, quòd vbicunq;
117 dubium eſt, de qua pecunia † ſenſerint contrahentes,

hentes, & nihil dixerint, ista dubitatio subleuatur, & declaratur per solutiones præcedentes longo tẽpore, sequendo etiam *Angelum, & Felin. in locis, allegatis*, & ità per supradicta consuluit *supremum collegium Academiæ Papiensis, in cons. incip. casus sic in facto proponitur.*

SECVNDA conclusio est, solutionem faciendam esse, puta pro restitutione dotis, attento valore monetæ, quæ erat tempore contractus,
118 non autem tempore restitutionis, si medio tempore, fuisset diminutus, vel auctus illarum valor, vt ex multis iuribus, *c. olim, c. cũ Canonicis extra de censibus l. vxorem, §. testamento l. his verbis, in princip. l. nomen, §. 1. ff. de legat. 3. l. Aurelius Symphorianus, §. testamento, ff. de liber. legat.* quæ allegat voluit *Oldrad. in consil. 13. incip. cum quæstio esset, sub num. 2. in cons. 31. incip. Thema tale est. numer. 2.* vbi dicit habere locum in contractibus, & facit etiam *consil. 250. incip. factum tale est. Guido Papæ in decis. Delphinal. 493, incip. si fiat. Innocent. Hostiens. Ioan. Andreas Collectar. Bald. Henric. Bohic. Anto. de Butr. Ioan. de Imol, & Abbas Panor. in c. quanto de Iureiurand. Specul. in tit. de obligat. & solut. §. Nunc aliqua, sub num. 9. in fine*, vbi hoc dicit, si autem ex contra-
119 ctu debita esset pecunia, minorata secundum †æstimationem prioris fiet solutio, *extra de censibus, c. olim.* Idem sequitur ibidem *Ioan. Andreas*, referens *Azonem pro sua opinione*, videtur de mente *Ludoui. Romani in singular. 497. incip. text. est in l. si ita. Bartol. Bald. Alberic. Angel. & Raphael Comens. in l. Paulus, la 1. ff. de solut. Cyn. in l. in minorum, q. 9. versicul. Restat modò C. In quibus caus. in integrum restitutio, non est necess. Ioan. Faber in Auct. Hoc nisi debitor C. de solut. & in §. 1. Instit. Quib. mod. tollit. obligat. nn. 4. in fin*, dicit, Curiam Franciæ tenere quòd fiat so-
120 lutio secundum valorem † monetæ secundum tempus contractus, & sic habetur in ordinationibus Regijs latinis *tit. 40. §. 3.* vbi dicit esse spectandum tempus contractus *Andr. de Isernia* voluit *in c. 1. in verb. Monetarumq; compendia. Quæ sint Regal. Marian. Socin. Senior in cons. 6. inci. prædicta consultatio, col pen. vers. Quæritur quid iuris, vol. 1. Barthol. Socinus filius in cons. 298. incip. Profundamento, vol. 2. Franciscus Aretin. in cons. 11. incip. procedendum est, in cons. 111. incip. consideratis, col. 1. pract. Papiens. Forma libelli pro action. hypothec. in verb. Relaxandum iure pignoris, num. 3. Ant. Gabriel. commun. opinio. lib. 3. tit. de solutio. conclus. 1. num. 1. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 90. & in decis. 194. numer. 2. Ægid. Bossius in pract. tit. de Monetis, nume. 11. Guid. Papæ in decis. Delphinal. 493. Nicol. Boerius in decis. Burdegal. 327. numer. 3. Marc. Anto. Natta in consil. 302. num. 2. in cons. 454. num. 5. vol. 2. Ioan. Corasius Miscellan. libr. 3. cap. 13. nume. 5. Lælius Zanchus de priuilegijs Eccles. Priuileg. 126. in princip. D. Cardinal. Puteus in decis. 149. num. 1. vol. 2. Borguinus Caualcan. in decis. 16. siue 62. num. 41. parte 2. Andr. Tiraquell. de Retractu consanguineor. §. 1. Gloss. 18. numer. 26. Iacob. Cuiacius, in l. 1. C. de veteris numismat. potest, libr. 10. Franciscus Hotomanus quæst. Illustri. q. 24. Petrus Anton. Angussol. in consil. 37. num. 1. 3. in cons. 55. lib. 2. Ioannes Cephal. in cons. 13. numer. 8. vol. 1. Hieronym. Gabriel. in cons. 164. Guidus Pancirol. in cons. 186. numero 20. Petrus Benintendus in decis. Bononiens. 39. nu. 2. vers. contrariam Iacobus Menoch. in cons. 49. nu. 7. cum pluribus seqq. volu. 1. Gaspar Caballinus in Milleloq. 450.* vbi dicit, hanc opinionem tenere omnes Doctores veteres, & recentes, plures referens *Petr. Cenedo collectan. iuris Canonici, par. 2. collectan. 80. nu. 1. Francisc. Vinius opinion. communi. 503. incip. moneta. Nuncius Pelliccia in consuetudin. Auersæ, cap. 9. nu. 25. Gerardus Maynardus in decision. Tholosæ. 30. lib. 3. Ioann. Baptista Thorus, in Compendio decisionum Neapol. §. Valor Stephan. Ranchinus, & Iacobus Ferrerius ad dictam decision. Guidon. Pap. 493. Martinus Laudens. in dicto tract. de Monetis, sub nu. 21. versic. Vlterius quærendum est. Francisc. Curtius Iun. in dicta l. cum quid, nu. 31. vers. Decimo tertio, & vltimo. Ioannes Raynaudi, in tract. de Monetis, nu. 3. & 4. Alber. Brunus in tract. de Monetis, particul. 1. versicul. his præmissis, nu. 1.*

121 CONTRARIVM tenuerunt † *Ludouic. Roman. in cons. 123. & Dominic. de Sancto Geminian. in cons. 137.* Tamen contra *Menochium* scripsit *Anton. Sola in decretis Sabaudiæ, in decreto. Ex frequẽtibus, gloss. Vnica, nu. 89. tit. de pactis inter empt. & vendit. & contra eundem Menochi. & Gemin.* scribit *Alexander Raudensis Variar. resolut. lib. 1. cap. 64. nu. 7. 8. 9. & 10.* Et dicta conclusio supra posita est solidata per omnes Doctores Monetarios per sacrum Consilium Neapolitanum, accedente voto tredecim Iurisconsultorum Almi Collegij Neapolitani, Rotæ Romanæ *apud Cardinalem Puteum, Placito Regum, & Curiæ Regiæ Gallicanæ, Burdegal. Delphinalis, Tholosanæ, Bononiensis, totq; iuris consultorum in lecturis, in consilijs, & tractatibus*, ob quod in errorem incidere censerem si à tantorũ grauissimorum virorum cætu discederem.

TERTIA conclusio, quod si seruata conclusione præcedente, esset facienda solutio monetæ secundum valorem, attento tempore contractus, non autem solutionis, id intelligatur, si fuit
122 † monetarum mutatio intrinsecæ bonitatis *Bartol. & alij in dicta l. Paulus, ff. de solut. Abb. Panormit. in c. quanto, num. 12. vers. vlterius quæro, extra de iureiur. Petrus de Anchar. in clem. si beneficiorum, num. 7. 8. vers. secundo casu, de Decimis Iason, in l. 2. q. 36. numer. 91. C. de iure emphy. Albertus Brunus de Monetis parte 1. vers. His præmissis. Marian. Socin. Iunior in cons. 145. nume. 94. 95. vol. 1. Nicolaus Boerius in decis. Burdegal. 327. nume. 13. vers. secundus casus. Didac. Couar. de mutation. Monetæ, §. Vni-*
123 *co, nume. 2. vers. tertia conclusio.* Bonitas † autem Monetæ intrinseca consistit, in Materia, Pondere, & cursu. vt dicit *Martinus Laudens. de Monetis, q. 10. num. 10.* declarando, quòd materia aurea, vel argentea, Pondus, quòd nõ fit tanti ponderis, vt consueuit. In cursu, quia non currit, vt consueuit. quod confirmat, *Didacus in loco allegato, Petrus de Ancha-*

charan. in dicta Cle. ſi beneficiorum, numer. 8. Nicol. Boer. in dicta deciſion. 327. in loco relato. Marianus Iunior. in dicto conſ. 145. numer. 94. vol. 1. nouiſſimè *Fabius de Anna, in conſ. 54. nume. 9. verſ. octaua concluſio.*

QVARTA concluſio, ſi mutatio monetæ fieret in valore extrinſeco, ante moram, ſolutio fieri debet ſecundum valorem tempore ſolutionis.

124 † *ita Bartol. & alij in dicta l. Paulus. Didac. Couarru. in loco allegato, num. 3. 4. Fabius de Anna in*

125 *dicto conſ. 54. num. 10.* quæ autem dicatur † bonitas extrinſeca declarant *Didac. Ancharan. Boer. & Marian. Iun. in locis ſupra relatis.* & nouiſſimè *Henricus Hornmannus in diſputatione Monetarum, in princ.* dicens, extrinſeca, quæ conſiſtit in valore, & æſtimatione, pro qua expenditur, *l. 1. l. fin. C. de veteris Numiſmat. poteſt, libr. 11. l. 1. ff. de contrah. empt. DD. in cap. quanto, de iureiur and. Hæc Hornmannus.*

QVINTA concluſio, ſi mutatio monetæ facta fuit poſt moram debitoris, non ſoluentis in tē-

126 pore, tunc monetarum periculum vertitur in † debitorem ſeruata diſtinctione *Bartol. in dicta l. Paulus. Idem Couar. vbi ſupra, num. 3.* & qui hanc

127 mutationis Monetæ materiam † tractant *Franciſc. Aretin. in conſ. 84. Ioan. Anton. Rube. in conſil. 17. colum. 2. Marc. Anton. Natta in conſil. 302. & in conſil. 454. volum. 2. Ioan. Coraſ. Miſcellan. libr. 3. capitul. 13. numer. 5. Ioan. Cephalus in conſil. 31. volum. 1. Arius Pinellus, C. de Reſcind. Vend. in Rubric. capitulo 3. numero 21. Marian. Socin. Nepos in dicto conſil. 145. numero 95. 96. volum. 1. in conſil. 142. numero 6. volum. 2. in conſil. 101. volum. 3. Guid. Pape in deciſion. 493. Matth. de Afflict. in deciſion. 90. in deciſion. 194. Boer. in deciſion. 39.*

OBLATIO debiti non excuſat debitorem,

128 quando creditor erat paratus recipere † ad bonum computum, & quietare de acceptis. *D. Ioan. Paulus Tholomeus in deciſ. Nouiſſima Roman. 975. nu. 1. lib. 3. vol. 3.*

EPISCOPVS ſucceſſor, an teneatur ad debita contracta per epiſcopū prædeceſſorem, in caſibus neceſſitatis perſonæillius, quòd ſic pro ſub-

129 ſtentatione † prælati. voluit *Abb. Panormitan. in c. per tuas, numer. 2. verſic. nota vna licitam, extr. de Donation.* pro ſuſtentatione, & alimentis. voluit *Ioan. Andr. in c. ex præſentium.* vbi idem tenet *Abb.*

130 *Panormit. num. 4. 5.* vbi dicit, teneri ſucceſſorem † ad debita contracta per prædeceſſorem pro neceſſitate Eccleſiæ, pro neceſſitate propriæ perſonæ, pro alimentis, & pro infirmitate. faciunt notata *per Ioan. Petr. Surdum de Alimentis, titul. 8. q. 54. num. 7. cum pluribus ſequen.* Vndè pro Epiſcopo Zamorenſi, qui ſteterat carceratus, pro Doctore, qui

131 præſtiterat † ei patrocinium, & pecuniam mutuauerat, & ad Salarium, quod eis, qui ſeruitia illis præſtiterant, Rota ſucceſſorem condemnauit, vt eſt *apud D. Cardinalem Puteum in deciſ. 43. nu. 1. lib. 2. vol. 3.*

QVIETATIONIS inſtrumentum facere

132 tenetur creditori, qui illi debitum perſoluit. vt per iura, quę allegat, voluit *Guido Papæ in deciſion. Delphinal. 417. nu. 2.*

PROCVRATORI ſpeciale mandatum

133 habenti facienda † ſolutio eſt, *vt l. qui hominem, §. ſi nullo, ff. de ſolut. Guido Papæ in deciſ. Delphinal. 526. in fin.* Facienda eſt enim inueſtigatio, an per-

134 ſona, cui eſt faciēda ſolutio, ſit legitima † *l. ſi quis ſeruo, vbi Angel. num. 1. ff. de ſolut. Bald. in l. inuito C. de ſolution. Garſias Maſtrillus in deciſione Siciliæ 31. num. 3.*

TRES ſolutiones continuatæ factæ, præſumptionem faciunt, quòd aliæ ſolutiones antecedentis

135 temporis factæ † fuerint, niſi contrarium probatum fuerit, *l. quicunq; vbi Bartol. & alij C. de Apoch. pub. lib. 10. Gloſſ. in l. 2. in verb. repellere C. de iure Emphyt. vbi Salycet. col. 2. Iaſon, nu. 135. Alex. in conſ. 105. incip. Magnificè Prætor. col. 2. verſ. contrariū iſtud principale, vol. 3.* ſequitur *Rota in Nouis in deci. 304. incip. lex quicunq;* quam dicit habere locum in debitore tributario, & Emphiteuticario. *Ioan. And. in c. literæ, circa medium, vbi Bald. col. fin. de Dilation. Philipp. Decius in l. ſi certis annis, numero 6. C. de pact. Petrus Rauen. in ſingulis 22. incipit. Qui oſtendit, Capella Tholoſana in diſtinctione 235. incip. item fuit quæſitum, ſi aliquis. Iaſon. in l. 1. nume. 30. ff. de offic. eius Franciſc. de Crema. in Singul. 78. incip. Tuſcis, quod es tributarius. Anton. Gabriel. commun. opin. titul. de Præſumpt. concluſ. 11. Petrus Duennas in Regul. 54. nume. 1. Aurelius Corbulus de iure Emphiteutico, cauſa priuationis, 15. quæſt. 4. nume. 2. Iacobus Menocch. de præſumptionibus, lib. 3. præſumption. 139. Gaſpar Caballin. in Milleloq. 229. Anton. Gomez in l. Tauri 68. numero quinto, Hierony. Gigas de Penſionibus, quæſt. 81. Ioſephus Maſcardus de probationibus, concluſ. 1326. nume. 1. Maſuer. in Pract. titul. de ſolutionibus, nume. 7. verſic. Item probato, quòd emphyteota,* alios allegans *Bernard. Alfon. Collectan. 945. Petrus Cenedo Collectan. Iuris Canonici, 144. numero 66. parte ſecunda. Franciſcus Lucanus de Parma, in tract at. de Fiſc. parte 4. quæſt. 9. Ioan. de Antonio, in Problemat. 46. incipien. Hic caſus, & in Comment. 99. incip. Dixi Nicol. Feſtaſius in tractatu de æſtimo. parte 1. cap. 2. incip. ſexta. occurrit, num. 54.*

LIMITATIONEM vnam notabilem, & neceſſariam memoro, quòd Apocha non ſit facta vna vice pro tribus, ſed ſit facta in tribus annis, ſeu

136 tribus † vicibus, ſiue ſemeſtribus, pro vt deſtinata fuerit ſolutio, ita voluit *Cynus in l. 2.* vbi hoc voluit *Bald. numer. 2. Corneus C. de Dotis promiſſ. Bart. in l. eum qui, ff. de Annuis legat. Hieronym. Gigas in dicta, quæſt. 81. n. 2. Petrus Follerius in pract. cenſual. in verb. Huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, numero 91. Stephan. Aufrer, ad Capell. Tholoſan. in dicta deciſione 235. Antonius Gabriel. in dicta concluſio. 11. numero 13. Duen. Regul. 54. numero 3. Ioannes Franciſcus Balb. de Præſcription. 1. parte, principal. q. 10. nu. 26.*

137 hanc limitationem † ſemper menti tenendam di-

cit *Iacobin. de Sancto Georgio, in l. Non eſt neceſſe, nu. 3. ff. de Probat. Maſcardus in dicta concluſion. 1326. num. 7. Duennas in dicta Regul. 54. num. 3. limitat. 1. Maſuer. in dicto nu. 7.*

NOMEN debitoris dans in ſolutum ſuo cre-
138 ditori volenti, liberatus dicitur † debitor *ex Bald. in l. Menia, ff. de ſolut. DD. in l. ſingularia, ff. ſi cert. petat. Ioan. Guttierez de contractibus iuratis, cap. 63. nu. 9. part. 2. tomo 3.* quos refert, & ſequitur *Stephan. Gratian. in deciſ. Marchiæ 117. nu. 1.*

139 NOVATIO vim habet †ſolutionis, *l. ſi rem, § fin. ff. de Novation. Alexand. in l. ſi diuortio nu. 3. ff. de verb. obligat.* & acceptilatio ſimiliter, *vt in l. ſi ex*
140 *pluribus, ff. de Acceptil.* Et ideo cenſetur †liberatus ipſe principalis, *l. & per iuſiurandum, §. ſi fideiuſſori, ff. de Acceptilat.* Quo liberato principali, in con-
141 ſequentiam, † & fideiuſſor liberatus erit, *l. fideiuſſor obligari, in princip. ff. de Fideiuſſor. Alexan. in dicta l. ſi diuortio, nu. 3.* Quia fideiuſſorum acceſſoria obligatio ſubmota eſt, ſublata principali obligatione, cum non poſſit ſtare ſine principali, §. *fideiuſſor. §. fideiuſſores. Inſt. de Fideiuſſorib. l. cū principalis, ff. de Regul. iurts.* iuxta tradita *per Franciſc. Marc. in deciſ 538. nu. 4. vol. 1.*

EVICTIO ante ſolutum per emptorem vē-
ditori præcium, Tertius tamen litem intentando
142 † propoſuit, empta re pro docatis puta quadringentis, lis mota pro ducentis, an emptor ex hac lite precium retineat, vel cogatur præcium ſolucre præſtando euictionis fideiuſſionem, & an iſto caſu debeat pro omnibus, an pro illo ſolo, qui litem intentauit ? *Vincentius de Franchis in deciſ. Neapoli. 555.* recitauit dicta Doctorū, quæ recitatio eſt confuſa, quia id quod ſcribo ad alium finem non tendit, niſi, vt lectores ſciant in iudicando, quæ opinio fuit communis habita, vt ſciant iudicare, quæ ſit eligenda; itaq; in propoſita dubitatione, perfecta venditione, habita fide de pretio, mota, vt ſupra, lite de medietate, vel parte, ſtante imminentia euictionis præcium dandum venditori per em-
143 ptorem non † debet, niſi data fideiuſſione. ità dicit *Papinianus in l. Habitationum, §. final. ff. de pericul. & commod. rei vendit. e, l. ſi poſt perfectam, C. de euictionib.* Sed an fideiuſſio danda ſit pro tota ven-
144 ditione, & emptione, an verò pro † illa quantitate, pro qua lis fuit mota. Breuiter aliqui Doctores tenuerunt, pro omni, & tota re, & quantitate euictionis debere venditorem præſtare fideiuſſionem. *Accurſius, in gloſ. in dicta l. poſt perfectam,* quia
145 poſtquam dixerat fideiuſſionem † dandam pro lite mota tantum, retulit contrariam, in qua reſidet. Et iſtam opinionem, quòd pro omni euictione præſtari debeat fideiuſſio. *in dicta l. ſi poſt perfectam* voluerunt *Cynus, Albericus de Roſate, Dynus, Bartol. Bald. Salycet. Rapha. Fulgoſ. & Iacobus de Aren. in l. Habitationum, §. fin. ff. de Pericul. & commod. rei vend. idem Bartol. in dicta l. Habitationum, §. fin. & in l. 1. §. ſtipulationum, ff. de Prætor. ſtipul. Alberic. in l. fin. ff. de Reſcin. vend. & ibidem Angel.* & voluerūt *Ioan. Andr. in c. fin. vbi Imola & Anto. Burgoſ. de emption. & vend. n. 15. in fin. Ioan. Antonius Rubeus Ale Alexādrinus, in l. non ſolū, §. morte, n. 463. ff. de oper. noui nunciat. Ioan. Andr. in addition. Specul. in tit. de empt. & vend. §. 1. col. 1. Fabianus de Mōte Sancti Sabini, in tract. de emption. & vendit. q. 6. q. 12. n. 5. Cæſar Vrſil. in deciſ. 171. nu. 4. Angel. de Aretio, in §. fin. inſt. de ſuſpect. tutor Paul. de Caſtr. in conſ. 46. incip. ſuper eo. col. 2. vol. 1. Ludouic. Roman. in conſ. 204. incip. pro diſcutienda, n. 9. verſ. ſecundo idē probatur. Thom. Gram. in conſ. 106. Hierony. Gratus, in conſ. 135. in fin. vol. 2. Roffred. Beneuent. in tract. de libell. part. 4. titul. de action. ex ſtipulat.* quæ interponitur pro vitio, vel morbo, ſeu euictione, quando aliqua res venditur *Antoni. Negusant. de Pignorib. Membro 1. quint. part. num. 28. in fin. Proſper Carauit. in Ritu 173. Gaſpar Gaballin. de euictionibus, §. 2. nu. 12. ipſe Vincent. de Franchis licet inuolutè in dicta deciſ. Neapol. 555.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum. *Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fintzan. 4. in fin. par. 1. Surdus in conſ. 36. ſub nu. 14. vol. 1. & in deciſ. Mantuæ, 295. ſub num. 9. Laurentius Tenminus Rodulphus in Tracta. Cautelar. Cautela 60. Petr. Neigius quæſt. iuris, q. 36. num. 58. cum alijs eleganter, & doctè adductis per Anton. Heringium de fideiuſſoribus, cap. 10. nu. .... vſq; ad nu. 247.*

CONTRARIVM, quòd immo ſufficiat
146 dari fideiuſſionem ſolum pro ea parte, qua eſt † lis mota, quam opinionem firmarunt *Iacobus Butrigarius, Rayncrius de Forliuio, Salycet. & Imol. in dicta l. ſi poſt perfectam, vbi Salycet. ſibi contrarius. Bald. in l. Non idcirco, C. de contrah. emptio. Fulgoſ. in dicta l. Habitationum, § fin. ſibi contrarius. Ioan. Anton. Rubeus, in dicta l. Non ſolum, §. morte, nu. 453. ff. de oper. Noui nunciation.*

PRIMA Tamen opinio eſt communiſſima, & tenenda in iudicando, & eſt rationabilior, quia & ſi venditor præſtaret fideiuſſionē pro ea parte, qua eſt
147 lis mota, tamen, quia † poſſet moueri poſt modū alia lis, ac iterum venditorem moleſtijs affici. & tamen carere lite pars eſt beatæ mortalis vitæ melior, *de qua Martialis, lib. 10. Epigram. 47. ait*

Vitam, quæ faciunt Beatiorem,
Iucundiſſimè Martialis, hæc ſunt
Res non parta labore, ſed relicta:
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquàm, toga rara, mens quieta.

quia vſucapio, vti finis litium approbata, *l. fin. ff. pro ſuo.* Cui vſucapioni ſolicitudinis finem dedit *Cicero, in Orat. pro Cecina.*

FALLACIÆ tamen multæ ſunt ex parte emptorum, quibus rei emptæ precij ſoluendi eſt fides habita, & dum ſolutionis tempora inſtant, amicos ſupponunt, qui litem ſuper empta re introducant, vel ſolutionis tempus longius protrahat, quibus
148 verſutijs nonnullæ medelę † traditę *apud Marian. Socin. ſiue Barth. in cōſ. 208. incip. Viſis actis, col. vltim. verſ. ſecunda defenſio. vol. 2. Ioa. Neuizanū in conſ. 37. nu. 15. 16. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 171. Antonin. Theſaur. in deciſ. Pedemont. 85. Iacob. Menoch. de arbitrar. iud ic. quæſtionib. lib. 2. cent. 3. caſu 224.*

Vin-

Vincent. Carrocium. Casu, siue decision. 96. per totum Antonium Heringium de Fideiussoribus, cap. 10. nu. 248. cum alijs seqq.

ARGVMENTVM.

Tributum vectigal, collecta, & annona sunt synonima, tributum datur pro militum annona, debetur à rebus, & prędijs, collecta imponitur ab Imperatore, & ab eo, qui superiorem non recognoscit, imponitur personis pro rebus. ius vectigalium est de magno Imperio, ab inferiore imponi non potest, pro quibus conductores debent cauere. subditi soluunt collectas, non forenses, licèt hodie contrarium obseruetur. Clerici non tenentur ad collectas, nisi pro refectione Pontiũ, & viarum, immunes sunt à collectis pro bonis patrimonialibus. Colonus, vsufructuarius, Personarius tenentur ad collectas, ecclesia tenetur ad onera realia imposita ante acquisitionem rei, similiter pro censu debetur, & alia pulchra.

SVMMARIVM.

1 *Tributum quid sit, ex Varrone?*
2 *Tributum ex Liuio, & Festo Pompeio.*
3 *Tributa plura.*
4 *Tributa olim in capite imponi solebant.*
5 *Tributum à Tribuendo dictum putat Suidas.*
6 *Tributum à Tributus, vel tribus à tribuli.*
7 *Tributum vnicuiq; capiti ponebatur, & per Seruiũ Tullum Regem adinuentum. Quamuis in scriptura Sacra pluries de Tributo fit mentio.*
8 *Capitatio fuit illa prima Tributi species.*
9 *Non fuit Augustus primus Tributi inuentor.*
10 *Maiores nostri bella gesserunt, bellis fatigati, pacem petentes, Tributum obtulerunt, Tributum pacis est, nos Tributum pendimus, ne bella patiamur, pulcrè ex Orosio.*
11 *Tributum à DEO ordinatur in Deuteronom.*
12 *Dauid Moabitas victos seruauit sub Tributo, cui etiam Syria seruiuit sub tributo, nu. 13.*
13 *Dauid posuit Aduram super tributa, & Salomon Ieroboan, nu. 14.*
15 *Salmanasar Assyriorum Rex ob non solutionem tributi, bellum mouit contra Oseam Regem, ipsumque expugnauit.*
16 *Laudantur Romani, quòd obtinuissent Galatas, & duxissent sub tributo.*
17 *Apostoli documentum, pendi tote tributum vectigal, atq; omnem collationem æquo animo.*
18 *Sinonima quodammodo sunt, tributum, vectigal collecta, & annona.*
19 *Tributum, an sit solutio, quæ datur pro annona Militum, & equorum?*
Tributa, an dentur in pecunijs?
Annona, an detur in speciebus, puta frumento, vino, blado, & similibus?
20 *Tributum, an sit in Auro, Argento, ære, & quicquid Principi datur, etiã agrorum tributũ ex Accursio.*
21 *Capitationis tributum pro masculo vnus integer aureus, pro fœmina medius ex Pyleo.*
22 *Tributa, vt subditi defendantur dantur Principibus, qui eos defendant ab incursibus Hostium.*
23 *Proprium Principis est patriam eueri contra aduersarios.*
24 *Rex redditus Regni habet, vt illos custodiat, & omnes violentias, & latrocinia emendet.*
25 *Tributum capitibus, vectigal prædijs, & rebus imponitur.*
26 *Vectigalis nomen vniuersalius est, quam tributum?*
27 *Imponi Vectigal non potest, supremis Principibus in consultis, nn. 50. 51. 52. 53.*
28 *Campus Stellates, & ager Campanus ad Reipublicæ subsidia relictus.*
Collectarum nomine, quid veniat?
29 *Quo in loco author scripserit commentarios ad Titulum, quæ sint Regalia in feudis.*
30 *Collationem appellauit collectam Budæus.*
31 *Ordinaria collecta, quæ datur? nu. 37.*
32 *Ordinariã collectã imponit Imperator, Rex, Princeps, & Respublica superiorem non recognoscentes.*
33 *Extraordinaria collecta, siue munus appellatur illud, quod per accidens superuenit, & variatur, & imponitur similiter per Principem, & est de Regalibus, nu. 34.*
34 *Collectæ ciuitatum sunt munera extraordinaria.*
35 *Superindictum, an dicatur, quod imponitur ob bellum ex improuiso imminens, nu. 36. 37.*
37 *Quod imponit Rex pro suo fœlici aduentu, vel proconsulis, & legati, quo modo appelletur?*
38 *Duces, Marchiones, Comites, & Barones, ciuitatum, oppidorum castrorum, ac villarum, an imponant collectas. Declara nu. 39. 40. 41. 42. 43.*
44 *Ciuitates, castra, oppida, & villæ, quæ habent Dominos, & superiores, an imponant sibi collectas necessarias, vel alias. Declara. nu. 45. 46. 47.*
47 *Octaua pars eius, quod vehitur est vectigal, quæ soluitur Fisco ab omni persona, milite, vel pagano.*
48 *Collectæ imponuntur personis pro rebus.*
49 *Bona Italica, an sint tributaria.*
50 *Vectigalium ius est de magno Imperio, ob quod inferior à principe illa imponere non potest. Declara. nu. 51. 52. 54. 55.*
53 *Gabellæ, & nouæ datia imponi an possint inconsultis Principibus.*
54 *Vectigal Myris Regis Aegyptiorum magni valoris ad vsum vxoris, mirandum. nu. 55.*
56 *Conducens vectigal si licitando maiorẽ offerat quantitatem vltra solitum, an, & quomodo admittatur? nu. 57. 58. 59. 60.*
58 *Publicanorum temeritas, & quomodo appellentur? nu. 59. 60.*
61 *Collecta per æs, & librã indicenda est illi, qui subditus est quoad originẽ, vel domicilĩ, vel incolatum.*

63 *Forenſis, an teneatur ad collectas pro rebus, quas habet in alieno territorio, nu.64.65.66.67. 68.69. & 70.*
68 *Poſſidens fundum, debet ſoluere collectam.*
70 *Auctor indicaſset contra Menochij conſilium.*
71 *Clerici, an teneantur ad ſolutionem collectarum, numero 72.*
73 *Clerici, an teneantur ad ſolutionem collectarum, pro refectione pontium, & viarum? nu.74.*
75 *Clerici pro bonis patrimonialibus, an teneantur ad collectas? quid de iure ciuili, quid pontificio, nu.76. & 78.*
77 *In Gallia, clerici coniugati, an cogantur ad collectas?*
79 *In Regno Neapolitano, quo ad clericos quid prouiderit Rex Carolus Secundus?*
80 *Clerici pro bonis emptis, & aliunde quæſitis, an teneantur ad collectas cum laicis? Declara, nume.81. 82.83. & 84.*
85 *Colonus, an teneatur ad ſolutionem collectarum, vel dominus, & quo modo? declara, nu.86.87.88.*
89 *Vſufructuarius, ad collectas, an teneatur? Declara, num.90.*
91 *Cataſtrum, quod dicitur? nume.92. & 93. quid æſtimum?*
94 *Bona poſita in cataſtro, ſiue libro æſtimi, an pro collectis hypothecata ſint?*
95 *Penſionarius beneficiorum, num teneatur ad collectas?*
96 *Eccleſia, an quando ad collectas teneatur? 97.98.*
99 *Pro annuo cenſu, an ſit ſoluenda collecta?*
100 *Collectam indictam per Regem, mandantem ſibi dari per omnes debetur?*
101 *Nobilis exercens ſe in operibus ruſticis in proprijs prædijs ruralibus, an cogantur ſoluere ruſticorum collectas? nu.102.*
103 *Clerici primæ tonſuræ, Grammaticæ attendentes, an dicantur clericaliter viuere, & ad collectas teneantur.*
104 *Vxor nobilis nupta viro ignobili, an ſoluat collectas ignobilium? nu.105.*
106 *Conſiliarij Regij, ſiue Senatores, an teneantur ſoluere collectas cum plebeis, nu.107.108.109. 110.111. 112.113.114.*
115 *Quid in Gallia.*
Regiæ collectæ, quæ ſint præſertim, quas Regnum Neapolitanum dat Regi?
116 *Focagia, an ſint collectæ?*
117 *Cenſere, eſt numerare, & cenſus eſt numeratio, cenſus primus Romæ fuit actus à Seruio Tullo Rege.*
118 *Cenſorum origo Romæ quando, modicis initijs, demum ſummum faſtigium egreſſa, nu.119.*
Primi cenſores Romæ, qui, & quando creati?
120 *Cenſus, ſeu prima Romæ numeratio facta inuenta fuerunt puberum Romanorum, Trecenta triginta millia.*
121 *Singulis quinque annis, fuit factus cenſus, ſeu numeratio, & illud annorum ſpatium fuit luſtrum appellatum.*
122 *Hæc numeratio, quæ fiebat apud Romanos, dici poterat capitatio.*
123 *Numeratio in Regno fit ſingulis viginti quinque annis, vel dum Regi placet.*
124 *Focularijs deficientibus, an deficiat collecta. nu.125. & 126.*
127 *Cenſuarius, qui percipit cenſum à Domino, qui illud vendidit, an teneatur ad collectas? nu.128.*
128 *Collectas ſoluere pertinet ad poſſeſſorem.*

TITVLVS DECIMVS QVINTVS.

De Tributis, collectis, ac vectigalibus.

MVNDI Totius gubernatio, illius totalis afflictio, ex his materijs, de quibus hic dicemus, dependet. Itaq; ambigere poſſumus quo pacto in eodem ſubiecto duo contraria exiſtunt? Ex munerum, Tributorum, & collectarum ſolutione populi affliguntur, illorum ſolutiones mundi Principibus deſeruiunt, non ſolum quia illis ad bella cum hoſtibus deſeruiunt ad illos profligandos, ſed ad ſuos in pace ſeruandos.

1 TRIBVTVM, inquit *Varro lib.1.* erat † pecunia populo imperata, quæ tributim à ſingulis pro portione cēſus exigebatur. Inde Triginta quinque Tribus vrbe diuiſa, à Tributo illis in dicto Tri-
2 bus appellatas † dicit *Liuius libr.* 1. verum *Feſtus*
3 *Pompeius* in tria genera Tributa diuiſit † vnum, quod in capita, ſecundum quod ex cenſu collatum fuit; Tertium, quod extra ordinem imperatum, quæ à Seruio Tullo Rege in vrbe ordinata fuere.
4 Antea enim Tributum †in capita conferri ſolitum fuit, vt cum Regi pecunia opus eſſet, æquo onere, & pauperes, & diuites præmebantur, vt eſt author *Dionyſius Halicarnaſſeus in Seruij Tulli Regis vita. Varro* autem non à Tributo Tribus, ſed Tributum
5 à Tribubus † dictum putat. Sed ex Pomponio *Vlpianus in l. Ager. 27. §. ſtipendium, ff. de verb. ſignificat.* Et ſane (inquit) appellatur ab intributione Tributum, vel ex eo, quòd Militibus tribuatur. Quod autem dicit *Iaſon in l. placet, num.6.9. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* dicens, quòd munus merè reale appel
6 latur Tibutum, † & quòd propriè tributum largè dicitur, quicquid tribuitur, propriè tamen ſtrictè, dicitur illud, quod tribuitur Principi. Dicendum aliter intelligi debere, quia, vt diximus *ex Feſto Pompeio*, cum prima Tributi ſpecies fuerit in capitatio, & nō fuit merè realis, ſed tantum merè per-
7 ſonalis, quia vnicuiq; capiti † pauperi, quàm ęquè diuiti imponebatur, & militibus tribuebatur. Et vt videmus fuit Tributum adinuentum apud Seruium Tullum Regem, & antequam vrbs in Rempublicam redigeretur, & antequam Orbis dominium in vnum Principem redigeretur, quia appa-
ret pluries in ſcriptura Sacra. Quod quod poſtmodum reductum fuit ad cenſum, & eſt ſecunda
8 ſpecies, & illa prima † fuit appellata capitatio, vt habetur *in l. ætatem, ff. de cenſibus, l. fin. ff. eo. titul. gloſ. in Rub. C. de anno. & tribut. libro decimo*, & voluit *Bartol. in l. vnica de Mulierib. & in*

quo

quo loco, nu. 21. 22. *lib.* 10. quem sequitur *Ioannes de Amicis in cons.* 8. *num.* 52. quo in loco dicit, Tribu-
9 tum primitus inductum † ab Augusto quod non est verum, quia non fuit ipse primus, sed postmodum ab ipso fuit prosequutum. quem fuit sequutus *Nicolaus Festasius de Aestimo, cap.* 1. *nu.* 7. 8. 9. contra quos latius diximus *in Cõmentarijs de Feudis, & titulis dignitatum, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 454. *cum pluribus seqq.* Sed cum Romani deuincere ceperũt populos, in subiectionis notas, subiectionis causa,
10 Tributo sunt usi, † de quo *Paulus Orosius, lib.* 5. *in princip.* vbi ait, Bella maiores nostri gesserunt, bellis fatigati pacem petentes, tributum obtulerunt. Tributum pacis est, nos tributum pendimus, ne bella patiamur, ac per hæc in portum, ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempestatibus confugerunt, Nos constitimus.

TRIBVTI Fit mentio in scriptura Sacra, nam præceptum Domini fuit *Deuteronomij, cap.* 26. Si quando accesseris (inquit) ad expugnandam
11 ciuitatem, offeres ei primum † pacem, si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est saluabitur, & seruiet tibi sub Tributo. Hinc Dauit seruans præceptum Domini, vicit Moabitas,
12 & illos seruauit † sub Tributo, vt habetur 2. *Regum, cap.* 8. vbi simili modo vicit Dauid de Syria viginti millia virorum, & posuit præsidia Dama-
13 sci, factaque est Syria Dauid seruiens † sub Tributo. Post modum Dauid posuit Aduram super Tributa. vt patet. 2. *Regum, capitulo* 20. *&* 3. *Regum,*
14 *capitulo* 4. & à Salomone fuit † constitutus Ieroboam super Tributa, vt scriptum est. 3. *Regum, capitul.* 11. Hinc videmus quòd Salmanasar Rex Assyriorum contra Oseam Regem Israel, cum
15 exercitu venit, quia solitum Tributum † illi more solito dare noluerat, bellum nouit, & captiuos asportauit. vt patet 4. *Regum, capit.* 17. *cap.* 18. *&* 4. *Esdræ, cap.* 13. de quibus plura dixi *in commentarijs de Regis Catholici Præstantia, cap.....nu.....* Laudãtur ijdem Romani, quòd obtinuerant Galatas, &
16 & duxerant † sub tributum, & habetur, *lib.* 1. *Macchab. cap.* 8. & Apostoli reuereri Reges dum dixissent, & illorum Magistratus honorari subiungit *Clemens Romanus constitutionum Apostolicarum, lib.*
17 7. *cap.* 17. His penditote Tributum † vectigal, atque omnem collationem grato animo.

SINONIMA quodam modo videntur Tributa, vectigalia, & collecta, & Annonæ, sic simul omnia cõmiscuit Artaxerses Persarum Rex, dum
18 Esdræ, sacerdoti, scribæ legis † DEI cæli doctissimo, inter cætera mandat ministris, vt vectigal, Tributum, & Annonam non ponant super illos. *Esdræ* 1. *cap.* 7.

PLVRES dat Accursius expositiones Tributo *in Rubric. C. de Annonis, & Tributis, lib.* 10. quòd
19 † Tributum sit solutio, quæ datur pro annona Militum, & Equorũ. Vel Tributa dantur in pecũnijs.
20 Annona verò † in speciebus, puta frumento, vino blado, & similibus. Tributum in Auro, Argento, & ære, & quicquid specialiter Principi datur. Et etiã agrorum Tributum, allegat, *l.* 1. *C. eod. tit.* quæ non loquitur de Tributo, sed de Annona: A cuius præstatione quædam loca erant immunia, *l.* 1. *l. fin. ff. censib. l. de his, C. de Episc. & cleric.* Sed Pyleo dicit,
21 capitationis Tributum pro Masculo † vnus integer Aureus, pro fœmina medius, vt dicit *Accursius per l. fin. C. de Annon, & Trib. lib.* 10. Tributa insu-
22 per dantur, vt ab incursibus hostium, † quibus illa Principibus dantur, vt subditi defendantur. *c. Tributum* 23. *q.* 8. quia frustra darentur, nisi debitam defensionem impenderẽt, *c. Non mecchaberis* 32. *q.* 6. aliàs dari non debere dicebat *Lucas de Pen. in l. si diuina, col. fin. C. de exactorib. Tribut. libr.* 10. Pro-
23 prium namq; Principis patriam † contra aduersarios tueri. *vt ex D. Ambrosio* dicitur *in cap. fortitudo* 23. *q.* 3. *c. vt pridem* 23. *q.* 8. *Andr. de Isernia, in Regni Const. si damna Clandestina, col.* 2. *versicul. quia præsumitur, post D. Thom. de Aquin. in secunda secundæ q.* 63. qui dicit, quòd Rex habet redditus Re-
24 gni, & ideo tenetur † ad custodiam, & quòd omnes violentias, & Regni latrocinia debet emendare. *Idem Andr. in Regni Const. Penã eorum, col. fin. Luc. de Pen. in l.* 1. *col.* 7. *vers. & breuiter casus est. C. vt rustican. ad nulla obseq. lib.* 11. *Paris de Puteo in trac. de re militari, lib.* 7. *Aluarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ, lib.* 2. *ca.* 13. *Antoni. Borrini, de seruitijs Vasallor. part.* 3. *capit.* 6. Plura concernentia hanc materiam sunt *in cons.* 1. *num.* 141. *centur.* 2. *& latius de Feudis, & Titulis dignitatum, lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 454. *cum multis seqq.*

VECTIGAL est similiter de synonimis. *Accursius* etenim similiter assignat inter vectigal, & Tributum differentiam, dicens Tributum capiti-
25 bus, † vectigal prædio imponi, & rebus, *in l.* 2. *§. si quid publici, ff. de hæreditat. & action. vendit.* & idem patet *in l. lex vectigali, ff. de pignorib.* Sed Tributa, & vectigalia deberi à rebus, & prædijs, vult *Placentinus in summa Codic. lib.* 4. *c.* 61. datur rebus Tributum, *l. Imperatores, ff. de publicanis Frãcisc. Aretin. in cons.* 104. *col.* 1. & cum vectigal à vehendo dicatur, vt inde mobilia tantum venire quis credat, tamen intelligitur, vt cum agrorum, & prædiorũ fructus vehantur, non autẽ agri, vel prædia, rectè proindè dici põt vectigal à vehendo à fructu, non ab agro, vel prædio. vectigalis itaq; nomẽ vniuersalius est,
26 quàm † Tributũ, vti habemus à toto Titulo de vectigalibus, & commissis. Imponi autẽ vectigal in-
27 consultis supremis Principibus, non potest, † vt plenè traditum est *apud Guidonem Pape in decision. Delphin.* 197. *nu.* 1. *optime Marcus Mantua Dialog. Denarrator. claff.* 19. *cap.* 22. vectigalia enim Rempublicã respiciunt. Hinc *Cicero pro Pomp.* Vectigalia (inquit) neruos Reipublicæ semper duximus. Concernunt tamen territoria, & agros. Vndè *idem Cicero officiorum, libr.* 3. Quas (inquit) ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex senatus consulto liberasset, vt hæ rursus vectigales essent. *Suetonius Tranquillus in Cæsare Dictatore, cap.* 20. Campum
28 Stellatem, maioribus consecratum, † agrumq; cãpanũ, ad subsidia Reipublicæ vectigalẽ relictum,

diuiſit extra ſortem, ac viginti millibus ciuium, quibus terni, pluresque liberi eſſent, iſti autem ſtellates campi campani erant, patet ex dicto *Liuij, lib. 9.* eodem anno (ait) in campum ſtellatum agri campani Samnitium incurſione factæ. de quibus *Silius Italicus Bellonum lib. 11.* inquit,

Stellateſq; docent campos, cereremq; benignam.

& de vectigalibus plura dicemus hoc eodem titulo, cum ſe occaſio præſentauerit.

COLLECTARVM nomine veniunt introitus, qui à Regibus, principibuſque exiguntur, non igitur collectarum nomen inconuenienter illis traditum fuit, collectæ dicuntur, & appellantur, quia à Populis, ciuitatibuſq; colliguntur. Illarum itaq; impoſitio de Regalibus eſt, *vt in cap. 1. in verb. extraordinaria collatio ad fæliciſſimam Regalis numinis expeditionem, in titul. quæ ſint Regalia, l. quicquid C. de vectigal.* Quarum rerum de Regali-
29 bus conuenienti commoditate *in Commentarijs † de Regis Catholici Præſtantia*, ſcripſi circiter viginti capita, commentãdo illum Titulum, quæ ſint Regalia, in quo vetera declaraui, nouaq; multa aperui, ibidem lectores remitto. Collationem appel-
30 lauit collectam *Guilelmus Budæus † in annotationibus prioribus, in titul. de officio quæſtoris.*

ORDINARIA collecta dicitur, quoties le-
31 ge, conſtitutione Principis, Senatuſconſulto, † & determinato modo, ordinario tempore, puta de anno in annum, Biennio in biennium, aut alio huiuſmodi, forma certa obſeruata inducitur, *vt in l. in honoribus, §. quæ muneris, ff. de Munerib. & honor. l. Hi qui, ff. de vacat. muner. l. 1. C. eod. tit. lib. 10. Ioã. Andr. in c. 1. de immun eccleſ. in 6. in Nouell. Bart. in l. 1. num. 4. vbi Ioan. Maurit. col. 40. 41. C. de Mulier. & in quo loc. lib. 10. idem Bartol. in l.... num. 5. ff. de tur. immun. Bald. in l. 1. §. quod ſi nemo, colu. penult. verſ. ſuper quarto, ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. Iulius Ferrett. de Gabell. nu. 475. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 458. nu. 14. vol. 1.*

HANC Ordinariam collationem, ſiue collectam imponunt Imperator, Rex, Princeps, & Reſpublica, ſuperiorem non recognoſcentes, ſed iure
32 ſupremorum † Principum fungentes, *c. 1. in verb. Vectigalia, quæ ſint Regal. Bartol. in dicta l. 1. §. quod ſi nemo, c. cum apoſtolus, vbi Abb. Panor. & in c. innouamus, de cenſib. Ioan. de Firmo de Gabellis, par. 1. nu. 1. Petr. Antibol. de Muner. par. 2. §. Reſtat, num. 1. Alexand. in conſ. 145. vol. 2. Angel. Gambil. in conſ. 101. nu. 7. vol. 1. Corn. in conſ. 199. n. 11. vol. 1. And. Alciat. in conſ. 493. nu. 4. Barth. Socin. in conſ. 7 nu. 2. vol. 3. Marc. Anton. Natta in conſ. 301. vol. 2. Cardinal. Pariſ. in conſ. 25. nu. 65. vol. 1. Mariau. Socin. Iunior in conſ. 98. n. 16. vol. 3. Roland. à vall. in conſ. 1. nu. 62. vol. 1. Anton. Corſet. de Poteſtat. Regia par. 4. q. 48. Aegid. Thomat. in tract. de collect fol. 357. Petrus Antibol. de Muneribus, vbi ſupra Lancellott. Conrad. in Templo omni iudic. l. 1. §. 4. in verbo collectas, & Gabellas. And. Gail. Practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 52. & obſeruat. 53. Ioſephus Ludouic. in deciſ. Peruſin. 43. nu. 3.*

EXTRAORDINARIA collecta, ſiue mu-
33 nus appellatur illud, quod ſuperuenit † per accidens, & variatur, ſimiliter per Principem indicitur, & eſt de Regalibus, vt habetur *in dicto Verb. extra ordinaria collatio*, propterea inopinatè imponitur *l. ſed, & ſi per prætorem, §. ſed cum feriæ, ex quibus cauſ. in dicto Verb. extra ordinaria collatio, & ibi alij, Bartol. in conſ. 180. Franciſc. Aretin. in conſ. 133. col. 3. verſ. ſed tamen, Bald. in c. 1. §... nu. 16. de pace conſtantiæ. Auguſt. in. Berous in conſ. 050. nu. 9. cum*
34 *pluribus ſeqq.* Ciuitatum † collectæ ſunt munera extraordinaria, vt dicit *Salycet. in l. fin. C. ſine cenſ. vel reliq. Auguſt. in. Berous in conſ. 150. nu. 44. 46. vol. 3. Alexand. Rændenſ. de Analogis, c. 40. nu. 57.*

BELLVM ex improuiſo imminens, quod ali-
35 qui extraordinarium munus † dicunt, alij ſuper indictum appellant, licèt alij aſſerant illud eſſe patrimoniale, *vt gloſſ. in rubrica, C. de ſuperindicto, lib. 10. l. 2. C. de munerib. patrimon. Roffred. Beneuentan. in tract. libellorum, par.... rubr. Sacrament. cuius lib. Vaſall. num. 3, Specul. in tit. de feudis, §. quoniam, nu. 67. Bald. in l. fin. nu. 5. C. ſine cenſ. vel reliq. Alexand. in l. ſi ex toto, nu. 8. ff. de leg. 1. Maſuer. in Praxi in tit. de Tallijs, nu. 20. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 265. nu. 54. verſ. Item dictum eſt pro ſeruitio Regis, vel ſui exercitus. Ioannes Maurtius in repet. dictæ, l. Vnicæ, col. 41. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. Franciſc. Marc. in deciſ. Delph. 458. nu. 23. vol. 1. Marc. Anton. Natta in conſ. 397. nume. 8. vol. 2. Petr. Gregor. ſintagmat. iuris Vniuerſ. lib. 3. cap 7. nume. 3. par. 1. Ioan. Petr. Surdus, in conſ. 146. num. 20. Vol. 1.*
36 Quamquam ſuperindictum munus † ordinarium appelletur *à Barthol. de Caſſæn in conſuetudine Burgundiæ, rubric. 1. §. 4. in Verb. in otre in poter, nu. 36.* de quo ſuperindicto aliàs ſcripſimus *ad Bellugam, in Speculo Principum, rubr. 46. in verſic. ſunt, & alia, ſub nu. 3.* vbi in alijs caſibus Belluga ponit exemplum.

SI REX pro fælici ſuo primo Aduentu, ſiue
37 ſui Proconſulis, & legati † *vt in l. obſeruare, §. antequam, & in l. ſi in aliam, vbi gloſſ. & Bartol. ff. de officio Proconſul. & legat. Domini de Rota in Antiquis in deciſ. 341. Frauciſcus Marcus in deciſ. Delphinal. 1225. nu. 8. vol. 1. an dicatur ſuperindictum.*

DVCES, Marchiones, comitis, & alij Domini, & Barones, ciuitatum, oppidorum, caſtro-
38 rum, & Villarum, † an poſſint collectas imponere ſuis ſubditis? Breuiter quantum ad collectas nullo modo ſupradicti collectas imponunt. vt voluit *Bald. in l. ex hoc iure. ff. de Rer. diuis, & in l. cum multa, in fin. C. de Bonis quæ liber.* Et ſi nonnulli tenent contrariam opinionem nihilominus illi loquuntur, de Principibus, & Dominis, qui Imperij iure
39 † fungũntur, nam etiam, quòd aliquis habeat merum, & mixtum Imperium, non idcirco poteſtatem collectandi habebunt. vt voluit *Bartol. in l. 1. num. 2. & in fin. C. de excuſat. mun. lib. 10. Bald. in l. hi, quibus, C. de Fideicommiſ. libert.* ampliſſimè *Iacobin. de Sanct. Georgio, in inueſtitur. Feudal. §. qui quidem inueſtiti, nu. 75. cum pluribus ſeq.* vbi inter

cæte-

cæteros allegat *Alberic. in Rub. ff. de Munerib. & honor. fol. 7. cuius Alberici hæc sunt verba.* Hodie pro-
40 pter longam † vacationem Imperij, Reges, Comites, barones, & alij dominantes, & crudeles Tyranni subditis suis imponunt collectas pro libito voluntatis, nulla etiam necessitate, vel vtilitate vrgente, ne dum laicis, sed etiam Ecclesijs, & eorum bonis, maximè in Italia. Hanc opinionem tenuit *Thomas Parpalia. in Rep. l. Placet, num.* 30. *C. de Sacros. Eccles.* Et ideo immeritò ipsum reprehendit *Nicol. Festas. in tract. de Aestimo parte* 2. *cap.* 2. *nu.* 14. qui dicit Parpaliam à vero iudicio aberrasse, dum dicit Dominos habentes merum, & mixtum Imperium posse imponere collectas, quia Parpalia dixit veritatem cum illi duces collectas imponunt, qui habent iura Imperij & sunt Principes
41 sui † iuris, qui habent iura Regalia, isti sunt Duces Sabaudie, Magni Duces Herrurie, Duces Mātuę, Vrbini, & similes. Isti Duces, Marchiones, Comites, & Barones Regnorum Regis Catholici, nō hanc authoritatem habent, sed habent quasdam
42 † subuentiones, & adiutoria, de quibus alibi dico. Et ita intelligi debet illud *Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont.* 90. quod Princeps rescripto, vel contractu potest statuere, vt omnia bona sita in districtu alicuius ciuitatis sint subiecta oneribus,
43 vt pro † bonis omnes teneantur, quia intelligitur de Principibus sui iuris.

CIVITATES verò, oppida, castra, & villæ, quæ habent suos dominos, & superiores, nec collectas extra ordinarias imponere, etiam pro necessitate communitatis, & Reipublicæ, nec pro v-
44 tilitate publica possunt, absque supremi † Principis licentia, & permissu, quando non habent introitus, & redditus sufficientes, & bursam communem tunc illam collectam statuunt. *Alexand. in cons.* 145. *vol.* 2. *& Lucas de Penna in l. fin. C. de quibus munerib. lib.* 10. *Guido Pape in decis. Delphinal.* 5. *nu.* 1. *in decis.* 85. *nu.* 1. *Stephanus Aufrer. ad Decis. Capellæ Tholo.* 347. *incip. item fuit quæsitum an consules.* Sic in his, & vectigalibus imponendis sine
45 Principum licentia † fieri non posse. *Guid. Pape, in decis.* 197. *& in decis.* 424. *Nicol. Boer. in decis. Burdegal.* 60. *num.* 5. *Nicol. Festas, in tract. de Aestimo, par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 8. *Anton. Capic. in tract. feudal. in verb. Feudorum clausulæ, §. collectis, vers. Collectarij tertia species Petr. Gregor. Sintagmat lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 9. *Francisc. Marcus in decis. Delphinal.* 805. *nu.* 15. *vol.* 1. *in decis.* 835. *volu.* 2. *Borgni. Caualcan in decis. Finizan.* 22. *sive* 68. *nu.* 45. *vol.* 2. *Iosephus Ludouic. in decis. Perusin.* 43. *nu.* 1. *Iulius Ferrett. de Publican. & Gabellis, nu* 203. 205. 206. Consules, sive
46 † antiani ciuitatis, vel castri, non possunt authoritate propria collectas indicere. *Capell. Tholos. in decis.* 347. *incip. item fuit quæsitum, an consules.*

OCTAVA Pars eius quod vehitur est vectigal, quod soluitur Fisco, ab omni persona milite,
47 vel † pagano, *l. omnibus, l. Vniuersi, l. omnium, l allegatis, C. de Vectigal. & com. Azo in summa Codicis, lib.* 4. *tit.* 65. *l. ex præstatione, C. eod. titu. Ioan. Bertachin. de Firmo in tract. de Gabellis, Andr. de Isernia in c.* 1. *in Verb. Vectigalia, tit. quæ sint Regalia Iul. Ferrett. de Publican. & Gabellis nu.* 16. 17. 18.

48 COLLECTÆ imponuntur personis † pro rebus, *l. rescripto, §. fin. ff. de munerib. & honor. Alexand. in cons.* 52. *incip. Visis his, vers. Dato, quod bona, vol.* 5. *Ioan. Anton. de Nigris in extrauag. clementis,* 7. *de Vita, & honestat. clericorum, in Verb. priuilegia, sub nu.* 136. *Ioan. Maurit. in rep. l. vnicæ, col.* 150. *in paruis, vers. accedunt his forenses, C. de mulier. & in quo loc. lib.* 10. *Francisc. Aretin. in cons.* 104. *incip. in causa magnifici, col. ... vers. Nam si onus, Guido Papæ in decis. Delphin.* 5. *sub nu.* 1.

49 ITALICA bona non sunt Tributaria, † *l.* 1. *l. fin. ff. de censibus, l. de his, C. de episcop. & cleric. l. fin. C. sine cens. vel reliq. Alexand in cons.* 62. *incip. Visis his, col.* 1. *vol.* 5. *in cons.* 78. *incip. videretur, sub nume.* 10. *vol.* 6.

VECTIGALIVM ius est de magno Im-
50 perio, ob quod inferior à Principe imponere † illa non potest, *l. Vectigalia, C. Vectigalia noua instituí*
51 † *non poss. l. non solent, C. eod. tit.* ad solum Principē, scilicèt orbis Dominum Imperatorem, & Reges
52 illa instituere pertinet. Hinc Hermogenianus, † vectigalia (inquit) sine Imperatorum præcepto, neq; Præsidi, neque curatori, neque curiæ constituere licèt, *l. Vectigalia, ff. de Publican. & vectigal.* Idque facere sine consensu Regum minimè licèt, ità cauit *Alexander Tertius Summus Pontifex in cap. Innouamus, extra de censibus, & c. si quis Romipetas,* 24. *q.* 3. *glossa solemnis in vtroque loco.* Maiores nostri *Placentinus in summa Codicis, lib.* 4. *titul.* 62. à quo non dissentit *Azo in summa Codicis, lib.* 4. *tit.* 66. *Specul. in titul. de caus. possession. & propriet. §.* 1. *versic. quid de colligentibus,* vti ipsum allegauit *Ioannes de Firmo in tract. de Gabellis, par.* 1. *incip. Primam partem, col.* 1 *Salycet. in dicta l. Vectigalia, c. super quibusdam, §. præterea vbi gloss. & Hostiens. de Verbor. significat. Cardinal. Zabar. in clem. fin. vbi Petrus de Anchar: nume.* 10. *de censib. Alexand. in cons.* 68. *incip. Visc, & dudum discusso. col.* 4. *versic. Nam potestas imponendi illa Vol.* 2. *Corne. in cons.* 199. *incip. circa primum, col.* 2. *vers. prout enim noua vectigalia, Volum.* 1. dicens, quòd quemadmodū noua vectigalia, nisi per Principem imponi non possunt, eodem modo, nec Ga-
53 bellæ, quia est eadem ratio, † prout loquuntur *Angel. & Paul. de Castr. in l.* 2. *l.* 3. *C. Noua vectigal. vbi Bald.* dicit, quòd Ciuitates, quæ subsunt Principi, non possunt noua datia imponere, & imposita non debent solui, & consequenter illa iura trahit etiam ad collectas, & meritò, quia videtur eadem ratio, & ita resident *Corn. in dicto cons.* 199. *Bartol. in l.* 1. *notab.* 2. *C. de superindicto Bartol. in l. Vnica, nu.* 24. *vers. Quæro hic primo, C. de mulier. & in quo loco, lib.* 10. *Bald. in l. placet, nu.* 18. *vers. circa tertium, C. de sacros. eccl. Alexand. l.* 4. *§. actor, nu.* 13. *ff. de re iudic. Felin. in c. cum dilecta, nu.* 95. *de rescript. Iul. Ferrett. de Gabell. mun. publican. nu.* 84. *Nicol. Festas. de æstimo, cap.* 2. *incip. quid sit collecta. Bertrandus Argentreus in consuetudin. Britanniæ, art.* 277. *§.* 1. *num.* 1.

Lu-

Ludolphus Schraderus de feudis, par.3.cap.4.nu.40.

54 Vectigalium † adinuentio diuersimodè apud Reges fuit, Myris Aegytiorũ Rex supra Memphym Lacum effodit in circuitu ambitum faciens stadiorum trium mille, & sexcentorum, per octogintaquinque stadia è Nilo fossam duxit ad Lacum iugeris latitudine. Laudabile opus istud fecit, vt toti Aegypto prouideret, ob incerta Nili incrementa, vt aqua ex fluuio redundasset, inueniret receptaculum, nec ager limis, & arenis inutilis fieret, sed esset agricolis fertilis, opus fecit aptum, quando vellet aperire, vel claudere ostium fluuij, vigintiquatuor species piscium lacus habebat, Argenti talen-

55 tum in dies redditus, vectigalis erat, † quod vxori concessit, ad vnguentorum vsum, & ad reliquum corporis cultum, quorum meminit *Diodorus Siculus, lib.2.* sic diuersa vectigalium *narrare omitto genera*.

CONDVCENS vectigal, si licitando maiorem offerat quantitatem vltra solitum, admittitur

56 ad conductionem, dummodò fideiussiones † præstet, *l.licitatio, in princip. ff. de publican. & vectigal.* isti enim, qui conducunt, vel exigunt vectigalia fisci, vel ciuitatis Romanæ, vel aliarum ciuitatum,

57 & locorum, Publicani † dicuntur, illos autem publicos peccatores appellat *Accursius, in l.1.§.hic titulus, in Verb. nomen habent, ff. de publican.* Non potuit facere sapiẽtissimus Domitius Vlpianus, quin contra illos excandescens diceret, Quantæ auda-

58 ciæ, † quantæq; temeritatis sint Publicanorum factiones, nemo est, qui nesciat, idcirco Prætor ad compescendam eorum audaciam, hoc edictũ proposuit, vt notatur *in l. Quantæ, ff. eodem tit.* quorum audaciam proposuit *Petr. de Anchar. in cons. 264. incip. præmittendum est, in fin.* vbi consuluit contra publicanos, qui vectigal ex equo, in quo, qui de il-

59 lo, cum quo pro vsu suo equitabat, † vectigal soluendum non erat. Idcirco in dubio contra eos pronunciandum dixerunt *Aymo Crauetta in cons.231. incip. circa præsentem, in fin. & Francisc. Becci. in consil.96. incip. Viso processu, in fin.* & voluit *Marc. Anton. de Amatis, in decis. Marchiæ 35. nu.17.18.* vbi dicit, quod, vt plurimum sunt homines peruersi,

60 nec sunt † omni exceptione maiores, & canes publici nuncupantur, quod antea plenius dixerat *Iulius Ferrettus, de publicanis, & vectigalib. nu.215. & 221.* Ideo illis sine dicta fideiussione iura non crediderunt, vt supra proximè diximus, & plures alios *text.* allegat *Antonius Heringius in commentarijs, de fideiussorib. c.5. nu.318. cum pluribus seqq.*

SVBDITVS esse necesse est, quòd originis ratione fit, vel incola & sic domicilij causa, vt illi

61 collecta indici valeat, adeo quod † subiectionem exigit, & per æs, & librã, illi fiat collectæ indictio, vt in collecta obliget personam propter rem, *l. rescripto, §. fin. ff. de munerib. & honor. Ita Bart. in l. liberius, §. sola, ff. ad municipal. de incol.* dicens collecta est munus, quod imponitur personis, pro rebus,

62 & ideo persona debet esse † subdita ratione domicilij, vel originis, vt possit imponi, sequitur *Alex. in cons.68. incip. viso, & discusso, colum.1. vers. & primo, quia de iure vol.2. in cons.52. incip. visis his, col.1. vol.5. in cons.78. incip. Videtur prima consideratione, nu.5. cum pluribus seqq. vers. si vult se fundare, vol.6. in cons.111. incip. Videntur prima consideratione, nu.10. vol.7. Federicus de Senis, in cons.151. incip. Thema tale est. Francisc. Aret. in cons.133. incip. in causa vertente. Nicol. Festas. de æstimo, par.1. cap.2. numero 42.*

FORENSIS itaque dubitandum est, an te-

63 neatur ad collectas, pro rebus, † quas in alieno territorio, quis habeat? *Bart. in dicta l. libertus, §. sola, ff. ad municipales de incol.* dicit illos non posse collectari, ex ratione supra proximè allegata, quia debet esse subditus, sed Forensis non est subditus, &

64 ideo non † posset ei imponi, cum imponatur subdito. Idem *Bartol. in l. Vnica, nu.28. C. de mulierib. & in quo loco, muner. sub. lib.10. Bald. in l. fin. sub nu.3. C. sine cens. vel reliq.*

CONTRARIVM tamen dicit *Bartol. in d. §. sola*, quod ciuitates hodie occupauere sibi hoc

65 priuilegium collectandi forenses. † Amplius idem *Bartol. in dicta l. vnica, num.34.* dicit quòd in ciuitatibus Italiæ, quælibet ciuitas habet consuetudinem imponendi collectas etiam forensibus possidentibus in territorio, si est dubium, quòd alibi positis, quàm in ciuitate originis, vel Domicilij non debeat soluere, aliàs fortè posset compelli etiam

66 pro his, † quæ habet extra territorium, *argum. l. fin. ff. de Decret. ab ordin. fac. idem Bart. in l. cum neque C. de incol. lib.10. Alexan. in dicto cons.52. incip. visis his, col.1. vers. Hoc præsuppositio. vol.5.* dicens communiter per Italiam seruatur, quòd collectæ impo

67 nuntur † Forensibus in loco, vbi prædia sita sunt, de quo *Bal. in l. etiam sub num.28. vers. Prætera generalis, C. de execution. rei iudicat.* dicit generalis consuetudo seruat, quòd vbi quis possidet, ibi, & collectam patiatur, *& idem Bald. in l. fin. nume.1. C. sine cens. vel reliq.* dicit, quod ille, qui possidet fun-

68 dum, † ille debet soluere collectas. *Speculat. in tit. de censib. §. nunc dicendum restat, & in aliquibus est titul. de exactionibus. incip. nunc dicendum restat. nume.8. sub vers. Quid si aliqua vniuersitas,* dicit, quod Rheginus possidens bona Parmæ, soluere tenetur Parmæ, quos, & alios, quos allegat sequitur *Bertachinus tracta. de Gabellis, parte 7. vers. Incidenter,* & voluerunt maiori ex parte illi, quos allegauimus *supra vers. cul. Subditus*, & licèt quis habeat plures possessiones, & prædia in diuersis territorijs, tamen debet soluere vbique, vt dicit *Franc. Marcus. in decis. delph.459. nume.10. vol.1.* & Forenses de generali consuetudine collectantur pro bonis in alieno territorio sitis. *Hieron. Magon. in decis. Florentina. 66. nume.2. in decis.66. nume.9.* & hanc opinionem tenuit *Guido Papæ in decis. Delphinal. 87. & Ioachim. Mysingerus obseru.27. centur.3.* dicit *Guido Papa* in illo supremo tribunali à triginta annis, ità vi-

69 disse obseruari, quod forenses † in loco, in quo possident, debent collectas soluere, si non esset facta peræquatio in loco originis, vel domicilij, & sic est

opi-

opinio *Bartoli in dicta l. vnica, nume.* 34. & eodem modo sicut opinio Dominorum Senatorum Delphinalium voluit *Marcus Antonius Natta in consil.* 218. *num.* 4. *& per totum consilium, vol.* 1. *bene Decius in cons.* 694. *per totum in cons.* 285. *nu.* 1. & quatenus multa dixerit *Iacob. Menoch. in cons.* 75. *n.* 89. *cm pluribus seqq. vol.* 1. pro Dominis Aueroldis Brixiensibus consulendo contra Ionatenses, contra e-
70 nim consilium Menochij iudicassem pro † Ionatensibus, pro quibus arbitror fuisse iudicatũ, quamuis errare possem, hanc opinionẽ tenuit *Iulius Ferrettus de publicanis, & gabellis, num.* 507. 577. 580. 581. *Nicol. Vigell. in decision.* 8. *centur.* 1.

CLERICI verò, an teneantur ad solutionem
71 collectarum ? & per rationem, † quòd qui tenetur ad collectas debet esse subditus dixi *supra proxime, versic. subditus esse, num.* 61. sed vt dicit *Bartol. in d. l. libertus, §. sola.* Clericus non est subditus, ergo ad collectas soluendas cum laicis non tenetur, & ità
72 probaui *in cons.* 74. *per totum.* † *Centur.* 1. cuius meminit *Ioannes Baptista Costa de Remedijs Subsidarijs. Remed.* 73. *nu.* 3. & mirificè illa scripta laudat. *Remed.* 93. *nume.* 2. & istam conclusionem ad clericorum fauorem probaui de iure diuino, *nume.* 1. 2. de iure canonico, *nume.* 3. de iure ciuili, *nume.* 4. de iure Regni Neapolitani, *nume.* 5. Authoritate Doctorum Canonistarum, videlicet *Glossæ. Archidiaconi, Ioan. Andreæ, Ioannis de Lignano, Antonij de Butrio, Abbat. Panormitani, Ioannis de Imola, Felinis, Dominici de Sancto Geminiano, Philip. Franchi, Francisci Aretini, Philippi Decij, Cardin. Zabarellæ, Lapi, Ioannis Lopez, Didaci, Couarruuia, Alfonsi Aluarez, nu.* 6. Authoritate Doctorum in iure ciuili. *Glossæ, Dyni, Bartoli, Baldi, Nicolai de Neapoli, Alexandri, Calderini, Decij, Curtij iunioris, Calcanei, Grati, Amici, Nicolai Euerardi, Ioannis Baptistæ Ferretti, Nattæ, Ruini, Ripæ, Rolandi à Val. Iacobi Mandelli, Christophori de Castelliono, Afflicti, Bursati, Grammatici, Francisci de Platea, Antiboli, Papæ, Bessiani de Nigris, Follerij, Capræ, Ducunæ, Cassanei, Michaelis Grassi, nu.* 7.

PRO REFECTIONE pontium murorum, & viarum, an clerici teneantur ? videtur,
73 † quòd sic *per l ad instructionem, C. de sacros. Eccles. Lucas de Pen. in l. fin. in fi. §. de exactorib. Tribut. lib.* 10. *Aegid. Bellemer. in cons.* 45. *incip. Consules ciuita-*
74 *tis Aluinia.* Attentaui tamen contrarium † *in dicto cons.* 74. *num.* 44. *cum pluribus seq. ex Panormit. Zabarell. Euerardo, Alphonso, Aluarez, Io. Lopez, Bursato, Castrenses, Canophilo, & Festas.*

CLERICI pro bonis patrimonialibus, an
75 teneantur ad onera collectarum cum † laicis ? De iure ciuili expeditum est, *in l. fina. § patrimoniorum autem, ff. de munerib. & honor.* quo in loco *Aurelius Arcadius Charisius Iurisconsultus* inquit, ab huiusmodi muneribus, neque primipilaris, neque veteranus, aut miles, alius ve, qui priuilegio aliorum
76 subnixus est, neque Pontifex † excusatur. Supplet ibi *Accursius*, ergo nec clericus, nec Ecclesia. Loquitur de Pontifice, non de Pontificibus à Iesu Christo institutis, sed de Pontificibus, qui ex Numæ Pompilij authoritate quoad res sacras instituti fuere, quorum *Liuius lib.* 1. meminit *Lucius Fenestella de Sacerdotijs, cap.* 5. *cap.* 8. *Pomponius Letus, cap.* 10. *Plutarch. in Numa, Alexander ab Alexandro Dierum Genialium, lib. ..... cap. ..... Alexander Sardus de Moribus Gentium, lib.* 3. *cap.* 17. idem notatur *in l.* 2. *C. de Muneribus patrimon. lib.* 10. vbi habetur, quòd munera, quæ patrimonijs publicæ vtilitatis gratia indicuntur ab omnibus subeunda sunt, *Gloss. in c.* 1. *de censib. in* 6. *Andr. de Iser. in c.* 1. *in verb. extraordinaria collatio. Guido Papa in decis. Delphinal.* 7. *sub nume.* 1. *vers. sed, & eos.*

77 IN GALLIA clerici coniugati † clerici non viuentes clericaliter incedentes in habitu post condemnationem à Prætore Victriacensi factam, confirmatam ab amplissimo ordine. 2. Augusti 1561. iterum, die 26. Aprilis 1586. iterum in anno 1603. sic ad collectas contribuere tenentur. *Renat. Choppin. in consuetudin. Andegau. lib.* 2. *tit.* 4. *art.* 4. *vol.* 2.

CONTRARIVM tamen, quòd clerici sint immunes à collectis pro bonis patrimonialibus, † ità expressè tenet *Gloss. in c. fin. in verb. suis facultatibus, de vita, & honest. cleric. vbi Abb. Panormit. Anton. de Butr. in ca.* 1. *vers. Quid si consuetudo, vbi Ioan. de Imol. extr. de cens. Dominic. de Sancto Gemin. in c.* 1. *§. in cæteris, de cleric. coniugat. in* 6. *Philipp. Franc. in cap.* 1. *de immun. eccl. in* 6. *Andr. de Iser. in Constit. Regni. Statuimus, vt famæ, vbi Matth. de Afflict. num.* 16. *vers. quarto quæro. Alexan. in consil.* 68. *incip. & viso, in princip. vol.* 2. *Laurentius Silu. in cons.* 32. *Ioan. Anton. de Nigris, in extrauag. Clementis Septimi, de Vita, & Honest. cler. nu.* 103. *Carauita in Ritu* 229. *nu.* 3.

IN HOC REGNO Neapolitano Rex Carolus Secundus, *in cap. item Statuimus, quòd clerici,*
79 prouisionem fecit, † quòd clerici clericaliter viuentes, non cogantur communicare cum alijs in collectis, & exactionibus alijs quibuscunque, nec pro bonis ecclesiasticis, nec pro patrimonialibus de portionibus eos legitimè tangentibus, vbi optimè scribit *Nicolaus de Neapol.* sequitur *Niger in dicta extrauag. in verb. Priuilegio, nume.* 103. *Carauita in dicto Ritu.* 229. *sub nu.* 3.

PRO BONIS emptis, atque aliunde quæ-
80 sitis, an clerici teneantur ad collectas cum † laicis? videbatur aliquibus, quòd si per prius, dum possidebantur à laicis erant bona posita in catastro, siue libro æstimi, siue collectarum, & sic erant affecta onere soluendi collectas, quòd venissent in dominio clericorum, quòd transirent ad illos cum eodẽ onere, cum collecta iam clarum sit, quòd imponi-
81 tur † personis pro rebus, *l. Rescripto. §. sciendum est, l. fin. §. patrimoniorum, lo secondo, ff. de Muneribus, & honoribus,* & propterea *Lucas de Penna in l. hi qui. in verb. Authores, C. de Præd. & alijs reb. Nauicul. li.* 10.
82 dicit quòd clerici † tenentur ad has collectas, quẽ sequitur *Matth. de Afflict. in Regni Const. statuimus, vt magnæ, nu.* 16. *in fi.*

CONTRARIVM ego tenui *in consil.* 74. *num.* 9.

*num.9.per totum nu,*31.40.71.42.*&* 43.*centur.* 1.
83 *ex Bartolo, Baldo, Angelo,* † *Nicolao de Neapoli, Archidiacono, Panormitano, Geminiano, Felino, Cardinali, Laurentio Calcaneo, Laurẽtio Syluano, Remigio de Gonny, Francisco Bursato, Carauita, & Benedicto Canophylo.* Quam opinionem etiam modò teneo, & corroboro ex alio, quia *cum Andr. de Barulo in l. qui immunitatem in princip. C. de muneribus patrim. lib.* 10. tenuerit opinionem cõtrariam, & allegaret pro illa, nihilominus dicit, quòd illa allegabat tamquam Regij fisci patronus. Tamen cum in Capitulo inito inter Regem, & Papam Honorium fit data & nominatim concessio facta immunitatis clericis in collectis, quæ specialiter sunt expressæ loquentes de collectis, valet specialis concessio immunitatis, licèt non generalis, *l. sunt munera, in fin. ff. de vacat. muner.* & ita residet, *Andr. de Barulo,* cũ quo ego resideo non solum pro securiori pro anima opinione, sed quia ipse fuit seminarium nobilissimæ domus Acconzaiocorum de qua fuit Do-
84 mina Vrsina † de Acconzaioco de Barulo Socrus mea.

COLONVS pro parte fructuum, qui ad ipsum spectant de dictis expẽsis tenetur ad collectas,
85 † in reliquis tenentur prędiorum Domini habetur *in l. hi penes quos, & in l. litibus, in fin. C. de Agricol. & censit. lib.* 10. voluit *Marian. Senior in cons.* 119. *incip. circa hanc quæstionem, col.* 1. *vol.* 1. *Marc. Anto. Natta in cons.* 409. *sub nu.* 7. *vol.* 2. vbi dicit, colonũ
86 non † teneri soluere collectas, quæ imponuntur personæ pro rebus, quia ad illas tenetur *Dominus Cardinal. Parisius in cons.* 25. *nu.* 9. *&* 10. *vol.* 1. *Nicol. Bellon. in consil.* 27. *nu.* 9. *&* 10. *Octauian. Cacheran. in decis. Pedemont.* 83. *nu.* 3. 8. *Bartol. in l.* 1. *C. de Annon. & Trib. lib.* 10. ego censeo breuiter, quòd si co-
87 lonus † colit agros pecunia, & nũmis, & dati sunt sibi aliqui fructus pro pecunia, quòd eo casu non tenetur ad collectas, quia illi fructus cum dentur loco pecuniæ, & nummorũ censentur fructus venditi, & dominus teneatur ad collectas, sed solus teneatur colonus, quando est partiarius, puta haberet, medietatem, tertiam, vel quartam partem fru-
88 ctuum, quia pro illa † parte subibit onus collectarum, pro reliqua subibit dominus prædij, pro vti sic resident *Cardinal. in dicto cons.* 25. *& Bellon. in dicto cons.* 27. & videndus est *Ioann. Mauritius in Rep. l. vnica, col.* 101. *vers. Adferturin hoc* & in colonis laicorum tenet *Bald. in l. acceptum, C. de vsuris.* sequitur *Iulius Ferrett de Gabellis, & publicanis, num.* 540. *Cacheran. in decisio. Pedemont.* 83. *Antonin. Thesaur. in decis.* 116.

89 VSVFRVCTVARIVS † similiter ad collectas tenetur, *l. quæro, vbi optima gloss. Final. ff. de vsu & vsufruct. legat. l. Hactenus ff. de Vsufructu, Bald. in cons.* 477. *incip. vsufructuarius, vol.* 3. *Ludo. Roman in cons.* 73. *incip. circa primum, nu.* 5. *in cons.* 230. *in fin. Ruinus in cons.* 77. *in p. in. vol.* 1. *Natta in cons.* 415. *num.* 1. *vol.* 2. *Alexander in cons.* 34. *incip. viso processu causæ, col.* 4. *vers. circa tertiam particulam, vol.* 4. *Marianus Senior in cons.* 119. *incip. circa hanc quæstionem, in fin. versicul. Decimo confirmatur, vol.* 1. *& in cons.* 243. *incip. in præsenti consultatione, col.* 2. *Andreas Barbat. in cons.* 84. *col.* 3. *vol.* 3. *Corn. in cons.* 86. *litera.... vol.* 4. *Ioan. Mauritius in Repet. l. vnicæ, colum.* 107. *versicul. Accedit supradictis, C. de Mulier. & in quo loc. libr.* 10. *Nicol. Festasi. in tract. de æstimo, par.* 2. *cap.* 4. *nu.* 26. 27. *Stepha. Gratian. in decis. Marchiæ,* 20. *nu.* 12. *Octauian. Cacheran. in decision. Pedemontan.* 83. *num.* 4. *Aluarus Vallasius in consultation. siue decis. Lusitan.* 116. *nu.* 2. *secundo fa-*
90 *cit.* Sed quando collectarum † solutio in vsufructu nihil remaneret, & esset inutilis ad collectas non tenebitur. ex notatis *per Couar. variar. resolutionum lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 7. *Ruin. in cons.* 206. *nu.* 3. *vol.* 2. *Natta in cons.* 7. *vol.* 1. *Bursat. in cons.* 123. *nu.* 12. *vol.* 1. *Surd. in decis. Mantuan.* 28. *nu.* 8.

91 CATASTRVM vocatur † liber, in quo describuntur bona ciuium apprecianda per ęs, & libram, & ex quibus fit descriptio tributorum, collectarum & vectigalium, & ita appellatur apud Perusinos, vt scribit *Bald. in l. placet, nu.* 16. *C. de Sa-*
92 *cros. Eccles.* vocaturq; bonorum descriptio † *Gloss. in l.* 1. *in verb. descriptiones, C. de Apoch. pub. lib.* 10. ob hoc *Nicolaus Festasius* posuit illi libro nomen
93 † æstimi, ab effectu, quia ab Aestimatione, & taxatione bonorum illum appellauit. Sed catastri, & æstimi nomine promiscuè vtitur *Ludouic. Roman. in consil.* 161. *incip. visis quæstionibus.* de catasto, seu Aestimo vniuersitatis, in quo asseritur bona esse de partium voluntate allibrata, an inducat titulum donationis habilem ad præscribendũ? tractat *Petrus Philippus Corneus in consil.* 214. *incip. licet, vol.* 1. *vide in cons.* 213. *in subscriptione, & in cons.* 225. *incip. Alias, vol.* 2. Et an, & quando, & inter quos? *idem Corn. in cons.* 165. *incip. Profectò, volum.* 3.

Bona posita in Registro, siue catasto vniuersitatis, & communitatis de Iure communi censentur
94 † hypothecata pro Collectis, vt voluit *Paulus de Castro, in l. Inter debitorem, num.* 4. *ff. de pact. Franc. Aretinus in cons.* 104. *incip. In causa magnifici, col.* 1. *Iason in cons.* 83. *col.* 1. *volum.* 3. *ante eos Baldus in l.* 1. *Quod si nemo, col.* 4. *versicul. super secundo puncto, ff. Quod cuiusq; vniuers. nom. in c.* 1. §. *nos Romanorum, vers. Quid de collectis, tit. de pace const.* quem refert, & sequitur *Decius in cons.* 285. *incip. & pro tenui facultate, col.* 2. *sub nu.* 5. *vers. Quinto facit. Ioan. Anton. Rub. in cons.* 9. *num.* 7. *Cardinal. Paris. in cons.* 22. *num.* 77. *vol.* 1. *Octauia. Cachera. in decis. Pedem. Decis.* 91. *num.* 4. *vol.* 1. *Catellian. Cotta in Memor. in verb. collectan. Idem Cachera. in decis. Pedemont.* 95. *sub num.* 32. *August. Berous in cons.* 150. *nu.* 31. *vol.* 3. *Andr. Alciat. in cons.* 168. *nu.* 5. 6. *Surdus in decision.* 331. *num.* 2.

PENSIONARIVS cum habeat Pensionem ex fructibus beneficij, tenetur ad collectas,
95 † quia est onus reale, *vt ex Ludouico Romano, in cons.* 388. *incip. in casu propositi thematis in princip.* voluit *Hieronym. Gigas in tract. de Pensionibus, q.* 43. *in princip. videndus est Petrus Rebuff. in tractatu*

de

de Pacificis possessoribus, nume. 138. *vers. Et breui dicas*, dum dicit non teneri ad onera consueta, puta hospitalitatem, neq; ad solutionem Iurium Episcopalium, de quibus *in c. cõquerente, de offic. ordin. c. de monachis, de Præbend.* Sed tenetur ad inconsueta, quæ imponuntur ecclesijs extraordinariè, puta ad decimam Papalem, vel refectionem Pontium. Teneri autem pensionarium ad subsidium charitatiuum, & collectas pro Rata, voluit *Barthol. Bellenzin. de charitatiuo subsidio, q.* 37. *Idem Gigas de pensionibus, q.* 28. *nume.* 19. faciunt scripta *Ioan. Baptistæ Costæ de Portione Rata, q.* 102. *num.* 6.

96 ECCLESIA, & clerici an teneantur † ad collectas, de clericis dixi *supra hoc titulo versicul. Clerici verò, num.* 75. Quo verò ad Ecclesiam, communis opinio est, quòd collecta, & onus rei impositum reale, antequam res ad Ecclesiam peruenisset,

97 quòd transit ad Ecclesiam cum onere suo, † *vt ex Archidiac. Petrus de Anchar. Dominic. de sancto Gemin. Ioan. de Imol. Philipp. Franco, & alijs in cap.* 1. *de Immunit. Eccles. in* 6. *Gulielm. de Cun. Iacob. Butriga, & Bartol in l. placet C. de sacrosanct. Ecclesijs, cum alijs cumulatis per Andr. Tiraquell. in tract. de Iure primogeniorum, q.* 43. *num.* 9. *Ægidius Thomat. in tract. de Collectis, §. Exactio, nu.* 32. *cum seq. Nicolaus Festas. de Aestimo parte* 4. *cap.* 1. *numer.* 1. 2. *Matth. de Afflict. in const. Regni. Hac edictali. Guido Papæ in decis. Delphin.* 79. *Iul. Ferrett. de Gabell. numer.* 428. *Ioan. Ant. de Nigris in extrauag. Clementis septimi de vita, & Honestate Clericorum, in verb. Priuilegio, num.* 134. *Ioan. Petr. Surdus in decis. Mantuæ* 20. *num.* 11.

98 Ego verò cum dixerim † ex pluribus meam sententiam in contrarium *in dicto cons.* 74. *nu.* 40. *cum pluribus seqq. centur.* 1. nunc idem dico, remittendo opinionem meam Sanctæ Ecclesiæ sapientibus.

99 PRO CENSV annuo, an debeat solui † collecta, vel gabella, si sit constitutus super re immobili? collecta, quæ imponitur super rebus immobilibus, sine dubio, vendicat sibi locum super reddito, & censu anui redditus, præsertim si est venditus super bonis stabilibus, per multa allegata per *Ioan. Petrum Surdum in decis. Mantuan.* 204. *per totam. Hieron. Magon. in decis. Florentin.* 107. *nume.* 9. *Garsiam Mastrill. ad Petrum de Gregor. de censibus, q.* 7. *nu.* 35.

QVANDO inducitur collecta per Regem,

100 aut supremum Principem, qui mandat sibi † dari, omnes tenentur etiam pro rebus suis alibi sitis. *Guido Papæ in decis. Delphinal.* 5. *sub num.* 1.

NOBILIS exercens se operibus rusticis manualibus in proprijs prædijs, & possessionibus ru-

101 ralibus, non debet cogi ad solutionem † collectarum, quibus coguntur rustici, & ignobiles, præsertim si exerceret Agriculturam, vt voluit *Andreas Tiraquell. in tract. nobilitatis, c.* 27. *per totum, & in cap.* 32. *Guido Papæ in decis. Delphin.* 41. *nu.* 1. *arg.* eorum, quæ scripsit *Specul. in tit. de clericis coniugatis, in princ. vers. sed quomodo dices*, dum loquitur de clerico, qui opera rustica exercet in proprijs

102 possessionibus, † quod non amittit priuilegia clericalia. *Idem Guido Papæ in decis.* 196. *sub nume.* 2. *in decis.* 392. *nu.* 1. scripsi de hoc alibi.

TONSVRÆ primæ clerici grammaticæ attendentes dicuntur clericaliter viuere, & ad colle-

103 ctas cum secularibus non † tenentur, *argu. l.* 1. *C. de Episcop. & clericis, Guid. Pap. in decis. Delph.* 83. *num.* 1. *& decis.* 383. *num.* 1.

VXOR nobilis, nupta viro ignobili, debet

104 soluere collectas cũ ignobilibus, sequitur † enim viri ignobilitatem, *argu. in l. fœminæ, §.* 1. *ff. de senator. Guido Papæ in decis. Delphin.* 349. *num.* 1. eodem modo si perseuerat in viduitate dicti viri ignobilis, similiter eiusdem ignobilitatem sequitur, quẽ-admodum, si nuberet nobili in viduitate iam di-

105 cta, in † nobilitatem restituitur, vt voluit *Bartol. in l.* 1. *C. de dignitatib. lib.* 10. & ad solutionem cum ignobilibus non tenebitur. Idem concludit *in decision.* 380.

CONSILIARII Regij, siue Senatores, an teneantur soluere collectas cum plebeis, tractauit

106 hanc † quæstionem *Guido Papæ in decis. Delphinal.* 376. in qua dicit illos immunes, sed admodum frigidè; In eorum tamen gratiam Imperator, Senatorum (inquit) substantias, quas in diuersis locis, & prouincijs possident homines eorum, tam à Temo-

107 nerijs oneribus cõferendis, quàm à cæteris † præstantionibus, quas iudices describũt, necnon etiam ab omnibus sordidis muneribus extraordinarijs que, & vilioribus, liberos esse præcipimus, nullaque sorte constringi functionis indignæ, *vt in l. Senatorum, C. de dignitatibus, lib.* 12. Hinc reseruauit sibi Imperator, *in l. Nemo, C. eod. tit.* dicens, Nemo Præfectus Vrbis, citra præceptionem, vel scientiã

108 † nostram, vlli muneri subiuget Senatorem, nemo Curiam nostrã immani placet iniuria. Si quid enim senatoria præditis dignitate fuerit fortè mandandum, nostro est indicio reseruandum, fit namque dignitas, si nobis iubẽtibus sustinetur. Si enim Imperator, in Consiliariorum, & Senatorum suo-

109 rum, non dedignatur numero aggregari, † *in l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest.* si ipse Princeps, solutus legibus, qui (vt pluries dictum) collectas, tributa, & vectigalia imponit, quemadmodum ipse est his nexibus collectarum, & tributorum immunis, quare, & consistorij sui Consiliarios, & Senatores non faciet Immunes? quando videmus filios ante Senatoriæ dignitatis apices natos, similiter paternos honores filij habent, & in clarissimatus dignitate filij permanebunt, *l. si Senator. C. de dignit. lib.* 10. *in l. præcipimus, eod. tit.* dicitur, vt Senatori, in qualibet prouincia constituto nullam habeant iudices, iniungendi aliquid fortè publici muneris potestatem, quam opinionem firmat *Ioannes Mauritius in Rep. l. vnicæ fol.* 113. *vers. inciditur dein. C. de Mulieribus, & in quo loco, lib.* 10. *Petrus Gregorius Syntagm. iuris vniuersi, lib.* 3. *cap.* 8. *nume.* 9. Nec mirum, quòd Principum Consiliarij, quòd simili

110 † immunitate sint digni, quos illius lateris Comitatus Illustrat, *l. vnica, C. de Præpositis Sabari, lib.* 12. cum multis similibus traditis *per admodum Illustr.*

D. Ioan-

D. Ioannem Baptiſtam Valenzuelam Velazquez Regentem in conſ. 94. nu. 1. cum plurib. ſeq. vol. 1.

DECLARA quòd quamquam Senator, ſiue Conſiliarius priuetur dignitate nihilominus, vti-
111 tur ſimilibus † priuilegijs, & prærogatiuis, *arg. l. vnicæ, C. de comitibus, qui prouincias regunt, lib. 12. & l. 1. l. eam legem, C. de excuſation. Muner. lib. 10.* & voluit *Guido Papæ in deciſ. Delphin. 377.* allegat *Speculat. in titul. de Legat. § fin. verſ. item nota. num. 8.* dum dicit, quod ei qui fuit Legatus ſemel, ſemper reuerentia debetur in memoriam priſtinæ dignitatis.

SVBDECLARA, ſecus eſſe ſi fuerit, ob
112 delictum † priuatus, quia ex illo ſe indignum iudicauerit. & ob turpem cauſam fuerit Senatu motus, nam Caſsius Longinus, non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem ſenatu motus, nec reſtitutus iudicare, vel teſtimonium dicere, quia lex alia repetundarum hæc fieri vetat. *Sic Marcellus, I.C. in l. caſsius, ff. de ſenatoribus vtitur d. tex. Ioan. Mauritius in Rep. l. vnicæ, fol. 126. verſic. à cuius opinione, C. de Mulier. & in quo loco, lib. 10.* Sed me-
213 liorem ego † affero, *in l. iudices, C. de dignit. lib. 10.* dum inquit, Iudices, qui ſe furtis, & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſi-
114 gnibus, & honore † exuti, inter peſsimos quoſq; & plebeios habeantur, nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſeipſos indignos iudicauerunt.

IN GALLIA in ſupremo Parlamenti Senatu cum plebeis ad ſoluendum collectas, & Tallias
115 Regias condemnatus fuit Robertus † Chorbinus duorum conſiliariorum vnius filius, alterius frater D. Troncone Senatore litis relatore, die 21. Iulij 1582. vt refert. *Renatus Choppinus in conſuet. Andegau. lib. 2. tit. 3. art. 10. in marg. vol. 2.*

REGIÆ collectæ, quæ ſint, præſertim quas hoc Neapolitanum Regnum dat Regi noſtro, diuerſa continent nomina, quas populus exhibet quoad focos, ſine focagia, & focularia, & iſta ſolu-
116 tio fit, quaſi imitando † antiquiſſimum Romanæ Reipublicæ exemplum. Dicam breuius, quantum potero; Nulli dubium eſt cenſire, numerare
117 eſſe, primus † cenſus Romæ actus à Seruio Tullo Rege, vt docet *Liuius, lib. 1.* numerata ſunt Ciuium capita octoginta quatuor millia, & ſeptingenta.
118 Poſt exactos † Reges, Origo Cenſorum orta paruis initijs, creuit curſu modici temporis, & ad ſum-
119 mum faſtigium erecta. Primi cenſores † Populi Romani ſuffragijs creati Papirius, & Sempronius M. Geganio Macerino, & T. Quintio Capitolino. Coſſ. ſed C. Valerio, & T. Lucretio Coſſ. facto cenſu inuenta fuere Puberum Romanorum trecenta
120 trigin[illegible] † millia, & ſingulis quinque annis fiebat,
121 dicebaturque luſtrum, † quæ latius patent *apud Liuium lib. 1. lib. 4. lib. 7. lib. 9. Lucium Feneſtella de Magiſtratibus, cap. 17. Lucium Florum in Epitome Liuij, lib. 13.* & alij, quos nunc omitto. Itaque iſta capitum numeratio apud Romanos capitatio dici po-
122 tuit, de qua vltra ea, quæ diximus, † dicemus inferius. In hoc Regno fit numeratio per curiam Re-
123 giam † ſingulo aduenient vigeſimo quinto, vel (vt Regi placet) ante vel poſtea anno, Mittuntur autem per totum Regnum Numeratores, qui in vnoquoque oppido, Caſtro, ciuitate, & villis, deſcribit domos, & habitantes in illis, deſcribentes capita patrum familias, vxorem, filios, & filias, factaque in toto Regno numeratione, in Regia Camera libri conſeruantur, & auditis poſtmodum vniuerſitatibus, ſi qua grauata ſibi videretur, illa ſecundum numerum forte mille focolariorum ſoluit annuos ducatos.....pro quolibet foculari, facto computo in eadem Regia camera, quantum vnicuique vniuerſitati competit. Et ſuper eodem focolariorum numero fundantur aliæ ſuperuenientes ex improuiſo collectæ, de quibus plura dixi *in Commentarijs de Regis Catholici præſtantia, cap. 20. & in conſil. 1. centur. 2.*

FOCVLARIIS deficientibus, vel numero
124 illorum deficiente, an ceſſet illorum † collecta? Quòd ceſſat pro illa quantitate, qui deficiunt, Reges noſtri, quando fit noua numeratio, ſi omnes reperiuntur extincti, non exigunt amplius ex illis collectas. Ob quod dum propoſuit hanc quæſtionẽ
125 *D. Ioannes † Baptiſta Coſta doctiſſimus I. C. Papienſis in tractat. de Portione Rata, q. 103.* vbi tenuit hanc eandem opinionem, quia pro rata cuiuſcunque deficientis focolarij deficit collecta, & hoc ordine vtimur in hoc, quia in omnem euentum ſi deficit, vel augetur numerus, intra vnam numerationem, & aliam, fit ſolutio pro tantis focolaribus, pro quantis fuit numerata. Cum autem aduentus faciendi nouam numerationem, ſit enumeratio, tunc
126 ſi reperitur aucta, augetur † ſolutio. Si defectum deficit, & ità iuſto libramine vtuntur Reges noſtri.

CENSVARIVS, qui percipit cenſum à Domino, qui illud vendidit, non tenetur ad collectas, ſed tenetur Dominus, qui vendidit omnem
127 cenſum ſuper † re, quam poſſidet, ratione poſſeſſionis, & onera ad poſſeſſorem pertinent, *l. fin. C. ſine cenſ. vel reliq. Dec. in conſ. 694. incip. pro reſolutione, col. 2. num. 10. verſ. & iſta concluſio.* Collectas
128 enim ſoluere ad poſſeſſorem pertinet, † *vt in dicta, l. fin.* & habetur *in l. Imperatores, ff. de publican. Andr. Barbat. in conſ. 44. col. 1. vol. 3. Barth. Socin. in conſil. 217. incip. circa hanc quæſtionem, col. 2. verſic. Decimo confirmatur, in conſ. 243. incip. in præſenti conſultatione, col. 2. verſ. ſed ex mente, vol. 2. Curtius iunior in conſ. 42. nume. 1. cum alijs allegatis per Surdum in conſ. 162. nu. 26. 27. vol. 2. Stephan. Gratian. in deciſ. 20. nu. 2. 3.*

ARGVMENTVM.

Filiorum legitima eſt triens, ſi fuerint quatuor, vltra hunc numerum eſt ſemis, quæ non debetur non ſuccedentibus ab inteſtato, fœminæ autem, & ſi excludantur a ſucceſ-

ſione

ſione faciunt partem in taxatione legitimæ, filijs tamen debita eſt iure naturali, & nepotibus ex filijs, & etiam ex filiabus. Aſcendentibus pariter debetur triens, etiã ſi filius monaſterium inſtituerit. Fratribus, & ſororibus non debetur, niſi turpis inſtituatur perſona. Filiis eſt relinquenda abſque grauamine, & honorabili inſtitutionis. Patre tamen [illegible] filiæ debetur quando [illegible]e mortis veniunt fru[illegible]aturali & ſpurio non debe[illegible] hæreditas; Auctis bonis paternis [illegible]ima aſſignaretur in vita patris, filius, & [illegible]a petunt ſupplementum. Statuto tolli non poteſt legitima, ſed minui, donatione tamen non minuitur; ſtudiorum ſumptus non minuunt, cuius petitioni præſcribitur triginta annis: detrahitur ex bonis liberis non prohibitis alienari, quorum æſtimatio fit tẽpore mortis teſtatoris, & tranſmittitur ad hæredes.

SVMMARIVM.

Legitima ſi erunt, duo, tres, vel quatuor filij, omnes habebunt trientem ex parentum ſubſtantia, quæ eſt tertia pars bonorum, ſi verò erunt quinque, vel plures habebunt ſemiſſem, ſcilicet medietatem bonorum.

2 *Legitima non debetur non ſuccedentibus ab inteſtato, num.3.*

4 *Intellectus conſtitutionis Regni Neapolis incip. in aliquibus, nu.5.*

5 *In Regno Neapolitano mulier excluſa propter maſculos, non habet minus legitima.*

6 *Mulier ſtatuto excluſa à ſucceſſione ob maſculos, an in taxatione legitimæ enumeretur cum maſculis? nu.7.8.9.10.11.& 12.*

7 *Mulier Religioſa profeſſa, nec facit partem, neque admittitur ad partem iuxta placitum Senatus Pariſienſis.*

13 *Iure naturali, an ratione naturali debeatur legitima? Declara, nu.14.15.16.17.20.21.22.23.*

18 *Pia legata priuilegia habent, vt præcedant etiam in concurſu filiorum, ſecus tamen quoad legitimam filio debitam, nu.19.*

24 *Nepotibus ex filijs debetur legitima, ſed quid in bonis Aui? nu.25.*

26 *Nepotibus ex filia, an debeatur legitima?*

27 *Aſcendentes in bonis deſcendentium, an debeant habere legitimam, & quanta illa ſit? nu.28.60.65.*

29 *Filius monaſterium ingredieus ex bonis monaſterio datis, an debeatur patri legitima, nu.30.31.*

32 *Tranſuerſales, non debent habere legitimam in bonis fratrum, vel ſororum, niſi inſtituta perſona, infamiæ, turpitudinis, aut læuis notæ macula aſperſa. Declara, nu.33.34.35.36.37.38.39.40.41.*

42 *Legitima eſt quota bonorum, non autem hæreditatis, Declara, nu.43.*

44 *Omne æs alienum è bonis detrahitur, antequam capiatur legitima, nu.45.*

46 *Grauamen, vel onus nullum recipit filiorum legitima.*

47 *An parentes legitimam filijs inſtitutionis Titulo honorabili relinquere debeant? Declara, nu.48.49.50. & 51.*

52 *Legitima viuente patre, filio an debeatur? nu.54.66. 67.68.69.70.71.72.73.74.*

53 *Legitima à filio ſtatim à morte patris illi debetur.*

54 *Filiæ legitima debetur in Vita patris dum nubit, præſertim in hoc Regno Neapolitano, in quo dos legitimæ, & paragij loco ſuccedit.*

55 *Fructus, an veniant ipſius legitimæ à die mortis teſtatoris?*

56 *Aſſignare, num poſſit in vita pater legitimam filio inuito? num.57.58.59.66.67.68.69.70.71.72.73. & 74.*

61 *Naturali, & ſpurio, neque hæreditas, neque legitima regulariter debetur, & qua ratione? nu.62.63.64.*

75 *Pater licèt filiam dotauerit, & dote contenta illa fuerit, vel dotem, vel quid aliud illi reliquerit, cum cõminatione, quòd nil aliud peteret, agere poterit ad legitimæ ſupplementum, maximè ſi in teſtamento aliquid illi reliquerit.*

76 *Statuto legitima in totum tolli, an poſſit? num.77.78. & 79.*

80 *Donatio, an minuat legitimam, nu.81.82.83.84.85. & 86.*

87 *Hypothecata eſſe bona patris pro legitima filij, nu.88. 89.90.91.92.93.94.95.*

96 *Studiorum ſumptus, & expenſæ factæ per patrem, & ſumptus in Doctoratu filij, an imputentur, nu.97.*

98 *Dum filius petit legitimam, hæres replicat expectandam eſſe diſcuſſionem plurium creditorum hæreditariorum, qua pendente, non eſſe tractandum de legitima, & hoc dubitatur? nu.99.100.101.102.103.104. 105.106.107.108.*

109 *Per ſubſtitutionem pupillarem expreſſam, an prinetur mater legitima, vel Trebellianica, & quando dicatur expreſſa pupillaris? nu.110.*

110 *Intellectus, l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inofficioſ. teſta.*

111 *Præſcriptio, qua currat ad petendam legitimam? Declara, nu.112.113.*

114 *Rebus, & legatis in ſpecie alienari prohibitis, an poſſit ex illis legitima detrahi, quid ſi adſint, vel non adſint alia bona? nu.115.116.117.118.*

119 *Aeſtimatio bonorum pro taxanda legitima, facienda eſt pro tempore mortis teſtatoris.*

120 *Non eſt in voluntate filij, ſuper quibus rebus velit legitimam, ſed ſtatur patris iudicio, ſi hoc tacuit, ſin autem arbitrio iudicis, nu.121.122.*

123 *Legitima, ſiue debitum bonorum ſubſidium, an ad hæredes tranſmittatur, nu.124.*

125 *Legitima, an debeatur ex Regno, Ducatu Marchionatu, comitatu, & ex alijs feudorum Titulis, vel dignitatibus.*

126 *An ex Inuentarij omiſſione legitima amittatur? numero* 127.

TITVLVS DECIMVS SEXTVS.

De Legitima.

LEgitima filiorum in bonis parentum per Imperatorem taxata eſt ſecundum numerum liberorum, quia ſi erit vnus, duo, tres, vel quatuor, ex ſubſtantia parentum, omnes habebunt trientem, qui eſt tertia bonorū pars, ſi verò erunt quinque, aut plures, habebunt ſemiſſem, 1 †ideſt medietatem bonorum. *Vulgata auct. Nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.* quo iure ab antiqua diſpoſitione aucta eſt, quoad hanc diſpoſitionem nouiſſimam. *Angel. in §. 1. in fin. in Auth. de Hæredib. & Falcid. Benedict. Capra in conſ. 73. numer. 8. latiſſimè Cardinal. Pariſ. in conſ. 23. numer. 4. in conſ. 25. nu. 31. 34. vol. 2. in conſ. 30. numer. 4. in conſ. 53. numer. 69. 70. 71. in conſ. 55. numer. 13. volum. 3. Riminald. Senior. in conſ. 245. numer. 1. in conſil. 257. numero 1. 3. 8. volum. 2. in conſ. 339. numer. 3. 25. eod. volum. 2. Corn. in conſ. 48. in fin. volum. 2. Marian. Socin. Iunior. in conſ. 25. volum. 1. Barth. Socin. in Regul. 152. Ioan. Cephal. in conſ. 5. numer. 44. volum. 1. in conſ. 245. numer. 23. volum. 2. Roland. à Valle in conſ. 39. numer. 4. volum. 3. Aymo Cranetta in conſil. 219. Bartholom. de Caſſæn. in conſuet. Burgundiæ, titul. des Succeſſions, §. 2. gloſſ. 4. Nicol. Bellon. in conſ. 83. numer. 12. Matthæus de Afflict. in deciſ. Neapol. 76. numer. 1. Sforcia Oddus in conſ. 5. num. 5. vol. 1. Fabius Turrett. in conſ. 11. num. 21. vol. 1. & in conſ. 5. numer. 10. eod. vol. Aluar. Vallaſc. conſult. ſiue deciſ. Luſitan. 61. numer. 3. deciſ. 110. numer. 10. Fabius de Anna in conſ. 2. numer. 26. Guidus Pancirol. in conſ. 1. num. 101.*

NON SVCCEDENTIBVS ab inteſtato, † legitima non debetur. 2 *Angel. in conſil. 300. incip. Punctus. Deci. in conſ. 26. nu. 4. Marianus Senior. in conſ. 150. nu. 18. vol. 1. cum multis allegatis per Ioan. Cephal. in conſ. 5. nu. 43. vol. 1. Bened. Capra in conſ. 6. nu. 1. in conſ. 76. nu. 10.* dum dicit, quòd regulatur à ſucceſſione ab inteſtato, † 3 *in conſ. 88. num. 3. Iacob. Menoch. in conſ. 153 numer. 8. vol. 2. Barnab. Cornaz. in deciſ. Lucenſ. 54. num. 28. Ioan. Cephal. in conſ. 146. n. 10. vol. 1. Riminald. Senior. in conſ. 234. nu. 5. volum. 2. Emanuel Suarez in Theſaur. receptar. ſenten. §. legitima, nu. 89. Sylueſt. Aldob. in conſ. 26. num. 115. Achill. Pedroch. in conſ. 15. nu. 10. 11. conſ. 32. nu. 50. D. Cardinal. Bononienſ. in deciſ. nuperrima Romana. 64. nu. 3. par. 1. tomo 1.*

FOEMINAS cõputari in numero filiorum quoad taxationem legitimæ, etiam ſi à ſtatuto excludantur à ſucceſſione propter maſculos dubitatur, pro vt ſumus in hoc Regno Neapolitano per 4 *Conſt. incip. in aliquibus.* † dummodò dotetur congrua dote à fratribus, quæ interpretata eſt ab omnibus ſapientibus Regni, quòd non ſit minor legi- 5 tima, †quod vltra omnes ego enucleaui, ita, vt pauca reliquerim poſſe coaceruari ab alijs, diſtinguens rem pluribus articulis, de quibus dixi *ſupra titul. 4. de iure Dotium, num. 321. cum pluribus ſequentibus, hoc eodem tomo 3. Summæ Deciſionum.* Vnde quantum ad quæſtionem propoſitam, an fœmina, 6 quæ eſt excluſa à ſucceſſione cum † maſculis à ſtatuto, numeretur in numero liberorum, quoad taxationem legitimæ, ſi erit Triens, vel ſemis. Vera concluſio eſt, præſertim in iſto Regno, quòd mulier quæ ſit contenta dote de paragio, quæ aſcendat ad legitimam, licèt non ſuccedat cum illis, tamen numeratur ad probandam, & taxandam legitimæ quantitatem cũ fratribus, hoc voluit *Bald. in l. vnica, §. in primo, ſub numer. 11. C. de Caduc. toll. Anton. Capic. in deciſion. Neapol. 158. numer. 8. 9. Guid. Papæ in deciſion. Delph. 295. & in deciſion. 599. & in Singul. 709.* hanc opinionem firmauit optimè *Bartholom. Socin. in conſil. 76. incip. viſo teſtamento Petri, colum. ... verſ. ad prædictorum confirmationem, ſub numer. 8. 9. volum. 3. Corn. in conſil. 197. colum. 3. verſ. & hanc partem, vol. 1. Angel. & Franciſcus Aretin. in l. plane, §. Duobus, ff. de legat. 1. Ioan. Cephal. in conſil. 46. numer. 21. vſque ad num. 31. volum. 3. Nicol. Boerius in deciſion. Burdegal. 104. numero 10. Ludouic. Morotius in conſil. 23. numero 20. & per totum, Ioan. Baptiſt. Laderchius in conſil. 126. numero 6. volumine 1. Petrus Iacob. de Aureliaco, in Practica, in titul. de condition. ex leg. omnimodo, columna 4. verſ. ſed quid erit,* quem refert, & ſequitur. *Ioacchim. Mynſinger. in obſeruat. 22. centur. 4.* probauit hanc opinionem *Bald. in dicta aucten. Nouiſſima, colum. 2. C. de Inofficioſ. teſtam. & in l. ſi patronus, in princip. C. de ſuis, & legitim. hæred. & ex alijs* ſequitur *Alexand. in conſil. 197. perſpectis verbis, nume. 1. volum. 6. Iacob. Ferrerius ad Guidon. Pape, in dicta deciſ. 599. Federicus Scotus, in conſil. 20. numero 11. lib. 6. tomo 1. Ioan. Baptiſta Coſta in tract. de Portione, Rata, quæſt. 37. numero 5. 6.* & eſt communis Doctor. opinio, quam ex multis comprobarem, niſi viderem præſertim in hoc Regno eſſe veriſſimam. præfatis adde *Raphael. Cõmen. in conſi. 35. incip. ſtante ſtatuto, colum. 1. verſ. qui enim aliquo iure. Ioan. Petr. Surdum in deciſ. Mantua. 252. numer. 1. Petr. Gregorium Sintagmatum iuris vniuerſi, libro 44. capitulo 5. num. 8. Gerard. Maynard. in deciſ. Tholoſ. 24. lib. 4.*

TAMEN de Religioſa Profeſſa, quod nõ admittatur ad partem † voluit Ampliſſimus ordo Senatus Pariſienſis, vt teſtatur 7 *Renatus Choppinus in conſuetudin. Andeg. lib. 2. titul. 3. articul. 22. fol. 212. volum. 2.*

CONTRARIAM opinionem, licèt teneant nonnulli per quinque opiniones relatas *per Antonium Gabrielium, commun. opinionum lib. 6. titul. de legitima, concluſion. 2. nu. 3.* Tamen iſtæ opiniones

† lo-

8 † loquuntur ſecundum diuerſitatem ſtatutorum quas opiniones primus omnium enumerauit *Curtius Senior in conſ.5.incip. Aiſtulphus*, ſed in ſpecie *Cardinal.Pariſius in conſ.25.nu.37.volum.1.* tenuit hanc opinionem quando fœminæ ſunt excluſæ
9 ſimpliciter † à ſucceſſione, vt tunc demum non habeatur tamquam filia, & idcirco dicit non numerari inter filios, quam opinionem alij non tenuerunt, & præſertim *idem Cardinal.Pariſ.in conſ.36. num.29.30.& 31.volum.2.* dicit, quòd quando in-
10 tuitu alicuius prohibentur ſuccedere, iſto caſu fœminæ enumerantur in numero filiorum pro taxanda legitima. Et ſimili modo in filiabus ſimpliciter
11 excluſis, quibus nulla debetur † legitima, non numerari inter filios dicit *Roland. à Valle in conſil.21. num.7.volum.1.* & ſic in iſto Regno Neapolitano, cum fœminæ excludantur extantibus maſculis, à quibus debent dotari de paragio, vſque ad legitimam, ſequitur opinionem contrariam eſſe veram.
12 Sed pro opinione, quòd fœminæ interueniant † non obſtantibus ſupradictis quinque opinionibus, ſatis reſoluit *Berrett,in conſ.135.* Sed diligentiſſimè *per Tiberium Decianum in dicto conſ.46.nume.21.* vſque *ad nume.31.vol.3. per Ioan.Baptiſtam Laderchium in conſ.125.in conſ.126.per totum, per Ludouic.Morrotium,in dicto conſ.23.nu.20.per totum per Ioan. Baptiſtam Coſtam,in tract.de Portione Rata,q. 37.nu.5.6.*

13 IVRE Naturali deberi legitimam † filio authoritate *c. Raynutius extr. de teſtament.* & ex alijs tradidit *Andr. Tiraquel. in tract. de Primogenior. cap.35.num.10.* ante eum *Bald. in l.1.§.ius naturale, numer.8. ff de iuſti. & iur. Lud.de Molina de Hiſpan. primogen.parte 1.lib.2. cap.1.numer.14.Andr.Gail. pract.obſeruat.lib.2.obſeruat.122.numer.16.Laurus de Palatijs,in tract. quòd ſtantibus maſcul.num.173.* quem refert. *Cæſar Barzius,in deciſ.Bononienſ.97. num.19. Nicolaus Bellon. in conſ.13. ſub num.2. Cardinal.Pariſi.in conſ.93.num.40. volum.2.* quem refert, & ſequitur *Ioan. Petr. Surdus de Alimentis, titul. 1.quæſt.19.num.7. Sforția Oddus in conſ.5.nu. 3.volum.1. Coſta de Remedijs ſubſidiar. præludio.1. num.10.Menoch in conſ.77.num.4. volum.1. in conſ. 168.nu.4.23.volum.2.in tract.de Arbitr.iud. quæſt. lib.2.cent.2.cauſa 149.num.12. Marc.Anto.Natta in conſ.201.num.9.volum.1.Marian.Iun.in conſ.62.nu. 10.volum.3. Fabius Turrett. in conſil.5. numer.27. volum.1. Capella Tholoſ. in deciſion.437. D.Carolus Tapia Regens de rebus Religioſis,in verb.ſua, capit.3. num.2.3.*

TAMEN cum plures rationes pro iure Na-
14 turali, plures etiam quòd ſit † Iuris Ciuilis, aliàs etiam, quòd ſit iuris gentium eleganter tradit *Antonius Gubertus Tholoſanus. Quæſtionum iuris, libr.1. cap.15.* nullam tamen dictarum opinionum probauit, ſed nouam, dicit ipſe tradere opinionem dari filijs legitimam, id poſtulare æquitatem, naturæ legem, & arctiſſimum Sanguinis vinculum, vt paternæ, & maternæ facultates liberis deferantur, non modò, vt viuant, ſed etiam, vt cum ſummo parentum, & familiæ ornamento, honorificè viuant, & ab his, qui eos procrearunt, & aluerunt, contempti non videantur. *Hæc Gubertus.* Et hoc ſimile viderunt alij, qui dixerunt eſſe legitimam ip-
15 ſius iuris † naturalis, ideſt inſtinctu naturæ debitam. Hoc dixiſſe videtur *Iuſtinianus Imperator. in §. primum, itaque illud eſt, in Auth. de Hæredib. & Falcidia ibi*, tanquam hoc ſecundum ipſam naturam debeatur, quale eſt filijs, & nepotibus, quod ante alios voluit *Matthæ.Matteſil. de ſucceſſionib. ab inteſtato. Membro 3. articul.1. numer.9. Surdus in dicto tract. de alimentis, titul.7. quæſt.12. numer.7.* Concinit, quo dicit *Riminald.Senior.in conſil.339.*
16 *numer.36.volum.2.* quòd legitima habet † in ſe rationem naturalem, & æquitatem. *arg. l.1. cum ratio, ff. de Portionibus liberis damnatorum concedendis Menoch. in conſil.81. numer.25. volum.1.* filijs tamen, & deſcendentibus à parentibus, propter ipſorum, commune votum hæreditas cum debeatur, ob naturalem erga filios charitatem *l. Nam, & ſi parentibus,in princip. ff. de inoffic. teſtam. l. ſcripto hærede, in fin. ff. vnde lib.* adeo vt naturalis ipſa ratio quaſi legis eiuſdem quædam tacita, parentum hæreditatem liberis addicat. *vt in dicta, l.cum ratio.* ob
17 quod pater legitimam † relinquere cogitur, appelleturq; debitum bonorum ſubſidium. *Dicta Auct. nouiſſima, l. omnimodò. l.quoniam in prioribus, C. de inoffic.teſta. Iacob.Tomingus in deciſ. Lipſenſ.40. nu. 4.5. Ioan. Baptiſta Coſta de Remedijs ſubſidiarijs. Præludio.1. num.19. Barthol.de Caſſan.in conſuetud. Burgundiæ, Rub.des ſucceſſions, §.2. in verb. la tierce parte, numer.2.3.* ex maiori ipſorum parte non eſſe veri iuris naturalis patet, vt concludit *Petr. Gregor. Sintagm.iuris vniuerſi,lib.44.c.5.n.10.* quod, & ego teneo, non modò ex his quæ nunc retuli, ſed etiam ex me dictis in *cõmentarijs de magiſtratuum edictis, lib.2. cap.* Sed conſideranda admodum erunt quæ dixi *in conſ.49.num.48.vſque ad numer.67.centur. 1.* quæ dixi ibidem conſulendo, quia in conſultationibus multa accidunt atque permittuntur, quæ in alijs locis non conueniunt. *Peregr. in conſil.27. numer.2. volum.3. D. Alfonſ.Manzanedus in deciſ. nuperrim.Romana 206.nu.1. part.1.tomo 1.Ant.Fab. in Codice Fabr. libro 3. titul.19. defin.16. numer.4. & ſeqq.*

PIA legata, quamquam priuilegia non nulla habeant vt in diſpoſitionibus, & actis, vt proce-
18 dant etiam in concurſu † filiorum, vt latè dixit *Andr. Tiraquell. de Priuilegijs Piæ cauſæ. Priuilegio. 37. cum alijs ſequentibus.* Secus autem quoad legi-
19 timam fitio debitam, † ita voluit *Bartol. in l.1. numer.55.C.de Sacroſ.Eccleſ.* quem ſequitur *Alexand. in conſ.38. incip.Viſo themate, col.3. verſ.ad confirmationem, vol.1. & in conſ.92. incip. ſuper eo, de quo quæritur,col.3.verſ.poſſet etiam reſponderi,vol.3.* allegat. *Petr.de Anchar.in conſ.44.quod credo eſſe conſ. 46. incip.Prima facie, colum.1.* vbi dicit, limitando illud dictum, quod fauorabilior ſit cauſa liberorum, quàm cauſa pia, quando agitur de ſucceſſione patris, vel aui, quia dicit intelligi debe-

re, quando ex tali relicto ſequeretur totalis priuatio, & exhæredatio filiorum, & ſic etiam priuatio
20 legitimæ, † & ita dicit debere intelligi dictum *Diui Auguſtini*, dicentis, quicunq; vult Eccleſiam inſtituere, & filios exhæredare, quærat alterum, non Auguſtinum. vt patet *in ſermone ad fratres in Eremo* 52. *redactum, in c. quicunq;* 17. *q.* 4. Idem epilogauit, & concludit *Decius in conſil.* 426. *incip. in duobus dubijs, ſub num.* 5. dicens ita intelligi oportere, quando filius eſſet exhæredatus in totum, & priua-
21 tus legitima, † ſecus ſi non agatur de legitima, & *in conſil.* 495. *incip. viſo eleganti conſilio, numer.* 28.
22 vbi dicit quòd excepta legitima magis fauetur † Eccleſiæ. vt optimè declarat *Anton. de Butrio in conſil.* 25. *incip. Ad primum dubium, numer.* 4. *Franciſc. Aretin. in conſil.* 12. *incip. in cauſa Nicolai, colum.* 1. *verſicul. quarto iſtam quæſtionem.* dicit, quòd reſer-
23 uata legitima † plus fauet lex cauſæ piæ, & animæ. *Ioan. de Firmo, in tractat. de epiſcopo, parte* 4. *libro* 4. *colum.* 24. 25. *Octauian. Cacheran. in deciſion. Pedemontan.* 110. *num.* 16. *facit Ludouic. Roman. in conſil.* 364. *incip. de ſecundo, numer.* 3. *Marc. Mantua. Dialogor. libro* 7. *Dialogo* 126. *Cæſar Barzius in deciſion. Bononienſ.* 4. *numero* 27. 28. *Roland. à Valle in conſ.* 39. *n.* 27. 28. *vol.* 3. *Iacob. Philipp. Portius in conſ.* 83. *num.* 11. *D. Carolus Tapia Marchio Belmontis, Regens, de Rebus Religioſis, in verb. ſua, cap.* 3. *numer.* 22. *Andr. Tiraquell. in Repet. l. ſi vnquam, in verb. Donatione largitus, num.* 329. *C. de Reuoc. don. Aſcan. Clementi. de Patria poteſt. effectu* 16. *nu.* 34. *Andr. Gail Practicar. obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 119. *num.* 45. *Ioan. Cephal. in conſ.* 412. *nu.* 26. *vol.* 3. *Robertus Marant. in tract. de Multiplici alien. nu.* 231.

NEPOTIBVS ex filijs debetur legitima,
24 mortuis patribus, in bonis Aui, † habebunt trientem, aut ſemiſſem pro numero *iuxta text. in* §. 1. *in Auth. de Trient. & ſemiſſ. & Auct. Nouiſſima C. de Inofficioſ. teſtam.* ita tamen, quòd ſi ex vno filio erunt plures nepotes, & ex alio plures, & ex alio vnus, intra nemorum quatuor filiorum, & omnes filij eſſent mortui, filij vnius cuiuſque ipſorum, in
25 Triente † ſuccedent in ſtirpes, ſi cautem ſuperuiueret aliquis, ille ſuccedet in portione ſua, ac ſi viuerent fratres. Eodem modo ſi erunt quinque filij, vel vltra, in ſemiſſe viuentes ſuccedunt in parte ſua, & nepotes quanticunque ſuccedunt in ſtirpes in partibus patrum. *Salycet. in dicta Auctent. Nouiſſima, q.* 6. *num.* 5. *Iaſon ibidem, nu.* 65. *Alexand. in conſ.* 63. *incip. ſuper primo dubio, col.* 1. *in princip. vol.* 2. *in conſ.* 201. *incip. perſpectis verbis, num.* 2. 3. *vocol.* 6. *in conſil.* 36. *incip. conſideratis narratis, num.* 2. 3. *volum.* 7. *Corne. in conſil.* 48. *incip. de pluribus, clum. penult. verſic. & nepotes, vel neptes, volum.* 2. *Marian. Iunior. in conſil.* 88. *num.* 1. *volum.* 4. *Marc. Antonius Peregrin. de Fideicomiſſis, articul.* 36. *numer.* 39. *& poſt Cucchum in Tractat. de legitima, in princip. num.* 2. *verſic. debetur autem.* qui nunquam venit ad manus meas, ſed illum allegat *D. Fabritius Veroſpius in deciſio. Nuperrima Romana* 626. *ſub nu.* 1. *part.* 2. *tomo* 2.

EX FILIA ſimiliter admittuntur filij ad le-
26 gitimam in bonis Aui, vel Auiæ, † eodem ordine, *vt ex Bartolo in conſil.* 49. *incip. Nicolucius. Alexand. in conſil.* 26. *in tertio dubio, volum.* 1. *Carolo Ruin. in conſil.* 186. *numer.* 1. *volum.* 2. *Marian. Iuni. in conſil.* 184. *in princip. vol.* 2. *voluit Marcus Anton. Peregrin. de Fideicommiſſ. articul.* 36. *ſub numero* 39.

ASCENDENTES habent, & ipſi in De-
27 ſcendentium bonis legitimam, quæ eſt triens † hæreditatis. quod concludit *Iacob. Butrigar. in ſua diſput.* quam refert *Bartol. in l. pater filium, in* 2. *lectur. num.* 14. *ff. de inoffic. teſt.* contra quem ipſe concludit. & contra Bartolum *poſt Gloſſ. in dicta Auct. Nouiſſima, in verbo, titulo, vbi Gul. Odofred. Bald. Salycet. & alij. Bartol. Bald. Angel. & Raph. Comenſ. in l. ſi à milite,* §. *fin. ff. de Milita. teſt. Alexand. in l. in ratione,* §. *quod vulgo, ff. ad leg. Falcidiam.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. *Ioan. Antonius Rubeus Alexandrin. in l. pater filium, not. vltimo, ff. de inoff. teſtam. & in l. Titia cum teſtamento,* §. *Imperator. numer.* 26. *ff. de leg.* 2. *Ioan. Crotus, in l. Reconiuncti, numer.* 137. *ff. de legat.* 3. *Ioan. Coraſ. in l. filium quem habentem, numer.* 33. *C. famil. herciſcund. Bald. in conſil.* 350. *in fin. volum.* 4. *Raphael Fulgoſius in conſil.* 35. *incip. Proponitur, quòd mater, colum.* 1. *verſicul. in oppoſitum verò, & in conſil.* 55. *incip. Pro ſecundo in princip. Alexand. in conſil.* 140. *incip. ſuper teſtamento, colum. fin. verſ. quoad quintum dubium, volum.* 1. *in conſil.* 168. *incip. viſis, ac ponderatis, numer.* 12. *volum.* 7. *Didac. Couarru. in Epithom. de ſponſalibus, parte* 2. *capitulo* 8. §. 4. *numero* 12. dicens eſſe communem opinionem. *Marcus Mantua Apotphegmat.* 511. *Iacob. Philipp. Portius in conſil.* 82. *numero* 2. *Marcus Antonius Peregrinus in conſil.* 81. *numero* 8. 15. *volum.* 1. *Guid. Pancirol. in conſ.* 88. *numero* 13. *Petrus Rauen. in ſingul.* 230. *Ioan. Papon. Arreſtor. libro* 20. *titul.* 7. *Arreſto.* 2. *Matth. de Afflict. in deciſion. Neap.* 204. *numero* 4. *Angelus de Aretio, in tract. de Teſtamentis, in gloſſa* 92. Et eo caſu reliquit R. ſuum filium, dum vixerit, & poſt mortem eius inſtituit eius patrem. *in fin. verſicul. quæro caſu, quòd eſſet neceſſe. Antoninus Theſaurus in deciſion. Pedemontan.* 172. *numero* 3. *etiam in fine. Roland. à Valle in conſil.* 39. *ſub numero* 4. *volum.* 3. *Marcus Anton. Peregrinus de Fideicommiſſis, articul.* 49. *numero* 47. *Bartholom. de Caſſæn. in conſuetudin. Burgundiæ, titul. des ſucceſſions* §. 2. *gloſſ.* 4. *Fernand. in l. in quartam, in Præfat. parte* 2. *numer.* 86. *ff. ad leg. Falcid. Michael Craſſ. in* §. *legitima, quæſt.* 5. *Marc. Anton. Peregrin. in conſil.* 17. *numero* 2. *volumine* 3. qui omnes abſque ambiguitate ſequuntur. *Ioannes Philipp. in conſ.* 3. *ſub numero* 20. *in conſil.* 26. *numero* 38. *& alij,* & in iſta aſſertione nullus diſſentit, ſed omnes communi voto illam ſequuntur. *Barnab. Cornazan. in deciſion. Lucen.* 54. *numero* 10 *Ioan. Cephal. in conſil.* 538. *numero* 1. *volum.* 4. vide inferius *verſic: Senatus ampliſſimus.*

NOTANDVM quòd quamuis, vt
ſu-

ſupra dictum eſt, parentibus debeatur legiti-
28 ma poteſt tamen filius aliquid certum, † vel pecuniam aſſignare pro ipſorum legitima, vt voluit. *Philipp. Francus, in capit. ſi pater, de teſtam. in 6. Ioan. Franciſc. Ripa, in l. in quartam, numer. 127. ff. ad leg. Falcid. Petr. Gregor. Sintagmat. iur. lib. 44. cap. 5. nu. 22. Roland. à Valle, in conſ. 39. num. 14. vol. 3.*

HINC ſequitur illa quæſtio, an filius ingrediens monaſterium, teneatur dare patri, ex bonis
29 monaſterio datis legitimam, in qua Azo tenuit † quòd Monaſterium non teneatur, quia monaſterium reputatur vt filius, & excludit parentes.

CONTRARIVM tenuit *Bartol. contra Azonem*, dicens Oldradum contra ipſum tenuiſſe. *in Auct. ſi qua mulier, nu. 18. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* (&
30 ante Azonem fuit Placentinus, quia † Azo in ſumma centies illum refert præſertim in prologo) *Placentinus in ſumma, Codicis, libr. 1. titul. 2. de Sacroſ. Eccleſ. col. 2. verſicul. Sed per illam ſententiam* dicit, eatenus detrahetur, ſi opus eſt, vt filij, parentes ve legitimam habeant. *& col. 3. verſ. idem puta*, inquit, ſi filius monachus, & emancipatus, vel pro emancipato habendus, aſcendentes reliquerit, hi enim ſi non habuerint à filio legitimam, dabitur eis, aut ſupplebitur. *Hæc Placentinus* volui hoc referre, quia
31 video non omnes habere hanc † Placentini ſummam, cum multum debeamus illis primis legalis ſcientiæ magiſtris. quem ſequitur *Specul. in titul. de ſtatu monachorum, §. qualiter, col. 10. verſicul. Quinquageſimotertio quæritur, num. 59.* quo in loco, dicit, parentes habere debere debitum bonorum ſubſidium in bonis filij ingreſſi, allegat *Placentinum*, licet non dicat, in quo loco, ideo ego illum manifeſtaui, quanquam contrarium dicat tenuiſſe *ſupradictum Azonem, Accurſium, Martinum de Fano, & Ioannem*, Tamen *Ioannes Andr. in Apoſtillis* ibi, dicat Martinum tenere opinionem *Placentini*. *Idem Specul. num. 71.* latius, & magis apertè, dicit, ſi habet parentes illi habebunt tertiam partem bonorum, monaſterium verò duas. hanc opinionem tenuit *Abb. Panormit. in cap. in præſentia, num. 53. Ioannes Roias in Epithome ſucceſſion. cap. 29. Ampliat. 8. num. 40.* ſequitur *Stephan. Gratian. in deciſ. Marchiæ 7. ſub nu. 4. cum pluribus ſeqq. Carolus Tapia Marchio Belmontis, in Auth. ingreſſi, in verb ſua, cap. 4. nu. 12.* allegat. *Gregor. Lopez in l. 17. titul. 1. parte 6. in verb. deſcendiſſem.*

TRASVERSALES, ſcilicet Frater, vel
32 ſoror, legitimam habere non debent, niſi in caſu † fuiſſet per fratrem, vel ſororem inſtituta perſona, infamiæ, vel turpitudinis, vel leuis notæ maſcula aſperſa. *l. fratres 27. C. de inofficioſ. teſtam. text. in §. ſoror, vbi Accurſ. in verb. ſoror, & in verb. Turpibus. Inſt. eo. titul. vbi Angel. de Aret. Chriſtophor. Port.* & ante eos optimè *Ioan. Faber, num. 2. 3. ibidem Ioannes Ferrarius Montan. Ioacchim. Mynſing. in princip. num. 17. Ioan. Oynotom. cap. 2. incip. item declarat. Imperator. num. 17.* & voluerunt antiquiores *Angel. in §. 1. nu. 1. Auct. de Trient. & ſemiſſ. Bartol. in Aucten. de Hæredibus & Falcid. numer. 14. idem in dicta l. fratres, in ſummario. Rolandinas in tract. vltimar. voluntatum in Rubr. de illis, qui omnem inſtitut. vel exhered. deb. vbi Gerar. Mulert in Apoſtillis, ſub numer. 6. Iul. Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 50. in princip. & in quæſt. 52. numer. 5. Paul. de Caſtr. in conſil. 61. incip. Ad primum, colum. 2. verſ. palam autem eſt.* quem refert, & ſequitur *Deci. in conſil. 530. incip. viſo puncto, num. 2. 3. Carol. Ruin. in conſil. 5. volumine 3. Franciſc. Viuius in Sylua opinion. commun. opinion. 865. Teſtator. numero 23. verſicul. in contrarium. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. 125. numer. 2. & in deciſion. 204. numer. 3. Robert. Maranta in conſil. 27. numer. 9. Iacobus Cuiac. obſeruat. libro 17. capitulo 40. Antonin. Theſaurus in deciſion. Pedemont. 128. Ioan. Petrus Surdus de Alimentis, titulo 8. Priuileg. 85. numero 10. Marcus Anton. Peregrin. de Fideicommiſſis, Artic. 36. numer. 45. Fabius Turrett. in tract. de clauſula codicillari, quæſt. 27. in princip. numero 2. Ioan. Baptiſta Thor. in compendio deciſion. Neapol. §. ſoror an poſſit teſtamentum, Ioan. Thom. Minadous, in conſil. 1. numero 68.*

DECLARA primò, eoſdem fratres, qui volunt dicere teſtamentum inofficioſum, turpi perſona inſtituta ad finem conſequendi legitimam, eſſe debere germanos, ideſt ex vtroq; parente prognatos, vel ſaltem eundem patrem habuerint, qui conſanguinei dicuntur, vterini autem, qui ex eodem
33 matris vtero nati ſunt, non autem patre, † non admittuntur, *dicta l. fratres, & in l. 1. ff. eod. titul.* & tenent omnes ſupradicti Doctores allegati.

DECLARA ſecundò, infames inſtitutos,
34 intelligi, iuris, vel facti infamia † laborantes, de quibus *in toto titul. de his, qui notantur infam.* Turpes autem ſunt diuerſi ab infamibus. & ideo *Ioan.*
35 *Faber.* ſupremi, & Magni, non ſolum † fama, ſed re, & effectu iuriſconſultus nominis. *in dicto §. ſoror, num. 2. 3.* dicit, quòd textus dicit infames, vel turpes per diſiunctiuam, & declarat turpes dici vi-
36 les, vt † excoriatores equorum, luſores, ebrios, brigoſos, diſſolutos, & malæ vitæ, & inhoneſtæ, & ſic de alijs, vt de homicidis, rapina, furto, falſitate notatos, *vt idem Faber ibi, num. 9. 11.* de vſurarijs, &
37 fœneratoribus, † vt dicit *Ioan. Baptiſta Caccialup. in Repet. l. Admonendi, colum. 1. ff. de iureiur.* & voluit *Mynſinger. vbi ſupra ſub nu. 17. & Oinotomus*, qui ſequitur etiam dictum Fabri.

DECLARA Tertiò, quòd frater, vel ſoror
38 volentes agere, non ſint ipſę infames, vel turpes † ipſi, quia non admitterentur ad agendum. *arg. l. in Arenam, C. de inofficioſ. teſta.* vndè rectè *Gloſſ. in verb. conditionis*, inducit *verſiculum*

Doloſus doloſo, nil Catilina Cethego.

quem repetit etiam *Ioacchymus Mynſingerus vbi ſupra ſub numer. 17. Ioan. Ferrar. Montan. in loco ſupra relato.*

DECLARA quartò, q, & ſi frater reliquerit
39 aliquid in teſtamento, nihilominus hoc † non ob-

ſtante frater agens rumpat totum, *arg. l. Pantonius, in princ. ff. ſi quis à parent. fuerit manumiſſ.* voluit *Paul. de Caſtro in dicto conſ. 61. & Salycet. in dicta l. fratres, q. 3.*

CONTRARIVM tenuit *Angel. in dicta l.*
40 *1. ff. de inofficioſ. Teſtament. Iul. Clarus* † *in dicto §. Teſtamentum, q. 50. nu. 3. Franciſcus Viuius in dicta communi opinione 865. nu. 23. Robert. Marant. in dicto conſ. 27. nu. 6. Surdus de Alimentis, titul. 8, Priuilegio, 85. n. 10. Matthæ. de Afflictis in dicta deciſ. Neapol. 204. n. 3.* vbi dicit in Regno fuiſſe approbatam Angeli opinionem per ſententiam ſacri conſilij. & tenet *Gerardus Mulert ad Rolandin. in loco allegato ſub num. 6. Cæſar Vrſill. in deciſ. 204. num. 1. Thorus in Compendio deciſ. Neapol. §. Soror, an poſſit teſtamentum.*

SI NIHIL fuiſſet relictum rumpit, etiam ſi
41 in teſtamento adeſſet clauſula † codicillaris *Deci. in dicto conſ. 530. incip. Viſo puncto, & in conſil. 561. incip ſeptimo.*

42 QVOTA Bonorum, non autem †hæreditaris eſt legitima, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inofficioſ. teſt. Bartol. in l. ex facto, ſub nu. 1. verſ. ſtud diſplicet mihi, ff. de hæred. inſtit. Angel. in dicta l. Papinianus, §. ſi cõditioni, nu. 2. Auct. Nouiſſima,* vbi hoc voluit *Iaſon, nu. 3. C. de inofficioſ. teſtamen. Salycet. in l. ſcimus, nu. C. co. tit. 5. Curtius Senior, in conſ. 12. num. 25.* quam ibi dicit eſſe communem opinionem. *Marc. Anton. Natta in conſ. 156. num. 8. vol. 1. Andr. Gail Pract. obſeruat. lib. 2. obſeruation. 119. nu. 12. & obſeruat. 120. nu. 2. Surdus in conſ. 128. num. 7. vol. 1. Cæſar Barzius in deciſ. Bononienſ. num. 11. Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus. Ampliat. 11. num. 4. C. de inofficioſ. teſtam. Decius in conſ. 81. num. 2. Aluar. Vallaſc. conſult. ſiue deciſ. Luſitan. 110. nu. 10. D. Cardinal. Blanchett. in deciſ. Nouiſſima Roman. 464. nu. 2. vol. 1. Auguſtin Berous, in conſ. 174. nu. 1. vol. 2. Rimtnald. Senior in conſ. 328. n. 41. vol. 2. Franc. Burſat. in conſ. 8. nu. 10. vol. 1. Emanuel in Theſauro Receptar. ſententiar. §. legitima, numer. 63. Stephan. Gratian. in deciſ. Marchiæ 181. num. 1. Ioannes Baptiſta Coſta de Facti ſcient. & ignorant. diſtinct. 93. nu. 16. cent. 2.*

DECLARA dici quotam bonorum, quantum ad creditores, vt præferantur, in alijs dicitur
43 † quota ſucceſſionis. *Angel. & Paul. de Caſtr. in l. ita tamen, § ſi patronus. ff. ad Trebel. Deci in l. ſi hæres inſtitutus, col. 1. C. de impub. & alijs ſubſt. vbi Ioan. Coraſ. nu. 34. Ferdinand. Vaſquius de ſucceſſion. creat. part. 1. lib. 2. §. 20. nu 110. 111. Franciſc. Burſatus in conſ. 8. nu. 10. vol. 1.*

DEDVCITVR antequam capiatur legi-
44 tima, omne æs alienum, ex cauſa prædicta, † quia cum debeatur in bonis, at bona dicuntur deducto ære alieno. *l. ſubſignatum, §. bona, ff. de verbor ſignificat.* ſequitur legitimam deberi, ære alieno deducto,
45 † & funeris impenſa, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inofficioſ. teſtam. l. ſin ff de vſufr. leg. Benedict. Capra, in conſ. 6. nu. 7. in conſ. 7 nu. 3. in conſ. 18. num. 18. in conſ. 32. nu. 9. in conſ. 33. nu. 7. in conſ. 40. nu. 12. in conſ. 51. nu. 2. in conſ. 55. nu. 1. in conſ. 68. nu. 5. Auguſtin. Berous in conſ. 93. num. 82. vol. 2. Ioan. Cephal. in conſ. 412. num. 25. vol. 3. Marc. Anton. Peregrin. in conſ. 94. num. 1. vol. 3. D. Ioan. Baptiſt. Coſta de Facti ſcientia, & ignorant. diſtinct. 2. nu. 27. centur. 2. & in tract. de Remedijs ſubſidiarijs, Remedio 55. num. 2. 3. Guidus Pancirol. in conſ. 98. n. 36. Ludouic. Charond. lib. 8. Reſponſ. cap. 56. Gerard. Maynard. Deciſ Tholoſ. 93. ſub num. 2. lib. 2. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 3. titul. 19. deſin. 6. numero 12. allegat. Federicus Scotus in conſ. 11. nu. 2. lib. 5. tomo 1. in conſ. 20. num. 2. 3. lib. 3. tomo 1. Petr. Anton. Anguſſol. in conſ. 7. num. 3. lib. 6.*

46 GRAVAMEN, vel onus nullum † recipit filiorum legitima. *l. quoniam in prioribus, cum ſimilibus, C. de inofficioſ. teſtam. vt poſt Ripam, Paulum de Monte Pico, Bernardinum Alphanum, Andream Gail, & Hieronymum Treutlerum dixi in conſ. 51. num. 1. centur. 1. His* nunc addo *Barthol. Socin. in conſ. 97. præſens conſultatio, nu. 3. & per totum, vol. 3. Corn. in conſ. 106. vol. 2. Matthæ. Matthefilan. in Notab. 164. incip. Nota pulchram doctrinam. Iacob. Philipp. Portius commun concluſio. 42.* vbi ponit duodecim Ampliationes, & viginti octo limitationes. Simile facit *Antonius Gabriel. Commun. opinion. lib. 6. titul. de legitim. concluſion. 1. Roland. à Valle in conſ. 78. num. 2. vol. 1. Marian. Iun. in conſ. 131. nu. 4. 9. volum. 2. Franciſc. Burſat. in conſ. 92. nu. 10. vol. 1. in conſ. 102. num. 11. vol. 10. Sylueſtr. Aldobrand. in conſ. 10. nu. 10. 11. conſ. 13. nu. 9. & in conſ. 31. nu. 32. Marc. Anton. Peregrin. in conſ. 109. nu. 7. volum. 3.* idem voluit *Franciſc. Milanenſis in deciſ. Sicil. 11. num. 2. Afflict. in deciſ. Neap. 162. ſub num. 3. in deciſ. 306. num. 2. Stephanus Gratianus in deciſ. Marchiæ 76. nume. 4 in deciſ. 162. nume. 1. 2. 3. Achill. Pedrocea in conſ. 6. nu. 62. Guid. Pancirol. in conſ. 97. num. 16. in conſ. 98. nu. 21. in conſ. 137. numer. 1. Riminal. ſenior in conſ. 328. num. 1. & in conſ. 243. num. 1. 4. 13. vol. 2. D. Lugdunenſis in deciſ. Nuperrima Roman. 200. nume. 1. & D. Alphonſus Manzanedus in deciſ. nuperrima Romana 206. num. 2. 3. parte 1. tomo 1. D. Fabritius Veroſpius in deciſ. Nuperrima Roman. 653. num. 5. part. 1. tomo 2. D. Ioannes Baptiſta Pamphilius in deciſ. nuperrima Romana 449. num. 3. parte 1. Tomo 1. Benedi. Capra, in conſ. 88. num. 2. Ioan. Cephal. in conſ. 105. num. 12. vol. 1. D. Cardinal. Bononienſ. in deciſ. Nuperrima Roman. 259. num. 4. part. 2. tomo 1. Andr. Gail. Practicar. obſeruat. lib. 2. obſeru. 116. num. 3. obſeru. 119. num. 3. Ioan. Dilectus Durant. de Arte Teſtandi tit. 3. cautel. 5. num. 5. Ant. Faber in Codice Fabrian. lib. 3. tit. 19. Deſin. 6. num. 12. in alleg.* legitima eſt omnis oneris expers. *Federic. Scotus in conſ. 11. numero 2. libro 5. tomo 1.*

INSTITVTIONIS honorabili titulo per
47 parentes filijs legitimam relinquendam † fore, aliàs poſſent teſtamentum querelare. *§. Aliuel quoque capitulum. Auct. Vt cum de appell. cognoſc. Auct. ex cauſa C. de liber. præterit. Vbi Balion. de Monte Vbian. nume. 14. cum pluribus ſeqq. Bartol. in Auct. Nouiſſima, num. 1. C. de Inofficioſ. teſtament. & ibidem Iaſon num. 13. Matthæ. Matteſilan in ſingul. 159. incip. No-*

ta quòd ſi pater. Iulius Clarus, in §. teſtamentum, q. 38. Ferdinand. Vaſquius, de ſucceſſion. creat. §. 20. in dicta Auct. Nouiſſima, num. 233. dicit, Iure nouiſſimo authenticorum per *dictum, §. Aliud*, omninò relinquendam à patre filijs titulo inſtitutionis. Quinimmo etiam iure digeſtorum ſimili modo hanc opinionem teneri, voluerunt *Bald. Ioannes de Imol. Alexand. in l. inter cætera*, vbi annotauit *Iaſon numer. 10. ff. de liber. & poſthum.* & de Iure digeſtorum hanc eſſe communem opinionem ponit *Rodericus Xuarez, in dicta l. quoniam in prioribus, limitation. 15. Barth. de Caſſan. in conſuetud. Burgundiæ, Rubr. 7. §. 3. gloſ. 7. Antoninus. Theſaurus in deciſ. Pedemontana 58.* refert idem *Vaſquius vbi ſupra, num. 231.* ſed concludit de Iure nouiſſimo, quod ſupra dixi vbi ſupra eſſe obſeruandum. *Franciſc. Viuius commun. opinio in verb. Filij neceſſario. Nicolaus Reuſner. in deciſ. Ienenſi 10. num. 18. libr. 1. D. Franciſcus Vbald. in deciſ. Nuperrima Roman. 568. num. 1. parte 1. tomo 2. Aluarus Vallaſcus in conſultation. ſine deciſ. Luſitan. 23. nume. 1. 2. Nicolaus Boerius in deciſ. Burdegal. 267. num. 1. 2. Maſuer. in Pract. titul. de ſucceſſionibus, & vltimis voluntatibus, num. 19. verſ. Item ſi teſtator. Marcus Mantua in repet. auct. Nouiſſima, verſ. ſecundo dubitatum fuit, & verſ. Nota quarto. Et verſ. Gloſſ. tertia igitur.*

48 CONTRARIVM quòd per † verbum relinquo, & alia verba ſimilia poſſit legitima relinqui *Viglius Zuichemus in rubr. de inofficioſo teſtamento* voluit, *& Stephanus Forcatulus in Necyomantia iuris. Dialogo 35.* quo in loco potius Ingenij elegantiam demonſtrandi cauſa feciſſe videtur, ſimili modo Viglius cum eſſet Præſes conſilij Flandrici, tamen mouetur debilibus fundamentis, contra quem optimè contrarium diſputando publicè tenuiſſe *Vaſquium*, vt ipſe refert, *in dicto*, §. 20. *ſub numero ſecundo.*

AMPLIA ſupradictam concluſionem procedere titulo inſtitutionis honorabili legitimam dari oportere, etiam ſi eſſemus in teſtamento inter li-
49 beros, † *vt poſt Iacob. de Aren. Iacobum Butrigar. Petrus de Bella pertica. Bald. Salycet. & Fulgoſ. in dicta auctentica. Nouiſſima. Baldum, & Salycetum in l. fin. C. Famil. Herciſc. Carolus Ruin. in conſ. 1. nu. 3. vol. 2.* & dixerunt hanc opinionem communiter *teneri Alberic. de Roſat. & Salycet. in dicta, auct. nouiſſ.* multos pro hac opinione allegat, quorum alij dicunt contrarium, vt ſtatim dicam. *Iul. Clarus in §. teſtamentum, qu. 8. verſ. ſed pone teſtator*, & poſt Doctores antiquiores ſupra allegatos, voluit *Alexand. in conſ. 76. incip. ponderatis his, colum. 3. verſi. Non omitto vltra predicta, vol. 3. Ioan. Dilect. Duran. de arte teſtandi, tit. 3. cautel. 1. num. 1. Nicolaus Boer. in deciſ. Burdegal. 267. nu. 1. 2. Io. Leurier. in tract. de iure primogenitura, lib. 2. q. 3. nume. 30. cum pluribus ſeqq.* quamuis verè, & apertè nõ declaret ſuam intentionem. *Gulielm. Bened. in Rep. c. Raynutius, in verb. in eodem teſtamen. nume. 132. 133. de teſt. Antonius Gomez in l. Tauri 3. nume. 57. Curt. iun. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, nume. 13. C. de teſtamen.* hoc idem tenuit *Maſuer. in Practic. tit. de ſucceſſionibus, num. 19. verſ. item ſi teſtator.*

CONTRARIVM tamen, quòd & ſi legitima filio relinquatur non iure inſtitutionis in te-
50 ſtamento inter liberos, quòd relictum † valeat, & teſtamentum ſubſtineatur, fuit opinio *Placentini in Summa Codicis, lib. 3. tit. 28. colum. 1. verſ. ſi filio pater reliquerit, & poſt ipſum Azo in eodem titulo. Iaſ. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, nu. 4. C. de teſtamen. in auctentic. nouiſſima, num. 16.* dicens hanc opinionem contra ſupradictam ſi caſus occurrerit ipſum conſulturum, & iudicaturum, cui optime reſpondet *Curt. in dicto §. ex imperfecto*, & iſtam opinionem tenuit *Matth. Matteſilan. in ſingul. 104. incip. Nota, quòd illa vulgaris*, licet *Iul. Clar.* dicat illum tenere primam opinionem, quam tenuit *Aluarus Vallas. in conſultation. ſine deciſ. Luſitan. 23. nu. 34.* Hac igitur non obſtante, primam conſulendo,
51 & iudicando tenendam eſſe arbitror, † non ſolũ, quia, §. *ex imperfecto* fuit primo loco, & §. *aliud.* vltimo loco, ſed ex alijs multis, quæ omittenda ſunt locis oportunioribus.

VIVENTE patre legitima non debetur, ſed
52 poſt illius mortem improbum enim iudicatur † de viuentis bonis agere, *l. 2. §. interdum, ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. 1. §. ſi impuberi, ff. de collation. bonor. Bartol. in l. fin. ff. de liber. agnoſcend. Bald. in l. ſi quando, §. illud, ff. de liber. legat. & in auctoritate, ſi qua mulier, in fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Alexan. & alij in l. Cornelia, ff. de vulgar. & pupill. Alexand. in l. ſi cum dotem, num. 13. ff. ſolut. matr. Idem Alexand. in conſil. 14. incip. circa primum, col. vltima, verſic. ſed dato quod Domina Maria, vol. 1. Roland. Bononienſ. de teſtamentis, rub. 16. num. 19. Bald. in conſ. 257. nume. 1. 2. volum. 3. Barth. Socin. in regul. 288. Paul. de Caſtr. in conſ. 80. num. 3. vol. 1. Decius in conſ. 438. incip. Accuratè, & eleganter, num. 12. 13. Marian. Socin. iunior. in conſ. 51. num. 6. vol. 1. Bartholomeus de Caſſan. in conſuetud. Burgun. rubr. 7. §. 1. num. 2. cum pluribus ſeq. Catellian. Cotta in Memor. in verb. legitima, Anton. Corſetus, in verb. legitima. Marc. Mantuan. in Rep. dicta auctentic. nouiſſima, fol. 23. verſic. ſecundo dubitare contingit, Guliel. Benedict. in Rep. c. Raynutius, in eodem teſtamento, il primo, num. 215. de teſtamen. Carol. Ruinus in conſ. 149. num. 13. vol. 3. Chriſtoph. Torniola in conſ. 12. num. 1. Franciſ. Becc. in conſ. 34. Guido Papæ in deciſ. Delphin. 486. ſub nume. 1. Thomas Grammatic. in deciſ. Neapol. 101. nume. 65. Cardinal. Puteus in deciſ. 237. lib. 2. Gaſpar Caballin. Milleloq. 82. Ioacchim. Mynſinger. obſerua. 25. cent. 4. Petr. Benintend. in deciſ. Bonon. 89. Nicol. Vigellius in deciſ. 62. cent. 3. Petr. Duen. in Regul. 356. num. 1. Aſcan. Clemen. de Patria poteſtate effectu 16. num. 56. Surdus de alimentis, tit. 8. q. 26. num. 1. Anton. Faber in Codice Fabriano, lib. 2. tit. 3. definit. 15. nume. 14. 20. & lib. 3. tit. 19. defin. 21. nu. 4. Ferrat. cautel. 24. num. 5. Ioan. Cephal. in conſ. 95. nume. 2. in conſ. 148. num. 29. vol. 1. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 682. vol. 2. Ioan. Pap. Arreſtor. lib. 16. tit. 4. arreſt. 5. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemon. 172. nume. 15. Ioſeph. Lu-*

Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſ. 11. num. 24. Vicent. de Franchis in deciſ. Neapol. 133. num. 1. Guid. Pancirol. in conſ. 113. nu. 23.

STATIM verò debetur ſubſequuta patris
53 morte abſque aliqua mora, † *l. quoniam in prioribus, in fi. C. de inoff. teſtam. Alexan. in conſ. 57. incip. Ponderatis verbis, col. 2. volu. 3. Decius in conſ. 485. incip. Caſus. nume. 14. Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 49. nu. 40. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 3. tit. 19. defin. 24.*

FILIAE verò debetur in vita patris, quando
54 nubit in vita ſua ſpecialiter in † Regno, in quo dos filiæ ſuccedit loco legitimę, & paragij *l. fin. C. de dotis promiſſ.* vt concludit, *argu. l. Pomponius, ff. famil. herciſc. Petr. Duennas, in dicta regul. 356. verſ. tertio limita. Thom. Grammatic. in dicta deciſ. Neapol. 101. ſub num. 65.* quem ſequitur *Anton. Faber in Codice Fabrian lib. 3. tit. 19. defin. 22. in alleg. num. 2.*

FRVCTVS veniunt cum legitima à dicto
55 die mortis teſtatoris, † *l. Papinianus, §. vnde ſi quis, ff. de inoff. teſtam. l. in fideicommiſſariam, vbi gloſſa 1. in fi. verſ. & nota genera. ff. ad Trebel.* voluit *Alexan. conſ. 69. incip. ſuper primo, col. 2. verſ. ſuper ſecundo dubio, vol. 1. in conſ. 127. incip. ſentio. nume. 2. vol. 6. Decius in conſ. 485. incip. caſus, nu. 14. Corn. in conſ. 265. incip. in hoc videtur prima facie, col. fin. verſicul. deciſio quinti dubij, vol. 3. Marc. Anton. Peregr. de fideicommiſsis, art. 49. nume. 40. Robertus Maranta in conſ. 60. num. 60. verſic. Quoad quintum. Ioan. Ceph. in conſ. 56. num. 49. & in conſ. 109. nume. 29. volu. 1.* Et quia fructus ſunt ſui, ideo non computantur in legitima filio. *Guido Papæ in deciſ. Delphin. 478. Nicolaus Boer. in deciſ. Burdegal. 3. num. 17. quoad principalem concluſionem, Hierony. de Laurentijs in deciſ. Auenion. 148. in fin. Petrus de Beuintend. in deciſ. Bonon. 37. num. 9. Borgn. Caualcan. in deciſ. 8. nu. 13. Nicol. Intrigliol. in deciſ. Sicil. 9. num. 15. Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol. 16. nume. 13. in deciſ. 374. num. 2. Surd. in deciſ. Mantuan. 25. nu. 26.* infinitos allegans *Marius Giurba in deciſ. Sicil. 65. num. 6. 18. Ant. Fab. in Codic. Fabr. lib. 3. tit. 19. definit. 2. Fededericus Scotus in conſ. 12. nu. 20. lib. 4. tomo 2.*

ASSIGNARE volens in vita pater filio,
56 etiam inuito legitimam, id facere † poteſt. *arg. tex. notabilis, in l. cum quo, §. fin. ff. ad leg. falcid.* vbi quarta collata in hæredem teſtatore viuo collata falcidiam ceſſare facit. Vt concludit *Petr. Duen. in regul. 356.* quia in fauorem patris introductum eſt, vt
57 † legitima ſeruetur in vita penes patrem, quod retorqueri in odium non debet, & poteſt ſuo iuri renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* Pater eſt debitor, filius eſt creditor *Cyn. in auctent. res, quæ in fin. C. commun. de legatis, Bartol. in l. ſuus quoque, ſub num. 3. ff. de hæred. inſt. Afflict. in deciſ. Neapol. 162. num. 3. Vicent. de Franchis, in deciſ. 1. nume. 39.* poteſt itaque pater debitor ſoluere filio creditori,
58 & inuito, & ante † tempus ſoluere, etſi creuerint bona in morte dicemus, an habeat filius in illorum maſſa ſupplementum legitimæ capere.

SENATVS ampliſſimus Pariſienſis 1585. die 7. Decembris, fuit in voto, quòd Claudiæ de Choyſi matri Helenæ de ſcurre Ed mundus Paultus, daret is legatarius Helenæ, ipſi matri legitimã
59 de bonis hæreditarijs † filiæ, cuius decreti meminit *Renatus Choppinns ad conſuetudines Andium, lib. 2. tit. 4. ſub Articul. 16. vol. 2.*

NOTANDVM Tamen, quòd ſi ſint plures aſcendentes eodem tempore non vnicuiq; Triens
60 dabitur, ſed vnus † omnibus, ſeruata gradus prærogatiua, vt pater excludat auum, iuxta *text. vbi Gloſſ. in Auct. defuncto C. Ad Tertul.* quod optimè notauit *Paul. de Caſtro in Auct. Nouiſſima, num. 8. C. de inoffic. teſtam.* quem ſequitur *Ioan. Philipp. in conſ. 54. ſub num. 21.* ſed eſſe legitimam tertiam partem tertiæ partis, cenſuit *Bartol. in dicta l. filium num. 19.* pro qua eſt deciſio *Vincentij de Franch. 63.* verum cõmunior eſt pro *Iacobo Butrigar.* vt diximus *ſupra hoc titulo, in verbo aſcendentes, num. 27.* Ideo ne conculcentur termini arbitror obſeruandos caſus relatos, *& optimè diſcuſſio per ſenatum Pedem. Theſſaur. deciſ. 172.*

NATVRALI, & ſpurio, nec hæreditas, nec
61 legitima † debetur, *l. 1. & toto titul. C. de Naturalib. l. 1. in princip. ff. de Bonor. poſſeſſ. contra tabul.* hoc voluit *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinal. 12. ſub nu. 4. vol. 1. Petrus Rebuff. ad conſtitut. Galliæ tomo 1. tit. de ſentent. Prouiſionali Articul. 1. Gloſſ. 2. nume. 3.* qui allegat *Bartol. in l. fin. nume. 2. ff. de lib. alen. vbi hoc non dicit, de hæreditate, vel legitima,* ſed idem voluit *Ioan. Petrus Surdus, in tractat. de Alimentis, titul. 1. q. 115. num. 2. & titul. 7. q. 13. num. 2. & poſt Bald. in conſ. 479. nume. 4. in fin. vol. 4. & Michalem Graſſ. de de legitima, q. 3. num. 1. 2.* voluit *D. Garſias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ 85. nu. 19. D. Cardinal. Paleot. de Nothis, & ſpurijs, cap. 38. ſub num. 7. in fin.* Quinimmo
62 filio naturali, nec donare poteſt pater † pro legitima, *Guido Papæ in deciſ. Delphinal. 632.* vt de legitima dicit *Alexander Raudenſ. in deciſio. Piſan. 31. numero 314.*

RATIO, quia cum filium naturalem non te-
63 neatur in teſtamento nominare † *vt in l. fin. C. de Naturalib. liber.* Ideo ſi fuerint præteriti, non poſſunt paternum teſtamentum querelare, & nullum
64 dicere † *Gloſſ. in dicta l. 1. ff. de Bon. poſ. contra tabul. Andr. Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam in verb. ſuſceperit liberos, num. 47. C. de Reuocand. Donatio. Cardinal. Paleot. de Nothis, & Spurijs, cap. 38. num. 7. Franciſ. Marc. in dicta deciſ. Delphin. 12. ſub. nu. 4. vol. 1. Surdus de Aliment. Titul. 1. q. 115. nu. 8. 9.*

QVOAD aſcendentium legitimam diximus ſupra *hoc eodem titul. verſ. Aſcendentes, num. 27.* quo
65 in loco diximus legitimam illorum trientem hæreditatis eſſe, & ſic videtur ſenſiſſe, matris legitimã eſſe Trientem, vt declaratum fuiſſe apud *Gaſparem Maynardum, in deciſ. Tholoſana 84. & deciſion. 85. lib. 2.*

COACTVS pater, (vt diximus *ſupra in verſicul. Aſſignare volens, num. 56.*) non tenetur filio aſſi-
66 gnare † legitimam ipſo viuente, niſi eo volente, etiã filio contradicente, vt voluit *Bart. in l. in quartam,*

tam, numer. 9. ff. Ad leg. Falcid. & in l. cum quo, §. *fin. eod. tit.* & voluit *Anton. Gamma in decis. Lusitan. 206. num. 5.* Quantum verò attinet ad dubium, si post bona sint aucta, & illius patrimonium augumentatum fuerit, an filius possit augumenti causa,
67 suplementum † petere: super quo *Iacob. Butrig. in l. pactum C. de collat.* tenuit contra filium, quòd non possit petere supplementum bonorum auctorum. Cuius opinionem sequitur *Bald. in l. fin. §. & cum antiquitas, sub num. 14. versic. Quid ergo si tempore, C. de vsuris rei iud.* dicens, qui tempore mortis patris non poterit petere legitimam in bonis patris,
68 quàm † amplioribus effectis. *Idem Bald.* confirmat, *in l. 2. nu. 2. vers. Quaro, quid de legitima, C. de reuocand. his, qui in fraud. cred. idem Gamma in dicta decis. Lusitaniæ 206. nu. 5.* Quinimmo si filia renun
69 ciauerit paternæ hæreditati futuræ, † & acceperit legitimam, potest nihilominus petere supplementum pro bonis post renunciationem quæsitis, *vt per Bald. in c. cum M. Ferrarienſis, nume. 4. de constit. Didac. Couar. in c. quamuis, de pactis, parte 3. §. 2. nu. 3.* quos sequitur *Gamma in decis. Lusitan. 375. num. 2.*

70 CONTRARIVM tamen communiter † tenetur, *vt per Ias. in l. quod Seruius, nu. 12. ff. ad legem falcid.* quem sequitur *Anton. Gamma in decis. Lusitan. 103. num. 3. & in decis. 206. nume. 5.* attenditur
71 enim tempus † mortis quantum ad ipsam dationem legitimæ, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testam.* & diximus *supra hoc eodem tit. versic. Viuente patre, & versic. statim. num. 53.* Considerandum tamen, quòd si essemus in fœmina, cui cogitur pater ante mortem illam nuptui dare, & in loco, in quo per statutum stantibus masculis fœminæ non succedunt, sed dotantur, & illa dos datur à patre, quæ succedit loco legitimæ, vt ample diximus *supra in titul. de iure dotium*, isto casu, recipit fœmina legitimam in vita patris, qua assignatione non obstan
72 te, mulier post mortem aget ad supplementum † ni si tempore assignationis dotis renunciasset cum iuramento, & quietasset patrem, quamquam istud vltimum non transiret absque dubio per ea, quæ dixi *in conſ. 4. per totum. Centur. 1.* vbi adesset læsio enormissima, cuius occasione posset mulier agere,
73 non obstante † renunciatione iurata per ea, quæ dicit *Matth. de Afflict. in decis. Neapo. 322. num. 11. 12. Gulielm. Cassador. in decis. 1. tit. de Empt. & vendit. Ant. Capic. in decis. Neapol. 159. num. 25. Thom. Gramat. in decis. Neapol. 101. num. 53. Octauia. Cachera. in decisio. Pedemont. 40. num. 2. Francisc. Caldas Pereyra in l. si curatorem habens, in verb. læsis, num. 1. de in integr. rest. min. Ioseph. Ludouic. in decis. Perusin. 18. num. 66. & ex alijs* per transitum dixi *supra tit. 5. num. 82. versic. renunciatio, hoc eodem tomo 3. Nicolaus Vigell. in decis. 76. cent. 1.* Si tamen essemus in Masculo, qui habuerit in vita patris legitimam, aut filio inuito, & tunc cum illam non sponte receperit,
74 & illius consensus fuerit coactus, præsumitur † dissensisse, & proinde non prohibetur agere ad supplementum legitimæ, habendo respectum ad illud, quod habuerit in vita, æstimando valorem temporе assignationis, & supplere. Si verò accessisset consensus vtriusq; quilibet staret ad assignationem factam, vt illud quod semel conuentum est obseruetur, licèt non fuerit declaratum per sacrum Consilium, an inuito filio potuisset in vita legitima assignari, vt dixit *Vincentius de Franchis in decis. Neapol. 133.*

PATER licèt filiam dotauerit, & contenta dote remanserit, vel eidem filiæ dotem, vel quid aliud reliquerit, cum comminatione, quòd nihil aliud petere possit. Nihilominus hoc non obstante
75 agere potest eadem † filia ad legimæ supplementum, maximè si postmodum in testamento, dixisset, quod nihil plus peteret, vt voluit *Bald. in l. pactum, col. 2. q. 3. C. de collat. & post Bart. Angel. Anchar. Angel. Zasi. Aldobrand. & alios* dixi *in conſ. 4. nume. 48. cum pluribus seqq. cent. 1. Decius in consil. 89. num. 4. Thom. Gram. in decis. Neapol. 101. nu. 116. & alij*, quos omitto. *Guido Papæ in decis. Delphin. 93. & in decis. 427.*

STATVTO tolli in totum legitima an possit?
76 fuit antiquissima † quæstio, digna, vt in quolibet Regno, Principatu, & dominio tollatur. Non dubium est, quin ab vtraq; parte multa dici possent, tamen cum id agitemus, in opinionibus vt quod in iudicijs sequendum potius sit, eligamus. Ideo relinquendo quicquid subtiliter *Dyn. in c. Indultum de Regul. Iur. in 6. & Oldrad. in conſ. 107. nume. 2. 3. Cyn. in l. sancimus C. de Nuptijs*: illam propterea opinionem recipiendam esse arbitror, quæ à maiori Doctorum parte amplexa est, quòd statuto quidē
77 augeri, vel minui quidem legitima potest, † Tolli autem in totum nullo modo, hanc opinionem tenuisse *Petr. & omnes Doctores vltra mōtanos* scribit, & illam tenuit *Marianus Senior in consil. 30. incip. Quamuis ex his, col. 1. vers. contrariam tamen sententiam, vol. 1. Ludouic. Roman. in conſ. 16. incip. Viso themate in fin.* dicens, quòd in hoc concordant omnes augeri, & minui posse, & idem concludit *in conſ. 32. incip. Visa municipali, sub num. 11.* dicens le-
78 gitimam ascendentium posse in † totum à statuto tolli non descendentium altius, hanc opinionem concludit *Barthol. Socin. in conſ. 150. incip. Et nos introducere dignetur, per totum, vol. 1.* quod consilium est habitum simul *cum Ioanne Baptista de Caccialupis*, & dicunt, quòd dicta ambiguitas per ducentos
79 retro † annos fuit diuersimodè pugnata, quo in loco ista opinio fuit obtenta, & firmata per quinquaginta tres famosos tunc Iurisconsultos. *Alberic. de Rosat. in auct. nouissima, num. 10. C. de inofficios. testam. vbi etiam Iason, numer. 56.* dicens hanc opinionem, quod non negarunt *Ricchard. Malumbra, & Cyn.* quos refert, & sequitur *Bartol. in l. Titio centum*, §. *Titio genero, num. 6. ff. de condit. & demonst. Bald. in consil. 47. incip. in quæstione vol. 1. & in conſ. 131. inci. circa prædicta, vol. 2. & post eundem Ricchar. Raphael Fulgos. in conſ. 95. incip. Quidam. V. condidit, col. 1. vers. super eo quod quæritur. Abb. Panor. in c. Raynutius, num. 12. ext. de Testament. Alexand. in conſ. 55. incip. viso titulo col. fin. vers. & cū ista opinione, vol. 2.*

& in conſ. 211. *incip. Viſo Themate, nume.* 8. *volum.* 7. *Cardin. Zabarel. in clem.* 2. *num.* 15. *de re iudic. & in conſ.* 2. *Abb. Panorm. in conſ.* 92. *incip. illud indubitati, nume.* 2. *volum.* 2. *Riminald. ſen. in conſ.* 339. *nu.* 6. *vol.* 2. *Alberic. de Roſat. in* 2. *par. ſtatutorum, q.* 104. *colu. pen.* quem refert, & ſequitur *Dec. in conſ.* 106. *incip. & pro tenui facultate, nu.* 4. *verſic. quartò ſequitur.* Idem voluit *Card. Pariſius in conſ.* 94. *nume.* 24. *volu.* 3. *Bartholom. de Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr.* 7. §. 2. *gloſ.* 4. *Stephan. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. in deciſ.* 438. *Rota in Nouis, in deciſ.* 18. *incip. fuit dubitatum, & in relationibus poſitum. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 188. *num.* 6. & ſic fuit in Camera Imperiali pluries prouiſum. *Ioacchim. Mynſinger. in obſeru.* 43. *centur.* 5. *in obſeru.* 44. *cent.* 6. *Andr. Gail. in obſer.* 122. *ſub nu.* 11. *lib.* 2. *Aſcan. Clem. de Patria poteſtate, effectu* 16. *nu.* 22. *Andr. Barb. in c. Raynutius, col.* 41. *de teſtam. & in conſ.* 24. *vol.* 1. *Io. Franc. Ripa in reſponſo.* 7. *incip. ſuper præmiſſo dubio, num.* 1. *lib.* 1. *Hierony. Cagnol. in l. iura ſanguinis, ſub num.* 5. *ff. de regul. iur. Hieronym. Cucchal. ad Decium in dicta l. iura ſanguinis. Petr. Rauen. in Alphabeto Aureo in verbo legitima, Io. Baptiſta Villalobos opinion. communium,* §. *legitima, numè.* 62. *Alphonſus Montaluus legum Fori, lib.* 3. *tit.* 5. *l.* 9. *in verb. quæ dyan da heredèr, Franc. Viu. lib.* 1. *opin.* 316. *Emanuel. in Theſaur. recept. ſenten.* §. *legitima, num.* 64. *& ſeqq.* & videtur de mente *Corn. in conſ.* 150. *incip. in hanc, colum. fin. verſ. & licet quidam teneant, vol.* 1. *Auguſt. Berous in conſ.* 25. *num.* 1. *in conſ.* 39. *nume.* 4. *in conſ.* 177. *nu.* 2. *volum.* 2. *Marc. Mantua Dialogo Denarrator. claſſe.* 5. *cap.* 13. *num.* 2. *Ioannes Philipp. in conſ.* 3. *ſub num.* 5. *in conſ.* 13. *nume.* 3. *Nicolaus Vigell. in deciſ.* 6. *cent.* 1. *Ioan. Thom. Minado. in conſt. Regni, in aliquibus, in prin. num.* 15. *Anton. Faber in Codice Fabrian. lib.* 2. *tit.* 5. *defin.* 6. *num.* 1. 2. *Henricus à Roſenthal in ſynopſi feudorum, c.* 7. *concl.* 25. *num.* 25. 26. 27.

80 DONATIO, an minuat † legitimam? nunc habeo in facto, quia fuit cauſa in me compromiſſa, nam Notarius Pyrrhus de Donatis, de ciuitate Noſci habens tres filios Ioannem Thomam Doctorē Canonicum Epiſcopalem dictæ ciuitatis, Ioannem Iacobum, & Marcum filios, inſtituit hæredes vniuerſalem Iordanum, & Sebaſtianum nepotes, filios Ioannis Iacobi viuentis, & Ioanni Thomæ intuitu ordinum donauit prius quaſdam vineas valoris ducentorum aureorum, & in dicto teſtamento inſtituit hæredes in legitima tantum hos tres filios. Donauit etiam Ioanni Troiano de Donatis V. I. D. eius fratri Archidiacono Maſſariam ouiū Gentilium mille, & centum, valoris communis aureorum mille, nongentorum octoginta, ſcilicet carlenorum decem, & octo per quamlibet, ſuper quantitate dictarum donationum videtur concludendum, quòd legitima ſuper dictis donationibus non
81 debetur, ex quo † legitima debetur deducto ære alieno, & funeris impenſa, *l. Papinianus,* §. *quarta, ff. de inoff. teſtam. l. fin. ff. de vſufruct. legat.* debetur enim ſuper bonis, & bona dicuntur deducto ære alieno, *l. ſubſignatum,* §. *bona, ff. de verb. ſignificat.* vt dictum eſt *ſupra hoc eodem titu. verſ. deducitur antequam, numer.* 44. 45. *hoc tomo* 3. ſed negari non poteſt, quin donatio æs alienum ſit.

82 CONTRARIVM tamen voluit † *Paul. de Caſtro in conſ.* 82. *vol.* 1. *& in conſ.* 354. *vol.* 2. *Bartol. in l. in quartam, ſub num.* 10. *verſ. ſi verò eſt donatio, ff. ad leg. falcid.* ex quo donatio eſt debitum neceſſarium, ſed voluntarium, quo legitima non minui-
83 tur, vt voluit † *Socin. ſen. in conſ.* 148. *incip. memini, in fi. vol.* 1. antequam ſubſequatur ſubſcriptio *Baldi de Bartolinis,* hoc idem voluit *Corn. in conſ.* 190. *incip. pro deciſione, col.* 7. *verſ. quarto dubitari contingit, vol.* 2. dum dicit, quod ille nepos debet habere
84 legitimam in omnibus bonis, etiam † computatis dictis bonis donatis, hanc opinionem firmauit poſt ſupradictos *Aymo Crauèt. in conſ.* 141. *incip. Iacobus Cabaſij, nume.* 4. 5. 6. *& in conſ.* 165. *incip. ſuper puncto, num.* 5. *vol.* 1. quos ſequitur *Rolan. à Valle in conſil.* 65. *nume.* 29. 30. *vol.* 1. *Marcus Anton. Peregr. de fideicommiſ. art.* 36. *nume.* 24. ſequitur *D. Fabritius Veroſpius in deciſ. Nuperrima Rom.* 703. *ſub nume.* 8. *par.* 1. *tomo* 2. quam opinionem dicunt continere
85 magnam æquitatem, vt euitetur † occaſio fraudandi filios legitima. Quod maximè locum habere videtur in caſu propoſito, alioue ſimili occurrenti, quia in iſto præſupponunt totam diſpoſitionem feciſſe hunc, vt minueret, & fraudaret Marcum, eiuſque legitimam annihilaret, nam donatio facta eſt in anno 1612. & teſtamentum factum in anno 1617. & teſtator eſt mortuus anno 1621. ſiue 1622. & tamen probatum fuit toto hoc tempore intermedio, maſſariam ouium, & ipſas oues poſſeſſa per eundem Notarium donantem, vndè ap-
86 paret notoriè donationem non fuiſſe veram, † ſed ſimulatam, ac falſam, *argumento, l. ſicut,* §. *ſuperuacuum, ff. quibus modis pignus, vel hypoth. Bartol. in l. poſt contractum, num.* 4. *ff. de donat. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 40. *nu.* 18. *in deciſ.* 65. *nume.* 3. *Franc. Marc. in deciſ. Delph.* 484. *nume.* 12. *vol.* 1. *dixi in conſil.* 35. *nu.* 29. *cent.* 1.

HYPOTHECATA eſſe bona patris pro
87 legitima filio debita, & hypothecaria actione † agi poſſe, voluit in ſpecie *Raph. Fulgoſ. in conſ.* 84. *incip. Bonaccurſ. col.* 2. *dubio* 2. qui hac vtitur concluſione, quòd cum pro re legata bona teſtatoris ſint tacitè obligata, ità, & multo magis pro legitima, cui lex magis fauet, quàm legato. Sed pro legato legatarius habet bona teſtatoris tacitè obligata, *leg.* 1. *C. commun. de legat.* ergo eodē modo pro legitima Inducitur dictū *Bald. in conſ.* 171. *incip. condemnatus, vol.* 2. dum dicit, quòd publicatis bonis viri, vel patris, vxor, & filij ratione hypothecæ, retinere bona
88 poſſunt, † pro dote, & legitima, & hanc opinionem tenere *Paul. de Monte Pico in l. In quartam, num.* 139. Et ſi priuilegijs legatorum, valent etiam pro legitima, quemadmodum pro legatis, vltra Rei vendicationem, actionem ex teſtamento, competit etiam hypothecaria. *vt in dicta l.* 1. *C. commun. de legatis,* eodem modo, & pro legitima, & hanc opinionem,
89 pro illa conſequenda, quod poterit locum † habere hy-

re hypothecaria, & hoc per eosdem, & alios allegatos, retulit *Ioan. Petrus Surdus in cons.* 51. *sub num.* 4. *vol.* 1. licet ibidem, *numer.* 6. teneat contrarium. Tamen quòd competat hypothecaria in bonis patris
90 pro legitima filij † tenuit *D. Cardinalis Puteus in decis.* 37. *lib.* 2. & est de mente *Francisci Aretin. in consil.* 156. *incip. diligenter visis, col. fin. vers. pro legitima ex ijs.*

CONTRARIVM, quod bona patris pro
91 legitima filij non sint obligata, & † hypothecata, voluit *Matth. de Afflict. in decis. Neapol.* 162. *num.* 4. *Nicol. Vigellius in decis.* 66. *cent.* 3. Non dubium est, quin supradicta conclusio habeat difficultatem ob opinionum diuersitatem, sed ego dicam meam sententiam, illam tamen relinquo peritioribus.

DICEREM itaq; quòd si legitima peteretur sine facto hominis ex sola Iuris dispositione, posset procedere opinio illorum, qui negant dari hypo-
92 thecariam † pro legitima, secundum dictum *Afflict. in dicta decis.* 162. Sed tunc huic dicto opponerem, quòd vel rarò, aut nunquam casus iste succederet, nam si peteretur ex sola iuris dispositione, fortè ab intestato, non peteret filius legitimam, sed peteret omnem patris ab intestato successionem.
93 Sin autem peteretur † tota legitima à patre relicta, Tunc essemus in mero legato à testatore relicto, pro quo competit hypothecaria, vt negari non potest, quia dum *Decius in cons.* 235. *incip. in casu magnifici, col. fin. num.* 4. dicit quòd sicut datur hypothecaria pro legatis, ita pariter pro supplemento legitimæ. *Et in fine eiusdem, versicul. Nam primo non obstat.* Non obstant (inquit idem Decius) aliæ rationes, quia habent locum in supplemento legitimæ, pro vt loquitur, & sic in casu, in qno legitima fuit pro parte relicta, vnde illud supplementum etiam reputatur relictum *Hæc Decius*, quem referens *idem Surdus, in dicto cons.* 51. *sub numer.* 8. dicit, nam argumentum à legato ad legitimam procederet, si filius
94 † pro legitima haberet voluntatem testatoris expressam. *Idem Surdus sub num.* 9. subiungit *post eundem Decium, & Ripam in dicta, l. in quartam, n.* 114. Disputant Doctores, an detur Hypothecaria pro supplemento legitimæ, quod videtur secundum voluntatem testatoris. Quam conclusionem firmauit etiam *Antonius Negusantius in tract. de Pignoribus, & hypothecis. Membro* 4. *secundæ partis, sub nu.* 164. *vers. Fateor tamen*, quos nouissimè sequitur *Ioannes Baptista Laderchi. in cons.* 163. *num.* 4. dum similiter ait, sicut ergo quando pater reliquit partem legitimæ filio in testamento, is pro supplemento habet hypothecam, quasi, quod à lege suppletur habeatur pro relicto a patre, confirmando dictum *Decij, in dicto consil.* 235. *& Negusantij in dicto loco allegato, sub casu* 24. *nu.* 164. *Ioan. Baptista Costa, de Remed. subsid. Remed.* 67. *num.* 3. *cum pluribus seq. Vincent. de Franchis in decis. Neap.* 374. *num.* 6. *Thom. Grammat. in decis. Neapol.* 90. *sub numer.* 2. *Gaspar Caball. Milleloq.* 811. *Nicolaus Boerius in decis. Burdeg.* 250. Tanto plus quia hoc casu tamquam legatum habet
95 executionem † paratam, §. *Illud, vbi Accurs. in verb. Decreto, in Auct. de Hæred. & falcid. vbi Ang. num.* 57. *Alex. in l. fin. numer.* 3. *C. de Edict. diui Adr. Tollend. Deci. in l. In testamentis, num.* 6. *& ibi Hieronym. Cagnol. numer.* 9. *ff. de Regul. Iur. Marc. Anton. Natta in cons.* 206. *num.* 4. *vol.* 1. Idcirco resideo cum *Baldo, Fulgosio, Decio, Ripa, Negusantio, Cardinali Puteo, Surdo, Laderchio, Costa, Vincentio de Franchis, & alijs.*

STVDIORVM Sumptus, & expensæ factæ per patrem filio, emptionesq; librorum, & sumptus
96 in Doctoratu filij † in legitimam imputare non tenetur, nec conferre cum fratribus, cum censeantur donati, *l. quæ pater, ff. Famil. herciscæ. Bartol. in l.* 1. §. *nec castrense, nu.* 8. *ff. de collat. Bald. in l. omnimodo,* §. *Imputari, nume.* 4. 6. *de Inoffic. testam. Iason, in Auct. Quod locum* 4. *C. de collat. Ripa in l. In quartam, nu.* 166. *ff. Ad leg. Falcid. plenè Alexand. in cons.* 142. *incip. circa primam dubitationem, col. penult. vers. Quo autem ad libros, col. vltim. versicul. postremo venio ad quartum, vol.* 2. *Bernardin. Scodobi. in rep. auct. Habita. cap.* 13. *in verb. Quis enim eorum non misereatur, nu.* 13. 14. *C. Nesil. pro patr. Iacob. Benius in tract. de priuilegijs iurisconsultorum parte* 3. *Priuileg.* 88. *numer.* 6. 7. *Iacob. Tomingus in decision. Lipsens.* 32. *numero* 7.

DECLARA, nisi pater easdē expensas, atq; sumptus in libro, vel Calendario suarum expensarum illas annotasset, siue descripsisset, aut voluntatem suam declarasset filius illas imputaret, quia tūc
97 in legitima † computabuntur, *l. Nescennius, ff. de negoc. gest. Auth. ex testamento C. de collationib. l. pen.* §. *fin. C. eod. tit. Ripa in dicta l. in quartam, nume.* 175. *Scodob. in loco allegato, nu* 16. *Benius, numer.* 13. *Iacob. Toming in decis.* 32. *num.* 9.

DEDVCTO ære alieno cum debeatur legitima, vt diximus *supra vers. deducitur, nu.* 44. 45.
98 *hoc eodem titulo, & eodem tomo* 3. Filius petit legitimam, hæres replicat adesse plures creditores in hæreditate, proinde expectandum esse euentum, donec liquidentur debita hæreditaria, & pendente discussione ipsum non esse cogendum? Videtur dicendum, quòd debet expectari discussio facien-
99 da cum creditoribus, nam † ad illorum beneficiū, & priuilegium, fuit introducta inuentarij confectio, & ipsorum creditorum vocatio, & citatio, *vt in* § *sancimus,* §. *si vero absunt, in Auctcu. de hæredib. & falcid. arg. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. l. nam ita diuus, ff. de adopt.* Est autem priuilegium creditorū,
100 † quod præcedit legitimam, vnde non debet per retardationem creditorum conuerti in illorum odium, ipsis enim antea fit solutio, & ideo non debet in ipsorum damnum, ac odium retorqueri, *l. quod fauore, vbi gloss. C. de legibus,* ad quæ faciunt *dicta per Phanuc. de inuentario, par.* 5. *sub nu.* 68. & hanc sententiam, quod non teneatur hæres dare legitimam filio, ante factam æris alieni liquidationem
101 dicit *Paulus* † *de Montepico in dicta l. in quartam, num.* 170. etiam quòd obtulisset cautionem fideiussoriam filius de restituendo, seruata forma *text. l. cum hæreditas,* 3. *ff. ad senat. consult. trebell.* idem tenuit

nuit *D. Garsias Mastrillus in decis. Sicil. 64. nume. 7. 17.* probat *Surdus in cons. 248. num. 17.* dicens pluries consilium Mantuanum ita iudicasse. Verum idem *de Montepico ibidem* dicit, quòd si antea vidisset *text. in d. l. cum hæreditas* ille Senatus aliter iudicasset.

CONTRARIAM tamen sententiam, quòd filius debet habere legitimam, pluribus rationibus
102 † ne fortè pendente discussione creditorum fame periret, quod tenuit *Vincent. de Franchis in decis. Neapolit. 127.* cuius opinionem recitat *D. Garsias Mastrill. in decis. Siciliæ 64.* quos refert *Ioannes Baptista Thorus in Compendio decisionum Neapol. in §. legitima filio.* Non est data dilatio aliqua ad soluendam quartam, siue legitimam filio ab Imperatore, Sed dictum, quòd detur statim filio, à morte patris absque mora *in l. quoniam in prioribus, in fi. C. de inoff. testam. dixt supra hoc eodem tit. vers. statim, nu. ne. 53.* Hoc idem voluit *Anton. Faber in C. Fabriano lib. 3. tit. 19. defin. 24. nu. 4.*

NEC MIRVM quòd ille Senatus decreuit, quòd non daretur legitima ante liquidatum, & so-
103 lutum, quia motus fuit dispositione † iuris id dictante, nec vigore *text. in l. cum hereditas*, debebat moueri ad dandam cautionem fideiussoriam, de qua ibi, quoniam ibidem fideicommissarius idcirco caueret ex nouo compromisso facto, mutauit no-
104 men hæreditarium, & ibi ex † nouo contractu hæres conseruatur indemnis per cautionem, & ita ante omnes illum text. declarauit *Angel. in cons. 31. incip. Dominus Philippus, col. fin. vers. ad confirmationem autem prædictorum*, quem referens sequitur. *Francisc. Aretin. in cons. 148. incip. in quæstione proposita, col. fin. versic. pro ista decisione adduco*, vbi di-
105 cit, quòd quando † hæres conuenitur obligatione, & promissione, quam fecit post aditionem, non gaudebit beneficio inuentarij, licèt illa obligatio immediatè descendat à causa hæreditaria, quia propriè, & immediatè dicitur obligatio noua, & propinqua, ad quam inuentarij confectio non reluat, sequitur *Decius in cons. 137, incip. & diligenter, sub num. 4. in cons. 300. incip. visa petitione, nu. 8. in cons. 496. incip. in causa num. 52.* quibus in locis dicit idem, quòd quando hæres immediatè conue-
106 nitur pro causa hæreditaria gaudet † beneficio inuentarij, secus verò si debitum hæreditarium sit reformatum ex noua conuentione facta cum hærede, quia tunc non gaudet, hoc idem sequitur *Nicol. Boerius in decis. Burdegal. 53. num. 8.* Vnde fecit
107 ille Senatus optimè, quia non erant † soluta debita hæreditaria, noluit admittere fideiussionem filij, quia non dabatur fideiussio, nisi ex nouo contractu, & iussit liquidationem fieri per hæredem intra tempus sibi statutum, vt sic esset cautum filio, vt dicit *idem Paul. de Monte Pico.* Et sic dicit *Surdus Placuisse Excellentissimo Senatui*, & ità pluries iudicasse, quod sequitur *Mastrill. in dicta decis. 64. nu. 17. & refert idem Vincent. de Franchis in dicta decision. 127. sub num. 9.* Credo optimè illum fecisse accommodando partes, quia tempus, intra quod id operatus est, fuit simile termino dato, cuius meminit *Picus* in quem inclinabant alij amplissimi Domini. Proindè bene inquit *Ant. Faber in dicto lib. 3. titul. 19. Definition. 24.* quod si non est mora retinenda
108 † legitima, sed statim danda, cum lege hac inquit, vt nullum fiat creditoribus fideicommissarijs præiudicium.

PER SVBSTITVTIONEM pupillarem contentam sub compendiosa mater non ex-
109 cluditur † à legitima, sed à Trebellianica tantum sic conclusum fuit apud Senatum Tholosanum, vt scribit *Gerardus Maynardus in decis. Tholos. 25. in fin. libr. 5.* Et hanc opinionem *post Archidiaconum, Decium, Corneum, Ferratium, Alexandrum Trentacinquiũ, & Fachineum* tenui *in cons. 70. in primo dubio, centur. 2.* Quinimmo opinionem cõmunem quòd mater priuetur legitima per pupillarem substitutionem expressam, Intelligi oportere, quando expres-
110 sim testator dixerit, † quòd mater priuetur legitima, & sic intelligatur *text. in l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de Inofficioso testam.* sic voluerunt *Marian. senior in cons. 157. in fin. vol. 1. Ioan. Anton. Rub. Alexandrin. in cons. 105. Decius in cons. 578. Ioan. Coras. in l. Precibus, nu. 43. cum pluribus seqq. C. de Impub. & alijs subst.* negari tamen non potest, quin contraria opinio sit communior.

PRAESCRIPTIO quæ currat in petenda
111 legitima; est notandum quòd † ad petendam legitimam, sufficiat tempus quinque annorum, quia cum legitima intentetur proposita prius querela, cui præcluditur facultas agendi spacio quinquennij, sequitur illam elapso quinquennio amplius peti non posse, vt habetur, *in l. si quis filium, in fin. C. de Inofficios. testament.* & hanc opinionem tenuit *Bartol. in consil. 14. incip. An Ius agendi, vol. 1. & in dicta, l. si quis filium, §. final. num. 2.* vbi tenet, quòd
112 etiam † in petendo supplemento legitimæ spacio quinquennij præscribitur.

CONTRARIAM tamen opinionem con-
113 tra *Bartolum*, tenuerunt omnes † *Bald. Salycet. & Paul. de Castro præsertim Bald. in dicta l. si quis filiũ, num. 6. vers. tertio quæritur*, vbi resoluit dicta *Bart.* & per tria fundamenta reprobat suam opinionem, idem facit *Salycet. Paul. de Castro ibidem, numer. 4. vers. sed est dubium, & post etiam Florianum de Sancto Petro. Iason ibidem, num. 5. 6. Idem Bald. in auct. Presbiteros, la 1. nume. 1. vers. secundo quia est magna quæstio, num. 2. vers. Præterea est considerandum, & in cons. 20. incip. Si pecunia, in fin. vol. 2. Angel. in auctent. de Trient. & semiss. §. 1. num. 2. & in l. Papinianus, §. si conditioni, ff. de inofficios. testam.* voluit *Alexand. in cons. 128. incip. consideratis verbis Instrumenti col. 5. vers. præterea posito quòd lapsum vol. 1. & in cons. 8. incip. Visis subtilissimis, col. fin. vers. Tamen istis non obstantibus, volum. 3.* Idem tenet, & voluit *Corn. in cons. 264. incip. in hac consultatione, col. 3. vers. Non obstat quòd querela, vol. 1. Benedict. Capra in cons. 40. incip. circa quæ col. 2. in cons. 76. incip. Punctus. Raphael Fulgos. in cons 84. incip. Bonaccursus, col. 2. cum multis allegatis per Andr. Tiraquell. in*

Repe-

*Repetition.l.si vnquam in verb.reuertatur,num.*312. 315. *C. de reuocand. donat. & in tract.de retract. consanguin.*§.36.*gloss 2.num.*37.*Francisc.Cremens. in singul.* 128.*incip. Antiqua est quæstio.* qui tenent maiori ex parte, tam in petitione legitimæ, quàm illius supplemento non præscribi,nisi annis triginta. Confirmat hanc opinionem. *Marian. Socin. iunior in cons.*64.*numer.*13.14. *volumin.*2. *Francisc. Marzar.in consil.*31.*incip.procedendo,numer.*4.dicens hanc esse communem sententiam.*Ioan. Franciscus. Balbus in tract. Præscriptionum, parte quarta, Quartæ partis principalis, quæst.*22.*numer.*1.*quæstio.*23.*numer.*2.3.4. *Anton.Gomez de Testamentis, capit.*11.*numer.*23. *Gulielm. Benedict. in Rep.capit. Raynutius,in verbo mortuo,itaque testatore,nume.*64. 65.*de testament. Tiberius, Decian. in consil.*6.*nume.*36.*volum.primo, Guido Papæ in decision. Delphinal.*82.*sub nume.primo, Nicola.Boer.in decision.Burdegal.*250.*numero* 3. *Emanuel Suarez Receptarum sententiarum,*§.*legitima,numer.*90.91.*D.Cardinal. Aldobrand.in decision.nouissim. Roman.*668.*num.*5.*volumine primo, Nicol.Reusner.in decis.Ienensi.*6.*nume.*51.*lib.primo, Stephan.Gratian. in decisione Marchiæ,*4.*nume.*12.*D.Cardinal.Pute.in decis.*127.*lib.*2.*Ioacchim.Mynsinger.in obseruat.*72.*centur.*2.*Barthol. de Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.*7.§.3.*glos.*8.*Marcus Anton.Natta, in cons.*156.*nume.*6.*volum.primo, Carol. Ruin. in consil.*26.*nume.*5.17.*volum.*3.*Iacob.Menoch.in cons.*81.*num.*28.*volum.*1.*in cons.*251.*num.*22.*vol.*3.

PROHIBITIS in specie rebus alienari, & legatis ex illis detrahi legitima non potest,si adsint
114 alia bona, † vnde detrahatur. *Auct. Sed, & in ea, C.ad leg.falcid.* & voluerunt *Ioan Franc.Ripa in l.filiusfamilias,*§.*Diui,num.*29. vbi etiam *And. Alciat. num.*30 *ff.de legat.*1.*Hierony. Gratus in cons.*17.*nume.*23.24.*vol.*1.*Sforzia Oddus, in cons.*64.*num.*79.*vol.*1.sequitur *Marc.Anton.de Amatis,in decis.Marchiæ,*18.*nume,*8. fuit hoc dictum *Bald. in rubr.ff.de rer.diuis.nume.*1.*vers.sed pone,quòd pater mandauit,* dicens, quod exceptis bonis legatis, datur filio electio pro legitima in alijs bonis non legatis, quan-
115 do legata bessem non excludant † tenuit *Alexan. in l.in quartam,col.fin. sub nume.*30. vbi optimè loquitur,*ff. ad leg.falcid.* quos sequitur *Marc. Anton. Natta in cons.*238.*nume.*5.*volu.*2.*Idem Alexand.in cons.*12.*incip.perspectis his,col.*1.*vers.nec potuerunt, aut possunt,vol.*5.vbi retulit dicta *Bald. in dicta rubric.de rer. diuis,* voluit *Ant.Gabr. com.opi.lib.*6.*tit. de legitima.conclus.*6.*nume.*1.2. *Aymo Crauetta in cons.*19.*num.*14.*Roland.à Valle in cons.*23.*num.*41.*vol.*4.*& antea in cons.*12.*num.*1.*vol.*1.*Ioan.Cephal. in cons.*320.*num.*27.*vol.*3. dicens non posse eligere
116 pro legitima † res alienari prohitas, vel legata, dummodo sint alia bona, in quibus pro legitima potest sibi commodè satisfieri. *Thomas Gramma.in decis.Neap.*93.*num.*7.*Iosephus Ludouic.in decis.Lucens.*28.*nume.*33.34. *Cæsar Barzius in decis.Bonon.* 103.*num.*12.*cum pluribus seqq. Federicus Scotus in cons.*1.*nu.*285.*vers.proinde Minusculam deberi,lib.*2.

*tom.*1.*Guidus Pancirol.in cons.*98.*nu.*37.*in cons.*105. *num.*34. Cum legata, & onus soluendorum legatorum non minuat,nec † legitimam,nec trebellianicam,nisi modo prædicto, vt dicit *Oldra. in cons.*131. *incip.quidam habens, nu.*2.*in fin.*

DECLARA, secus esse si testator meliores
res legasset, quia tunc ab omnibus dictis legatarijs
118 posset † detrahi legitima. *Alexand. in d.l.in quartam,colu.*9.*vers.intelligo tamen, & in l.Marcellus,*§. *res quæ col.vlt.vers. quod est intelligendum, ff. ad Senatusconsul.Trebell.vbi Iason in fin. Deci. in cons.*81. *col.*1.*Rubeus Alexan.in cons.*156.*nu.*13.*Ripa in dicta l.in quartam,nu.* 128.*Crauet.in cons.*88.*num.*4.*Carolus Ruin.in cons.*27.*col.fin.vol.*1.*Gabriel.vbi supra, nu.*3.*idem Ruin.in cons.*57.*num.*22.*vol.*2.*Roland.à à Vall.in cons.*12.*nu.*2.*vol.*1.

119 AESTIMATIO bonorum pro taxanda†legitima fieri debet pro tempore mortis testatoris. *Anton.Faber de Errorib. Pragmatic. Decad.*13.*errore* 4.*error.*5.*& in Codice Fabrian.lib.*3.*titu.*19.*definit.*23.*num.*30.

NON IN SINGVLIS bonorum corporibus petenda est legitima, sed tantum legitima
120 petenda est, nec datur † filio eligendi potestas, in quam rem illam velit, sed totum id remittitur parentis iudicio, si id testamento cauerit,sin autem id iudicis arbitrio permittendum erit, qui neque ex rebus deterioribus, neque ex melioribus, sed mediocribus illam statuere debet, *l. omnimodo, l. scimus,*§.*repletionem, C.de inofficios. testam. Ripa in l.in quartam,num.*116.*ff. ad leg. falcid. vnde Iacob. de Beluiso in Auct. de Restitution. & ea, quæ parit. q.*
121 3.*in princ.* dicit, quòd filius non potest eligere † meliorem rem pro legitima, ne dum filio satisfaciendum existimamus,fideicommissarij, vel hæredis commoda defraudentur, quem referens *Alex. in consil.*117.*incip.viso titulo, num.* 17.*versic. circa aliud dubium.vol.*6. *duplicato in consil.* 154.*vol.* 7. inquit,quòd debet assignari legitima in vna re me
122 diocri arbitrio†boni viri,quem refert,& sequitur *Roland. à Valle in consi.*12.*nu.*1.*vol.*1.plenè *Iacobus Menoch.de Arbitrar. Iudicum quæst.lib.*2. *centur.* 2. *casu.*163.*nu.*16.17.20.21.22.*& per totum.Anton. Faber in Codice Fabriano, lib.*3.*tit.*19.*defin.* 3. *defin.*5.dixi aliud agens in Commentarijs *de feudis, & titulis dignitatum lib.*1.*cap.*11.*num.*4.5.

TRANSMITTITVR ad hæredes debitū
123 bonorum subsidiū,scilicet ipsa legitima, †vt voluit *Bal.in Auct.Res quæ nu.*3.*vers.quæro an ista authentica, C.commun. de legat. Salicet.in l. scimus, in princip.C.de inofficio. testam.* Quinimmo transmit-
124 titur etiam ad hæredes extraneos, etiam † si agnita non fuerit,*vt ibi Salyc.* dicit, & voluit etiam *Baldus in l.*1.*in fin.C.de lib præterit. Cardin Paris. in consil.*55.*nu.*22.*vol.*2.*Angel.in consil.* 242.*incip. Fuctus talis est D.Gomes.col.*1.*vers.secundo,dico quòd portio,Petr.de Ancha. in cons.*323.*incip.ista omnia,* quod,& ante dixerat *idē Ang.in cons.* 118 *incip.quia pro nepte,col.*1.*vers.Mater autem Marc.Anto.Natt.in cons.*199.*nu.*4.5.*vol.*1.*in cons.*238.*nu.*4.*vol.*2.*Rol. à Val.in

Val. in conſ. 25. n. 8. vol. 1. Dec. in conſ. 81. incip. in caſu propoſito, n. 1. verſ. venio ad ſecũdũ. & in cõſ. 218. inci. In caſu ad me tranſmiſſo, col. 2. verſ. Nec conſtat, quòd in caſu iſto, num. 4. Aym. Crauetta in conſ. 142. incip. Claudius de Coſtis, nu. 2. Nicol. Boerius in deciſ. Burdegal. 250. num. 5. 6. Petrus de Benintend in deciſ. Bononienſ. 37. num. 26. Ioſephus Ludouic. in dec. Lucenſ. 28. nu. 27. Thom. Grammat. in deciſ. Neap. 57. num. 5. Hieronym. Magon. in deciſ. Florentin. 10. nu. 12. Andr. Gail. Practicar. obſeruat. lib. 2. obſeru. 120. n. 17. Ioan. Philippus in conſ. 54. num. 24. in fin. num. 3. & in conſ. 54. num. 27. in fin. Federic. Scotus in conſ. 14. num. 8. lib. 5. tomo 1. Guidus Pancirol. in conſ. 1. numer. 93. in conſ. 105. num. 32.

125 EX REGNO. Ducatu, Marchionatu, † comitatu, & ſimilium dignitatum, Feudorum titulis, an legitima debeatur? Ex profeſſo tractaui *in Commentarijs de Feudis, & titulis dignitatum, lib. 1. cap. 11. num. 6. cum plurĩbus ſeq.* ad quæ me remitto, nè pluries idem exagitem. Hijs addendo *Alexandrum Raudenſem variarum Reſolutionum cap. 44. numero 88. 92. Regentem Canarium in conſ. 1. numero 20. 21. latè Ioannem Paponum Arreſtorum Curiæ, lib. 20. tit. 7. Arreſto. 5.*

INVENTARII omiſſione legitima non
126 † amittitur, vt voluit *Accurſius in l. fin. §. ſin autem hoc aliquis fecerit, in verb. Sacramento, in fin. ibi, in quarta tamẽ C. de iur. de lib.* vbi hoc voluerunt *Ang. Paul. de Caſtro Alexand. & Iaſon, ante eos Bartol. in Auct. ſed cum teſtator, num. 11. C. ad leg. Falcid. Franciſcus Marcus in deciſ. Delphin. 57. nu. 3. vol. 1. Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 148. nu. 10. Andreas Gail Practicar. obſeruationum, libro 2. obſeruatione 138. numer. 15. Ioan. Philippus in conſilio 26. numero 42.*

DECLARA niſi manifeſtè probaretur de
127 fraude in bonis commiſſa † vt dicit *Andr. Gail. in dicto lib. 2. obſeruat. 138. num. 15.*

ARGVMENTVM.

Trebellianum Senatuſconſultum conſtituit, quod ſiquis per teſtatorem inſtitutus fuiſſet, & grauatus hęreditatem reſtituere per fideicommiſſum, poſſet detrahere quartam, quæ dicta eſt Trebellianica, ne teſtatores decederent inteſtati, quæ detrahenda eſt de qualibet re. Et licèt ſecundum communem prohiberi poſſit detractio Trebellianicæ, tamen in filijs primi gradus ceſſat prohibitio, Romæ tamen, & Neapoli contraria opinio canonizata fuit, quod prohiberi poſsit detractio, etiam filijs primi gradus; Filius tamen in loco vbi canonizata eſt opinio, quod poſsit detrahere, detrahit duas quartas, legitimam ſcilicet, & Trebellianicam. Prohibitio tamen quando haberet locum debet eſse expreſsa, & non tacita, ſi hæres non conficiat inuentarium non amittit trebellianicam, quod procedit eo' maxime' in filijs inſtitutis, qui detrahere item poſsunt ex rebus alienari prohibitis, præter quam ex piæ cauſæ legatis, ſicut nec detrahitur falcidia. Ius detrahendi tranſmittitur ad hæredes, & ad fiſcum, qui tenetur ad debita; non computantur in Trebellianicam fructus percepti; Codicillis non fit Trebellianicæ prohibitio, & ea ſemel detracta amplius detrahi non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Lex duodecim Tabularum ampliſſimam dedit, libertatem, vt vnuſquiſque de Rebus ſuis diſponeret, fuit tamen anguſtata per alias leges ſequentes.*

2 *Lex Voconia, quam tulit Quinctius Voconius Saxa Tribunus Plebis anno Vrbis. 585.*

3 *Lex Voconia duo continuit capita, primum quòd nemo Virginem hæredem faceret. Secundum, q Nemo Cenſus (ideſt pecunioſus) filiam hæredem faceret.*

4 *Lex Aelia Sentia illã anguſtauit, lata ab Aelio Cato, & C. Sentio Saturnino Coſſ. anno Vrbis 757. n. 5.*

5 *Legis Aeliæ Sentiæ prouiſio quæ? nu. 6.*

7 *Furia lex ſimiliter duodecim tabularum legem anguſtauit, quam tulit C. Furius Tribunus Plebis.*

8 *Per legem Furiam prouiſum, vt per legata quis diſponere non poſſet, niſi mille numiſmata.*

9 *Lex Falcidia, quam C. Falcidius Tribunus Plebis Auguſti tempore tulit, qua fuit conceſſa authoritas Ciui Romano libertatis legandæ, Quarta tamen parte totius hæreditatis hæredi relicta, n. 10. 11. 12.*

12 *De legibus Voconia, Aelia Sentia, Furia, Falcidia, & alijs latè, & Doctiſſimè ante alios ſcripſit Aymarus Rivallius I.C. quem ſequuti ſunt Vdalricus Zaſius, Ludouicus Charondas, Antonius Auguſtinus, Hotomanus, & alij.*

13 *Suppleuit anguſtationem legis duodecim Tabularum poſt illos, Senatus conſultum Trebellianum.*

14 *Senatus conſultum Trebellianum Neronis tempore factum eſt, L. Anneo Seneca, & Trebellio Maximo conſulibus, à quo nomen habuit, nu. 15.*

15 *Senatus conſulto Trebelliano prouiſum fuit, quòd hæres vniuerſalis poſſet grauari per fideicommiſſum totam hæreditatem alteri reſtituere, quarta parte, ſcilicet trebellianica illi relicta.*

16 *Falcidia reſecat fideicommiſſa particularia, & ſingularia, trebellianica verò relicta vniuerſalia, nu. 17.*

18 *Trebellianicæ materiam Iureconſulti Antiquiores, & nouiſſimi tractant.*

19 *Trebellianicæ quartæ adinuentio vtiliſſima fuit, tam reſpectu teſtatoris, quam hæredis vniuerſalis inſtituti, nu. 20.*

21 *Hæres, vt iadire, vti rogatus reſtituere & cui reſtitutio fieri debeat, quo modo petere debeat reſtitutionem fieri poſt modum, num. 22.*

23 De-

23 *Detrahi num debeat quarta Trebellianica de omni re hæreditaria, vel quo modo? nu.* 24.25.
26 *Falcidia, an prohiberi possit?*
27 *Trebellianica, an prohiberi à testatore possit? nu.* 28. *&* 29,
29 *Liberis primi gradus prohibitionem detractionis Trebellianicæ fieri non posse, sed vide, quia pro hac opinione numerus Doctorum maior est, & M. Antonius Amatus, qui dixit authorem in numero deceptum, apparet quòd ipse deceptus sit, nu.* 30. *Authoris opinio, nu.* 31.32.33. *&* 34.
32 *Si detrahendæ forent duæ quartæ, scilicet legitima, & Trebellianica, nec eo casu prohibitio detractionis fieri poterit in liberis primi gradus, nu.* 33. *sed mitiga, nu.* 34. *&* 35.
36 *Non de particulari, sed de Vniuersali fideicommisso Trebellianica detrahitur.*
37 *In duabus quartis legitima, & Trebellianica grauari, an hæres à testatore possit? numero* 38.39. *&* 40.
41 *Prohibitio detractionis Trebellianicæ tacita, quòd in filijs primi gradus prohibitionem, ius non habeat, sed in alijs præterquam in filijs, numero* 42.43. *&* 44.
45 *Testator si mandauerit integram hæreditatem restitui, an possit eo casu Trebellianica detrahi, num.* 46. *&* 47.
48 *Trebellianica, an debeatur si dictum sit, restituatur absque diminutione.*
49 *Quid si dictum fuerit restituat pleno iure? nume.* 50. 51.52. *&* 53.
54 *Trebellianica, an amittatur ob inuentarium ab hærede non confectum? nu.* 55.56.57.
58 *De rebus alienari prohibitis, & vt remaneant in familia, an Trebellianica deducatur? nume.* 59. 60. *&* 61.
62 *Ex legatis piæ causæ, an detrahi possit Trebellianica? num.* 63. *&* 64.
65 *Ius detrahendi Trebellianicam, an ad hæredes transmittatur? nu.* 66.
67 *Fiscus, an ex persona hæredis delinquentis possit Trebellianicam detrahere? nu.* 68.
69 *Fructus percepti per liberos primi gradus, an computentur in Trebellianicam? nu.* 70. *&* 71.
72 *In codicillis prohibitio detractionis Trebellianicæ fieri nequit, & quare? nu.* 73.74. *&* 75.
73 *In codicillis hæreditas directò adimi non potest? & quare, nu.* 74.
75 *Iura aliam testamento, aliam codicillo tribuerunt vtr tutem, nu.* 76.77.
78 *Detracta semel Trebellianica à fideicommisso vniuersali amplius non detrahitur.*

TITVLVS DECIMVS SEPTIMVS.

De Trebellianica.

HABERE plerunque solent legitima cum Trebellianica quandam societatem

fu forensi ex hæreditarijs litibus succedentem, de prima cum in præcedenti titulo dixerim, nunc de hac aliqua dicere instituam, cum vtriusque sit materia in foro frequentissima, sed præmittam aliqua, non omnibus obuia, quibus ignoratis Trebellianicæ iura non benè percipe-rentur.

LEGIS duodecim tabularum, libertas in te-
1 stamento data ampliſſima fuit, dum dixit † vti legassit suæ rei, ità ius esto, quam ità ad verbum retulit *iurisconsuleus Pomponius, in l. Verbis legis.* 120. *ff. de Verb. significatione* addiderunt aliqui post dictionem. Vti. (Quisque) quod non reperitur in Pandectis Florentinis, provt nec illum in supradicta lege scribit *Pomponius*. Verum subijcit, dictæ legis libertatem fuisse angustatam, vel legum, vel iura constituentium, authoritate. Vt in specie fuit coar-
2 ctata à lege Voconia, † quam tulit Quinctius Voconius Saxa Tribunus Plebis anno Vrbis. 585. Quinctio Martio Philippo, & Quinctio Seruilio
3 Cepione Cos. Qua cauebatur, vt nemo † Virginem hęredem faceret. Nemo Census ideſt pecuniosus filiam hæredem relinqueret, cuius legis Cicero meminit in pluribus locis, *in lib. de senectute, & in Verrem Action.* 3. *&* *Diuus Augustinus de Ciuitate Dei, libro* 4. *capit.* 4. *Idem Cicero lib. secundo de Finibus. Aulus Gellius Noctium Atticarum, cap.* 5. *libri* 17.

SECVNDVM Huius legis caput, est, vt dicit Pomponius, in quo erat libertas data, hæredes
4 instituendi, legata relinquendi, & libertates † dandi, & hoc coangustatum secundo loco fuit per legem Aeliam Senctiam, quam factam fuisse, & nominatam Anno Vrbis conditæ. 757. sexto Aelio Cato, & C. Senctio Saturnino Consulibus,
5 ab amborum nominibus † appellatam Aeliam Senctiam, per quam super his fuit prouisum, quòd si duo, pluresue, ex eadem causa essent instituti, ab eo, qui non essent soluendo, vt quisque primus scriptus esset, ille hæres esset, non autem omnes, vt lex duodecim tabularum dicebat, ità prouisum per dictam legem Aeliam Senctiam, vt testatur *Celsus, in l. Qui soluendo,* 60. *ff. de hæredibus, inst.*
6 Quo verò † ad caput libertatis dandæ, per legem Aeliam Senctiam, tunc ex testamento datam probat, si alius ex eo, nemo existere posset hæres testamento, ità illam referens dicit *text. in l. si is, qui soluendo,* 57. *ff. de hæred. inst.* & post modum declarat Imperator, *in* §. *licet autem, inst. Quibus ex causis manumittere non licet*. In quo titulo plura capita referuntur ab Imperatore, quibus fuit angustata dispositio legis duo-
7 decim Tabularum. Per Furiam † etiam legem quam tulit Caius Furius Tribunus Plebis, vt dicit *Cicero in Oratione pro Cornelio Balbo*, fuit imminuta legandi potestas per legem duodecim Tabularum, & Statutum, vt est author *Theophilus*,
8 vt per legata non liceret disponere, † nisi χιλιανου- [illegible] nusmimata. Caius Falcidius

9 † autem, qui sub Augusto, vel potius quo tempore erat Triumuiratus Augusti, Antonij, & Lepidi, legem Falcidiam à suo nomine Tribunus Plebis existens, tulit, qua cautum fuit, vt libertas legandi
10 cuique ciui Romano † data censeretur, quarta tamen parte totius hæreditatis hæredi relicta, cuius capita retulit *Paulus diffusè in l.1. ff. ad leg. Falcid.*
11 per hanc dodrans idest nouem vnciæ † totius hæreditatis, relinquere, quarta parte hæredi relicta, quam constitutionem ad legis duodecim Tabularum restrictionem post legem Voconiam, & Furiam à Falcidio Tribuno plebis latam retulit Imperator *in institutionibus, titul. de lege Falcidia. Suidas, & Eusebius in Chronico. Dio Historiarum, lib.48.*
12 Quas leges ante nouissimos † lucidissimè enucleauit *Doctissimus Aymarus Rivallius in Historia Iuris Ciuilis, lib.2.* cuius vestigia sequuti sunt *Vdalrichus Zasius in Catalogo legum Antiquarum.* & nouissimè *Antonius Augustinus in libro de legibus* qui ex illis, & alijs amplissimè scripsit. videndus *Doctor Antiquus Placentinus in summa Codicis libr.6. titul.49. & Azo. lib.6.1.tul.50.*

EX DICTARVM legum prouisione satis erat allatum remedium nimiæ legis duodecim
13 Tabularum libertati, quoad † legata, & singularum rerum fideicommissa, non tamen cautum erat adhuc circa eos, qui per Vniuersalia fideicommissa eorum hæreditates relinquebant. Hinc Senatus consultum Trebellianum factum fuit Ne-
14 ronis tempore † L. Annæo Seneca, & Trebellio Maximo Consulibus, quo dispositum fuit, quòd
15 qui hæres esset institutus, posset † per fideicommissum grauari, quòd totam hæreditatem, vel illius partem restitueret, sed de his detrahere posset quartam illius partem, quæ Trebellianica diceretur, sic dicta ab illius Trebellij Consulis nomi-
16 ne. Falcidia itaque resecat † legata, & fideicommissa singularia, & particularia; Trebellianica ve-
17 rò, relicta, & fideicommissa vniuersalia, † de hoc loquitur *Vlpianus in l.1. per totam. ff. Ad Senatusconsult. Trebellia.* & post ipsum Imperator Iustinianus amplissimè recitat *in §. restituta, §. ergo si quidem. instit. de fideicommiss. hæred.* ex Vetustis nostris iure-
18 consultis *Placentinus in summa † Codicis lib.6. titul. 48. Azo, tit.49 eiusdem, lib.6. Roffredus Beneuentan. in tract. libellorum, par. 1. titul. de Senatusconsulto Trebelliano, per totum. Petrus Iacobus in practica, tit. de fideicommissaria hæreditatis petitione, practica Papiens. in forma libelli, quo agitur pro legato rei singul. Aymarus Riuallius Historiæ iuris ciuilis, lib.3. Sebastianus Brant de expositione Titulorum, lib.36. tit.1. Nicol. Vigell. in Methodo iuris ciuilis, libr.13. capit.13.*

QVARTAE huius, quæ Trebellianica di-
19 citur, adinuentio vtilis, ac necessaria fuit, † ad Testatorum gratiam, quia plerunque qui hæredes erant relicti, hæreditates repudiabant, vt quando nullum, vel modicum lucrum sentiebant, & testatores intestati ferè remanebant, cui malo, per Senatus consultum nouissimè fuit remedij cuiusdam fere loco tributum, vt quartam hanc hæredes ex
20 vniuersali fideicommisso † caperent, lucri huius acquisitione allecti, de qua optimè loquitur Imperator Iustinianus, *in §.1. instit. de lege falcid. & in §. sed quia hæredes, instit. de fideicommissar. hæreditatib.* & habetur *in l. quia poterat. 4. ff. Ad Senat. consult. Trebellian.*

QVALITER autem hæres adire, tanquam rogatus restituere, & ille, cui facienda est restitutio
21 † petere debeant? tradidit practicam necessariam, & vtilem, tam pro hærede, quam pro fideicommissario *Roffredus Beneuentanus in dicto tract. libellorum, titul. de Senatusconsulto Trebelliano, par.7. numero 3. 4. 5. & seq.* Sed ab ipso paucis mutatis, vel additis scripserunt *Petrus Iacobi in dicta sua practica, rubr. de fideicommissaria hæreditatis petitione, & Papiensis practic. an forma libelli, quo agitur ex substitutione, Ioan. Berberij in Viatorio iuris, par.4. titul. de*
22 *iudicijs, rubr. quando petitur hæreditas in vim † substitutionis,* postea quæ sequuntur *Specul. & alij,* qui de Roffredo non meminerunt, & alij, quos refert *Franciscus Marzarius in epithome fideicommissorum, par.3. q.1.*

23 DETRAHI autem vnde debeat † quarta Trebellianica? communis Doctorum opinio est, quòd detrahenda sit de qualibet re hæreditaria pro indiuiso, vt habetur *in l. lineam margaritarum, 26. l. Plautius seruo. 49. ff. ad leg. falcid.* & in hoc conueniunt falcidia, & Trebellianica, vt eodem modo de-
24 trahantur, & de legatis, & de † fideicommissis, *vt in l.2. vbi optima, & singularis gloss. C. ad leg. falcid.* & ità concludit *Bartol. in l. in quartam, nu.9. versic. quarto quæro vtrum falcidia, ff. eod. tit.* vbi facit lon-
25 gam distinctionem, quando † in vna re possit capi, vel non? Vt quando in vna detrahenda fuerit à testatore ordinatum, & tunc solam illam detrahit, si sufficiat, abstinendo ab alijs corporibus, *l. cum quo, 56. § fin. l. id autem 75. in fin. l. quærebatur. 81. § fin. ff. eod. titul. §. si quis, inst. de fideicommiss. hæred.* Vel quando intra hæredem, vel fideicommissarium substitutum, quod tunc foret, *arg. l. si conuenerit. ff. depos. l. filium quem habentem, C. famil. herciscund.*

26 PROHIBERI per testatorem, an possit † Trebellianica? quoad falcidiam dubium non est, à Testatore prohiberi posse, voluit *Iustinianus, in §. hic nobis, cum sequentibus in Auctentic. de hæredib. & falcid. & notatum fuit in Auctentic. Sed cum testator. C. ad leg. falcid.*

IN TREBELLIANICA quòd prohibe-
HOSPITALARII, siue Orphanotrophi, & ipsi debent inuentaria bonorum, ac rerum hospitalis facere iuxta dispositionem *clem. quia contingit, de Religios. Domibus,* voluit *Specul. in tit. de Instrumentor. Editione, §. 15. incip. Dicto de Impugnatione, numero 12. vers. sunt etiam Orphanotrophi,* voluit *Petrus Rebuffi ad constitut. Galliæ, tomo 3. titulo de inuentarijs. Articul. tertio Gloss. 3. numero 12.* cum, & ipsi teneantur de administratione rerum † hospitalium rationem reddere, vt voluit *Socinus Senior in consil. 27. incip. Visis capitulis, col. 1. versic. circa primam dubitationem, vol. 1. quod est doplicatum, in cons. 181. incip. Visis capitulis, col. 1. volum. 2. & in cons. 213. incip. cum in præsenti, col. 1. versic. hoc idem videmus, eodem volumine 2.* Idcirco Sacrum Consilium Tridentinum decreuit, quòd & si profani essent Hospitalium gubernatores, & administratores, ità, ac si essent personæ Ecclesiasticæ, coram † ordinario rationes reddere cogantur, vt habetur *in dicto Concilio. Sess. 22. capit. 9. Administratores, de reformatione,* cuius meminerunt nouissimè. *Marcus Antonius Marsilius Archiepiscopus Salernitanus de Ecclesiasticorum reddituum origine, & iure, parte 3. capit. 28. numero 31. Renatus Choppinus de Sacra Forensi Politia. libr. 3. titulo 5. numero tertio* Domus istæ Hospitalitiæ frequentissimæ sunt in hoc Regno Neapolitano, † in quibus exercentur hæc, & liberalitatis, & charitatis opera, præsertim in vrbe Neapolis, in qua sunt inter alia Hospitia. Vnum sub nomine sanctæ Mariæ Annunciationis, in quo sufficit dicere ibidem ali, & stipendia dari duodecim mille nutricibus pro lactandis Infantibus, & pauperibus expositis, ad duodecim mille aureos quolibet mense, cuius Hospitij sumptus ad minus sunt ducenta † quolibet anno aureorum millia, & de vnius sanctissimæ domus liberalitate scribit *Iouinianus Pontanus de liberalitate, capitulo decimonono.* Sed si sua ætate hoc munus liberalissimè exerceretur. Quid diceret his temporibus, quibus difficile esset etiam Historiam huius administrationis perscribere.

† Alterum est Hospitium Incurabilium, sub titulo Sanctę Mariæ de Populo, in quo sunt perpauci, dum sunt mille, & septingenti Infirmi, & infirmæ mulieres, locus æqualium expensarum. Sunt aliæ nonnullæ domus, & loca, in quibus exhibentur similia summæ piætatis officia: Est Hospitale Sancti Iacobi Apostoli, Erectum à Natione Hispanica, vnà cum magna Ecclesia, à quæ natione retinet magnas diuitias æquans supradictum Hospitale Annunciationis, sunt, & plurę loca, excedentia fortè ciuitates nonnullas Christiani orbis.

TVTORI Ante omnia incumbit, vt pupillarium rerum, atq; bonorum, inuentarium † faciat, *vt in leg. Tutor, qui repertorium, ff. de Administrat. & pericul. Tut. l. Rationes, ff. eodem tit. l. fin. C. Arbitrium Tutel.* Et absq; interuallo statim fieri debet, *l. Tutores, la seconda in princip. ibi (mox) C. de Admin. Tutor. Ante* enim illius confectionem, nulla sunt, quæ gerit, ideo illud requiritur *Ludou. Roman. in consil. 325. incip. Quoad primum, num. 1. Benedict. Capra in consil. 16. num. 15. in cons. 161. per totum. Corneus in cons. 258. numero 12. vol. 4. Cardinal. Parisius in cons. 84. num. 19. vol. 1. in cons. 21. num. 51. vol. 2. Ioannes Baptista Plotus, in Rep. leg. si quando, nu. 16. C. vnde Vi. Petr. Rebuff. ad Constitut. Galliæ, tomo primo titulo de sentent. prouisionalib. articul. 3. gloss. 3. numero secundo, Marian. Socin. iunior in consil. 22. numero tertio, volumine secundo. Thob. Nonius in consil. 108. numero decimo quarto. Antonius Piaggius, de Tutor. & Curator. quæst. septima, numero sexto,* qui dixerunt quòd nisi statim tutores inuentarium faciant, censeri dolosè versatos in bonis, & fraudem commisisse. *Augustin. Berous in cons. 146. numero 15. volumine secundo in cons. 75. numero 17. volumine tertio. Ludouic. Gozad. in cons. 17. numero 3. 6. 13. in cons. 18. numero 14. Marc. Anton. Natta in cons. 663. nnmero 11. 12. volumine 4. Roland. à Valle in cons. 49. nume. 9. volum. 3. in cons. 72. num. 3. volu. 4. Federic. Scotus in cons. 1. nume. 16. lib. 2. tomo 1. Simon de Pretis in cons. 22. numero 40. in cons. 80. nume. 4. 6. 14. volum. primo,* dixi *in cons. 31. numero 54. cum pluribus seqq. centur. prima,* quibus nunc adde *Matth. de Afflict. in decis. Neapolit. 13. nume. 17. in decis. 44. nume. 33. in decis. 360. numero quinto. Anton. Capic. in decis. Neapolit 50. nume. 1. 2. Guido Papæ in decisione Delphin. 330. numero 1. 2. in decision. 631. numero 14. Stephanu. Aufrer. ad Capell. Tholosan. in decision. 63. Ioacs chim. Mynsinger. in obseruat. 39. centur. 6. Ioann. Dilect. Durant. de arte testand. tit. 7. caut. 3. n. 1. sequitur Cæsar Barzi. in dec. Bonon. 89. sub nu 12. & plenissimè Paulus Montan. de iure Tutel. sub c. 3. Regul. 5. per totam.* Debet tamen id inuentarium fieri per Instrumentum † publicum, cum iudicis decreto, & coram ipso, clarum, purum, & liquidũ, & in illo annotari, & poni, omnia bona mobilia, stabilia, se mouentia præsentia, & futura, Iura, actiones, cũ valore per si-

gna, & confines. *Petrus de Rauenna in singul.* 90. *Petrus Duen. in regul.* 187. *nume.* 15. *Roland. à Valle in cons.* 73. *nu.* 43. *vol.* 2. *Marc. Mantua locorum legal. lib.* 3. *cap.* 58. *Borgninus Caualcan. de tutor. & curator. num.* 58. *in fin. & Octauius Simoncell. de decretis Minor. lib.* 2. *tractat.* 6. *nume.* 63. *versic. secundus casus. Octauian. Cacheran. in decision. Pedemont.* 57. *numero* 19. *Alexadr. in consil.* 74. *numero* 4. *volum.* 7. *Paulus Montan. de iure tutelar. regul. quinta. sub numero* 77. Quinimmo si differat nimium inuentarium confi-
26 cere, poterit tanquam suspectus à tutela † remoueri, *dicta l. fin.* §. *illo, C. arbitr. tutel.* etiam si testamentarius tutor fuerit, & quilibet alius, quia non dicitur legitimè tutelam gerere. *Bald. in l. precibus, sub numero* 18. *versicul. sed quid si mater delatam, C. de impub. & alijs subst. & in l. matres, numero* 3. *C. ad Senatusconsultum. Tertull. per gloss. in l.* 2. §. *si mater in verb. Nec legitimè, ff. ad Tertull. Andr. Barbatia in consil.* 61. *numero* 2. *&* 3. *volum.* 3. *Corneus in consil.* 198. *incip. Quamquam in hac, numero primo, versicul. Tutor enim, volum. primo, in consil.* 136. *incip. Viso puncto, per totum volum. tertio. Anton. Capic. in decision. Neapol.* 50. *sub numero secundo,* plura allegans *Octauian. Cacheran. in decisio. Pedemontan.* 57. *numero* 22. *D. Cardinal. Puteus in decis.* 287. *numero* 2. *lib.* 1 *Matth. de Afflict. in decis.* 207. *numero* 4. *Anton. Seppus de iur. non scripto, lib.* 4. *cap.* 30.

PROCVRATOR ad negocia, tenetur inuen-
27 tarium conficere, quia rationes † reddere cogitur, vt *post Specul. in tit. de instrumenti editione,* §. *Nunc verò aliqua, vers. sed an inuentarium, & Bald. in Aucten. sed cum testator, C. ad leg falcid.* voluit *Petrus Rebuff. ad Const. Galliæ, tomo* 1. *tit. de sentent. prouisionalib. art.* 3. *gloss.* 3. *nu.* 13. *Roland. à Valle in cons.* 49. *nu.* 4. *vol.* 1. *Ioan. de Firmo in tractat. de episcopo, lib.* 4. *par.* 3. *colu.* 18. *vers. succesiuè, quæro de procuratore.*

LIBRORVM vsufructuarius relictus facere debet inuentarium, & magnam circumspectionem
28 † habuerunt Domini sacri Consilij Neapolitani, dum decreuerunt, quòd legatarius vsusfructus librorum faceret inuentarium, quod habetur *apud Matth. de Afflictis in decis. Neapol.* 342. Sed dari fecit iuramentum hæredi, quòd non habebat inuentarium librorum præsertim manu illius notarij Antonij Mancusij. Ex quo inuentarij vtilitas potius respiciebat hæredes, dum veniisset dies finis vsufructus, ne hæres cui facienda erat librorum restitutio fraudaretur, vel in numero librorum, vel in qualitate ipsorum. Et cum esset hæres negligens, fuit data ista libertas legatario, per rationes generales, militantes contra vsufructuarium, vt diximus supra *hoc eodem titul. versic. Vsufructuarius, nu.* 10. & dicit *Ioannes Vincentius de Anna in singul.* 309. vbi allegat hanc doctrinam *Afflict.* & ipsum allegat etiam *Vincent. de Franch. in decision. Neapol.* 641. Quo in loco agit quæstionem præstationis fideiussionis vsufructuarij rerum, quæ vsu consumuntur, & re-
29 rum, quæ vsu † minuuntur, & loquitur satis inuolutè. Tamen quoad legatum vsusfructus librorum, potius dicitur vsus, quo libri veterascunt, &
30 tamen iste vsus dicitur esse in fructu, dum † eleganter dicit, *Iabolenus.* In fructu id esse intelligitur, quod ad vsum hominum inductum est, *vt in l. penultim. ff. de vsu, & vsufruct. leg.*

FIDEICOMMISSARIVS Vniuersalis
31 inuentarium conficere debet, † quòd cum teneatur fideicommissi rationem reddere, idcirco teneatur facere, & illud complere, *arg. l. cum tale,* §. 1. *ff. de condit. & demonstr.* voluit *Oldrad. in consil.* 134. *incip. satis. Petrus Rebuff. ad constitut. Galliæ tomo* 1. *titul. de sententijs prouisionalibus. Articul.* 3. *Gloss.* 3. *numer.* 8. *August. Berous in q.* 118. Et tenent omnes Doctores, qui tenuerunt opinionem, quòd hæres vniuersalis rogatus restituere totam hæreditatem
32 † in diem, vel sub conditione, qui non fecerit inuentarium, amittat detractionem Trebellianicæ, quos retuli, *in titul. præcedenti de Trebellianica, versicul. inuentario non facto, numero* 54. 55. vbi tractaui quæstionem, an hæres vniuersalis amittat Trebellianicam ob non confectionem inuentarij?

QVILIBET Administrator, & negocio-
33 rum gestor alienorum reddere rationem † debet. *Decius in cons.* 110. *numer.* 7. *Gloss. in l.* 1. *C. Vbi de Ratiocin. agi oport. Marianus Senior, in cons.* 46. *incip. cum in præsenti consultatione col.* 1. *versicul. Tertio etiam probatur, volum.* 1. *Rolandus à Valle in cons.* 49. *numer.* 2. *volum.* 1. *Iacobus Menochius de Arbitrarijs Iudicum quæstionibus, libr.* 2. *centur.* 3. *casu* 209. *sub numero nono Hieronymus Gabriel, in consilio* 148. *numero* 3. 5. *volum. primo, Stephanus Gratianus in decision. Marchiæ.* 46. *numero quinto Nicolaus Boërius in decisio. Burdegalens.* 61. *numero quinto sexto* 22. Et
34 inde vnum quenquam qui gerit bonorum † alienorum administrationem teneri ad inuentarij confectionem, vt de vxore, quæ viro mortuo incumbit, & remansit in retentione bonorum mariti pro dotibus, voluit *Escobar de ratiocinijs, cap. tertio, numero* 25. *& capit. nono, num. decimoquarto* dum dicit, omnis administrator, qui rationi reddendæ, pacto, lege, vel consuetudine est astrictus inuentarium à se receptarum facere, & calculato-
35 ribus exhibere † debet, quod ex his, & alijs nouissimè comprobat *Ioannes Baptista Valenzuela Velasquez Regens Doctissimus, & Sacri Consilij Præsidens in consilio* 89. *numero primo secundo volum. primo.*

IN LITEM iuratur contra eum, qui face-
36 re tenetur inuentarium, & † non facit, *arg. leg.* 1. §. *officio, ff. de Tutel. & rationibus distrah.* pulchrè *Ludouicus Romanus in cons.* 118. *incip. quoad primum sub numero tertio, versicul. Quarta quidem pœna, & ex Baldo in dicto,* §. *officio, & in leg. argentarius,* §. *final. ff. de Edendo in prima lectura,* voluit *Marcus Mantua locorum legalium, libro tertio capitul.* 58. *Phanuccius de Phanucc. in tract. de iure iurando in litem. Secunda parte Membro secundo, numero* 26.

AR-

ARGVMENTVM.

Hæres conficiendo inuentarium non tenetur ad debita, niſi pro viribus hæreditatis; quod inuentarium pro eius validitate requirit preſentiam iudicis competentis, quod incohetur intra triginta dies, & compleatur intra ſexaginta; quod citẽtur omnes intereſſe prætendentes citatione vnica, & vnico edicto perẽptorio, & iudice committente, ac nuncio referente, & parte ſic inſtante; & quod his ſic executis vocentur alta voce coram iudice, qui fuerint præſentes, qui vero non fuerint præſentes conſtituantur in cõtumacia; quod adhibeatur notarius, qui ſcribat inuentarium coram quinque teſtibus, quorum tres eligun tur a iudice, vt interſint inuentario pro abſen tibus, & alij duo pro inſtrumento probando. Item quod fiat in capite inuentarij Sanctiſſimæ Crucis Signum; quod hæres deſcribere faciat in inuentario omnia bona in hæreditate teſtatoris relicta: & quod hæres confecto inuentario, ne detegatur omiſſiſſe aliquam rem, proteſtetur, quod deſcribi fecit omnia bona, & res hæreditarias, quæ venerunt ad ſuam notitiam, reſeruans ſibi quandocunque alia bona ad ſuam notitiam perueniẽt, facultatem deſcribendi, & deſcribi faciendi; non releuaretur tamen hæres, quando malitiosè conuinceretur aliquam rem omiſiſſe deſcribi facere in Inuentario, quod demum ab eo ſubſcribendum eſt, & ab alio pro eo ſi ſcribere neſciat, & decretum Iudicis, coram quo factum fuit apponendum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conficiens Inuentarium habet beneficium, ne teneatur vltra hæreditatis vires.*

2 *L. ſcimus ſin. eſt vna de quinquaginta conſtitutionibus deciſiuis Iuſtiniani.*

3 *Forma ad vnguem ſeruanda alias actus corruit.*

4 *Inuentarium quid ſit.*

5 *Hæres volens adire hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij debet adire Iudicem competentem, quoniam in hoc actu requiritur cauſæ cognitio, & Iudicis decretum, num. 6. 7. aliqui dixerunt Iudicis præſentiam non requiri, nu. 8.*

6 *Sed contra nu. 9. 10. 11.*

12 *Iudex laicus eſt Iudex competẽs in cauſa inuentarij, ſi hæres ſit laicus, ſi verò hæres ſit clericus, vel eccleſia, iudex competens eſt iudex eccleſiaſticus.*

13 *Inuentarium debet incohari intra triginta dies à die ſcientiæ delatæ hæreditatis, & infra ſexaginta dies debet compleri, ampliatur quod à die delatæ hæreditatis currant triginta, & ſexaginta dies, nu. 14. & 15. de ratione.*

15 *Hæres non dicitur ante aditam hæreditatẽ, & nu. 16.*

17 *Hæres, pendente dilatione ad conficiendum inuentarium, non conuenitur, & nu. 18. & 19. niſi malitiosè differret hæreditatis additionem, nu. 20.*

21 *Citandi ſunt abſentes, & intereſſe prætendentes in confectione Inuentarij, & ſufficit vnica citatio, & edictum peremptorium, nu. 23. 24.*

22 *In quolibet actu pars citari debet, aliàs nulliter proceditur.*

23 *Creditores, & legatarij certi, & ius prætendentes in inuentarij confectione vnica citatione, & edicto peremptorio citantur, & valet quantum trina citatio, & nu. 24. forma citationis, nu. 25. 26. 27. 31. 32.*

28 *Inuentarium an valeat ſi hæres quibuſdam citatis, quibuſdam non citatis formet inuentariũ, & n. 29.*

30 *In Regno ſit vnica citatio peremptoria in confectione inuentarij.*

31 *Iudex debet committere citationem, & n. 32. & debet inſpicere relationem antequam ad vlteriora procedat, nu. 33. aliàs nulliter procederet, nu. 34. 35. 36.*

37 *Citatio fieri debet ad partis inſtantiam.*

38 *Citati poſt executionem citationis debent vocari per preconem in loco iudicij, aliàs actus nullus eſſet, & nu. 39. 40. 41. 42.*

42 *Forma accuſationis contumaciæ, & nu. 43. & 44.*

43 *Teſtes in Inuentario numero tres debent eſſe viri prõbi, locupletes, & fide digni, & debet habere notitiam hæredis, n. 44. & debent aſſiſtere, ne fiat fraus, n. 45. & debent interuenire loco abſentium vltra alios duos, qui requiruntur pro inſtrumento, nu. 46.*

47 *Notarius debet ſcribere inuentarium, & non plures, nu. 48. & 49.*

50 *Author propoſuit quinque ſolemnitates quæ præcedere debent inuentarij confectionem, & nu. 51.*

52 *Inuentarium initiari debet ſigno ſanctiſſimæ Crucis præmiſſo, & hoc requiritur pro forma, nu. 53. contra nu. 54. de veritate, nu. 55. 56. 57. & nu. 59. 60. 61. 62. 63. 64. & ſeq.*

57 *Lex quantumuis dura, & aſpera ſeruanda eſt, nu. 58.*

62 *Signi crucis omiſſio in inuentario non æſtimatur leuis ſolemnitas ab authore, & illius omiſſio vitiat inuentarium, ibid. & multa de eiuſdem ſigni laudibus annectit, nu. 63. & ſeq. vſque ad nu. 70.*

69 *Paulus Portarellus Neapolitanus ſacerdos, & Poeta celebris.*

71 *Inuentarium debet ſcribi per publicum notarium, & per publicum inſtrumentum coram duobus teſtibus, & alijs tribus teſtibus, & neceſſariò requiritur.*

72 *Scriptura reperta per hæredem manu teſtatoris non ſufficit hæredi pro inuentario, etiam ſi dixiſſet ita ſcripſiſſe ad hæredis vtilitatem.*

73 *Cornelius Beninca ſa reprobatur ab authore.*

74 *Deſcriptio, & annotatio bonorum hæreditariorum in inuentario quomodo fieri debeat, nu. 75. 76. 77. 78. & ſeq. ad nn. 83.*

84 *In Inuentario poni debet æſtimatio rerum deſcribendarum contra nu. 85. ſed declaratur, nu. 86.*

87 *Res alienæ vt putà cõmodatæ, & depoſitæ ponendæ ſunt in inuentario ab hærede, & probandum eſt quod ſint poſſeſſæ à defuncto tempore mortis, nu. 88. 89.*

90 *Inuentarium an vitietur si hæres omittat describere aliqua bona in inuentario? & nu.* 91. 92. *vsque ad num.* 97.

93 *Heres omittens aliquid ponere in inuentario an perdat falcidiam vel Trebellianicam, & nu.* 94.

95 *Omittens dolosè an debeat carere beneficio inuentarij, & nu.* 96. *si omittat rem mobilem refundit duplicatum ad beneficium creditorum, nn.* 97.

98 *Protestatio hæredis, quod apponi curauit in inuentario omnia bona hæreditaria, & si quid in posterum inueniet ipsi inuentario addet, ipsum inuabit, & nu.* 99. *& hoc pro solemnitate requiritur, vt num.* 103. 104. 105. *& seq.*

100 *Testes in inuentario admittendi loco partium citatarum debent nosse defunctum, & hæredem, & hoc est de substantia, & nu.* 101. *& de ratione nu.* 102.

103 *Hæres non releuabitur sua protestatione si conuinceretur aliquid malitiosè in inuentario omisisse, & perderet beneficium inuentarij, num.* 106. 107. *nec tenetur probare negatiuam, quod alia non inuenit, num.* 108.

109 *Inuentarium pro solemnitate requirit hæredis subscriptionem, si scribere sciat sin minus alius pro eo subscribere debet & quare, & an omissio huius solemnitatis vitiet inuentarium? nu.* 110.

111 *Decretum iudicis an requiratur in inuentario hæredis? & nu.* 112. *& seq. vsque ad num.* 116. *& an requiratur pro forma, & solemnitate ibid.*

117 *Inuentarium nihil prodest hæredi quando adsunt bona sufficientia ad solutionem legatorum, & debitorum hæreditariorum & nu. seqq.*

118 *Hæredi non prodest inuentarium quando bona ad ipsum veniunt iure transmissionis.*

119 *Actiones contra defunctum hæredi competentes confunduntur cum hæreditate, & habet sua iura illæsa cum cæteris creditoribus.*

120 *Expensæ factæ per hæredem in causa hæreditatis retinentur, & habet illas iure prælationis, vt in funere nu.* 121. *& Medicinis, nu.* 122.

123 *Testator non potest prohibere quin hæres capiat hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, & numero* 124.

125 *Notarij, & tabelliones, qui vocantur ad inuentarium debent esse Regij, non autem Apostolici.*

126 *Hæres cum beneficio inuentarij potest sibi ipsi soluere de pecunia vel re hæreditaria & nu.* 128.

127 *Hæreditas ob inuentarium confectum reputatur iacens.*

129 *Hæres deducit contra fideicommissarium vniuersalem, quod sibi debetur etiam non confecto inuentario, & etiam debitum quod creditoribus hæreditarijs soluisset, nu.* 130.

TITVLVS DECIMVS NONVS.

De inuentario hæredis cum beneficio legis.

PRACTICABILIS est huiusmodi inuentarij materia, plures tamen solemnitates requirit, quarum aliqua si omittatur, solet illam omittens, cadere à toto. Cum tamen à pluribus iurisconsultis, & nouissimis, tractata, & agitata fuerit, in quandam summulam, & fasciculum, illam quàm breuius potero deducere conabor.

Beneficium, quod consequitur hæres adiens hæreditatem, siue ab intestato, siue ex testamento, illud est, quia immunis est, vt teneatur † hæreditarijs 1
creditoribus vltra vires hæreditarias, succurrit, tamen ista prouisio antiqui iuris ciuilis dispositioni, qua qui hæreditatem adibant, creditoribus obligati, & obnoxij erant. Iustiniani hæc iustissimi, & æquissimi Principis *in l. scimus, quæ est fin.* §. *cum igitur hæreditas, vsque ad finem, C. de iure delib.* & fuit vna ex illius quinquaginta † constitutionibus 2
decisiuis, vt testatur *Salycetus in l. in imponenda, C. ad leg. Falcid.* illam commentarunt *Cyn. Bart. Bald. Salycet. & cæteri Doctores.* Et de inuentario scripserunt. *Guido Papæ, Franciscus Porcellinus, Phanuccius, Monticulus* peculiares tractatus. Nos in hoc titulo explendo istos, & alios, more solito, scribendo, sequemur, vt ex dicendis habeatur vera forma notata in *dicta l. fin.* §. *sin autem dubius*, quæ forma † ad 3
vnguem seruari debet, *l. 1. ff. de verb. obligationib.* quia illa non seruata actus redditur nullus, *l. cum hi,* §. *si prætor, ff. de transact. Doctor. in c. Pisanis de restit. Spol. Ias. in l. Gallus,* §. *quidam rectè, in princ. ff. de lib. & posth.* Ideo subijciemus solẽnitates requisitas.

4 DIFFINITIO huius inuentarij traditur, † inuentarium est descriptio omnium bonorum defuncti facta coram iudice citatis, quorum interest secundũ formam, *l. fin. C. de iur. delib.* ita dicit *Ioan. Pyrrhus Anglebermeus in consuetud. Aurelian. titul. de successionibus, cap.* 18.

PRIMA SOLEMNITAS erit, vt hæres prætendens adire hæreditatem ab intestato, vel ex testamento, cum beneficio inuentarij à lege ordi-
5 nati, adeat † competentem iudicem, & coram illo proponat, nuper ad eius aures peruenisse, qualiter talis vita functus, cuius hæreditas ex testamento, vel ab intestato ad ipsum spectat, & est deuoluta, vel aperturam tabularum siue testamenti, & quia illam intendit adire *iuxta formam, l. fin.* §. *sin autem dubius, C. de iure deliberandi.* Qui iudex pro tribunali sedens, cum sit tractandus actus, in quo exigi-
6 tur causæ cognitio, quo † mandante procedi oportet, *l. voluit,* §. 1. *ff. de interrog. act. l.* 3. § *si causa cognita, ff. de bonor. poss. l. à procedente, C. de Dilati.* voluit *Ias. in l. sciendum, in fin. ff. de verb. oblig.* cum enim in dicto actu requiratur iudicis decretum, intelligitur
7 semper cum causæ cognitione, † iuxta dictum *Bart. in dicta l. cum hi,* §. *vult igitur, nu.* 1. *vbi Iason, nu.* 2. & de simili forma petitionis coram iudice faciendæ scribit. *Guido Papæ in tract. de inuentario, nu.* 1.

ALIQVI dixerunt præsentiam iudicis nulla
8 lege requiri, nec reperiri hoc iure cautum, † & ita *ex Bald. Salycet. & Paulo de Castr.* retulit, & tenuit *Alexan. in dicta l. fin. in princ. sub nu.* 11.

TAMEN cõtrarium *ex text. in l. de creationibus, ibi,* inuentario cũ omnis subtilitate publicè †cõscri-
9 pto, *C. de episcopal. audi,* cuius authoritate exigi iudi-

cis

cis præsentiã voluit *Martin. de Fan.* vt refert *Alex. vbi supra, Ang. in l. 1. §. hæc autem stipulatio, ff. si cui plusquam per leg. falcid. col. 9. vers. de quarto. Bald. in cons. 183. vol. 1. in cons. 265. in fin. vol. 3. in cons. 48. vol. 5. Pract. Papiens in form. libell. quo petit. hæredit. ex testam. in verb. Purè, sub nu. 13. & in forma libell. quo agit. ad redd. rat. tutel. in verb. in suo, sub num. 12. vers. & prædicta, quæ dicta sunt, Lucas de Pen. in l. 1. col. 1. & 2. vers. Prima est, & iterum, vers. tertia forma est, C. de canon. frumentario vrb. Romæ, lib. 11. Sebastian. Monticul. in tract. de inuentario, fol. 15. nu. 3. fol. 46. nu. 12. Roland. à Vall. in cons. 73. num. 36. 37. vol. 2.* quos sequitur *Phanuccius de Phanucc. de inuentar. parte 3. num. 10.* Necesse est enim quòd proferatur decretum, quia cum debeat expediri citatio legatariorum, & aliorum, vt inferius dicam, nõ possunt ista fieri, nisi mediante decreto, quod formari solet in hanc formam. Per talem Dominum
10 Iudicem Curiæ talis † ciuitatis, viso libello coram nobis porrecto per talem petentem hæreditatem talis ex testamento, vel ab intestato, ac visa copia testamenti dicti talis, vel visa summaria informatione de illius gradus propinquitate in succedendo, ac etiam de morte dicti talis, ac visis videndis, & consideratis considerandis, dicimus, decernimus, & declaramus dictum talem, vel tales (si sint plures) fore, & esse declarandum, vel declarandos fore, & esse hæredem, vel hæredes, ab intestato, vel ex testamento dicti quondam talis, cum ampla potestate, cum beneficio tamen conficiendi inuentarij seruata forma de iure nouissimo requisita, ad quam procedi decernimus per hoc nostrum &c. quam formam non solum obseruaui, sed ab alijs vidi obseruatam. Faciendum autem coram iudice
11 ciuitatis, & loci, † inquit *Petrus Gregorius Syntagmatum iuris, lib. 46. cap. 3. sub nume. 6. 8. quod, & dixerat Bart. in l. tutor, qui repertorium, nume..... ff. de admin. & peric. tut. Ioan. Pyrrhus Anglebermæus in consuet. Aurelian. titul. de successionibus, cap. 18.*

SI DE PRESBITERI successione agitur si hæres est laicus, fiet inuentarium per laicum
12 † iudicem, si de successione laici, & esset ecclesia, vel clericus hæres, debent agi coram iudice ecclesiastico, *argu. l. 1. §. Scæuola, ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer. l. hæreditare in multis, ff. de acquiren. hæred.* mutantur enim priuilegia personarum mutatione, *l. per procuratorem, vbi Bartol. ff. de acquiren. hæredit. quod post Dyn. & Bartol.* comprobat *Francisc. Aretin. notab. 2.* & ita dicit *Guid. Papæ, in decis. 261.* decreuisse Senatum Delphinalem, quem sequitur *Petr. Gregor. Syntagmat. iuris lib. 46. cap. 3. sub nu. 8. Guliel. Benedictus in Rep. c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam. nu. 424. de testam. Ceuallos commun. opin. contra communem, q. 388. Ioan. Cephal. in cons. 57. num. 52. vol. 1. Costa, de remedijs subsidiarijs. Remedio 39. illatione 1. nume. 10.*

SECVNDA SOLEMNITAS, quòd instantiam faciens hæres pro inuentario conficiendo, illud incohet intra dies triginta à die scientiæ
13 † sibi delatam fuisse hæreditatem, vel à die apertionis tabularum, siue testamenti, & intra alios sexaginta dies, totum opus inuentarij, absoluere, finire, & consumare, quod habetur, *in d. l. fin. §. sin autem dubius.*

AMPLIAT Accursius dictam solemnitatem, vt non solum currant dicti triginta dies, & sexaginta à die apertarum tabularum, vel delatæ
14 hæreditatis, quinimmo non currant, nisi à die † aditæ hæreditatis, vt dicit *dicta gloss. in dicto, §. sin autem dubius, in verb. delatam,* quam ibi sequuti sunt *Cynus, Iacob. Butrigar. & Bartol. ibidem. Idem Bart. in l. si in diem, ff. de condit. & demonstr. & in l. 3. §. si quis hæredi, ff. de statu lib. Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, col. pen. vers. tu dicas, ff. si cui plusquam per leg. falcid. Angelus de Aretio in §. extraneis, col. 1. instit. de hæred. qualit. & differ. Raphael Comensis in cons. 73. inci. Dominus Thomeus, col. 1. vers. si igitur, vt clarè dictum, & in cons. 128. incip. vtrum inuentarium hæredis, in fin. Ludou. Roman. in cons. 84. incip. circa id, quod quæritur, nume. 2. vers. prima gloss.* vbi dicit opinionem *Bartol.* communiter obseruatam, & esse æquissimam. *Ioan. (post Alexand.) in dicta l. fin. num. 7. Dec. in cons. 633. incipien. Consului superioribus diebus, num. 2. versic. secundo quæritur. Marian. Socin. iunior in cons. 19. num. 20. volu. 3. Nicolaus Bellon. in cons. 68. incip. vltra supradicta, num. 1. Corn. in cons. 165. incip. Circa primum consultationis, col. 8. vers. Vbi Imperator, vol. 2. Barthol. Veronensis in cautel. 222. incip. institutionis vis, Abbas Panormitan. in cons. 73. incip. circa primum dubium, sub numer. 6. 7. vol. 2. Roland. à Val. in cons. 73. num. 16. volu. 2. Phanuccius de Phanuccijs, in tract. de inuentario, parte 1. num. 2. Ioan. Dilect. Durant. de arte testandi, titul. 11. cautela 8. num. 2. Cornelius Beuincas. in tract. de priuilegio paupertatis. Speciali. 10. vltim. voluntatis, nu. 19. cum pluribus seqq. Franc. Porcellinus, in tract. de inuentario, tit. de inuentario hæredis, incip. Quartum est inuentarium, nume. 2. 3. & q. 3. num. 17. cum seqq: Ioan. Baptista Villalob. opin. commun. §. tempus, nu. 5. Emanuel Suarez in Thesaur. receptar. senten. §. inuentarium, nu. 275. Guido Papæ in decis. Delphinal. 571. nu. 5. Anton. Faber in C. Fabrian. lib. 6. tit. 11. definition. 9. num. 1. Dynus in tract. præscript. tit. 10. num. 5.*

RATIO, quæ assignatur ad affirmandam supradictam ampliationem, est clara, quia ab Imperatore, facultas faciendi inuentarium datur hæredi, sed hæres non est, nec dicitur ante aditam hæreditatem, ergo aditio hæreditatis ad inuentarium est antea necessaria. Maior, quòd beneficium inuẽ
15 tarij detur hæredi, constat † ex toto contextu *dictæ, l. fin. C. de iure deliber.* Minor, necesse est, vt adeatur
16 hæreditas, & † tunc dicitur hæres, *arg. l. si cum autem. §. transgrediamur. in fin. ff. solu. matrim. vbi gloss.* dicit, probandũ esse, quòd hæreditas sit adita, quia à die aditæ hæreditatis hæres quis dicitur, *l. proinde ibi.* (ex die aditæ hæreditatis) *vbi gloss. in verb. adita. ff. si cert. petat.* Vnde sequitur argumenti conclusio supra annotata. Cũius argumenti ratio *à Baldo in dicta, l. fin. §. cum igitur.* prodita fuit, *nume. 3. versic. Tertio nota,* quem sequutus est

Raphael Comenſis in dicto conſ. 73. col. 1. dum inquit, Nam cum lex exigat inuentarium fieri ab hærede, & hæres non ſit ante aditam hæreditatem, ſequitur *Dec. in dicto conſ. 633. num. 3.* vbi ſubijcit aliam rationem, quæ licèt videatur diuerſa, tamen incidit in idem; ſcilicet, quòd dilatio datur hæredi, vt
17 conueniri nequeat dilatione † ad conficiendum inuentarium durante, ac pendente, vt notatur *in dicta, l. fin. §. donec.* Videtur itaq; quòd dilatio illa conceſſa intelligatur poſt aditam hæreditatem,
18 cum hæres ea non adita, vt hæres conueniri † nequeat, ita *ex Bald. in dicta, l fin. §. cum igitur. notabil. 3. nume. 3. Comenſe in dicto conſil. 73. dicit. Dec. vbi ſupra*, quia quæ dicuntur de hærede intelligun-
19 tur † adita hæreditate. *vt notat Ioan. de Imol. per illum. tex. in l. 3. §. ſi quis ita. ff. de hæred. inſtit. Rolād. à Valle in dicto conſil. 73. nu. 17. 18. 19. Phanuc. vbi ſup. num. 3.*

TEMPERANT Supradictam ampliationem ſecus ſi hæres malitiosè differret hæreditatis
20 aditionem, vt † tunc currat ſibi terminus, & dilatio ante aditam hæreditatem, ſi verò innulla mora, in nulla culpa, in nulla malitia eſt, tunc currit ſibi tempus poſt aditam hæreditatem. *vt gloſſ.* dicit. *arg. l. Statulibero, §. ſiquis hæredem. ff. de ſtatulib. ibi eſt valde ſingularis tex. ad hoc.* Iſta ſunt verba *Bartol. in dicta l. fin. §. cum igitur. num. 2. Ludouic. Roman. in dicto conſil. 84. Roland. a Valle in dicto conſ. 73. num. 34. 35. vol. 2. Dec. in dicto conſ. 633. ſub nu. 5. verſ. & ſupradicta communis opinio. Phanuccius. de inuentur. pare. 1. ſub. nu. 3. Cornel. Beninca. in dicto decimo ſpeciali vltimæ voluntatis ſub nu. 23. Anton. Faber in Codice Fabrian. lib. 6. titul. 11. Definit. 9.*

TERTIA SOLLEMNITAS eſt, quia cum in quolibet actu, in quo tractatur de alicuius intereſſe, & præiudicio, illum præſentem eſſe debe-
21 re † neceſſe ſit, abſentes igitur, & de quorum vtilitate, vel damno agitur citandi ſunt, omnes legatarij, & creditores, qui ſunt certi nominatim, quia trita eſt regula, quòd in omni præiudiciali actu
22 pars citari debet, aliàs nulliter † proceditur. *vulg. l. de vnoquoq; ff. de re iudic. l. nā ita diuus. ff. de Adopt. l. fin. C. de legibus. l. Tres denunciationes. C. quomod. & quand. iudex, l. ſi quando. C. de Teſtib. c. cum olim. de Teſtib. c. dilecta. deſent. exco. c. Romana de Appell. in 6. clem. paſtoralis. de re iud. cle. ſæpe. de verbor. ſignificat.*

CREDITORES, & legatarij certi, & aliquod ius habere prætendentes, vnica tantum citatione, vnico edicto, peremptorio, quod ſufficit, citan-
23 di ſunt, † & valet quantum trina citatio, *l. Ad peremptorium cum l. ſeq. ff. de iud. Alexand. in conſil. 122. incip. viſo preceſſu. col. 2. verſic. non obſtat etiam quarta. vol. 2.* & ſpecialiter in confectione inuentarij voluit *Gnido Pape in tract. inuentarij nu. 2. verſ. & pro introitu.* Et doctrinam faciendi hanc citationem docuit *Bald. in Auct. ſed cum teſtator. nu. 5. verſ. ſed qualiter. C. ad leg. falcid.* qui dicit, quòd ſi de
24 præiudicio † ſingulorum agitur, ſinguli citandi erunt, ſi vniuerſorum, vniuerſi, quia hoc docet *Imperator. in §. ſancimus. ibi.* quanticunq; in eadem ciuitate ſunt conſtituti *in Auct. de hæredib. & falcid.* per quæ verba, & ſi eſſet aliqua multitudo particularium præſentium in loco ſunt citandi nominandi nominati, incerti verò, vel abſentes non citantur, aut citantur per citationem per edictum, ſine per proclama generale. *Bart. in l. ſi eo tempore.* quē ibi ſequitur *Salycet. & Alexand. in addit. C. de remiſ. pignor. Bald in, l. creditor. la. 2. C. de diſtract. pignor.* quos ſequitur *Nicola. Boerius in Deciſion. Burdegal. 277. num. 5. Cardinal. Zabarella in conſil. 33. Andr. Alciatus in conſ. 43. lib. 6. Tomo 2. Anto. Capicius. in Decis. Neapol. 101. num. 1. Octauian. Catheran. in deciſion. Pedemont. 68. nu. 2. D. Cardin. Puteus in Deciſ. 267. lib. 3. Ioan. Papon. Arreſt. curia. lib. 21. titul. 10. Arreſt. 5. Aymo. Crauett. in Conſ. 89. nu. 6. Felin in c. exhibita. nu. 2. verſic. ſecundo limita. ext. de Iudic. & poſt Angel. in l. 1. §. hac ſtipulatio. ff. ſi cui plusquam per leg. falcid. Deci. in conſ. 633. num. 8. verſ. Secundo antequam deueniatur.* dicit, quòd ſunt conuocandi
25 omnes † creditores, & legatarij ad inſtantiam hæredis, quòd veniant in tali loco, tali die, & hora, ad videndum confectionem inuentarij hereditatis talis, quod facere intendit hæres de bonis, rebus, iuribus, & actionibus debitorum, & creditorum eiuſdem hæreditatis, veniant per ſe, vel per procuratorem, aliàs ipſis non venientibus hæres procedet ad confectionem inuentarij, dicens quòd Angelus ponit citationis formam. Ego in edicto, & citatione ſimili apponere, ſolitus ſum, ad videndam, inchoa-
26 tionem, proſequutionem, & confectionem, † & perfectionem dicti inuentarij. Maximè quādo ſunt plura, & in pluribus locis, bona, & inuentarium nō poſſet confici vna die. Quia ſi accedēdum foret ad diuerſa loca pro appoſitione diuerſorū bonorum. Diſcedendo ab vno loco imitarem Seſſiones Con-
27 ciliorum, dicendo quod fiat † acceſſus ad talem locum, & ideo vocati ſi eorum putauerint intereſſe, accedāt nobiſcum ad videndam proſequutionem inuentarij, & finem, quæ latius dicit *Bald. in conſil. 243. col. fin. vol. 1. in conſ. 143. vol. 1. & in conſ. 265. volum. 3. Robert. Maranta in Specul. Aureo parte 6. Membro 1. num. 79. verſ. Primus caſus eſt. Abbas Panormit. in conſil. 73. incip. circa primum, nu. 6. verſic. item citatio debet, & verſic. item iudex in caſu, vol. 2. Guido Pape in tractatu inuentarij, nu. 5. verſ. ſed an ſufficiat, Roland. à Valle in dicto conſ. 73. num. 22. 23. vol. 2. Cornel. Beninca. in tract at. de Priuileg. Paupertatis, Speciali 10. Vltimarum voluntatum, nu. 27. verſ. Quarto redeundo. Franciſc. Porcellinus in tract. de inuentario q. 3. verſ. quarto requiritur, nu. 6. cum pluribus ſeqq. Antonius Faber in Codice Fabrian. lib. 6. titul. 11. definit. 26. Petrus Gregorius Sintagmat. iuris vniuerſ. lib. 46. cap. 3. ſub nu. 9. Ioan. Berber. in viatorio iuris, parte 4. Rub. 1. nu. 68. Ioan. Sainxon. in conſuetud. Turonenſi titul. 13. cap. 14. in princ. D. Vicecomes in deciſ. nouiſſ. Roman. 620 parte 1. vol. 1. Ioan. Dilect. Durand. de arte teſtandi, tit. 11. cautel. 8. verſ. ſexto*, Sed dicam, quod inquit *Bald. in Auct. ſi omnes, nu. 12. verſ. extra hoc ego. C. ſi vt ſe ab hæredit. abſtin.*

fin. vbi format quæſtionem. Si hæres format inuentarium quibuſdam citatis ſolemniter, quibuſ-
28 dam non citatis, an inuentarium † valeat? Dico, quod valeat reſpectu citatorũ, ſed in præiudicium aliorum non. Et ſubiungit. Nec eſt nouum, quod res iudicata valeat reſpectu vnius perſonæ, at non reſpectu alterius, *vt infra, de Fide inſtrumentor. l. 2. infra, quib. res iudicata nõ nocet, per totum, & ff. de infam. l. Lucius.* Sed quidam fatuus iudex, credebat, quòd inuentarium nullo modo valeret, quaſi omiſ-
29 ſa forma, & ſolemnitate legali, † quod non eſt verum, quia quo ad citatos eſt ſeruata forma, & ſolemnitas iuris. *Hæc Baldus* De hac tamen Baldi opinione, ego ſatis dubito, cum dicant Doctores, vt ſupra diximus, quòd forma tradita *in dicta l. fin.* ſi non ſeruetur, inuentarium nullum erit, maximè cum ſimus in actu indiuiſibili, & priuilegium hæredis, pro parte valeret, & pro parte nullum eſſet.

DE PEREMPTORIO, quod dixi pro edicto faciendo, memoro, quòd in hoc Regno, de-
30 bet fieri † vnica citatio, & dici quòd ſit peremptoria, & ſufficit, & peremptorium continebit, vt habemus *in Regni Conſt. incip. edictorum*, §. *citatio fiet vna, vbi Andr. de Iſer. Matth. de Afflict. & alij, Petr. Foller. in Practica Criminal. in verb vel eos verbaliter citari faciat, nu.* 5. & aliud habemus *per Ritum, & Prag. vt dicam infra.* vnicam citationem ſufficere voluerunt *D. Cardinal. Puteus in deciſ.* 267. *num.* 4. *lib.* 3. *& Achilles de Graſſis in deciſion.* 3. *titul. de teſtamentis.*

IVDICE tamen mandante, vel ab eo facien-
31 da eſt, ipſoq; pronunciante † eadem citatio facienda erit, aliàs nulla erit, *l. Neminem, C. de exhib. Reis, Innocent. in c. quoniam contra in verb. citationes, de probat. Cyn. in dicta l. Neminem*, quos *poſt Iacob. Butrigarium* ſequitur *Bald. in l. cum clericis, nu.* 3. *verſ. in verb. Memorati, C. de Epiſcop. & Cleric. Angel. de Aretio in tract. Maleficiorum, in verbo, iudex commiſit quòd Gaius prædictus, & alij inquiſiti citarentur, nu.* 9. *verſic. & benè nota, quod in proceſſu.* & ante ipſum *Albertus Gandinus in Tract. Maleficiorum, Rub. de citationibus faciendis, num.* 2. *Bonifacius Vitalinus in tractat. Maleficior. Rubric. de citatione accuſati, & inquiſiti, nu.* 1. *Andr. Alciat. in tract. Præſumption. Regul.* 3. *Præſumption.* 14. *num.* 8. *latè Andre. Tiraquell. de Retract. conſang.* §. 8. *gloſſ.* 9. *nu.* 20. *Ioan. Berberij in Viatorio incip. parte* 4. *titul. de iudic. num.* 25. *plenè Hippolyt. de Marſil. in Repet. dictæ, l. de vnoquoq; nu.* 115. *Moſuerius in Practica titul. de Adiornamentis, ſub nu.* 1. & de commiſſione iudicis optimè *Ludouic. Roman. in conſ.* 497. *incip. diligenter perſcrutatis, n.* 8. Quòd per iudicem, vel illo mandante habemus iura noſtra in hoc Regno *Conſtit. Edictorum, Ritum* 38 *incip. item quòd dictus Tubita, vbi Carauit. nu.* 1. *& Prag. incip. Quilibet agere volens, titul. de ordine iudiciorum.* dicentem, agere volens aduerſarium ſuum iudicis cõmiſſione præcedente citare faciat.
32 † *vbi Annibal Troiſius, col.* 1. *verſ. & forma creandi.* vbi dicit, quòd ſi forma iſtius pragmaticæ in citatione non ſeruetur procederetur nulliter.

RELATIONEM Nuntij in citatione, &
33 edicto factam inſpicere debet † iudex antequam ad vlteriora procedat, aliàs nulliter procederet. *arg. l. hæc autem*, §. 1. *vbi Bartol. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. idem Bartol. in l. ſi finita*, §. *Iulianus, nu.* 19. *ff. de Damn infecto, in l. multum intereſt*, §. 4. *ff. de condit. & demonſtrat. Ludouic. Roman. in dicto conſ.* 497. *incip. diligenter perſcrutatis, num.* 5. 8. qua relatione non conſtante ipſi iudici, quia neceſſe eſt, vt poſſit agere contra citatum, vti tamquam exiſtentem contumacem, quod videat iudex relationem nuncij, aliàs condemnando illum, quaſi contuma-
34 cem, † nulliter procederet, vt multis allegatis voluit *Hippoly. de Marſil. in l. patre, vel marito, numero* 46. *cum pluribus ſeqq. ff. de quæſtionib. & in dicta l. de vnoquoque, numero decimonono, ff. de Re iudic. Bald. in l.* 2. *num.* 4. *verſ. Quinto nota C. de ſportulis*, dicit, notabiliter, quòd ſi nuncius non referat cauſam iuſtructam, quod imponitur per hoc vitium liti, hoc eſt dicere. quòd non tenet proceſſus, non pre-
35 cedente relatione nuncij, in eo, quòd relatio † attenditur, ſeu expectatur, allegat *Bartol. in dicta, l. multum intereſt*, deinde *idem Baldus ibi, numero* 5. Si ergo iudex feſtinat, non expectata relatione, proceſſus eſt nullus ipſo iure, quod tene mẽti, quod ſequitur *Troiſius in dicta prag. incip. Quilibet agere volens, col. fin. verſ. ſed pone quòd apparet.* Quod in hoc Regno expeditum eſt, relationem nuncij ne-
36 ceſſariam † fore, *vt per aliam pragm. Incip. Relatione citationis vt ſupra facta.* In qua præſupponit relationem fieri debere, concluſionem ſequitur *Maſuerius in Practica, tit. de Adiornamentis, nu.* 13. 14.

37 AD PARTIS Inſtantiam † facienda erit eadem citatio. *Cyn. in l. fin. C. de exhibend. reis. Ioan. Andreas, & alij, in c. quoniam contra extra de probat. Bald. in l. cum clericis, propè finem C. de Epiſcop. & cleric. & in l. conſentaneum, col.* 1. *C. Quomod. & quando iudex. Hippolyt. de Marſilijs, in Repet. leg. de vno quoq; numer.* 113. *ff. de re iud. Guido Papæ in deciſion. Delphin.* 352.

QVARTA SOLEMNITAS eſt, quòd executa citatione, & Edicto publicato, & proclamato, & facta in calce illius relatione per Tubitram in curijs, in quibus Tubæ vſus eſt, vt ego fieri faciebam Ariani gubernator, vel per Preconem ſiue nuntium, & ſcriptura exhibita, illaq; per iudicem viſa, in loco, die, & hora in citatione, & edicto ſtatutis, inſtante hærede, ad cuius petitionem fuit ema-
38 nata, vocentur † alta voce, qui fuere citati, ſi adſunt, vt per vocationem, qui ſunt præſentes, veneruntq; ad locum, poſſint proponere eorum res legatas, & creditores pecunias, vel alias res: ac bona eis debita. Qui verò non venerint conſtituuntur, in contumacia, & in illorum contumacia procedetur, & niſi iſta vocatio fieret actus nullus eſſet, nam inanis, & fruſtatoria fuiſſet illa citatio ſtatuta in *dicta l. de vnoquoq; & alijs iuribus*, de quibus ſupradiximus, niſi, vt venirent, ſed illos veniſſe, citationi, & edicto obtemperaſſe conſtare non poſſet, niſi vocati dicerent, adſumus, vt DEO optimo Ma-

ximo vocanti, Adam vbi es, ille respondisset, vocem tuam audiui, & timui, vt habetur *Genes. cap.* 3.
39 Et si non vocarentur, non dicerentur citati, † iuxta illud CHRISTI *apud Ioannem, cap.* 15. Si non venissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent. Et ideo de Iure, qui citantur ad actus aliquos statuta die, & loco, vt adsint debent vocari, ad hoc, vt
40 dicantur esse præsentes, aut contumaciter † absentes, vt in simili dicit *Bartol. in l. si quando, in* 1. *lectura, num.* 1. *C. de Testibus*, vnde in Regno, quando recipi, & examinari debent testes, pars citatur ad videndum illos iurare, quæ debet esse præsens, vel
41 contumaciter † absens, vt dicit *Ritus Magnæ Curiæ* 143. *incip. Item, quod si detur terminus, ibi* (Vocata
42 parte in Curia) quę vocatio fit per Tubittam † vel sui loco, per preconem, *in Ritu* 38. *vbi Carauita, in Ritu* 143. *vbi idem Carauit. num.* 1. *& optimè Follerius in pract. crimin. in verb. Accusentur contumaciæ, num.* 16. vbi ponens formam. Die, & cęt. Curia pro Tribunali sedente vocato dicto Petro citato, relato, & non come parẽte per se, vel alium, qui cum excusaret, per publicum nuncium, & seruientem dictæ curiæ, alta, & Intelligibili voce, more preconis, & quia non comparuit. seu comparuerunt, ipse, & alij vocati, citati, & relati, id circo in eorum contumaciam, fuit decretum per eundem iudicem quòd procedatur ad alios actus vlteriores, & præsertim ad eligendum pro vt eligimus tales tres testes qui vti
43 viri probi, fide digni, locupletes, diuites, † & stabilia bona possidentes, qui adesse, & interuenire debeant ab inchoatione, prosequutione, & perfectione inuentarij. *Iuxta dictam, l. fin. in dicto*, §. *sin autem dubius*, ibi, Testibus videlicet assumendis, qui hæredem cognoscant, & cæt. qui deponere post modum habeãt, nullam illum fraudem, malitiam,
44 vel dolum commisisse, de quibus † ipsi notitiam habeant, *vt in auct sed cum testator, cum sua gloss. C. Ad leg. Falcid. & in dicto loco Bartol. in* §. *cum igitur, sub num.* 4. qui docet, quomodo contrahentes cognoscere debeant, & isti tres testes, interesse debeãt, loco creditorum, & legatariorum absentium, assistentes in confectione inuentarij, ne fraus ibidem
45 † fiat. *Bald. in cons.* 147. *vol.* 4. *Paulus de Castro, in dicto*, §. *cum igitur. Decius in cons.* 633. *num.* 15. *Angel. de Aretio in* §. *extraneis. Instit. de Hæred. qualit. & different. Vitalis Cambanis in tract. Clausularum, in clausula* 40. *incip. Nil nouari, inuentarij confectione pendente vers. Item requiruntur tres testes, nume.* 30. *Abbas Panormitan. in cons.* 73. *incip. circa primum, sub num.* 6. *vol.* 2. *Pract. Papiens. in forma libelli, quo petitur hæredit. ex testamento, in verb. Purè, versus finem. Roland. à Valle in dicto cons.* 73. *num.* 24. *vol.* 2. *Guido Papæ in decis. Delphinal.* 571. *sub num.* 8. *in fin. Idem Guido tangit de tribus testibus in tractat. de inuentario, num.* 39. *Franciscus Porcellin. in tract. de inuentario*, §. *Quartum est, num.* 16. 17. *vers. septimo, & vers. Octauo. Cornelius Benincas. de Priuileg. Pauperta tis* 10. *speciali vltimarum voluntatum, numero* 36. *Phanucc. de Inuentar. part.* 3. *sub nũm.* 74. Ex quibus dictis tres testes debẽt interuenire loco absentium,
46 vltra alios duos. qui requiruntur † pro Instrumento, de quibus scribit *Phanuccius in dicta parte* 3. *nu.* 70. 71. *Marcus Anton. Natta in cons.* 352. *num.* 5. *vol.* 2. *Ioan. Dilectus Durant. de arte testandi, tit.* 11. *Cautel.* 8. *nu.* 2. *vers. sexto legatarij.*

QVINTA SOLLEMNITAS est, quòd
47 adhibeatur Tabellio, siue Notarius, † qui scribere debet inuentarium, vt notatur *in dicta l. fin.* §. *sin autem dubius*, licèt ibi dicat Tabulariorum, in plurali numero, ità, vt plures notarij interuenire videantur, *arg. l. vbi numerus, ff. de testibus*, Tamen *Accursius in gloss. ibi in verb. Tabulariorum* dicit sufficere vnum tabellionem, & sic pluralitas resoluitur
48 in singularitatem, † quia, vt ibidem dicit *Odoffredus* vnus Notarius sufficit ad scribendum inuentarium, & ità tenent *Bartol. Baldus Paul. de Castro, & Iason, in dicta, l. fin. Decius in dicto cons* 633. *num.* 12. *vers. quinto requiritur. Guido Papæ in tract. de inuentario, num.* 38. *Francisc. Porcellin. in dicto tractatu, q.* 1. *num.* 22. *Roland. à Valle in cons.* 73. *num.* 111. *vol.* 2. *Vitalis Cambanis in tract. Clausular. in dict. clausul.* 40. *nil nouari inuentarij confec. pend. num.* 67. & sic communiter obseruatur, vt vnicus Tabellio sufficiat, & ab hac obseruatione nemo dissentit; non
49 enim possunt eandem rem in eadem † carta scribere plures notarij eodem tempore, nisi in pluribus folijs facere plura inuentaria, quod esset ridiculũ, & absonum. *Ioan. Dilectus Durant. de arte testandi, titul.* 11. *cautel.* 8. *numer.* 2. *versicul. Quarto inuentarium.*

HACTENVS Diximus, & proposuimus has quinque solemnitates, vti necessarias, & vtiles ad inuentaria, quæ fieri solent, ac debent per hæredes, illa procurãtes, ne teneantur vltra hæreditarias vires necessarias esse duximus, vti prę paratorias, &
50 quę precedere † debeant inuentarij principia, nam, pace iurisconsultorũ nostrorum, qui ante hæc tempora nostræ ætatis scripserunt, & si optima de illis tradiderint, fuere nihilominus, vel ordine præpostero, vel mancò, & mutilo prolata, Inuentarium †
51 est vltimum, quod fieri oportet, & quæ diximus sic ordinata fieri necesse est, idcirco ordinem verum tradidi, quem spero ab hominibus recti intellectus probatum, sin autem pertranseant, vt velint.

SEXTA Solemnitas igitur subsequetur, vt constitutis, Iudice, hærede, tabellione, quinq; testibus, scilicet tribus pro creditoribus, legatarijs, & interesse prætendentibus, absentibus, & duobus alijs, qui actui faciendo interuenire debent, detur principium inuentario, vt ante omnia pro sexta sol
52 lemnitate in capite inuentarij fiat † Signum Sanctæ Crucis, vt optimus Imperator *Iustinianus* mãdauit *in dicta l. fin.* §. *sin autem dubius, ibi* (Venerabili Signo Crucis antea manu hæredis præposito) de quo *Bartol. ibi, in* §. *cum igitur, nume.* 3. *Abb. Panormitan. in dicto cons.* 73. *nu.* 6. *vol.* 2. *& ante ipsum Hostiensis in c. Raynaldus, in fin.* dicit, quòd si non appoantur signum Venerabilis Crucis ob inobseruantiam formæ statutæ per Imperatorem, erit nullum

lum inuentarium, idem dicit *Angelus in forma per ipſum tradita in dicta l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid.* vbi dicit, ita de conſuetudine obſeruari, etiam *ſecundum Ioan. Andr. in addition. Spec. tit. de inſtrum. edition. §. fin.* dicens, quòd ſignum crucis, quantumcunque ſit leuis ſolemnitatis, ſi non fuerit ſcriptum manu propria ipſius hæredis, ſcientis, vel non ſcientis literas, cum quibus dictum ſignum facere ſciat, inuentarium non te-
53 nebit, quoniam lex deſiderat formam † traditam obſeruari, & hanc opinionem eſſe tutiorem ſcribit *Vitalis Cambanis in dicta clauſula 40. nume. 8. poſt Salyc. in dicta l. fin. §. ſin autem dubius.*

CONTRARIVM, quòd cum eſt leuis ſolemnitas, omiſſio ſigni crucis, non præiudicet in-
54 uentario † tenuerunt *Odoffredus, & Hugo dela Fontana, arg. l. 1. ff. de ventre inſpic. & l. præſcriptione, C. ſi contr. ius, vel vtilit. public.* tenuit etiam *Bartol. in dicta, l. fin. §. cum igitur, nu. 3. in fin.* dicens, quòd ità tenent omnes Doctores, ſic etiam *ibidem Laſon. poſt Alexan.* qui iſtam opinionem tuetur. Idem tenuit *Bald. in conſ. 333. incip. quæritur, an ſignum crucis, vol. 3.*

EGO, quamuis ſciam, communiorem opinionem eſſe, quod illius ſanctæ crucis ſigni omiſſione
55 inuentarium † non vitietur. Tamen prima ſententia, quòd ea venerabilis ſigni crucis appoſito ſit de forma ſubſtantiali ipſius inuentarij, formæ cuius factura, ſi omittatur inuentarium corruere, nullumq; eſſe aſſero, cum Imperator expreſsè iſtud ſta-
56 tuerit *in † dicta l fina. § ſin autem dubius, ibi, venerabili ſigno crucis.* Ideo arbitror magis attendi oportere legem ab ipſo Imperatore conditam, quàm vt Doctorum opinionem ſequamur, lex enim quan-
57 tumuis dura, & aſpera attendi † debet, *l. Proſpexit, ff. qui, & à quibus.* Nam eadem lex à Iuſtiniano, vt patet *in dicta l. fin. C. de iure delib. emanauit*, nam ſupraſcriptio dicit. *Idem Auguſtus ad Senatum.* Et tamen Imperatores Theodoſius, & Valentinianus, *in l. leges, vt generales, C. de legib.* ordinant, & mandãt,
58 leges, vt generales † ab omnibus æqualiter in poſterum obſeruentur, quæ miſſæ à nobis ad venerabilem cætum. *Accurſius in verb. cætum*, dicit Senatorum. Itaque obſeruari debet, nulla habita ratione opinionis Doctorum, quæ quanquam communis videatur, habet tamen aliam primam non minus communem, *vt per Hoſtienſem, Panormitanum, Ioannem Andream, Salycetum, Vitalem*, quibus nunc addo *Raynertum de Forliuio. in dicta l. fina. in princ. Raphael. Fulgoſium, & Ioan. de Imol. & Angel. in dicta l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid. Idem Raph. in dicta l. fin. Ferdinan. Vaſquius de ſucceſ. creatione, lib. 1. §. 9. ſub numer. 6. verſ. contrariam ſententiam, num. 12. verſ. contrariam, Guido Papæ in tract. de inuentario, num. 10. verſicul. an obmiſſio.* dicens ità ſeruari in patria Delphinali. *Franciſcus Porcellinus de inuentario, §. quartum, num. 13. 14.* licet referat communem opinionem contrariã, & ſolum illam probat in hærede ruſtico, tamen
59 dat conſilium, vt ſignum crucis apponatur, † *Decius in dicto conſ. 633. nu. 7.* dicens, quod ad vitandas opiniones ſuadeo, quòd re integra hæres ſignũ crucis apponat, cum quo ſic pertranſit. *Roland. à Valle in dicto conſ. 73. ſub num. 9. vol. 2. & Cornelius Beninca ſ. de priuileg. paupertatis, 10. ſpeciali vltimarum voluntatum, num. 35.* Vnde concludo communem opinionem attendi non debere, cum habeat caſum legis clarum in contrarium, pro quo facit, quod ſcribit *Antonius Maria Coratius de communi Doctor. opin. eligenda. lib. 2. titul. 9. numer. 89. 90.* Tanto plus alios, qui ſequuntur Imperatoris præceptum, *adde his Ioannem Dilectum Durantem in tracta. de arte teſtandi, titu. 11. cautel. 8. num. 2. verſ. cautus tamen eſt.*

SVPER quo conſideratione dignum eſſe arbitror, verba *dictæ legis final. ibi* (venerabili ſigno
60 † crucis antea) dicitur autem ante, antequam aliud fiat, ſed omninò præcedat, vt ſint verba *Baldi in l. ex his verbis, num. 3. verſ. ſecundo oppono, C. quando dies legat. cedat.* ſic agens hypothecaria, ante omnia probare debet rem hypothecatam fuiſſe in bonis, & cætera, *l. ante omnia 22. ff. de probat.* quod denotat antequam ad alia procedatur, *l. cum alimenta, ff. de aliment. & cibar. legat. cap. quamuis, de elect. in 6.* & ſequitur *tex. in dicta l. fin. (Antea præpoſito)* ante omnia poſito, ſignificans voluiſſe Imperatore adeo pro ſolemnitate, & forma ſignum crucis fore
61 apponẽdum, vt geminauerit dictum ſignum † præponendum fore, *arg. l. Baliſta, ff. ad trebellian.* per illo duo verba geminata, quæ ſignum crucis præcedere debere, denotat, ita vt in principio inuentarij poni deberent. Quod inſtitutum à Chriſtianiſſimo Imperatore ordinatum, nulli magis, quàm nobis conuenientiſſimum eſſe debet, qui Chriſtum ſequimur, & Creatorem, & Redemptorem, à quo creati, & liberati ſumus, & ſequi cogimur, vt quicquid facimus *(iuxta Apoſtoli conſilium)* in nomine
62 † Ieſu Chriſti faciamus. Nec ego illis prædeceſſoribus noſtris me ſubſcribam, qui omiſſionem ſigni ſanctæ crucis, leuem ſolemnitatem omittere, dixernnt, cum illam, & grauiſſimam, & ſolemniſſimam eſſe arbitrer. Hoc ſignum crucis adeo inſigne, & glorioſum eſt, quòd antequam Chriſtus illam moriturus aſcenderet, *Exodi cap. 12.* cum Aegyptiorũ primogenita Angelus occidere deberet, mandauit occiſionem Agni Iſraelitis, & quòd ſanguinem illorum ponerent ſuper vtrunque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, vt cum tranſiret Dominus, & videret ſanguinem, illis parceret. Et ſignum
63 iſtud Thau vocatum, † vt quibus occiſio commiſſa erat, cum eos viderent illo ſignatos, non offenderent, vt patet *Ezechielis, cap. 9.* dum ex ore Domini dicitur, interficite vſque ad internicionem, omnem, ſuper quem videritis Thau, ne occidatis. Signum verò illud, eſſe ad crucis Symbolum notum eſt, Super hoc ſigno Thau poſitum fuiſſe ſerpentem æneum ex mandato Domini *Numeri, ca. 21.* Crux erat, quam aſpicientes, qui percuſſi erant, ſanabantur. Dies peculiaris mihi eſt hodie dum hæc ſcribo, quæ eſt trigeſima dies Nouembris Anni 1624.

qua

qua Beatiſſimi Apoſtoli Andreæ Feſtum colimus,
64 qui ſubiturus † Martyrium, videns crucem ſibi paratam magna affectus lætitia, voce magna exclamauit; O Beata crux diù à me deſiderata, in qua ſuus Dominus pependiſſet. Hinc crucem circulo cinctam apud Aegyptios Hieroglyphicum eis fuiſſe venturam ſalutem ſignificaſſe, ſcripſerunt è noſtris *Marcus Mantua Polymathiæ libr. 2. cap. 4. Petrus Meſsia in Sylua variarum lectionum, lib. 1. cap. ....* Signum Thau ſignum crucis eſſe, & illud deſignaſſe fatetur *Hieronymus ſuper illo Ezechielis, c. 9.* de ſigno crucis *Sanctus Ephrem in lib. de vera Pœnitentia, cap. 3.* dicit, Pingamus in ianuis, atque †
65 frontibus noſtris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificum ſignum, de quo *Tertullianus in lib. de Corona Militis, cap. 3.* ſic inquit, ad omnem progreſſum, ad omnem aditum, & exitum, ad veſtitum, & calceatum, ad lauacra, ad † menſas, ad limina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcun
66 que nos conuerſatio exercet, frontes crucis ſignaculo terimus. Harum, & aliarum eiuſmodi diſciplinarum. Si legem expoſtules, ſcripturarum nullam inuenies, traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix; Rationem traditioni, conſuetudini, fidei, patrocinaturam, aut ipſe perſpiciens, aut ab aliquo, qui perſpexerit, diſces. Hæc illi dixerunt. Non progrediar vlterius, ſed ſufficiat quod hoc ſignum, tam magnum eſt, quàm magnus eſt, qui illi magnitudinem contulit, qui veniens ad vltimum, extremumque † iudicium illius Maieſta-
67 tem præcedet. Hanc Chriſtianam ſcholam ſequi, nemo dedignetur, quando Sancta Eccleſia, & illius populus, nil aliud cantet, niſi, O crux aue Spes vnica, qui de hac ſigni crucis materia aliud legere cupit. Videat *Auguſtinum, in Pſalm. 30. concion. 3. & in Ioannem, tract. 118. in Pſalm. 141. Hieronymum in Ezechielem, capit. 9. Ioann. Chriſoſtomum in Matth. Homel. 55. & ad Populum Antiochenum. Homel. 36. Cyrillum Hieroſolym. Cathecheſi. 4. & cathe. 13.* cum recordemur dictum fuiſſe Con
68 ſtantino, in hoc ſigno vinces. † de quo *Euſebius Ceſarienſis de vita Conſtantini, lib. 1. cap. 22. & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, lib. 9. cap. 9. Ioannes Zonaras Annalium, lib. 3. Carolus Sigonius de Imperio Occidentali, lib. 2. Iuſtus Lypſius de Cruce lib. 3. cap. 15. Ioannes Pierius Valerianus Hieroglyphicorum, lib. 50. Ludouicus Cælius Rhodigin. Lectionum Antiquar. lib. 6.*
69 *cap. 11. Paulus Portarellus † Neapolitanus Sacerdos, & Poeta Celebris* de Cruce ſic ceciuit *in libro Sacrorum Carminum.*

Arbor amica hominũ, memorandis clara Tropheis,
Quæ cælum tangis vertice, digna coli.
Quæ longè exuperas radiantia Lumina Phœbi,
Atq; decore tuo ſidera cuncta præis.
Salue ægris medicina, reis ſpes, gloria iuſtis,
Perfugium cunctis, indubitata ſalus.
Cuius habent frondes cæleſtis ſemina vitæ,
Mortales, cuius poma beare valent.
Cuius erunt rami per ſecula cuncta beati,
Quòd membra æterni ſuſtinuere Dei.
Cuius inoptata requieſcere ſanctius vmbra,
Cuius in amplexu ſit mihi dulce mori.

Huius itaque ſolemnitatis, quam in principio, & inuentarij capite adhibendam fore cõſtituit Imperator, omiſſio ſi fiat, id arbitror ſuccedere, vt illud ſine capite corpus quoddam Acephalum, &
70 quaſi ſine capite † truncus dicatur; cum tamen facere crucem res ſit facillima, quam non ſapientes ſolum, ſed ruſtici, ſicut nobiles, mulieres, & pueri, facere ſciunt, neminem credo illam omiſſurum.

SEPTIMA SOLEMNITAS eſt, quòd hæres per Notarium, ſeu Tabellionẽ, vt ſupra, in ſcriptis, deſcribere, & annotare faciat omnia, & ſingula bona hæreditaria tẽpore mortis defuncti, ſiue teſtatoris in illius hæreditate remanſa, qui Notarius, vt ſupra *hoc eodem titulo diximus verſ. Quinta ſolemnitas, num. 47.* debet deſcriptionem facere p
71 publicum inſtrumentum † coram illis duobus teſtibus, & illis alijs tribus teſtibus ſupra annotatis, quod inſtrumentum neceſſarium faciendum eſt, *vt in §. ſi verò abſunt. Auct. de hæredib. & falcid. & in dicta l. fin. §. ſin autem dubius, ibi (ſub præſentia tabulariorum)* voluit *Abb. Panormitan. in dicto conſil. 73. ſub nume. 6. volum. 2.* de quo inſtrumento meminit *Ludou. Roman. in conſ. 84. incipien. circa id, quod quæritur, ſub num. 2. Decius in dicto conſ. 633. nume. 12. verſ. quinto requiritur,* ante eos *Bartol. in dicta l. fin. §. cum igitur, ſub nu. 3. Guido Papæ in tract. de inuentario, num. 38. 39. Franciſc. Porcellin. in tract. de inuentario, §. quartum eſt, ſub num. 4. verſ. tertio requiritur Ioannes Dilectus Durantes in tractatu de arte teſtan. titul. 11. cautela 8. numer. 2. verſic. quarto.* Ex quo infertur, quòd ſi hæres inuenerit ſcripturam, in qua defunctus denotaſſet, ac deſcripſiſſet, ſeu deſcribi feciſſet omnia bona, vel manu
72 ſua ſcripſiſſet, quòd iſtud † hæredi non ſufficeret, etiam ſi diceret feciſſe ſcripturam ad hæredis vtilitatem, vt voluit *Bald. poſt Nicolaum de Matarell. in dicto, §. ſin autem dubius, & voluit idem Porcellinus vbi ſupra, nume. 5. verſ. Ex quibus infertur.* quod requiſitum vti communiter receptum cum retuliſſet *Cornel. Beninca ſ. in tract. de priuilegijs pauperτvtis in 10. ſpeciali vltimæ voluntatis, nu. 37. 38. 39.* Tamen *num. 40.* dicit, hoc requiſitum non eſſe neceſſarium, ſed etiam per ipſum hæredem poſſe ſcribi, & cum non habeat multos ſequaces, nec ego
73 illum hac vice ſequar, † quamquam vti doctiſsimum, dum viueret, cognouerim Peruſij, lecturam ordinariam in primis iuris ciuilis ſedibus profitentem, magna æſtimatione.

QVO MODO autem in deſcriptione, & annotatione bonorum procedendum ſit ad huiuſmodi inuentarij facturam non tradidit ibidem Imperator Iuſtinianus, quia ante ipſum ordinem deſcri-
74 bendi tradiderant † Valentinianus, Valens, & Gratianus Imperatores *in l. ſi quis intra prouinciã, C. de bonis proſcriptorum,* quæ licet loquatur de modo faciendi inuentarium pro fiſco in bonis proſcri-
75 ptorum, tamen cum militent † eædem rationes,

procedi

procedi debet eodem modo in inuentario hęredis, vt est de mente *Gloss. in dicta l. si quis intra, in verb. descriptio.* dum inquit, Nota qualiter fiat inuentarium, quam in id ponderauit. *Marcus Anton. Natta in cons.* 574. *nume.* 2. 3. *vol.* 3. qui optimè hoc roborauit alijs authoritatibus, quem sequitur *Phanuccius in tract. de inuentario, par.* 3. *nume.* 31. *versicul quartum requisitum concernens,* & idem est de mente *Bartol. in dicta l. si quis intra dicentis,* Hæc lex docet, qualiter res in inuentario scribi debent, quam
76 vide, & tene menti, † *& Bald. ibidem* dicit, Nota hanc legem pro inuentarijs conficiendis, scilicet, quòd inuentarium tunc dicitur legitimum, quando continet omnia plenè, & distinctè, & clarè, vt colligitur in hac lege, quam ad hoc bene nota, quod benè confirmat *Roland. à Valle in dicto consil.* 73. *num.* 43. 45. *cum pluribus seqq. volum.* 2. ego dico, quod dicti Imperatores *in dicta l. si quis intra*
77 † imitarunt. Vlpianum, qui antea similia scripserat *in l. forma, ff. de censib.* ex quibus est inuentarij ordinatio. Itaque ante omnia poni debent stabilia,
78 in quo † loco, ciuitate, vel villa sint, cum descriptione vicinorum proximorum, & si aruum, ac territorium coli solitum apponi mensuram, *vt in dicta, l. forma, ibi (fundi nomen) & quæ sequuntur in dicta l. si quis intra, ibi (spatium, & quod sit ruris iugerum.)* Quod sit à decem annis cultum, vel incultum, & quot iugerum *in l. forma*. Quid in vineis, oliuetis, aratorijs, pascuis, syluis fuerit inuentum, *in l. si quis intra.* Quod dictum fuerat hoc modo *in l forma,* Vinea, quot vites habeat, oliueta quot iugerum, & quot arbores habeat. Pratum quod intra decem annos proximos sectum erit, quot iugerũ pascua esse videantur. Item syluæ cęduæ omniaque ipse, qui defert æstimet. *Speculat. de instrumen. edition.* §. *dicto de impugnatione, sub numer.* 21. *ibi.* Item quòd fiat inuentarium de his tamen rebus, quas defunctus tempore obitus habuit, quem sequitur *Marc. Anton. Natta in cons.* 174. *nu.* 3. *vol.* 3. *Francisc. Porcellin. de inuentario,* §. *quæro tertio, nume.* 27. *versic. sexto principaliter,* licèt dicat, poni de-
79 bere res mobiles, credo inducere † voluisse ordinem, *l. à diuo Pio. ff. de re iudicata.* Tamen tam *in dicta l. si quis intra,* quàm *tex. in dicta l. forma,* ponunt inchoari primò per immobilia, siue stabilia, quamquam non admodum iudicem in describendis re-
80 bus ordinem debere obseruari, optimum † verò est, & Iurisconsulti, & Imperatorum doctrinam attendi. Descriptis bonis stabilibus hæres debet poni facere in inuentario bona mobilia, & supellectili-
81 lia † oleum, vinum, frumenta, victualia, cum appositione ponderum, & mensurarum, quę in his consistunt, *l. quod sæpe,* §. *in his, ff. de contrahen. empt.* panni etiam, ex lana, lino, bombice, & serico. Vestimenta etiam supellectilia omnia, vasa, argentea, aurea, catenæ, mobilia, anuli, aurei, argentei, gemmę, inaures, vniones, clarè, & distinctè, & in summa omnia supellectilia, quæ sunt nominata *à Paulo in l. 3 supellectile, & in toto titul. ff. de supellectili legat.*
82 Insuper animalia † se mouentia iura, & actiones, & quicquid defunctus moriens reliquerit, ea etiã quæ defuncto debentur omnia, & singula, quæ hæreditatis sunt in indiuiduo describuntur, & enumerantur, *vt in dicta l. fi.* §. *sin autem.* Et habetur simile *in c. charitatem,* 12. *q.* 2. & descriptio in inuentario fit de minimo vsque ad maximum, id est de
83 vtẽsilib. & omni † supellectili, *c. sicubi,* 12 *q.* 5. *Spec. in loco supra allegato. Abbas Panor. in dicto consil.* 73. *sub. nu.* 6. *vol.* 2. *Decius in dicto consil.* 633. *num.* 10. *Natta in dicto cons.* 574. *num.* 3. 4. *in cons.* 575. *num.* 1. 2. *vol.* 3. *Francisc. Porcell. in dicto.* § *Quæro Tertio, num.* 27. 28. *Roland. à Valle in cons.* 73. *nu.* 43. *Phanucc. de Inuentario, parte.* 3. *num.* 30. 32. *Petrus Gregorius Syntagmat. iuris vniuersi, lib.* 46. *cap.* 3. *num.* 6. *& pluries. Paulus Montanus de iure tutelarum, regul.* 5. *nu.* 76. *vers. in hoc inuentario. Octauian. Catheran. in decision. Pedemontan.* 57. *nu.* 29. *Angel. de Aretio in tract. de testament. in verb. Qui. B. Sciens se parte institutum immiscuit se in hæreditate, numer.* 28. *vers. & est notandum quòd ad hoc. Ioan. Dilectus Durant. de Arte testandi titu.* 11. *cautel.* 8. *num.* 2. *vers. tertio omnia bona. Anton. Faber. in Codice Fabriano, lib.* 6. *titul.* 11. *defi.* 25.

AESTIMATIONEM valorem, & pre-
84 cium rerum, in inuentario, poni debere, † censuit *Bartol. in l. fin. nu.* 2. *C. de Magistrat. conuen. Barthol. de Salyc. in l. veteris, C. arbitr. tutel. Vital. Camban. in dicta clausula.* 40. *nil. nouari inuentar. appellat. pendent. sub num.* 56. *versic. Item scias, quòd in inuentario. Ioan. Baptista Plotus in Repet. l. si quando nume.* 239. *C. vnde vi, Roland. à Valle in d. cons.* 73. *nu.* 49. 50. *volum.* 2.

CONTRARIVM tamen nõ æstimari res,
85 quæ in inuentario apponuntur, dicit † *Hieronym. Cagnol. in Repetit. l. si quis, maior. sub nume.* 210. *vers. & primo asserit, C. de transact. Iacob. in. de Sancto Georgio, in dicta l fina.* §. *notissimi, in fin. C. de iure delib. Barthol. de Cassæne. in consuetud. Burgundiæ, rubr.* 6. §. 6. & ità seruari voluit *Sebastian. Monticul. in tracta. de inuentario, fol.* 37. vt illum refert, & sequitur *Phanucc. de inuent. par.* 3. *nume.* 31. *in fin.* & quamuis *Bartol. in dicta l. fin. C. de Magistrat. conu.* loquantur cum sequacibus in tutore pupillorum, tamen posset dici, quòd militet eadem ratio in inuentario hæredis, quia non facta rei æstimatione, posset subrogari res alia similis, vel minoris valoris; Nihilo-
86 minus dicerem, † quòd in speciebus, puta frumentis, & mobilibus, poni deberet valor, tum quia posset de facili mutari, & malum pro bono subrogari, tum in totum consumi.

ALIENÆ res, puta commodatę, Depositatę,
87 vel pignori datæ, quæ reperiuntur in bonis † defuncti tempore suæ mortis, necessariò ponendę sunt in inuentario, pro his enim illi actio petitionis hæreditatis competit *l. Non tantum, l. Item videndum,* §. *fin. ff. de petit. hæredi. Bald. in dicta, l. fin.* §. *cum igitur, num.* 10. *& ibidem Paul. de Castr. num.* 5. *Decius in dicto consil.* 633. *num.* 11. *Corn. in dicta, l. fin. nume.* 5. *Angelus de Aretio in tractat. de testamentis, in verb. Qui B. sciens se parte institutum immiscuit se hæreditati,*

tati, num. 28. *verſic. Et eſt notandum. Franciſc. Porcellin. in tract. de Inuentar.* §. *Quæro tertio, num.* 7. *verſ. Inſuper quæro quid ſi defunctus. Roland. à Valle in di-*
88 *cto conſ.* 73. *num.* 27. *vol.* 2. probanda eſt enim † iſta qualitas, quòd ſint poſſeſſæ à defuncto tẽpore mortis, quia tunc præſumerentur eſſe de hæreditate defuncti, & poni in inuentario deberent, nil proban-
89 do, quòd ſunt † res alienæ. *Andr. Barbatia in conſ.* 37. *vol.* 3. *Vitalis Cambanis in dicta clauſul.* 40. *Nil Nouari inuentarij confectione pendente, nu.* 17. *Franciſcus Marcus in deciſio. Delphinal.* 868. *in fin. vol.* 1. ſuper quibus aſtringi poterit hæres ad reuelandũ, & declarandum cum iuramento, iuxta dictum *Bartol. in l. meminimus, nu.* 12. quem ibi ſequitur *Ioan. de Platea C. Quando, & quibus quart. pars debe. libr.* 11. & ſequitur *Franciſcus Marcus in dicta deciſion.* 868.

OMITTENDO hæres aliqua bona pone-
90 re in inuentario, an vitietur illud, & an † teneatur vltra vires hæreditarias, ita vt vti non poſſit priuilegio adeuntis cum beneficio? Breuiter, hoc decreuit *Iuſtinianus Imperator in dicta, l. fin.* §. *licentiam, verſicul. (illo videlicet obſeruando, vt ſi ex hæreditate aliquid hæredes ſurripuerint, vel cælauerint, vel amouendum curauerint, poſt quam fuerint conuicti, in duplum hoc reſtituere, vel hæreditatis quantitati computare compellantur)* quo in loco annotauit *Bart. nu.* 3. *Vltimo nota*, quòd hæres, qui cælauit res hæreditarias punitur, vt duplum refundat. Proſequitur *Bartol. ibidem* veritatem abſq; multiloquio dicens notanda eſſe tria iura, Primum ius digeſtorum, quo
91 contra amouentem ſtabatur pœna falcidię † tantum perdendæ, *l. de beneficio, ff. ad leg. falcid. l. Paulus, ff. ad trebellianum*, & ſi erat ſuus hæres perdebat ius abſtinendi, *l. ſi ſeruum,* §. *admonuiſſe, ff. de ac-*
92 *quiren. hæred.* Secundum eſt ius Codicis, quòd † duplum refundat. Tertium eſt ius auctẽticorum, quo propter ſubtractionem vnius rei, perdit falcidiam
93 † in totum, quæ etiam refert *Phanuccius in tract. de inuentario, par.* 3. *nume.* 52. licèt non alleget *Bartol.* Sed adde *Ludouic. Roman. in conſil.* 276. *incip. viſis dubijs, nume.* 8. *verſ. quoad decimum*, qui conſiderat eadem tempora, quæ ſupradixi *ex Bartol.* quinimmo illud, quod amittat falcidiam, dicens, & trebel-
94 lianicam, quia † iſta duo æquiparantur, *l. Marcellus, ff. ad trebellian. Decius in dicto conſ.* 633. *nu.* 11. *Panor. in d. conſ.* 73. *ſub nu.* 6. 7. *vol.* 2. Quamquam
95 in omittente † dolosè in inuentario aliquam rem apponere, ꝙ debeat carere beneficio inuentarij, & teneatur in ſolidum creditoribus hæreditarijs, ita fore opinionem *gloſſæ. & Iacobi de Beluiſo in* §. *ſi verò non fecerit Auct. de hæred. & falcid. Dyni. Raynerij de Forliu. & Bartol. in l. reſcriptum, nu.* 1. 2. *ff. de his quibus, vt indignis. vbi* referens opinionem ſupra-
96 dictorum, dicit perdere etiam † beneficium inuentarij, quos refert, & ſequitur *Guido Papæ in tract. de inuentario, nume.* 8. 9. *Angel. de Aretio in tract. de teſtamen. in verb. qui B. ſciens ſe parte inſtitutum immiſcuit ſe hæreditati, num.* 29. 30. *verſic. quæritur hære fecit inuentarium, Marian. Socin. iunior in conſ.* 108. *num.* 43. *volum.* 2. *Phanuccius de inuentario, parte* 3. *num.* 37. qui allegat illud, quod ſcribit *Natta in dicto conſ.* 574. *nume.* 13. *verſ. tertio dici poteſt*, plenè, & diligenter multos alios allegans *Iacob. Philippus Portius in conſ.* 50. *per totum*, & tenent *Marcus Mantua, Hieronymus Torniellus, Federicus Rogerius, & Antonius Catharus Iuriſconſulti ſuo tempore Doctiſſimi, tunc Florentes in ſuprema Academia Patauina. Nicolaus Beſſonus in conſ.* 30. *nu.* 6. *Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedem.* 147. *num.* 9. *alios allegans Marc. Anton. Peregr. de iure fiſci, lib.* 2. *tit.* 10. *numer.* 15. In dicta controuerſia conſiderandum eſt, Imperatorem *in dicta l. fin. C. de iure delib.* ſtatuiſſe hæredem obſeruantem illas ſolemnitates, vti poſſe priuilegio, vt non teneatnr vltra vires hæreditarias, & hæc diſpoſitio non eſt pœna, quia remanet hæres illas non adimplens, in puris terminis iuris ciuilis. Si omittit tamen cælando malitioſe rem mobilem,
97 habet † locum pœna, quia refundit duplicatum, & auget hæreditatem ad beneficium creditorum. Si omittit inuentariare rem ſtabilem tanto aperta ſumitur malitia, & punitur, quia nulla allegari poteſt excuſatio. Conſiderandum etiam minorem excuſationem habere filium, vel ſuum hæredem, quàm extraneum.

PROTESTATIO tamen ad excludendã fraudem, & mali animi votum, facta per hære-
98 dem, quòd apponi in inuentario curauit † omnia hæreditaria teſtatoris bona, quæ ad ſuam notitiã peruenerunt, quia ſi in futurum aliqua hæreditatis bona ſibi ad notitiam peruenerint, reſeruat ſibi ius in dicto inuentario illa apponere, quia tunc ei non imputabitur, nec ad aliquam pœnam. Huius ptoteſtationis practicam annotauit *poſt Nicolaum de Matarellis, Bald. in dicta l. fin.* §. *cum igitur, ſub num.* 8. *verſ. item pone, quòd hæres bona fide*, & magis clarè *in Auct. ſed cum teſtator, nume.* 18. *verſ. & nota, quòd vtile, C. ad legem falcid.* dum inquit. Et nota, quòd vtile eſt, facienti inuentarium proteſtari, ꝙ
99 ſi quid in poſterum † inuenerit, ponet in inuentario, nam proteſtatio repellit doli præſumptionem, *l.* 1. *C. Vti poſſidetis, cum alijs*, quæ allegat *Angel. in l.* 1. §. *hæc ſtipulatio, in fi. ff. ſi cui pluſquã per leg falc. Dec. in conſ.* 633. *num.* 11. *Ioan. Dilect. Durant. de arte teſtandi, tit.* 11. *cautela* 8. *ſub num.* 2. *verſ. nono hæres, Cornelius Beninca ſ. de priuilegijs paupertatis.* 102 *ſpeciali vltimar voluntatum, nu.* 34.

Et quod dixi de teſtibus in inuentario admittendis loco citatarum partium abſentium, debent eſſe teſtes, qui cognouerint defunctum, & hæredẽ, nam licèt regula ſit, non eſſe neceſſarium, quòd te-
100 ſtes † cognoſcant contrahentes, ſecus tamen eſt in hoc inuentario, quia eſt de ſubſtantia, vt illos
101 cognoſcant, aut ſaltim hæredem † *text. in dicta l. fin.* §. *ſi verò abſint*, vbi hoc voluit *Gloſ. in verb. cognoſcant, & in dicta l. fin.* voluerunt *Alberic. de Roſat. & Corn. & Iaſon. verſic. octauo requiritur, Carol. Ruin. in conſil.* 38. *colum.* 1. *verſ. & licèt dicatur, volum.* 4. Qui debent interuenire vſque ad finem, & conſumationem inuentarij, vt poſſent, ſi opus erit

teſtari

teſtari quod nullam hæres fraudem commiſerit,
102 quia non potuiſſet fieri, quin † illi vidiſſent, vt teſtatur *Marc. Anton. Natta in conſ. 214. nu. 14. vol. 1. Roland. à Valle in dicto conſ. 73. vol. 2. Phanuc. de inuentar. par. 3. nu. 71, 72, 73.* de his dixi *in hac ſumma Deciſ. vniuerſ. tit. 5. n. 46. 47. tomo 2.* quod ponit *Aluar. Valaſc. in deciſ. Luſitan. 52. nu. 24.*

Octaua ſolemnitas erit, ne fortè detegatur, hæredem omiſſiſſe deſcribi facere in inuentario aliq̃ rem hæreditariam, vt faciat actum proteſtationis, quod
103 ipſe deſcribi in inuentario † fecerit oēs res hęreditarias, quæ ad ſui notitiā, & cognitionē venerunt, reſeruans ſibi qñcumq; alia bona hæreditaria quæ ad ſuā notitiam venirēt illa deſcribi, & addi facere
104 in eodē inuentario, qa talis † proteſtatio releuabit ipsū à dolo p̄ſumpto ob rem in illo non poſitam *Vita l. Cambanis, in tract. Clauſul. in Clauſul. Nil nouari pendente inuentar. n. 20. Stephan. Bertrand. in conſil. 331. vol. 1. Franc. Porcell. in tract. de inuent. 43.* Sed non releuabitur hæres, ſi conuinceretur q malitioſe rē non appoſuiſſet, puta, quia ſciuiſſet rē hæredita-
105 riā eſse, ſecundū doctrinā *Bartol. in l. 1. §. itē, nu. 4. ff. de offic. Prætēſt. vrb. Corn. in conſ. 546. incip. licet, in fin. vol. 1. Ioan. de Firmo in tract. de Epiſcop. libr. 4. par. 4. n. 32. Alex. de Neuo in conſ. 38. in fin.* & quo-
106 modo conuinci poſſit, & perdere † inuentarij beneficium ex hac cauſa, *Abb. Panorm. in conſ. 73. col. 2. verſ. Præterea non vol. 2. Hieronym. Gratus in conſil. 25. vol. 2. Guido Papæ in conſ. 42. & in conſ. 129. Iacob. Philip. Portius in conſil. 50. col. 3. Aluarus Valaſcus in deciſ. Luſit. 52. nu. 10. cum pluribus ſeqq.* & hanc pro-
107 teſtationem vtilem † eſse heredi, & creditoribus declarat etiā *Monticulus de Inuentario c. 8. nu. 52. 53.*

Et cum hæres demonſtrat feciſse inuentariū, & illa bona, quæ in eo deſcripta ſunt inueniſse, nec
108 tenere probare illam negatiuam, q alia non † inuenit, vt dicere tentauit *Barzius in deciſ. Bonon. 35. num. 4.* quia ſufficit hæredi oſtendere inuentarium tanta ſolemnitate factum affirmatiuum, & pars ſe fundans in negatiua illam probet,

Nona ſolemnitas erit, quòd ſcripto inuentario, hæres illud ſubſcribat ſua manu ſi ſcribere ſciat, ſi autem ſcribere neſciat, alius ſcribat, & perſona, vel
109 alius notarius, & Tabellio † de eius ordine, & mādato, quia per ſubſcriptionē ēt confitetur res in inuentario deſcriptas eſse penes ipſum, vt ſit cautum creditoribus, & illius omiſſio vitiaret inuentarium, *Gloſ. in dicta l. fin. §. Sin autem dubius. Guido Papæ in dicto conſ. 42. & in tract. de inuent. n. 8. Alex. in conſ. 38. n. 13. vol. .... Dec. in conſ. 633. n. 5. Franc. Porcellin. in tract. de inuent. c. 2. n. 3. Corn. in dicta l. fin. vbi Iaſ. verſ. ſexto requiritur. M. Ant. Natta in dicto conſ. 214. nu. 12. 15. vol. 1. Vital. Camban. in dicta clauſ. nu. 29. Aluarus Valaſcus in dec. Luſit. 52. n. 26. Monticul. vbi ſupra, n. 56. Roland. à valle in dicto conſ. 73. n. 39. v. 2.* Et ſi ab hærede non ſubſcribatur inuentariū nullū
110 eſse voluit † *Franc. Cantuccius in deciſ. nouiſſim. Romæ. 72. n. 19. v. 3.* cui magis adhæreo, quàm *Vallaſco, in dicta deciſ. Luſit. 52. nu. 27. 28. 29. 30.* qui ob ob ſimilem omiſſam ſolemnitatē non vitiari dixit.

Decimam Solemnitatem ad hibendā fore, quòd interponatur decretum iudicis, coram quo factum fuit inuentarium, & illud publicari faciat, & cōfirmet, quia, & ſi nonnulli Doctores teneant non eſse
111 neceſsariam iudicis præſentiā in actu † huiuſmodi inuentarij, tñ cum præcedere debeant acta aditionis hæreditatis, & cōparitio corā iudice facta ab
112 hærede, & citationes legatariorum, † & creditorū, atq; intereſse prętendentiū, & alij actus iuris dictionales non debent hæc vana eſse, & ludibria, cū ſint ſtatuta ad finē, vt cū effectu fiat inuētarium, & ſunt pro forma ſtatuta ab Imperatore, & ideo ſeruanda, *l. Qui Romæ, §. Flauius vbi Doctores, ff. de verb. oblig.* & maximè in caſu, & materia iſta, qñ data eſt forma, & modus procedendi ab Imperatore, & Prin-
113 cipe, quia ſemp̄ habet vim † formæ, vt voluit *Bald. in l. probatum, col. pen. C. de ſentent. & interloc. omn. Iud.* quem ſequitur, & commendat *Iaſ. in §. Item ſeruiana, col. 10. verſ. vltimo. Inſt. de actionib.* quo caſu ſi
114 deficiat in actu, vel in medio actus, omnia † corruunt. *Felin. in c. cum dilecta, de Reſcript. Roland. à Valle in conſ. 30. nu. 5. vol. 3. poſt Menoch. & alios,* quos allegat. *Fabius Turrettus, in conſ. 91. nu. 4. vol. 1. & per text. in l. De creationibus. C. de Epiſcopal. Aud.* & fuiſse hanc opinionem antiqui Doctoris *Martini de Fano* refert *Specul. in tit. de inſtrumeut. edition. §. fin.* voluit hoc idem *Pract. Papienſ. in Forma libelli, qao petitur hæredit. ex teſtament. in verb. Purè inſtituit, & poſt Ang. & Franc. Porcellin.* voluit *Hierony. Cagnol. in l. ſi quis maior, nu. 210. C. de trauſact.*, & voluit *vltimo loco Sebaſtian. Monticul. de inuentario, cap. 8. ſub nu. 22. & nu. 62.* vbi allegando *Bartol. in dicta, l. fin. in princip. C. de iure deliber.* dicit inuentarij publica-
115 tionem † faciendam eſse. Tunc enim dicitur eſse completum inuentarium, quod complementum neceſsarium fit, aliàs in vanum fuiſset fieri cęptum. Et hoc decretū hæredi cum beneficio inuentarij prodeſse, & ſi alius ſimpliciter ſe pro hærede gerat, voluit *Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſan. 43. lib. 2.*
116 cōſequēs eſt. Decretū † de forma, & ſubſtātia eſse.

Solemnitates, quas enumerauimus, ſufficiunt, quoad priuilegium hæredis ſuccedentis cum inuentarij beneficio, vt non teneatur vltra vires hæreditarias, nunc dicenda erunt aliqua, ex quibus non ſufficiat ad aliquam immunitatem ipſi hæredi priuilegium inuentarij.

Primò dicendum eſt, ad nihilum prodeſse hæredi priuilegium inuentarij ne teneatur, vltra vires hęreditarias, quando apparet in hęreditate adeſse bona ſufficientia ad ſoluendum ęs alienum, creditoribus debitum, quia largo campo eo caſu fungitur hæres, vt ex bonis hęreditarijs, creditoribus ſatisfaciat, etiam alijs rebus, non ſolum pecunia, quia vbi adſunt bona, hęres legata, & debita ſoluere te-
117 netur, inuentario † non officiente. *Alberic. in dicta l. fin. §. ſin autem dubius C. de iure delib. Bald. in l. ſi pecunia, ff. de legat. 2. Corn. in conſ. 195. incip. circa, in fin. volum. 4. Raphael Fulgoſius in conſ. 67. incip. pater familias, col. 2. Franciſcus Aretinus in conſ. 116. incip. .... Ludouicus Gozadinus in conſil. 25. numero 20.*

Marian. Socin. Iunior. in conſ. 107. in fin. vol. 3. Sebaſtian. Monticulus de inuentario, cap. de commentar. l. ſcimus, nu. 90. 109. Phanuc. de inuentario, par. 6. nu. 2. Aluar. Valaſc. in deciſ. Luſitan. 52. nu. 39.

Secundò, quando hæres, qui facit inuentarium habet aliqua bona iure tranſmiſſionis ex perſona defuncti ad ipſum deueniunt, iſto caſu inuentarij beneficio non vtitur, quia ad ipſum iure tranſmit-
118 tentis perueniunt, & in illius perſonam † venit. *Bartol. in l. 1. q. 4. ff. de Vulgar. & pupill. Carol. Ruin. in conſ. 22. col. pen. in conſ. 39. incip. viſo, nu. 4. vol. 3. Phanuc. de inuentario, par. 6. nu. 70.*

Tertiò notandum eſt, hæredem cum inuentario, ſi habet aliquas actiones contra defunctum, illæ non confunduntur cum hæreditate, ſed habet ſua iura ſalua cum alijs hæreditarijs creditoribus, at-
119 tenta prioritate, vel poſterioritate † temporum, prerogatiua ſeruata, *vt in l. ſcimus, §. in computatione, C. de iure delib. ibi,* ſi verò, & ipſe aliquas contra defunctum habeat actiones non hæ confundantur, ſed ſimilem cum alijs creditoribus per omnia habeat fortunam.

Quo verò ad expenſas erogatas per ipſum hæredem in cauſa hæreditatis, in extrahenda copia
120 † teſtamenti, & alijs litis hæreditariæ, & inuentarij, illas retinet, & ante omnes præfertur, *vt in dicto §. in computatione, ita Franciſc. Porcellin. de inuentario, c. 4. nu. 7.* & voluit *Corn. in dicto §. in computatione, numer. 3. Roland. à Valle in conſ. 14. numer. 23. volum. 1.* refert *cum alijs Phanuc. de Inuentar. part. 5. ſub nume. 36. Aluarus Valaſcus in deciſ. Luſitan. 52. numer. 43. Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſ. 44. lib. 2.*

Eodem modo præfertur, & retinet expenſas fa-
121 ctas in defuncti † funere *vt in dicto §. in computatione ibi, quicquid in funus expendit.* nam impenſa funeris antecedit omne æs alienum, *l. penul. ff. de Religioſ. & ſumptib. fun. Aluarus Valaſcus in deciſ. Luſitani. 52. num. 43. Ioan. Petrus Surdus in deciſ. Mantuæ 255. nu. 6. Garzias Maſtrill. in deciſ. Siciliæ 10.* Nec poteſt ſe tueri hæres ob inuentarium, ſed ſi cõueniatur, ſoluere debet. *Rodericus Suarez in l. poſt rem iudicatam, in 1. extenſione, Bartol. de Caſſan. in conſuetud. Burgund. Rub.... §.... in verb. par beneficè de inuentaire. Phanuc. de inuentar. par. 4. nu. 6.*

Ampliant idem procedere in expenſis medicinalibus in infirmitatibus defuncti, quòd gaudeant iiſdem priuilegijs, vt præferantur habentibus ex-
122 preſſam † hypothecam, cum impenſa iſta medicinarum æquiparetur impenſis funerum. *arg. l. reſtituenda, C. de Petition. hæredit.* quia datur retentio hoſpiti, & Tabernario, pro impenſa per ipſos facta pro defuncto curando, *vt per Iaſon. in dicto §. in computatione, l. impenſa, ff. de Religioſ. & ſumptib. funer. l. legatum C. eodem titul. Gloſſ. in l. Priuilegia, ff. de Priuileg. cred. Roland. à Valle in conſ. 14. num. 26. vol. 1.* ſequitur, & refert *Phanuc. in tract. de inuentar. par. 5. num. 39. Surdus in deciſ. Mantuæ 255. ſub nu. 26.* funerum enim priuilegia procedere in expenſis infirmitatis, voluit *Don Garſias Maſtrill. in deciſion. Sicil. 10. nu. 10. 11.* & DEO concedente, dicam latius *in titul. de Relig. & ſumptib. Funer.*

Capere, & acceptare hæreditatem cum beneficio inuentarij voluntatis eſt, & ideo teſtator hæredem prohibere non poteſt, vt accipiat hæredita-
123 tem † cum beneficio inuentarij, vt voluit *Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſan. 24. lib. 5.* quando autem eſſet prohibita per teſtatorem, ſi iudex vi-
124 derit id nocere pupillo, poteſt ordinare † inuentarium prohibitione non obſtante. *Thom. Grammatic. in deciſ. Neapol. 7. num. 7.* quod nunc non pono pro conſtanti.

Notarij, & Tabelliones, qui vocantur ad inuentarium debent eſſe Regij, non autem Apoſtolici, & ità ſeruandum eſt, & ſic in ſpecie ſeruari in Gal-
125 lia, † vt teſtatur *Petrus Rebuff. ad Conſtitutiones Galliæ, tomo 1. titul. de literis obligatorijs, articul. 2. Gloſſ. vnica, nu. 38.*

Hæres cum beneficio inuentarij, poteſt ſibi ipſi
126 ſoluere, maximè de pecunia † hæreditaria, vel re hæreditaria. vt dicit *Bald. in dicto §. in computatione verſic. ex hoc ſequitur,* dicens, quòd hæreditas ob
127 inuentarium confectum, reputatur † iacens, & actiones non confunduntur, hætedi licere ſibi ipſi pro ſuo credito ſatisfacere de bonis hæreditarijs eligendo aliquam rem in ſolutum, *arg. l. creditori, ff. de Pignorib. l. Marcellus, §. Reſqnæ, ff. Ad Trebellia. & l. Fiſtulas, §. 1. ff. de contrah. empt.* quinimmo idem *Bald. in l. debitori, nu. 4. verſ. Pone, quòd adiuit, C. de*
128 *Pact.* dicit, quod hæres, qui adiuit † hæreditatem cum beneficio inuentarij, poteſt, citatis creditoribus, & legatarijs, ſuum creditum à bonis hæreditarijs ſeparare, implorando iudicis officium ſuper ſeparatione bonorum, & virtus inuentarij hoc operabitur, ſubijciens, quòd hoc verè iure creditoris, & non hæredis fundando, per illud dictum de ſeparatione bonorum, & *Bald.* ſequitur *in dicta l. Debitori Alexand.* dicens ſic obſeruaſſe, ſequuntur *ibidem Corn. Iaſon, & Curt.* hoc idem voluit *Carol. Ruin. in conſ. 39. col. fin. & in conſ. 57. in fin. volum. 2. Stephan. Bertrand. in conſ. 304. volum. 1. Cardin. Pariſ. in conſ. 69. volu. 2. Barth. de Caſſæn. in Conſuetud. Burgund. Rub. 7. §. 13. in 5. par. beneficè de inuentaire, gloſſ. 3. num. 10. Ioan. de Arnono. cautel. 70. incip. ſi creditor. Sebaſtian. Monticul. de Inuentario in declaratione, l. ſcimus, num. 130. cum alijs allegatis per Phanuc. de inuentar. parte 5. nume. 19.* & dum allegat *Ludouic. Roman. in conſ. 128. incip. Prout ex tenore, & Antoni. Neguſant. in tractat. de Pignorib. parte 8. membro 2. numer. 47. & Anton. Capic. in deciſ. Neapol. 24. num. 5.*

Contra fideicommiſſum, & fideicommiſſarium vniuerſalem, etiam non confecto inuentario hæres
129 deducit, quod ſibi † debetur. *vt ex Paul. de Caſtr. in conſ. 19. & in conſ. 215.* voluit *Sebaſtian. Monticul. de inuentario, cap. 6.* voluerat *Raph. Fulgoſ. in conſ. 82. Alexand. in conſ. 24. incip. viſo, in fin. vol. 7. Corn. conſ. 180. num. 9. vol. 4. Barth. Socin. in conſ. 44. incip. non parua, vol. 3. Raph. Comenſ. in conſ. 37. incip. quidam legauit, col. 2. Carol. Ruin. in cõſ. 112. nu. 1. vol. 2.*

Iaſon

Iaſon in conſ.28.volum.3.Cardinal.Pariſ.in conſ.31. num.52.volum.2.in conſ.48.num.8.volum.3.Marc. Anton. Natta in conſil.255.numer.6.volum.1.Crauett. in conſ.144. numero 5. Marian.Iun. in conſ.7. numer.18.volum.4. Franciſcus Marc. in deciſ. Delphinal.331.num.26.volum.1. plures alios allegans *Phanuccius in tract. de inuentario, par.7. nu.41.* qui rationes reddunt.

Similiter debitum, quod ſoluiſſet hæres creditoribus hæreditarijs deducit hæres † contra fideicommiſſarium vniuerſalem, *vt ex Caſtrenſe in conſil.187.iucip. dubium facit, Cardinal. Pariſius in conſ.55.num.26.vol.3.Fulgoſ.in conſ.82.& Phanuc. par.7.num.44.*

† 130

ARGVMENTVM.

Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit; de iure gentium introductum, ſolemnitates eius de iure ciuili, quo omnes teſtari poſſunt, qui non reperiuntur prohibiti, prohibentur autem filij familias in poteſtate patris, præterquam ad pias cauſas, & de conſenſu patris, & quando eſſet inſerta clauſula in vim donationis cauſa mortis. Seruus, impubes, ſiue minor, nec pupillus, nec obſides, Prodigus, cecus, ſurdus, & mutus, Aquæ, & ignis interdictione puniti, Deportati, & relegati in Inſulam, Damnati ad mortem, furioſus, & mente captus, excommunicatus & Monachi regulariter teſtamentum facere ſunt prohibiti. Spurius nullibi prohibetur, qui non poteſt capere aliquid ex teſtamento, habet tamen alimenta de iure Canonico. Vſurarij ſi caueant de reſtituendis vſuris teſtantur, & Clerici de bonis patrimonialibus; de bonis eccleſiæ non teſtantur; nec hæretici; Papa poteſt teſtari, & Cardinalibus facultatem teſtandi impartiri. Teſtamentum aliud in ſcriptis, aliud nuncupatiuũ appellatur, in ſcriptis multas, requirit ſolemnitates, quibus non ſeruatis nullũ erit; Nuncupatiuum coram ſeptem teſtibus, & notario rogatis expeditur, cum hæredis inſtitutione, aliàs nullum erit, ſimiliter ſi in eo filius prętereatur. Bulla Pij Quinti prohibens teſtari in illegitimos nõ comprehẽdit laicos. Teſtis tempore ſufficiunt quinque teſtes, & Ruri in teſtamẽto ruſticani. Teſtamentum patris inter liberos imperfectum ſuſtinetur. De iure canonico coram Parocho proprio, & duobus teſtibus valet, quod procedit in terris eccleſijs. Executio teſtamenti à teſtatore ordinata ſeruanda eſt, & executores plures vnus ſine alio exequi non poterit, & illis negligentibus deuoluitur ad ſubſtitutos. Scriptura manu teſtatoris ſine teſtibus inter liberos facta valet, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, & teſtamenti Arca in ſcriptura ſacra, quid ſignificet? remiſſiuè.*

2 *Teſtamentum dicitur teſtatio mentis ab Imperatore;*

3 *Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, teſtimonium, quo, ſit noſtræ mentis enunciatio, eorum, quæ poſt mortem fieri mandamus, numero 4.5.*

6 *Voluntas teſtatoris magnum habuit remedium, vt illius diſpoſitio ſeruetur poſt mortem, vti viuentis.*

7 *Ex Solone lex 12. Tabularum cauit, vti quis legaſſet rei ſuæ, ita ius eſſet.*

8 *Teſtatoris voluntas ſiue expreſſa ſiue tacita inſpici debet.*

9 *Teſtamentaria adinuentio, an ſit iuris gentium, vel iuris ciuilis? nu.10.*

11 *Teſtari, quidem omnes poſſunt, qui de iure non prohibentur.*

12 *Filij familias, an teſtamentum facere poſſint, & in quibus caſibus, & an cum patris conſenſu? Declaranum.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24.25. 26.27.28.29.30.31.32.33.34.35.36.37.38. 39.40.41.42.43.44.45.*

13 *Filius familias patri ſubditus, quicquid acquirit, patri acquirit, nu.14.*

15 *Filius familias, an cum conſenſu patris faciat teſtamentum? & quare prohibeatur? nu.16.*

16 *Captatoria diſpoſitio nulla eſt? nu.17.*

17 *Captatoria diſpoſitio etiam in teſtamento militis nulla eſt.*

18 *Filius familias de eo, quod quæſiuit tamquam Aduocatus, an teſtamentum faciat?*

19 *Filius familias Senator ſubeſt patriæ poteſtati.*

20 *Patritiatus dignitas à poteſtate patris filium familias liberat. nu.21.*

22 *Filius familias de bonis aduentitijs, quorum pater vſumfructum non habet, an teſtamentum faciat? num.23.*

24 *Filius familias, ſi pater præſens ſit, & conſenſerit, an teſtamentum faciat?*

25 *Filius familias, an teſtetur ad pias cauſas? & quid in bonis aduentitijs? nu.26.*

27 *Filius familias de Caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio, an ſine patris conſenſu teſtamentum facere poſſit? nu.28.*

29 *Peculij appellatione, quatuor veniunt, ſcilicet, Caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, Profectitium, & aduentitium.*

30 *Caſtrenſe peculium, quod eſt.*

31 *Peculium quaſi caſtrenſe quod eſt?*

32 *Profectitium peculium quod eſt.*

33 *Aduentitium peculium, quod eſt.*

34 *Teſtamentum filij familias, an per clauſulam codicillarem ſuſtineatur in vim codicilli? quid ſi eſſet inſerta clauſula in vim donationis cauſa mortis? num.35.*

36 *Filius familias donationem inter viuos, & cauſa mortis, abſque patris conſenſu, an facere poſſit? num. 37.38.39.40.41.*

37 *Intellectus Regiæ Pragmaticæ incip. Per Excellentem, titul. de Senatus conſulto Macedon. & an locum habeat in filia familias? numero 38.39. & 40.*

42 *Filius familias Neapolitanus, an testari possit de bonis obuentis à Matre, vel linea materna? nu.43.*
43 *Filia familias Neapolitana, an possit testari vigore consuetudinis Neapolitanæ?*
44 *Testamentum Filij familias patrè præterito, an deducta legitima patri debita, sustineatur? numero 45.*
46 *Seruus testamenti factionem non habet.*
47 *Seruus, quando scribere testamentum possit?*
48 *Impubes, siue minor, an testamentum condere possint? nu.49.50.*
49 *Impubes nullum animi iudicium habet.*
50 *Impubes, vel minor facientes testamentum cum iuramento, & clausula, si in pupillari ætate decesserit, an valeat? nu.51.52.*
52 *Impubes, siue pupillus pubertati proximus, an ad pias causas testari possit?*
53 *Obsides, & apud latrones degentes, an testamentum faciant? nu.54.*
55 *Prodigus, an testamentum condere possit? & an ad pias causas? & si prodigo sit in iudicio datus curator? nu.56.57.*
58 *Cæcus, naturaliter, vel casu orbatus, & vtroq; lumine, an testetur? nu.59.60.*
61 *Surdus, & mutus, an faciant testamentum? num.62. 63.64.65.66.*
64 *Quid in Milite surdo, vel muto, nu.65.*
65 *Militum Testamenta multa habent priuilegia, remissiuè.*
67 *Aquæ, & ignis interdictione puniti, an testamenti factionem habeant?*
68 *Aquæ, & ignis interdictionis pœna, quæ fuerit? non omnibus nota, sed de illa per authorem remissiuè, declarata, nu.69.*
70 *Deportati, & in insulam Relegati an testamenti factionem habeant, nu.71.*
71 *Deportationis pœna perpetua est.*
72 *Deportationis pœnam nonnulli non esse vsui dixerunt, cuius contrarium, in promptu author demonstrat, nu.73.74.75.76.77.*
73 *Ouidius Poeta celeberrimus Deportatus in Pontum.*
75 *Sanctus Theophanes in insulam Samothraciam Deportatus ab Imperatore Leone Armeno.*
76 *Pontianus Summus Pontifex deportatus à Seuero, in insulam Sardiniam.*
77 *Deportationis pœna in Regno Neapolis vsui est, ob insularum commoditatem.*
80 *Damnatus ad mortem capitaliter, testamentum, an facere poterit? nu.81.82.83.84.85. in Hispania? num.86.*
84 *Banniti nostri temporis, & condemnati, ac foriudicati in hac Regno Neapolis an testamentum faciat? num.85.*
87 *Damnatus ad mortem, an ad pias causas testetur?*
88 *Damnatus ob carmen famosum accusatus, vel conuictus, num testamentum faciat?*
89 *Damnati ad bestias an testentur?*
90 *Furiosus, & mente captus, an habeant testamenti factionem, nu.91.92.93.94.*
91 *Furiosus quis dicatur? quis mente captus? Demens, Amens, & alij, nu.92.*
93 *Furiosus, nec etiam ad pias causas testari potest.*
95 *Excommunicatus, an possit testamentum facere? nu. 96.97.98.99.*
100 *Spurius, an facere possit testamentum, cum non reperiatur prohibitus.*
101 *Spurijs, & naturalibus, nec ex testamento aliquid recipere, nec eis relinqui, nec ab intestato capere possunt, nu.102.*
103 *Lege DEI, iuxta D. Augustinum, Constitutum est, vt quicunque nati sunt ex incestuoso coitu, nec filij reputentur, nec parentibus succedant, nec statutum valere contrarium, nu.103.*
104 *Statutum, vel consuetudo habilitans spurios ad patris successionem, non valent, nu.105.*
106 *Spurijs, & naturalibus, an debeantur alimenta, an de iure Canonico?*
107 *An seruari debeant, quoad alimenta spurijs debita iura canonica, etiam in foro profano?*
108 *Pater naturalis non potest prohibere quòd filio spurio non dentur alimenta.*
109 *Alimentorum præstatio, atque educatio iuris est naturalis.*
110 *Nasci de Adulterio, non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat.*
111 *Iustiniani Imperatoris prouisio, quoad alimenta spuriorum, & naturalium personis tradenda, nu.112. num.113.*
114 *Filius sacerdotis an debeat habere alimenta.*
115 *Nati ex sacerdote sunt cæteris odiosiores.*
116 *Filijs sacerdotum, an debeantur alimenta?*
117 *An filio nato à Moniali alimenta debeantur?*
118 *Si spurijs, & incestuosis alimenta non darentur mille homicidia orirentur.*
119 *Alimenta tunc spurijs deneganda, quando, vt dictum est, aliundè viuere possent.*
120 *Monachi, an testamenti factionem habeant? an ante ingressum, an in ingressu, quid post ingressum? nu. 121.122.123.124.125.126.127.128.129.130.131. 132.*
123 *Monachus ante monasterij ingressum laicus dicitur, non monachus.*
124 *Iulius Mellis Doctor Melphiensis eruditissimus antequam Theatinorum religionem ingrederetur testamentum condidit.*
125 *Decretum Magnæ Curiæ Vicariæ super dicto illius testamento, nu.126.*
126 *Camillus de la Ratha, & Marcus Màresca Iurisconsulti doctissimi Magnæ Curiæ Vicariæ iudices, authoris collega.*
127 *Testamentum factum ab ingredi volente religionem Sancti Francisci per ingressum confirmatur. Declara. nu.128.*
129 *Nouitius, an testamentum faciat?*
130 *Nouitius retinet omniũ bonorum, etiam Feudalium dominium.*
131 *Nouitius non dicitur verè monachus.*
133 *Vsurarij, quo pacto testamentum faciant? numero 134.*

134 *Vſurarij manifeſti, qui dicantur?*

135 *Luſores taxillorum, & aliorum ludorum, cum per Conſtitutionem Regni Neapolitani dicantur infames, an teſtamentum concedere valeant?*

136 *Clericus, vel Prælatus, an teſtetur & de quibus bonis, nu.* 137. 138.

139 *Hereticj, an teſtamentum facere poſſint.*

140 *Papa, & ipſe teſtamentum facit, & Cardinalibus, & alij teſtandi facultatem tribuit, nu.* 141.

142 *Imperator, & Auguſta teſtamentum facere poſſunt.*

143 *Equites Hieroſolymitani, ante ſtari poſſint? remiſſiuè.*

144 *Teſtamenti, & legis eſt eadem vis. Ratio eſt, num.* 145. 146. 150.

146 *Teſtari de rebus ſuis quilibet poteſt, lege* 12. *Tabularum, ciuili, & Imperatoris Conſtantini ſcribentis ad Volutianum Præfectum Prætorio, numero* 147.

148 *Legati ratio, & legis ratio paria ſunt.*

149 *Lex quantumvis aſpera, & dura ſequenda eſt.*

151 *Lex, quid ſit ſecundum Ariſtotelem, Ciceronem, & D. Thomam de Aquino, num.* 152. 153.

154 *Teſtamentum loco generis vltimarum voluntatum, ponit Author.*

155 *Teſtamentum in ſcriptis multas requirit ſolemnitates, quæ enumerantur, quibus deficientibus, illud nullum erit, nu.* 156. 181.

157 *Teſtamentum nuncupatiuum illud eſt, quod quis coram ſeptem teſtibus, ſine ſcriptura, vno, & eodem tempore collectis, & adhibitis, ſuam voluntatem, & teſtamentum nuncupauerit, & declarauerit, quod perfectiſſimum declarauit Imperator, numero* 158.

159 *Notarius debet eſſe rogatus in teſtamento, & quomodo debet dicere, ne dubietas oriatur? numero* 160.

161 *Teſtamentum nuncupatiuum regulariter non venit, niſi teſtamentum in ſcriptis.*

162 *Teſtes tam in teſtamento in ſcriptis, quàm nuncupatiuo, debent eſſe rogati.*

163 *Teſtes in teſtamentis maſculi eſſe debent, non mulieres. Declara num.* 202.

164 *Teſtes regulariter ſeptem eſſe debent in teſtamento.*

165 *Inſtitutio hæredis in vtroque teſtamento eſt neceſſaria, ſine qua nihil in teſtamento ſcriptum valet, vt fuit diſceptatio coram Antonino Imperatore inter Fiſci Aduocatum, & legati aduocatum, num.* 166. 168.

167 *Hæredis inſtitutio, caput, & fundamentum teſtamenti dicitur, & neceſſaria, nu.* 169.

170 *Errore denominationis hæredis, teſtamentum vitiabitur.*

171 *Teſtamentum patris præterientis filium, nullum erit:*

172 *Hæredis inſtitutio ad interrogationem alteriùs facta, an valeat? Declara numero* 173. 174. 175. 176. 177.

178 *Teſtamentum in ſcriptis cum ſcribere neſciret teſtator non ſubſcriptum declaratum nullum in Regia Audientia Aprutina, in Sacro Conſilio declaratum validum ex cauſis, quæ declarantur, numero* 179.

179 *Clauſula omni meliori via, modo, & forma in teſtamento in ſcriptis, quid operetur, num.* 180.

282 *Bulla Pij Quinti Summi Pontificis prohibens facultatem teſtandi in illegitimos, an comprehendat laicos, & de quibus bonis Emphyteoticis, vel Feudalibus?*

183 *Peſtis tempore, teſtamentum, an requirat ſeptem teſtes, vel ſufficiant quinque, aut minor numerus teſtium? num.* 184. 185. 186. 187. 189. *Declara num.* 190.

188 *Iacobus Ferrerius I. C. Tholoſanus laudatur.*

191 *Aquilæ vxoris Signoroli de Nomodeis I. C. Mediolanenſis teſtamentum tempore peſtis.*

192 *Teſtamentum nuncupatiuum, ſiue notario factum coram teſtibus tempore peſtis, & ſi teſtes probauerint teſtatricis intentionem nullum declaratum, & hæreditas delata ad hæredes ab inteſtato ab Amplißimo Senatu Pariſienſi.*

193 *Teſtamentum Ruri à Ruſticano fieri poteſt coram quinque teſtibus. Declara, nu.* 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.

194 *Intellectus, l. fin. C. de Teſtamen. ex authore, numero* 200.

201 *Teſtamentum patris inter liberos, in quo ipſi liberi inſtituti ſunt, & ſi imperfectum ſit, ſuſtinetur, ſi interenerunt ſolemnitates de iure ciuili requiſitæ. Quod non procedit quando eſt imperfectum ratione voluntatis.*

202 *Teſtamentum patris inter liberos poteſt habere mulieres in teſtes.*

203 *Teſtamentum inter liberos, in quo filius eſt præteritus, non valebit, nu.* 204. 205.

206 *Teſtamẽtum iure canonico coram Parrocho, & duobus teſtibus, validum eſt.*

207 *Et hoc caſu ità in pleriſque locis Galliæ obſeruatur.*

208 *Parrochus debet eſſe, non autem alius Præsbiter.*

209 *Eſſe autem poterit alius Sacerdos, cui fuiſſet commiſſa generalis Sacramentorum omnium cura.*

210 *Parrochi loco, an eſſe poſſint in teſtamento duo alij teſtes, vt ſint quatuor?*

211 *Teſtamentum factum ſecundum text. cap. cum eſſes, de teſtam. an intelligatur procedere in illo, qui in extremis iacet infirmus?*

212 *Diſpoſitio dicti cap. cum eſſes de teſtam. an præcedat ſolum in terris, ac ſtatu Summi Pontificis, & non in alijs? num.* 213. *Declara quid in terris Imperij, & Regum, num.* 214. *An ſolum in cauſis Eccleſiaſticis, vel etiam in profanis? nu.* 215. *& an in cauſis pijs ſolum, nu.* 216.

217 *Ebrius, an teſtamentum condere poſſit?*

218 *Ebrius eſt furioſo ſimilis.*

219 *Noe ſecundus Parens noſter, primus vineam plantauit, illudq; bibit, & inebriatus eſt.*

220 *Noe Cham filium maledixit, ob obscenum actum, quia pudenda patris ostendisset.*
221 *Filiæ Loth patri inebriato se miscuerunt.*
222 *Vino inebriari Apostolus vetuit.*
223 *Episcopus non vinolentus esse debet.*
224 *Populus sedens manducauit, & bibit, & surrexit ludere.*
225 *Testamentum, num pro parte validum, & pro parte inualidum esse possit? nu.226.*
227 *Decisio Afflicti 69. quo modo intelligatur?*
228 *Executio Testamenti à testatore ordinata, obseruanda est, nu.229.230.*
230 *Testamentorum executores, qui executionem dilatant, vocantur necatores gentium, & an puniantur in purgatorio? nu.231.*
231 *Executores testamenti si plures sunt, an vnus sine alio possit procedere, si vnus sit in longinquo, vel vnus morietur, quo pacto sit procedendum? numero 232.233.*
233 *Clausula insolidum posita in executoribus testamenti, quid operetur.*
234 *Testamenti executio disposita in testamento à testatore, negligentibus executoribus intra annum post monitionem à iudice factam, ad quos deuoluitur executio? Declara nu.235.236.237.238.*
239 *Executores testamentorum, an possint agere contra hæredes, vel contra hereditarios debitores.*
240 *Executores ad causas pias designati à testatore, an ipsi agant? quid si à testatore non sint designati, an agat Episcopus, nu.241.*
241 *Executor, an constituere possit procuratorem?*
242 *Executor testamenti, non transfert dominium rei, quam vendit, nisi præsenti pecunia vendat.*
243 *Executoris testamenti officium suscipere, an quis cogi possit? & ad cauendum de exequendo? numero 244.245.*
246 *Pater filio licentiam dare potest, disponendi ad pios actus.*
247 *Testatoris manu scriptura facta inter liberos an valeat? quid in legatis pijs? & an ea scriptura per comparationem probari possit, & quot testes requirantur. Declara nu.248.249.250.253.*
250 *Testamentum etiam ad pias causas desiderat saltem duos testes, nu.251.253.*
251 *Testamentum factum, & subscriptum à testatore ad pias causas an sit validum?*
254 *Testamentum inter liberos regulariter admittitur, si omittuntur solemnitates.*
255 *Testamenta complura diuersas dispositiones continentia, facta à muliere decrepita, ex quibus, delirium potius, & inconstantia arguebantur, ex integro nulla declarata fuerunt, & decretum, quòd succederetur ab intestato per supremum Senatum Amplissimi ordinis Tholosani, nu.256.*
257 *Testamentum cum clausula codicillari, an sustineatur in vim codicilli?*
258 *Testamenti, & scripturæ publicatio ex temporis antiquitate facta præsumitur.*
259 *Testamentum primum, quando reuocetur per secundum? Declara num.260.261.262.263.264.265.266.267.268.269.270.271.272.273.274.275.276.277.278.279.280.281.282.283.284.285.286.287.288.289. vsque ad 301.*
262 *Primo loco ex primo testamento ecclesia primò instituta ex causa pia, non sufficere generalem reuocationem in secundo testamento, sed requiri specialem, nu.263. Declara per plures numeros.*
263 *Testamentum inter liberos factum per generalem reuocationem in secundo factam, in quo sunt instituti extranei, an reuocetur primum? Declara num. 264. & infra.*
265 *Testamentum secundum blanditijs, & suggestionibus dolosis factum, an reuocet primum? Declara nu.266.267. infra.*
267 *Ignorantia, & aliqualis coactio excludit voluntatem ex Aristotele.*
268 *Vltimum testamentum cum suis solemnitatibus conditum elidit primum regulariter.*
269 *Clausula, cassans, & irritans in secundo testamento tollit primum.*
270 *Testamentum secundum, ritè, & rectè conditum, præcedens tollit, & illud infirmat.*
271 *Secundum testamentum præualet, quamquam de primo mentionem non faciat.*
272 *Secunda voluntas est ambulatoria vsq; ad mortem.*
273 *Vt tollatur primum testamentum ex secundo, necesse est quòd viuus sit hæres, qui potest adire hæreditatem.*
274 *Melioris conditionis esse debent liberi, quam sint extranei.*
275 *Testamento solemniter condito à secundo loco, etiam legata in primo loco disposita reuocata censentur, etiam in testamenio ad pias causas.*
276 *Testamentum patris inter liberos imperfectum imperfectione voluntatis est nullum, & multo magis testamentum factum piæ causæ, cui minus fauetur, num.277.*
Fauor liberorum, ne dum respectu legitimæ, sed simpliciter sunt fauorabiliores, quàm pia causa.
278 *Relicta Ecclesiæ, an dicantur in piam causam.*
279 *Pia causa, & omnis actus, vergens principaliter ad animæ salutem intelligitur.*
280 *Pia causa dicitur pro construendo Hospitali, quia in illo, & alimenta, & pietatis opera exercentur, non quòd Hospitale sit sacrum, religiosum, vel Ecclesiasticum.*
281 *Pium dicitur legatum pro studio, quia in eo victus etiam exhibetur.*
282 *Pium dicitur legatum pauperibus relictum, tãquam pro illorum subsidio, & alimentis.*
283 *Pium propriè legatum dicitur quando pro anima sua bona relinquit.*
284 *Ecclesiæ legata relicta pia non sunt, sed laudabilia, num.285.*
285 *Ecclesia dicitur fidelium congregatio, quam fouet CHRISTVS per illud Lucæ, cap.22. Declara num. 286.287.*
288 *Dolus non præsumitur, sed probari debet.*
289 *Dolus difficilis est probationis.*
290 *Blanditiæ dolosæ, & suggestiones probandæ sunt.*

291 *Qui*

291 *Qui non per dolum, nec per vim, sed blanditijs, & maritali sermone vxorem placauit, in crimen non incidit, nec illi, quod est testamento datum auferendum est.*

192 *Licitum est testatorem blando sermone placare.*

193 *Iudicium vxoris postremum in se prouocare, maritali sermone non est criminosum.*

194 *Institutio facta blando sermone non est vitiosa.*

195 *Tria probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum, Amor proximorum, & vir, ac mulier bene consentientes.*

196 *Vxor, si importunitate mariti, potius, quam eius voluntate illum hæredem instituit probata importunitate, institutio non valet.*

397 *Si blanditijs illam vxorem induxerit, vt ipsum maritum hæredem institueret, institutio valida erit.*

198 *Coniectura maxima secundi testamenti, & voluntatis, quia vno die Ecclesiam instituit, sequenti die non immemor testamenti instituit materteram.*

399 *Hæc matertera si decessisset intestatus illi vti proximior succedebat.*

300 *In primo testamento elegerat sepulturam in Ecclesia, quam instituerat, in secundo elegit sepellire alibi in alia Ecclesia.*

301 *In primo reliquerat hæredem vniuersalem ipsam Ecclesiam, in secundo legauit dictæ Ecclesiæ aureos triginta, & hæredem vniuersalem Altauillam.*

302 *Testamentum nuncupatiuum factum in Regno à Notario, Iudice ad contract. cum septem testibus, cui se subscripserunt tantum tres ex dictis testibus, esse validum decisum fuit per Sacrum consilium.*

303 *Testium subscriptio, in quolibet instrumento, requiritur in hoc Regno Neapolitano.*

304 *Testamentum suspectum de falso, an debeat in formam probantem reassumi, & scribitur practica, qua vtitur Sacrum Consilium.*

TITVLVS VIGESIMVS.

De Testamentis.

TEstamenti nomen in Scriptura sacra altas habet significationes, vt de Arca testamenti Domini habetur *Exodi, ca.* 30. *Numeri, cap.* 14. *lib.* 1. *Regum, cap* 6. 1 *& alibi pluries*, de qua testamenti † nominatione hoc in loco minimè scribam, cum altiorem requirat indaginem, & alibi tractare propono, si Deus permittet.

TESTAMENTVM ex eo dictum esse, di- 2 cit Imperator, quòd sit testatio mentis, vt † habetur, *in princ. Inst. de testam.* quam ethymologiam sequnti sunt *ibidem Doctores nostri*, & nouissimè *Polydorus Ripa de nocturno tempore, cap.* 2. *nume.* 15. 3 & ideo testamentum † dicitur, voluntatis nostræ testimonium, emittit enim testator secretæ suę mentis testationem, ex mentis ipsius penetralibus edu- 4 ctam enuncians, quod † post mortem suam fieri mandat *iuxta illud Pauli Apostoli ad Hebræos, ca.* 10. dum ait testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum viuit, qui testatus est, dixerat enim antea, vbi enim testamẽtum est, mors necesse est intercedat testatoris, & ideo Iurisconsultus inquit, testamentum est voluntatis nostræ † iusta sententia de eo, quod quis post mortem 5 suam fieri velit, *vt in l.* 1. *ff. de testam. Angelus Gambilionus in tractatu de testamentis. In gloss prima, Iulius Clarus, in* §. *testamentum, q.* 1. *num.* 1. *Gulielm. Benedict. in Repetit. ca. Raynutius, in verb. testamentum, el primo, extr. de testam. Didac. Couarru. variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 6. *nume.* 2. *& in rub. de testamen. in princ. Roland. à Valle in cons.* 123. *incip. secundum ea. volu.* 1. *consiliorum vltim. voluntatum. Benedict. Capra in cons.* 147. *num.* 20. *Anton. Cornazan. in decis. Lucens.* 45. *nu.* 23.

Voluntus itaq; & intentio testatoris magno fuit remedio, vt illius actus eo tempore seruetur, quan- 6 do vita per mortem functus illius dispositio † tamquam viuentis seruatur; gentis enim, iureq; gentium ad inuentio hæc fuit, presertim lege duodecim tabularum, dũ cauit, vt vti quisq; legasset rei 7 suæ ita ius esset, vt † cauit apud Athenienses Solon de quo *Plutarchus in Solone. Cicero Rhethoricor. ad Herennium. lib.* 1. *& de inuentione, lib.* 2. *Francisc. Balduinus ad leges.* 12. *Tabular. cap.* 18. *Vaconius à Vacuna Declaration. iuris ciuilis. lib.* 4. *c.* 126. *Carol. Sigonius de Antiquo iure ciuium Romanor. lib.* 1. *cap.* 12. *Didac. Couarruuias Variar. Resolut. libr.* 13. *cap.* 6. *num.* 7. *Iulius Clarus in* §. *testamentum. q.* 2. ideo voluntas testatoris expressa quibuscunque verbis, est loco præcepti *l. cum proponebatur in fin. ff. de leg.* 2 *Ioan. Petrus Surdus in decision. Mant.* 232. *num.* 5. Idcirco testatoris voluntas, siue expressa, siue tacita ante omnia † inspici debet, illiq; adhærendum 8 esse, voluit *Dec. in l.* 1. *nu.* 4. *C. de collationib. Idem Iulius Clarus in dicto* §. *testamentum q.* 76. *Benedictus Capra in cons.* 159. *nu.* 8. *Antonius Gamma in decis. Lusitan.* 27. *num.* 3. *Franc. Marcus in decis. Delphin.* 886. *num.* 2. *vol.* 1.

IVRISGENTIVM testamentaria inuen- 9 tio † fuit, vt diximus, *Gloss. in l. testamentum,* §. *seruus quoque, ff. de testamen. Dynus, in c. indultum nu.* 19. *de regul. iur. in* 6. *Panormit. in cons.* 1. *nu.* 3. *vol.* 2. *vt ex Bartol. in l. interdum, nume.* 7. *ff. de condict. indebit. & Curt. iunior in l. si testamentum, num.* 3. *C. de testamen. & Ias. in l. admonendi, sub num.* 184. *ff. de iuretur.* voluit *Didac. Couar. in dicto lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 7. quam sequitur *Iul. Clar. in* §. *testamentum, q.* 2. quo 10 in loco quantum ad solemnitates, fuisse † iuris ciuilis inuentionem concludit, & ante eum *Nicolaus Bellonus in cons.* 2. *nu.* 4. quem refert, & sequitur *Baptista Villalobos opinionum commun.* §. *testamentum, nu.* 20. *Anton. Gomez in l.* 3. *Tauri. nu.* 16. *Ferdinan. Vasquius de succes. creation. lib.* 1. §. 1. *vers. quoad quartum Hieron. Ceuallos Practicar. quæst. commu. contra communem, cap.* 233. *nu.* 6. *Iacob. Menoch. in cons.* 20. *nu.* 2. *vol.* 1. *Didac. Spino in Specul. testamentorum, in Gloss. rubr. par.* 2. *nu.* 22. 23.

11 TESTARI quidem omnes † possunt, qui iure pro-

re prohibiti non sunt, vndè (vt loquamur de his, quæ quotidie accidunt, & controuertuntur) filij familias, qui sub parentum potestate reperiuntur, te
12 stamentum † facere nequeunt *l. filiusfamilias, ff. de testam.* nec cum ipsorum parentum consensu, *l. qui in potestate, ff. de testamen.* & alia allegans *Alexan. in l. senium, nume. 6. C. qui testamen. facere. poss. Franciſc. Viuius in commun. opin. 121. lib. 1. Emanuel Suarez in Thesaur. Receptar. sententiarum, §. filiusfamilias, nu. 24. Palatius Rubios in repetitione, rubr. de donationibus inter vir, & vxor, §. 62.* & multi, quos congerit *Didac. Spino. in Speculo testament. in gloſſa rubricæ, par. 5. num. 9. verſ. Hinc fit. Benedict. Capra in conſ. 140. incip. punctus. nu. 6. 7. cum ſeqq. Andreas Facchineus, Controuerſiarum iuris, lib. 5. cap. 64. in in princ. Marcus Antonius Amatus in deciſo. Marchiæ. 71. numero ſecundo. Anton. Faber in Codice Fabriano, titul. de ſacroſanct. Eccleſ. definition. 40. in parte prima, Napodanus Sebaſtianus in conſuetudin. Neapol. incip. filiusfamilias, titul. de filijſamilias volentibus teſtari, in Gloſſ. 1. vide Vincent. de Franchi in deciſ. Neapol. 4. num. 17. Rolan. à Valle in conſ. 68. num. 3. volum. 4. Gerard. Maynard. in deciſ. Tholoſ. 1. num. 5. lib. 5. vbi Brurchnerus.*

RATIONEM, & cauſam reddunt, ac reddere cogitarunt Doctores noſtri diuerſimodè. Primi quidem illam eſſe credidere, quòd cum filiusfamilias, vti paternæ poteſtati ſubditus, quicquid
13 quærat ipſi patri quærere dicatur, † *l. 1. ſi quis à parent. fuer. manumiſſus, §. 1. inſtit. per quas perſon. nob. acquirit. l. 2. C. de patria poteſtat. cum ſimil. de quibus per Bartol. in d. l. placet, ff. de acquir. hæred. cum concordantijs traditis per Franciſc. Viuium in communi opinion. 130. lib. 1.* Sequeretur, quòd quæreret ſibi
14 ipſi, quod non † permittitur. Sed iſta ratio infirma, & ſecura non eſt, ſed ſolum modo, quia eſſet ineffi-
15 cax, & nulla, ideo inualida. Alij verò ſecundo loco, & efficacius dixerunt, illam eſſe rationem, quare prohibeatur etiam teſtamentum facere filiusfamilias, ſi accederet † conſenſus patris, quia teſtamentum eo caſu ex alieno penderet arbitrio, *l. illa inſtitutio. 32. in princ. l. ſi quis Sempronium. 68. verſ. At quin ſi quis, l. captatorias, 70. l. illæ autem. 71. l. clemens, 81. §. fin. in fine, ff. de hæred. inſtit. l. captatoriæ, 67. ff. de leg. 1. l. captatorias, C. de teſtamen. mil. Accurſius in l. tamis, in verb. patris, ff. de mortis cau. donatio. Iaſon in l. ſenium, C. qui teſtam. facer. poſſ. num. 9. Raphael. Comenſis in l. captatorias, ſupra allegata, ff. de hæred. inſtit. Alexan. in conſ. 14. nume. 19. vol. 1. Dec. in dicta l. captatorias, nume. 19. vbi Iaſon. nume. 12. C. de teſtam. Bartholom. Socin. in conſ. 119. num. 10. volum. 4. Cardin. Pariſ. in conſ. 83. nume. 19. vol. 2. Ludou. de Molin. de Hiſpan. primogenijs, lib. 2. cap. 4. nu. 4. Iul. Clarus in dicto §. teſtamentum, q. 6. verſ. quarto infertur.* Quorum omnium dictum eſt,
16 quòd captatoria † diſpoſitio nulla ſit. *Didacus, Couar. in cap. cum tibi, nume. 1. 2. de teſtamen. Franciſc. Connanus commentar. iuris ciuil. lib. 10. tit. 6. Andr. Alciatus, Parergon. lib. 2. cap. 31. Franciſc. Sarmient. Selectarum interpretat. lib. 2. cap. 4. num. 2. Isacchim. Mynſinger. obſeru. 8. in fin. centur. 1. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 371. ſub nu. 5. verſ. Ego dicebam.*

17 CAPTATORIA enim inſtitutio etiam † in teſtamento militis nulla eſt, *vt in dicta, l. captatorias. C. de teſtam. militis, & ibi Iaſon. num. 1. Carol. Ruin. in conſ. 21. num. 12. vol. 3. Card. Paris. in conſ. 89. nume. 43. vol. 3. Andr. Gail. Practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruation. 117. num. 5. Ioan. Petrus Surdus in deciſ. Mant. 68. num. 5. Franc. Connan. comment. iuris ciuilis. lib. 10, titul. 6. Fran. Sarment. Selectar. interp. lib. 2. cap. 4. num. 7.*

FILIVSFAMILIAS itidem de eo, quod
18 forte tamquam Aduocatus quæſierit, teſtari † poteſt, vt communem opinionem affirmare aſſerit *Iaſ. in l. fin. num. 1. C. de inofficioſ. teſtam.* quem refert, & ſequitur *Emanuel Suarez in theſaur. recept. ſent. §. teſtamentum, num. 29.*

DECLARA primò quoad filiumfamilias, quia quamuis ſit ſenator, cum ſit ſub patria pote-
19 ſtate, non poteſt teſtamentum facere, † & ſi pater conſentiat, *dicta l. tamis, & l. penul. C. qui teſtamen. facer. poſſ.* Summa enim patritiatus dignitas ſola fi-
20 lium à patris † poteſtate liberat, vt voluit *Iuſtinianus in §. filiusfamilias, §. ſedet conſtitutione, inſt. quib. modis ius patr. poteſtat. ſoluit. Nico. Boer. ad Dy. num, in c. decet. in prima addit. de regul. iur. in 6. Aurelius Caſſiodorus, variarum, lib. 6. cap. 2. Antonius Faber in Codice Fabriano, lib. 8. titul. 32. definit. 3. num. 2. 3.* Et illa ratio videtur, quia cum agatur de
21 patria poteſtate in patricijs † illa eſt maior, quia hi ſolum, qui legitimi patres forent ob honorem, & illi Senatores patres ſuos verè oſtendere poſſent, vt percipitur ex verbis *Plutarchi in Romulo.*

DECLARA ſecundò, filijfamilias eodem modo in bonis aduentitijs, in quibus patri vſusfru-
22 ctus non quæritur non teſtantur, deducit *Franc. Viuius in communi opin. § filiusfamilias, Michael Craſſus in commun. opin. in verb. teſtamentum, quæſt. 23. num. 2. Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 18. & alios allegans Antonin. Theſaurus in deciſ. Pedemon. 150. nume. 11. Iaſon. in l. nemo ex leg. num. 2. C. qui teſtamen. facer. poſſ.* dicens hanc eſſe communem opinionem, ſequitur *Baptiſta Villalob. commun. opin. §. filiusfamilias, num. 66.* qui omnes hoc non obſtante, quòd pa-
23 ter non habet in illis bonis vſumfructum † tamen nec cum patris conſenſu poterit filiusfamilias teſtari.

DECLARA TERTIO non poſſe filium-
24 familias teſtari, quamuis ipſo teſtante pater † preſens eſſet, & conſentiret, *dicta l. qui in poteſtate, in princ. dicta l. filiusfamilias, ff. de teſtamen. l. penul. C. qui teſta. facer. poſſ. Ioannes Anton. Rubeus in conſil. 93. nu. 3.* voluit *idem Theſaur. in dicta deciſ. Pedemon. 150. num. 10. Marc. Anton. Amatus, in deciſ. Marchiæ. 71. ſub num. 2.*

DECLARA QVARTO vt nec etiam
25 ad pias cauſas filiusfamilias † teſtari poſſit, etiam de bonis aduentitijs, vt habetur expreſsè *in c. licèt, in fin. de ſepult. lib. 6. & ſequitur Theſaurus in d. deciſ. 150. num. 13.* vbi corripuit Iulium Clarum contrarium

trarium tenentem *in dicto* §. *teſtamentum, q.* 5. *verſ. Sed nunquid filiusfamilias*, & ità eſſe de mente *Accurſii in* §. *res autem in verb. diſponere, in Auct. vt liceat matri, & aui*æ.

CONTRARIVM tamen, quòd ad pias
26 cauſas filiusfamilias teſtari † poſſit cum conſenſu liceatque hoc modo, communem opinionem eſſe dicit *Alexander in l.* 1. §. *hoc autem Senatuſconſultum, nume.* 4. *ff. ad Trebell. Ludou. Roman. in repet. Auct. ſimiliter, C. ad leg. falcid. Abb. Panormitan. in rubr. ext. de teſtamen. nume.* 10. *Bald. Angel. Salycet. Lud. Roman. Alexan. Decius, Corn. Iaſon. nu.* 21. *in l. ſenium, C. de teſtament. Idem Iaſon in d. l. hac conſultiſſima*, §. *ex imperfecto, ſub nume.* 10. *verſ. ſecundo principaliter, C. eodem tit. Angel. Aretin. in* §. 1. *nu.* 10. *inſt. quib. non eſt permiſſ. facere teſta. Dominic. de Sanct. Gemin. in d. cap. licèt. Philipp. Franc. in c.* 1. *nume.* 36. *de teſtam. in* 6. *Federic. de Senis in conſ.* 298. *Calderinus in conſ.* 10. *titul de teſtam. Gulielm. Benedict. in repetit. c. Raynutius, par.* 1. *de teſtamen. Carol. Ruin. in conſ.* 62. *num.* 11. *vol.* 2. *Iul. Clarus, in* §. *teſtamentum, q.* 5. *verſ. ſed nunquid filiusfamilias. Ioan. Dilect. Durant. de arte teſta. titul* 1. *cautel.* 1. *num.* 1. *Didacus Couar. in dicta rubrica de teſtam. nu.* 28. *Ferdinand. Vaſquius de ſucceſſion. creatio. lib.* 1. *tit. qui teſtari poſ.* §. 1. *nu.* 50. *&* §. 22. *num.* 8. *Emanuel Suarez in Theſauro Recept. ſententiarum*, §. *filiusfamilias, nu.* 199. 200. §. *teſtamentum nume.* 20. *Marc. Anton. Amat. in deciſ. Marchiæ.* 71. *ſub num.* 2. *Didac. Spino in Speculo teſtamentorum, in Gloſſa rubricæ*, 4. *par. nu.* 11.

DECLARA QVINTO Filium familias, quamuis ſit ſub patria poteſtate, poſſe tamen
27 ipſum de Caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi † peculio abſq; ſui patris conſenſu teſtari, vt *in l. fin. C. de Inofficioſ. teſtam. l. Macedoniani C. Ad Macedon. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 183. *num.* 4. *poſt alios Iulius Clarus, in dicto*, §. *Teſtamentum, q.* 18. *verſic. ſciastamen Didacus Spino in ſpecul. teſtamẽtorum. In Gloſſa Rubricæ. par.* 4. *ſub numero* 11. *Emanuel Suarez in Theſaur. receptar. ſententiar.* §. *Filiusfamilias, nu.* ... Ideo rectè Vlpianus decernit, Idcirco Fliumfami-
28 lias in caſtrenſi peculio, vice patrum † familias fungi, *in l.* 2. *ff. Ad ſenatus conſult. Maced.* §. *Item agunt Inſtit. Qui teſtament. facer. poſſ. Gloſſ. in dicta l.* 2. quę loquitur procedere in peculio Caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi, §. *fin. Inſtit. de Militari teſt. Hierony. Treutlerus diſputat. Selectar. par.* 2. *diſput.* 10. *Theſi.* 2. *Ioan. Petrus Surdus in tractat. de Aliment. tit.* 4. *q.* 11. *n.* 8.

PECVLII autem appellatione (vt id obiter
29 dicam) bonorum communiter † quatuor enumerantur, ſcilicet caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, Profectitium, & Aduentitium, *in l. cum oportet, vbi Gloſſ. in verb. exceptis C. de Bonis, quæ liber.* Caſtrenſe illud
30 eſt, quod à parentibus, † vel cognatis, in militia donatum eſt, vel quod ipſe filiusfamilias in militia quæſiuit, ita illud declarat *Macer in l. caſtrenſe* 11. *ff. de caſtrenſ. pecul.* Peculium quaſi caſtrenſe illud
31 dicitur, † quod filij familias ex aduocationis, & patrocinij exercitatione quæſierint, *vt in dicta l. fin. C. de inofficioſ. teſtament.* Profectitium peculium ap
32 pellatur, † quod filijsfamias prouenit *vt in dicta l. final.* Aduentitium autem Peculium dicitur illud
33 quod filijfamilias acquirunt eorum labore, induſtria, proſperaue fortuna, non occaſione veræ militiæ, *vt in dicta, l. cum oportet C. de bonis quæ liber*, de his *Martinus Nauarrus in ſumma confeſſar. ca.* 17. *num.* 131. *Gulielmus Maynerius, in l. filiusfamilias, nu.* 7. *ff. de Regul. iuris Barnabas Briſſenius de verbis iuris, in verb. Peculium, & nos diximus in conſ.* 39. *nu.* 27. 28. *centur.* 1. *& in ſumma deciſionum vniuerſarum totius orbis, tit.* 65. *num.* 120. *tomo* 1. *Marc. Ant. Amatus in deciſ. Marchiæ* 71. *ſub nu.* 3.

DECLARA SEXTO, quòd quãquaam in teſtamento, quod fieret à filiofamilias eſſet inſer-
34 ta clauſula codicillaris non † idcirco teſtamentum ſuſtineretur in vim codicilli, illa ratione, quòd qui non poteſt teſtari, nec poteſt codicillari, *l. quædam*, §. *Idem eſt ſi aliquo modo, ff. de iure codicillor.* ibi ius teſtamenti faciendi habere deſierit, *& l. conficiuntur* §. *codicilli totes, ff. eod. tit. ibi*, ſed ſi iure teſtamenti factionem habuit, breuibus verbis tradit *Nicol. Vigellius in Methodo iuris ciuilis, lib.* 9. *cap.* 17. *verſ. De eo, qui non poteſt facere. Iodocus Damhouder, in Enchiridio Parium, vel ſimilium, in verb. teſtamentum vi codicillorum. Doctor. in l. ſenium C. Qui teſtament. facere poſſunt.*

SVB DECLARA Tamen valere eo caſu,
35 ſi erit inſerta clauſula, in vim donationis † cauſa mortis, & dicta clauſula operabitur, vt tale teſtamentum, vim donationis cauſa mortis ſortiatur, ſi dum fieret pater fuiſſet præſens, & conſenſum præſtiterit, vt alios allegans voluit *Rubeus Alexandrinus in conſ.* 46. *Rolandus à Valle in conſ.* 68. *nume.* 9. *vol.* 4. *Franciſc. Decius in conſ.* 76. *num.* 1. 2. *Antonin. Theſaur. in dicta deciſ. Pedemont.* 150. *num.* 12. & ego dixi *ſupra titul. de donat. cauſ. mortis, in hac ſumma deciſ. vniuerſar. hoc eodem tomo* 3.

DECLARA SEPTIMO filiam fami-
36 lias donationem inter viuos, & cauſa mortis † facere poſſe abſq; patris conſenſu, *vt ex Aymone Crauetta in conſ.* 543. *vol.* 3. *& in conſ.* 555. *vol.* 4. concludit *Theſaurus in dicta deciſ. Pedemont.* 150. *num.* 19. quod facit ad intellectum *Pragmaticæ Filiarum fa-*
37 *milias, incip. per Excellentem, poſitam ſub* † *antiquo titulo, Senatus conſulti Macedoniani*, vetantis filium familias contrahere, & ſe obligare non poſſe ſine Patris conſenſu, cuius diſpoſitionem locum habere
38 etiam in filia † familias, voluit in illius commentario, & expoſitione *Proſper Carauita*, §. 9. *num.* 18. Sed quoad ſtatutum illud noſtrum, eamq; Pragmaticam in hoc Regno Neapolitano, contrarium
39 ego tenui *in commentarijs* † *obſeruationum ad iura Regni Neapolitani, lib.* 1. *obſeruation.* 2. ad ea ſcripta me refero. Quantum attinet ad filiam familias nu-
40 pram an poſſit teſtari, quod † non, tenuit *Gerardus Maynardus in deciſ. Tholoſan.* 2. *lib.* 5.

DECLARA OCTAVO Marem filium familias donationem cauſa mortis facere poſſe,
41 cum patris conſenſu, communis traditio † *ex textu vulgato in l. tamis*, §. *filiusfamilias, ff. de donationib.*

cauſa

causa mor. l. filius familias, ff. de donat. vt ex Panor. in cons. 40. in fin. vol. 2. Rubeo in cons. 46. nu. 2. Marian. seniore in cons. 112. nu. 1. volum. 1. voluit *Iulius Clarus in §. donatio, q. 6. vers. Aut verò quaeris. Gerardus Maynardus in decis. Tholosan. 3. lib. 5.* & dixi plenius *supra in titul. de donat. causa mortis, hoc tomo 3. Vincent. de Franchis in decis. Neapol. 71. nu. 1.*

42 DECLARA NONO † Filiumfamilias in ciuitate Neapolis posse testamentum facere de bonis sibi obuentis à matre, vel à linea materna; eodem modo filia familias, & hoc cauetur ex consuetudine eiusdem ciuitatis. *incip. filius familias, &*
43 *filia* † *familia. sub. titul. de filijs familias volentibus testari,* cuius dispositionem differre, & corrigere ius commune voluit *ibidem Napodanus Sebastianus. in gloss. 1. & in Apostillis Anton. Capicius, Stephanus de Caieta, Scipio Ducinus, & Ioan. Angel. Pisanellus. Vincent. de Franchis in decis. Neapoli. 71. num. 1. & in decis. 546. num. 8. 9. 10. cum seq. Molphesi. in consuetud. Neapol. p. 3. q. 24.*

DECLARA DECIMO, quòd testa-
44 mentum factum à filiofamilias patre preterito † sustinebitur, deducta legitima patri debita, vt per Sacrum Consilium fuisse decisum retulit, *Ioan. Andr. Georgius in allegat. 27. nu. 12. & in allegation. 33. num. 23.* quam refert *Thorus in Compendio decis. Neapol. §. testamentum filijfamilias.*

VERVM tamen posse testari filiumfamilias,
45 & valere † cum consensu patris voluit, *Ioan. Vandus quaestionum. lib. 1. q. 1. Brederod. ad Schneid. instit. quib. non est permiss. facere testam. Vumbser. lib. 1. obseruat. practic. lib. 1. titul. 39. obseruat. 16. Gerard. Maynard. in decis. Tholosan. 1. num. 1. lib. 5. vbi Hierony. Bruchnerus.* quorum opinio non habebit multos sequaces.

46 SERVVS testamenti factionem † non habet, *l. filius familias 16. l. si filius familias. 19. ff. de testam. & qui testam. fac. possunt l. liber. 8. vbi gloss. in verb. diffiniri. C. de pet. hared. Nicolaus Vegellius in Methodo iuris ciuilis. lib. 9. c. 3. vers. de seruo. Hieronym. Treutlerus disputatio. Selectar. parte 2. disputation. 10. Thesi. 2.*

DECLARA autem, quòd scribere potest
47 seruus, etiam alienus testamentum † alterius testatoris iussu *l. seruus. 28. ff. de testam.*

IMPVBES siue minor testamentum facere
48 non † potest, *l. qui aetate. 5. l. de statu. 1. ff. de testam. l. 1. §. exigit. vbi gloss. ff. de bonor. possess. secund. Tabul. §. praeterea testamentum. instit. quibus non est permiss. facere testam.* vbi ponitur ratio, quòd nul-
49 lum animi iudicium † habeat, vt habetur *in l. 2. C. quan. prouoc. non est necesse,* & conclusionem tenuit *Bart. in l. 1. num. 18. C. de Sacros. Eccles. Alexan. cons. 182. sub nu. 2. vol. 5. alios allegans Iul. Cla. in §. testamentum, q. 5. vers. Hinc infertur.* faciunt dicta *Vlpiani in Fragm. titul. 20. in princip. Pauli sentent. lib. 3. tit. 4. §. 1.*

50 DECLARA † si minor faceret testamentum, & cum iuramento apponēs etiam clausulam, si in pupillari ætate decesserit, testari poterit, voluit *Decius in l. pupillus, num.... ff. de regul. iur.* quem sequitur *Ioan. Dilect. Durant. de arte testandi, tit. 2. cautel. 5.* vbi dicit esse communem opinionem. Obligari autem, secūdum Canonistarum opinionem. Secundum *Abb. Panormitan. in cons. 108. volum. 2.* Secus tamen de iure ciuili, vt voluit *Iason. in Auct. sacramenta puberum, num. 10. C. si aduers. vend.* Ta-
51 men obligari ob iuramentum † post Decium, scribit *Ioan. Mauritius in tractat. de restitut. in integr. cap. 112.* Sed videndus est *Ioann. Baptista Villalob. opinion. communium, §. minor. num. 99.*

52 DECLARA, quòd † nec pupillus pubertati proximus, ad pias causas testari poterit, aut testando validum erit, vt voluit *Alexan. in cons. 182. num. 2. volu. 5. Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. Adiecta impuberi, num. 88. de testamen. Ioan. de Imol. in c. quia ingressi ext. de testam. Treutler. disput. Selectar. par. 2. disputat. 10. Thesi. 3.*

OBSIDES, & qui apud latrones capti de-
53 tinentur, testamentum facere † nequeunt, *l. obsides. 11. l. qui à latronibus, ff. de testam. §. final. inst. quibus non est permiss. facere testamen. breuiter Nicol. Vigellius in Methodo iuris ciuilis lib. 9. capit. 7. Flaminius Chartarius in decis. Genuensi. 92. nume. 5.* qui dicit
54 † captos apud latrones, & piratas posse testamentum facere. Sed ego differentiam in captis apud piratas, Turcas, & mauros si eis non tribuerent reditum, cum serui remaneant.

55 PRODIGVS, & is, cui † bonorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest, & si fecerit, non valere inquit *Vlpianus in l. is, cui 18. C. de testam. §. item prodigus. Inst. quibus non est permiss. facere testam. Iul. Clar. de testamen. q. 33. Ferdinan. Vasq. controuer. illust. lib. 1. cap. 17. Michael Crass. de success. §. testamentum, q. 22.*

DECLARA, vt nec etiam ad pias causas
56 prodigus † testari valeat, nec testamentum ab illo factum valebit, vt voluit *Alex. in cons. 18. nume. 6. vol. 5. Emanuel Suarez in Thesauro recept. sententiarum, §. testamentum, nu. 18.*

57 DECLARA, quòd testamentum † illius, cui in iudicio, tamquam prodigo curator datus fuerit, nullum erit, *Rota in antiquis, in decis. 866.*

CAECVS naturaliter, vel casu orbatus vtroque lumine, non potest testamentum facere, nisi
58 † secundum communem obseruantiam, coram septem testibus, & coram Tabellione, si in loco inueniatur, vel alio illius loco, vt dilucidius declaret suam voluntatem, tum quoad hæreditatem, legata, & omnia in scriptis reducantur, quod probauit *Iustinianus in §. cæcus. inst. quibus non est permiss. facere testam.* vbi optimè *Accurs. in verb. cæcus, & in verb. per obseruationem,* & notant *Doctores in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testament. Bartholom. Socin. in cons. 163. in princ. vol. 2. Marc. Anton. Natta in cons. 210. num. 3. vol. 1. Nicol. Boerius in decis. Burdegal. 210. num. 70.* quos refert, & sequitur *Iul. Clarus, in §. testamentum, q. 17.*

59 DECLARA testamentum † cæci nullius esse valoris, nisi ab hæredis institutione initium aufpicetur,

ſpicitur, *vt ex Petro, Cyno, Riccardo Malumbre, Iacobo Butrigario, Raphael. Philip. Dec. in l. hac conſultiſſima, num. 7. C. qui teſtam. facer. poſſ. Angel. in d. §. cæcus. inſt. quib. non permiſſ. facere teſtam. Barthol. Cepol. in cautel. 128. Ioan. Dilect. Durant. de arte teſta. titul. 1. cautel. 8. Roland. à Valle in conſ. 82. num. 12. volum. 1.*

60 CONTRARIVM † tenuit *Bal. in d. l. hac conſultiſſima, num. 6.* qui dicit illum ordinem non continere cauſam formalem, ſed modum teſtandi veteribus vſitatum, eſt autem ordo generatim ſublatus, quem ſequuntur *ibi Caſtrenſ. num. 5. Alex. num. 17. Ias. num. 1. Roland. à Valle in d. conſ. 82. nu. 16. vol. 1.*

61 SVRDVS, ET MVTVS non † faciunt teſtamentum, intelligendo de ſurdo, qui omninò non audit, & de muto, qui nihil eloqui poteſt, non de illo, qui tardè loquitur, vel ſi teſtamentum fecerint, & poſt modum aduerſa valetudine, ſurdi, vel muti effecti ſint, teſtamentum validum erit, habetur *in l. qui in poteſtate, §. ſurdus, ff. de teſtam. §. Item ſurdus. inſt. quib. non eſt permiſſ facere teſtam.* ſimi-

62 liter † valet, ſi licentiam à Principe obtinuerint, *l. ſi mutus. 7. ff. eod. tit.* de eo autem, qui primis hære-

63 dibus nominatis, obmutuerit, † quid faciundum ſit; decreuerunt diuerſimodè, *in l. ſi quis teſtamen-*

64 *tum, 25. ff. eod. titul.* Quid autem † in teſtamento militis, ſurdi, vel muti diſtinguendi caſus erunt, *iuxta textum in l. iure militari. 4. ff. de militar teſtamen. l. Diſcretis. C. eod. tit. §. Quinimmo inſt. eod. tit.*

65 Militum † teſtamenta multa habent priuilegia, de quibus in dictis titulis, de his agit *Iul. Clarus in §. teſtamentum, q. 15. q. 16. Andreas Fachin. controuer. iuris, lib. 8. cap. 39. verſ. tertium argumentum, & ſeq. Benedict. Capra in conſ. 127. & in conſ. 129.* de mu-

66 torum † & ſurdorum teſtamentis plura notat *Hieronym. Treutler. diſputat. Selectar. parte 2. diſputat. 10. Theſi. 3.*

AQVÆ, ET IGNIS interdictione puni-

67 ti, teſtamenti factionem † non habere, nec illud ante interdictionem valere, dixit *Iuriſconſultus, in l. eius, qui apud. 8. §. ſi cui aquæ. ff. de teſtam.* & habetur *in l. 1. §. ij, quibus. ff. de lega. 3. Marcus Mantua in famulatu. §. publicorum num. 6.* quæ autem eſſet hæc pœna aquæ, & ignis interdictio, nullibi (vt viderim) declararunt Iuriſconſulti, neque Docto-

68 res † noſtri, proinde ego illam declarari ſtudui, ex diuerſis ſcriptorum traditionibus, fortè illas muniendo, varijs non contemnendis rationibus, quas videri poſſe à ſtudioſis arbitror ex noſtris commen tarijs *de Magiſtratuum edictis lib. 2. cap. 8. num. 308.*

69 *cum pluribus ſeqq.* in huius tamen pœnæ loco † ſucceſſiſſe deportationem, voluit *Accurſius in dicto §. ſi cui aquæ.* idcirco de illis etiam dicendum eſt.

70 DEPORTATI, RELEGATI † in inſulam, quantum ad deportatos in inſulam, teſtamentum facere nequeunt, *l. eum qui. §. inſulam. ff. de teſtam. l. ſi quis filio. 6. §. eum qui deportatur. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſta. l. 2. §. conſtat. ff. de pœnis*

71 Deportationis pœna † perpetua, *l. inter pœnas, ff. de interd. & releg. l. 2. §. ij, quibus, ff. de legat. 3.* quàm

72 pœnam non eſſe vſui † dixerunt *Albert. Gandin. in tract. de Maleſic. titu. de falſis, nu. 1. Iul. Clar. in pract. crimin. 67. nume. 9. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic.*

73 *quæſt. lib. 2. caſu 330.* Quod verum † non eſt, nã ſci

74 mus in inſula Ponti deportatum † Ouidium Poetam celeberrimum, & à Leone Armeno deporta-

75 tum Sanctum † Theophanem inſulam Samotraciam, & Pontianum Summum Pontificem ab Ale

76 xandro † Seuero Imperatore in inſulam Sardiniam, vt teſtantur Platina in eius vita, & in

77 hoc Regno Neapolitano ob inſularum † abundantiam deportationem vſui eſſe, vt teſtantur *Ludouic. Carrerius, Petrus Follerius in eorum operibus, Anton. Capycius in deciſ. Neap. 153. Vincen. de Franchis in deciſ. Neapol. 140.* & ità *poſt Ioan. de Imol. in cap. quia ingredientibus, ſub num. 30. de teſtament. Robert. Marant. in l. is poteſt. num. 117. ff. de acquir. hæred. & vult Iul. Clar. in dicto § teſtamentum, q. 22.*

78 *in princ.* quo verò † ad relegatos eſt *text. in dicta l. eum qui ſequitur Iul. Clar. in dicta q. 22. verſ. relega-*

79 *tus autem*, quoad deportatum non poſſe † condere teſtamentum ponit *Vincent. de Franch. in deciſ. Neapol. 501. num. 2.* dicit quòd ſi pendente appellatione, id fecerit benè erit ibi, quòd ſi appellatio fuerit deſerta locum non habebit.

DAMNATVS AD MORTEM capi-

80 taliter teſtamentum facere non poteſt, † nec antea factum valet, ſed ſi prolata ſententia appellauerit, teſtamentum factum ſuſtinebitur, ita notatur *in l. qui à latronibus, 13. §. ſi quis capitali, ff. de teſtament.*

81 Non poſſe † autem teſtamentum facere eſſe communem Doctorum opinionem, voluit *Bal. in l. fin. num. 15. C. ſi à non comp. iud.* quem refert, & ſequitur *Auguſt. de Bonfranciſch. in apoſtillis ad Angelum in tract. Maleficior. in verb. & ibi caput. nume. 20. 23.* quos ſequitur *Iul. Clarus in §. teſtamentum. qu. 21.* his addo à nemine allegatum *Benedict. Capram in conſ. 77 num. 8. ſcribit Matthias Colerus in deciſ. Germam. 34. num. 6.*

DECLARA tamen, quòd licèt ſic de iure caueatur. Nihilominus etiam condemnatos deca-

82 pitandos, poſſe teſtamentum † facere, & hæredes capere eorum bona, dummodo non ſint confiſcanda, *vt ex Ioanne de Imola in c. quia ingredientibus, ſub nume. 30. de teſtament.* quem refert, & ſequitur *Marc. Antonius Natta, in conſ. 177. num. 4. vol. 1. voluit. Iul. Clar. in dicta q. 21. Matthias Colerus in deciſ. German. 34. num. 6.*

DECLARA ſecundò prædictam concluſio-

83 nem procedere, ſi condemnatus † fuerit præſens, & in eius præſentia, ſecus ſi fuerit in abſentia eius facta condemnatio, quia tunc teſtamentum ab eo factum, valebit, *vt ex Auct. Sed hodie, C. de donat. inter vir. & vxor.* voluit *Bartol. in dicta, l. eius qui, §. 1. ff. de teſtament.* quam ſequitur *Benedict. Capra in dicto conſ. 77. num. 19. 20.* Verum id dicit procedere

84 † in bannitis noſtri temporis, & in condemnatis,

85 & fori iudicatis in hoc Regno Neapolitano † *per conſtit. Regni incip. pœnam eorum, & per alia iura,*

& Prag-

& Pragmaticas, per quas vbi habet locum bonorum confiscatio, ambigua erit, per ea, quæ dicta sunt in præcedenti declaratione, quod nunc non resoluo, cætera vide apud Iulium Clarum.

DECLARA TERTIO in Hispania se-
86 cus esse, nam † condemnatus vltimo supplici opotest testamentum facere, istud cauetur, *l. 4. Tauri*, vt meminit *Didacus Couar. in rubr. de testamen. nume. 27. par. 3. Ferdinan. Vasquius, de succession. creation. §. 2. num. 1. Ludou. de Molina de Hispanorum primogen. lib. 4. cap. 12.* & nouissimè illos referens *Didacus Spino in Speculo testamen. in Gloss. rubr. cap. 4. nume. 4. 5.*

DECLARA QVARTO, damnatum ad
87 mortem, nec ad pias † causas testari posse, dicit *Abbas Panorm. in rubr. de testam. num. 11. Alexan. in cons. 182. num. 6. vol. 5. Emanuel Suarez in Thesaur. recept. sent. §. testamentum, nu. 21.*

DAMNATVS ob carmen famosum, accu-
88 satus, vel conuictus ex illa iniuria, † testamentum facere non potest, *l. is cui, §. fin. ff. de testamen.*

DAMNATI ad bestias, ad gladium, & in
89 metallum, aliasque pœnas, quæ vitam † adimunt, testamentum irritum erit, *vt in l. si quis filio, 6. §. Sed, & si quis, ff. de iniusto, rupto, & irrito testamen.* Quæ sint autem istæ pœnæ, ad bestias, ad gladium, ad metallum, & aliæ plenius, quàm alius declarauit *in commentarijs de magistratuum edictis, lib. 2. cap. 8. per totum.*

90 FVRIOSVS, & mente † captus, testamentum facere nō potest, nisi factum fuerit antequam esset furiosus, vel cessante mentis compositione, *l. 2. filiusfamilias, 16. §. Marcellus, l. in aduersa. 17. l. qui testamento, 20. §. nec furiosus, ff. de testam. l. 1. §. si quis autem testamentum, ff. de bonor. poss. secund. Tabul. §. furiosi, inst. de curat. furios. Bald. in l. 2. C. de cur. furios. Petr. Royz. in decis. Lituaniæ, 2. nu. 109. Valenzuel. Regens in cons. 31. nume. 50.* Qui autem,
91 & quando dicatur furiosus † mente captus, demens, amens, & alijs modis, *Andreas Alciat. Parergo. lib. 2. cap. 16. Ioacch. Mysinger. in d. §. furiosi. Anto. Gamma in decis. Lusitan. 302. num. 3.* scripsi plenè
92 † *in cons. ...cent. 2. adde tex. in l. furiosum, C. qui test. facer. non poss. Bart. in l. 1. num. 16. C. de Sacros. Eccl. Hieronym. Gratus in cons. 30. num. 33. Iul. Clar. in, §. testamentum q. 5. vers. sed an furiosus, Couarru. in Clem. Si furiosus de homicid. Ioseph. Ludouic. in decis. Perusi. num. 13. Plene Boer. in decis. 23.*

DECLARA, vt furiosus, nec etiam ad pias
93 † causas testari valeat, vt concludit *Hieronym. Gratus in cons. 30. num. 32. vol. 2. Emanuel Suarez in Thesauro recept. sent. §. testamentum, num. 19.*

94 DECLARA SECVNDO † si tempore testamenti fuisset sanæ mentis, quia testamentum erit validum, sed debet probari *Camillus Salernus in consuetud. Neapolit. si moriatur, de succes. ab intestat. in add. incip. vltra dictum fol. 78.* sequitur *Thor. in Compendio decis. Neap. §. testamentum furiosi, D. Cardinal. Oliua, decis. Roman. 173. num. 8. vol. 2.*

95 EXCOMMVNICATVS an possit † testamentum facere? quod non habeat testamenti factionem, & hanc opinionem tenuit *Gloss. in cap. decernimus, in verb. & testando, de sent. excommun.*
96 *in 6.* rationem reddit, quia † excommunicatus separatus est à communione Ecclesiæ, & separato ab Ecclesiæ communione interdicitur omne beneficium à legibus proueniens, prout est materia testamentaria, vt diximus *supra hoc eodem titul. vers. turisgentium, num. 9.* & hanc opinionem dicit *Gloss.* tenuisse *Hostiens.* & alios antiquos Canonistas, vt dicit *Alberic. de Rosate, in l. 1. nu. 4. ff. de hæred. instit.*

CONTRARIAM tamen sententiā, quod
97 excommunicatus potest † testari, ex quo nullibi, nec per ius Pontificium declaratum fuit, in omnibus casibus excommunicatos testamenti factionē habere, nam quando id voluerunt iura Pontificia declararunt, vt patet *ex c. fœlicis, in princ. de pœnis, num. 6.* dum loquitur de occidente Cardinalem,
98 quem † excommunicatum declarat, & intestabilem, ergo in alijs casibus, si voluisset, declarasset, sed non declarauit, ergo noluit. Vndè ad istud alludit *Accursius in §. fin. in verb. ex lege Cornelia. instit. quibus non est permiss. facere testam.* vbi enume
99 rat decem, & octo personas, quibus † non est permissa testamēti factio, inter quos non enumeratur excommunicatus, ergo non prohibetur. Et hanc opinionem tenuit *Bart. in l. si quæramus, vbi Franc. Aretin. ff. de testam.* sequitur *Abb. Panorm. in rubr. ext. de testam. nume. 5. Dominic. de Sancto Gemin. & Philipp. Francus in dicto c. decernimus. Idem Francus in rubr. de testamen. in 6. Andr. Barbat. in c. quia ingredientibus, in fin. de testam. Angel. de Aretio, in dicto, §. fin. sub nume. 10. inst. quibus non est permiss. facer. testam. Stephan. Bertrand. in cons. 41. num. 1. in cons. 72. incip. viso, lib. 2. par. 2. & in cons. 227. num. 12. lib. 2. par. 1. Corn. in cons. 180. vol. 4.* quos refert, & sequitur *Iul. Clar. in §. testamentum, q. 24. Anton. Gabr. comm. opin. lib. 4. titul. de testam. conclus. 1. Martin. Nauar. in Summa. Confessar. cap. 27. num. 36. Petrus Duen. in regul. 272.* & alij relati *à Didaco Spino in Specul. testam. Gloss. rubr. partè 11. in fin. Ioan. Baptista Costa de remedijs subsidiarijs, remedio. 128. num. 8.*

100 SPVRIVS testamentum † facere potest, nullibi enim prohibetur, vt testatur *Iul. Clarus de testamentis, q. 31. in princip. Ioan. Gallus, q. 81.* quem refert *Renatus Choppin. de Demanio Franciæ, lib. 1. titul. 11. num. 3.*

EOSDEM NATVRALES, ET SPVRIOS,
nec ex testamento, nec ab intestato succedere pos-
101 se in † bonis parentum, nec aliquid eis relinqui, *auct. ex complexu, C. de inteſt. nup.* vt habetur, *in Auct. licet, in fin. C. de naturalib. filijs. Anton. Corset. in singul. Spurius non succedit, Carolus de Grassalio Regalium Franciæ, lib. 1. iure. 7. versicul. pariter. Andr. Alciat. lib. 4. Parergon. cap. 5. Petr. Duen. in regul. 366. Roias, de succes. cap. 20. Ioannes Cephal. in cons. 358. num. 4. volu. 3. Ioseph. Ludouic. in decis. Perusin. 18. num. 13.* & ego dixi *ad Bellugam in Specul. Principum, rubr. 7. litera K.* quos allegat nouissime *Petrus*

trus Cenedo Collecta.iuris Canonici,cap.168. num.2. Dixerat autem *Bartol.in l.ſi gener. ff. de his quib. vt indign. Hippolit. de Marſil. in ſingul.143. Decius in conſ.288.* & voluit. *Iulius Clarus de Teſtamentis, q.31. verſ. Regulariter quidem,* Ad quæ concinunt, quæ dixit *D. Auguſtinus in libro quæſtionum ſuper Leuiticum,cap.77.* lege DEI (inquit) cõſtitutum eſt,
102 vt quicunque nati ſunt † ex inceſtuoſo coitu, nec filij reputentur, nec parentibus ſuccedant. & habetur *in c. quid eſt 35.q.7. Rolandus à Valle,in conſ.74. volum.1.*

AMPLIATVR nec ſtatutum valere in con-
103 trarium, *Ioannes † Royas de ſucceſſion. in dicto cap. 20.nu.12.* dicens, quòd non valet ſtatutum, aut con-
104 ſuetudo habilitans tales ſpurios † ad patris ſucceſſionem. Quod, & voluit *Bartol. & Franciſc. Aretin. in l. teſtamenti factio, ff. de teſtament. Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius, in verb. Raynutius, num. 38. de teſtament. Petrus Duennas in dicta Regul.366. Ampliatione 1. Marc. Antonius Natta in conſil.619. num.15. vol.3. Ioan. Lopez de Palatios Rubios de Donationibus inter vir. & vxor. in c. per veſtras, Notabil.3. §.10. num.12. Gaſpar Caballin. Milleloq.767. Ioan. Petrus Surdus de alimentis, titul. 1. quæſt.13. num.6. & quæſt.25. num.16.17.20. Nicolaus Boeri. in deciſion. Burdegalenſ.127. num.9. Petrus Cenedo in dicto collectaneo 168. ſub num.2. idem Nicol Boer. in conſuetud. Bituricenſ. titul. Des coſtumes concernans teſtam. §.7. colum.2. verſ. ſed an valeat, Petrus Rebuff. ad Conſtit. Galliæ, tomo 2. titul. de liber. Natural. articul.33. gloſſ.1. num.6. Ludouic. Roman. in conſil.102. ſub nume.2. Auguſtin. Berous in conſil.164. numero 10. volum.2. Hierony. Gabriel, in conſil.140. numero 25. volum.1.* quod contra opinionem *Car-*
105 *dinalis Paleotti* ego latius ſcripſi † *in Commentarijs de Magiſtratuum edictis, lib. ſecundo, cap. ſecundo, nume.38. vſque ad numerum 46.* nouiſſimè multa congerit *Ioann. Petr. Surd. de alimentis, titul. 1. q.10. nu.3.*

QVOAD NATVRALES, Spurios, & inceſtuoſos adeſt aliqua differentia, de qua non eſt hic locus proprius, ſed dicam in loco ſuo peculiari de Nothis, & ſpurijs, & illorum legitimatione, ſi DEO placuerit.

INTELLIGE PRIMO, quòd de iure canonico naturalibus, & Spurijs debentur à paren-
106 tibus, & illorum bonis alimenta, vt habetur † *per c. cum haberet, in fin. extr. de eo, qui duxit in matrimon. quam poll. per adult. vbi Gloſſ. Abb. Panormit. nu.4. Idem Panorm. in conſ.50. & in conſ.115. vol.2. Deci. in conſil.312. nu.4. Auguſtin. Berous in conſ.165. num.13. vol.2. Carol. Ruin. in conſil.124. num.8. vol. 1. Marian. Socin. Iunior, in conſil.130. num.3. vol.2. Iacob. Menoch. in conſ.60. num.6. volu.1. Barthol. de Caſſæn. in conſuetud. Burgundiæ, rubr.8. §.5. in Gloſſ. in Verb. Ieſu Chriſti, num.7. Anton. Gabriel. commun. opin. lib.6. titulo de alimentis, concluſ.1. nume.2. & 7. Hippolyt. de Marſil. in ſingul.358. Sylueſter de Prier. in ſumma, in Verb. filij, numero 4. verſic. Tertius eſt. Petr. Ducn. in regul.366. limitat. 4. & regul. 367. Cardinal. Paleott. de Nothis, & Spurijs, cap.45. numero octauo, Ioan. Lopez de Palacios Rubios, in repet. cap. per veſtras, in rubric. §.50. numero 27. Matth. Matheſil. in notab.147. Ioan. Neuizan. in Sylua nuptiali, lib.3. numero 27. Cardinal. Mantica de coniectur. vltim. voluntat. lib 10. titul.4. numero 10. Petr. Plaza in Epithom. delictor. cap.41. numero 21. Anton. Gomez in l.9. Tauri, numero 37. Petrus Nicol. Mozzius, de contract. titul. de Matrimon. §. de Naturalibus Matrimonij, numero 15. Ludouic. de Molina de Hiſpanor. Primogenijs, libro ſecundo, capitulo 15. numero 42. Aſcan. Clementin. de Patria poteſtate, capitulo 5. numero 37. & Effectu 17. numero 58. Hippolyt. Bonacoſſa in tractat. de Aequitat. Canonic. concluſion. 2. Marcus Anton. Marſilius Archiepiſcopus Salernitan. in tractat. de Eccleſiaſticor. reddit, origine, & iure parte 3. cap.32. numero 6. Roland. à Valle in conſ.34. num.42.47. volum.1. & in conſ.54. num.54. vol.2. Alfonſ. Hoieda de Benefic. compatib. & incompatib. parte 1. capitulo 19. num.4. Petr. Benintend. in deciſ. Bonon.22. numero 1. Ioan. Petr. Surdus de alimentis, titul.1. quæſt.10. nu.5. Thom. Grammat. in conſ. ciuili 33. num.1.*

SVBINTELLIGE ſupra dictam opinionem Canonicam ſeruandam eſſe, propter ſummam
107 æquitatem, etiam in foro laicorum, † & profano. vt tenuit *Abb. Panormitan. in dicto c. cum haberet, numero 5.* & alios allegans. *Ioan. Neuizan. in dicta Sylua Nuptiali, libro 3. numero 25. Ioan. Franciſc. Ripa in l. ſi vnquam, num.68. C. de Reuocan. donat. Gulielm. Beued. in Rep. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, numero 123. de teſtam. Marc. Anton. Natta in conſil. 108. numero quarto, volum. primo, Iacob. Mandell. in conſil.44. Benintend. in dicta deciſ. Bononienſ.22. Roland. à Valle in tracta. de Lucro dotis, quæſt.94. Aſcan. Clementin. in dicto. Effect. 17. numero vigeſimo, Cardinal. Paleott. in dicto tractatu, capitulo 47. Anton. Capic. in deciſ. Neapol.164. numero 2.* quos ſequitur alios referens *Surdus in dicto tract. de aliment. titul. primo, quæſt. 10. nume.7.*

NEC POSSE patrem naturalem prohibere, quòd talis filius ſpurius non alatur, vel quòd tali
108 filio non dentur alimenta † ſecundum ſententiam *Baldi in l. Id quod pauperibus, numero 38. C. de epiſc. & cleric.* quem ſequitur *Surdus in dicta quæſt.10.*
109 *numero octauo,* Alimentorum enim præſtatio, † atque educatio iuris naturalis eſſe nemo negabit, quod nec ipſe Iuſtinianus Imperator negare potuit, dum inquit. Hinc Maris, & fœminæ coniunctio (quam nos matrimonium appellamus) hinc liberorum procreatio, & educatio. *vt in princip. inſtitut. de iure Natural. Gent. & ciuili,* quod poſſem ex pluribus corroborare, ſed omitto, quia patribus, qui ſimilia faciunt, æqualis pœna non eſt, vt præſtent ſuo ſanguini alimentum. Quia, *D. Hieronymus in Epiſtola ad Rufinum,* Naſci (inquit)
110 de Adulterio non eſt † eius culpa, qui naſcitur,

sed illius, qui generat, de quo habetur *in c. Nasci 56. Distinct.*

DEBILITATA, quinimmo antiquata videtur ex prædictis Iustiniani Imperatoris constitu-
111 tio, qui † mandauit, non dari alimenta illis Spurijs, & incestuosis, qui nati sint ex illis, cum quibus esse non poterat matrimonium, sed tantum ex ijs, qui essent solutus, & soluta. vt habetur *in Authent. quibus modis natural. efficiant legitimi, §. vltima si quidem*, dum sic loquitur, vltima si quidem nos pars
112 † legis eruperat, vt ipsa competentem suscipiat ordinem, & enumeremus, qui neque ipso naturalium nomine digni sunt. Primo quidem omnes, qui ex complexibus (non enim hos vocamus nuptias) aut nefarijs, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur, neque alendus est à parentibus, neque habebit quoddam ad præsentem legem participium. *Accursius ibidem, in glossa,*
113 *in verb. Participium* † *notabiliter*, optimè declarat. Istam Iustiniani prouisionem, & sententiam, istos incestuosos, & nefarios filios, patrem non tenere alere, nec illis alimenta præstare, tenuit *Bartol. in consil. 119. incip. Dominus Dominicus, volum. 1.* vbi
114 loquitur de filio sacerdotis † nato durante Sa-
115 cerdotio, cum nati ex sacerdote sint cæteris † magis odiosi, vt *ex Angelo in consil. 401. numero 7. Ioanne Cephalo in cons. 410. numero 16. volum. 3. Cardinal. Paleottho in tract. de Nothis, & spurijs, cap. 16. numero 16. post Bald. in auct. ex complexu, in princip. C. de Incest. Nupt. & Ludouic. Surdum, in tract. de legitimation. colu. 9. vers. quarto quæritur.* retulit *Surdus de alimentis, titul. 1. quæst. 10. numero 27. & 28.*

VTCVMQVE tamen concludat Imperator, & sequantur Doctores contra filios incestuosos, & nefarios, tamen omnimodo sequenda est
116 dispositio † iuris Pontificij *in dicto c. cum haberet*, vt illis alimenta debeantur, cum sit æquior, & istam opinionem amplectendã fore dixerunt alij allegati *per Ioannem Lopez de Palatios in dicto c. per vestras, notab. 3. §. 10. numero 14. de donat. inter vir. & vxor. Ioan. Baptista Caccialup. in Rep. l. si qua illustris, numero 91.* qui dixit mirari de verbo *Bartol.* fortè quia asseratur incestuosus natus à fratre Petro. & voluit *Nicol. de Vbald. in tract. de succes. ab intestat. parte 1. principal. Deci. in cons. 611. in fin.* vbi loquitur
117 de filio nato à moniali. *Fortun. Garzias in tract. de vltimo fine Iuris ciuil. & Canon. numero 78. Paleott. in dicto tract. capitulo 46. numero 5. Petr. Duen. Regul. 367. nu. 5. Panorm. in dicto cons. 50. volum. 2. Didacus Couar. in Epithom. de sponsalibus. §. 6. in princ.* quos refert, & sequitur *Surdus in dicta, quæst. 10. num. 28.* si enim ista opinio non attenderetur, & denegarentur istis incestuosis, & spurijs alimenta,
118 necarentur, & succederẽt † mille homicidia, quod euitandum fore arbitror.

INTELLIGE SECVNDO, tunc demum ipsis Spurijs deneganda fore alimenta, quando, ex illorum arte, vel operibus, aut aliundè vi-
119 uere † possent, puta ex aliquo officio, vel beneficio, vel ex bonis aliunde quæsitis, *argum. l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de liber. agnoscendis, l. fin. §. ipsum autem filium, C. de Bonis quæ liberis.* vt voluit *Bald. Nouellus in tractat. de dotibus, parte prima, priuilegio 161. columna secunda, Baldus maior. in l. vnica, §. sed scimus, C. de Latin. libert. Anton. Menesius in Auctor. Res quæ, numero 74. C. commun. de legat. Didacus Couarr. de sponsal. parte quarta, secundæ partis, capitulo octauo, §. sexto, numero sexto, Lud. de Molina de Hispanor. Primogenijs, libro secundo, capitulo decimoquinto, numero 64. Alexand. in consilio 74. numero quarto, volumine secundo, Palatios Rubios, in dicto cap. per vestras, Notab. 3. numero vigesimotertio, numero septimo, Aym. Crauetta in consilio 199. numero primo, in consilio 200. numero decimo, Andr. Tiraquell. de Nobilitate, capitulo vigesimo, numero 104. & in tract. de Primogenitur. capitulo 75. numero secundo, Francisc. Bursat. in consilio 83. numero secundo, volumine primo, Ioan. Garzia de expensis, & melioration ibus, capitulo quarto, numero 54. Anton. Gabriel, com. opin. libro sexto, titul. de Alimentis, conclusione prima, numero vigesimoquinto, Roland. à Vall. in cons. 54. numero 52. in cons. 55. numero 5. volum. 2.* & alij, quos allegat *Petr. Cenedo Collect. Iuris Canonici, parte 2. cap. 168. sub nu. 5.*

120 MONACHI an † testamenti factionem habeant? Habemus in promptu Regulam decidentem, quòd testari minimè possint, *vt in Auctor. ingressi, & Auct. si qua mulier, C. de Sacros. Eccles. in Auct. vnde illi textus sumpti sunt.* Sed pro intelligenda optimè materia distinguẽda sunt plura tempora, scilicet. Ante ingressum, in ingressu, & post professionem.

ANTE INGRESSVM monasterij posse
121 de suis bonis ingredientem testari, & de suis † rebus disponere posse notatur. *in §. illud quoque* ibi (licentiam habere suis vti) *in Auct. de Monachis.* & quando ante religionis ingressum, licèt religionis
122 contemplatione id faciat, testari tamen † poterit, etiam non seruata solemnitate iuris communis. vt voluit *Bart. in auct. si qua mulier, sub numero 7. C. de Sacros. Ecclesijs*, & communem esse opinionem voluit *Deci. in cons. 31. sub numero tertio*, quos sequitur *Iul. Clarus de Testamentis, quæst. 28. versic. & primo.* Nec videtur istud habere dubium, quia an-
123 te ingressum laicus † dicitur, non monachus. Quinimmo diebus proximis in hoc mense Martij, cum Dominus Iulius Mellis de ciuitate Melphiæ
124 eruditissimus † Doctor, vellet ingredi Religionem Theatinorum fecisset testamentum, in quo reliquit fratri suo ducatos tres mille, cum comminatione, quòd exequeretur Testamentum statim facto per illum ingressu, qui legatarius adijt Magnam Curiam Vicariæ, & causa mihi commissa, vti iudici eiusdem Magnæ Curiæ, facta causæ relatione in Aula, siue Rota illius, fuit cõmuni voto
125 † decisum, q exequeretur testamentum, & ponatur in possessionem, concurrentibus Camillo de la

Ratha,

Ratha, & Marco Morreſcha Iurisconſultis Doctiſ-
126 ſimis Iudicibus † eiuſdem, & collegis meis, quod firmabam etiam authoritate *Benedicti Capræ, in conſ.* 83. *nu.* 1. 2. 3. dum dicit, teſtamentum factum
127 ante ingreſſum religionis minorum †Sancti Franciſci, cum ingrediens in illa ſit mortuus mundo, per ingreſſum tamquam per mortuum, teſtamentum antea factam confirmatur. Aut ſecundum diſtinctionem *Iaſonis in dicta Auct. ſi qua mulier*, quòd
128 ſi teſtamentum † ante ingreſſum factum fuerit intuitu religionis, & monachiſmi mentio facta fuerit, tunc per religionis ingreſſum, teſtamentum non rumpitur. Secus verò ſi monachiſmi non meminerit, quòd tunc teſtamentum rumpatur, non ſecus ac poſthumi agnatione, ſequitur *Ferdinand. Vaſq. Controuerſiarum Illuſtr. lib.* 3. *cap.* 102. *nu.* 2. qui remittit ſe ad Didacum *Couar. cap.* 2. *n.* 4. *de teſtam.* quos refert *Ioan. Fichard. ad Villalobos, opin. com.* §. *monachus, ſub nu.* 314. & Bartoli opinionem *in dicta auctен. ſi qua mulier refert Vincent. de Franch. in deciſ. Neap.* 423.

INGRESSV tamen facto, & aſſumpto habitu, ante emanationem profeſſionis, dicitur Noui-
129 tius, † qui poteſt teſtamentum facere, vt voluit *Archidiac. in c. Beneficium, n.* 1. *de regularib. in* 6. *Hoſtienſ. in ſumma, titul. de teſtamentis*, §. *quis poſſit, verſ. idem puto. Idem Archidiacon. & Philipp. Francus, in c.* 2. *de Regul. in* 6. *Idem Hoſtienſ. Ioan. Andr. Panormit. Ioan. de Imol. Ioan. de Anania in cap.* 2. *de teſtam.* quos ibi ſequitur *Didacus Couar.* Nec mirum, quia Nouitius retinet omnium bonorũ etiam
130 Feudalium † dominium, vt voluerunt *Martin. Laudẽſis, & Præpoſit. in c.* 1. §. *qui Clericus, ſi de Feud.*
131 *fuerit controuerſ.* Ideo † Nouitius non dicitur verè monachũs, *c. ſtatuimus, ext. de Regularib. Hoſtienſ. in ſumma de teſtament.* §. 1. *verſ. quis poſſit facere teſtamentum. Lapus in Allegation.* 25. *nu.* 3. *Philip. Franc. in Rub. de teſtamentis, num.* 66. *verſ. ſecundo limita. Lud. de Molina, de Hiſpanor. Primog. lib.* 4. *capitulo* 9. *num.* 39.

POST INGRESSVM, & profeſſionem fa-
132 ctam in monaſterio, & religione, quo † tempore dicitur verè Monachus, & is eſt, qui non poteſt teſtamentum facere, vt diximus per notata *in authen. ingreſſi, & auct. ſi qua mulier, C. de Sacroſ. Eccleſ.* & ſic de iure ciuili, ac etiam de iure canonico, *in c. quia ingredientibus, c. Perlatum, & c. ſi qua mulier* 19. *q.* 3. quæ eſt regiſtrata in Canonem ex dicta authentica. Et hanc materiam optimè tractauit *Napodanus Sebaſtianus, in conſuetudine Neapolitana, ſi quis, vel ſi qua, num.* 256. *titul. de ſucceſſ. ab inteſt. Martinus Nauarr. in tract. de Regularibus commentar.* 2. *num.* 43. 44. *Iul. Clar. de teſtamentis, quæſt.* 28. *Idem Nauar. in ſumma Confeſſarior. cap.* 27. *num.* 270. *Sylueſter de Prierio, in ſumma in verb. Religio* 3. *num.* 24. *Andr. Tiraquell. in Rep. l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, num.* 45. *C. de Reuoc. Donationib. Ludouic. de Molina de Hiſpanor. primogenijs, libro* 1. *capitulo* 9. *numero* 35. *Bernardin. Alfanus in collectaneo* 40.

VSVRARII ita demum admittuntur ſi ido-
133 neè de † reſtituendis vſuris caueant, & ſic teſtentur *iuxta text. in c. quamquam de vſuris in* 6. quod acceptum cauit *Didacus Couarr. Variar. Reſolut. lib.* 3. *cap.* 13. *Iul. Clarus, in citato tract. de teſtam. quæſt.* 26. *& in practica criminali in* §. *vſura, verſ. Item vſurarius*, quæ dicunt procedere in † vſurario mani-
134 feſto, vbi habetur, quis dicatur vſurarius manifeſtus, de quo longius egi *in conſ.... centur.* 2. Sed quoad vſurarij teſtamentum aliàs non valere dixit *Didacus Spino in Specul. Teſtamentorum in Gloſſ. Rubricæ parte decimatertia, numero* 23. 24. *cum pluribus ſeqq.*

LVSORES taxillorum, & aliorum ludorum
135 prohibitorum in iſto Regno † Neapolitano *per conſt. incip. Mores diſſoluti.* Infames ſunt, & à teſtamenti factione, & à teſtimonio ferendo excluduntur. *Thomas Grammatic. in deciſion. Neapol.* 40. *num.* 6. 7. quoad ludorum materiam ad ſatietatem, & vtilitatem plenius, quam alius ſcripſi *in Commentarijs de Magiſtratuum edictis, libro* 3. *capitulo* 11. *numero* 57. *& per totum*. Quoad concluſionem, non procedam vlterius, quia totus Mundus videtur corruptus, & hæc ſi ſeruarentur, etiam Dominos graues includeret, concluſio ideo repellenda.

CLERICVS autem, ſiue Prælatus de bonis
136 patrimonialibus poteſt teſtamentum † facere, patrimonialia dicuntur bona, quæ illi obuenerunt à patre, matre, vel prædeceſſoribus, aut etiam ex illius induſtria, & laboribus, & de illis teſtari poterit, *cap.* 1. *extra de teſtam. c. Epiſcopi, c. manifeſta autem* 12. *quæſt.* 1. *c. placuit, c. quicunque* 12. *quæſt.* 3. *c. ſacerdotes, c. quicunque* 12. *q.* 4. *c. nulli dubium* 12. *q.* 5. *& ibidem Ioannes de Turre Cremata, & Præpoſit. idem Præpoſit. in Rub. de teſtam. numer.* 55. *Thobias Non. in conſ.* 59. *num.* 2. *Iulius Clarus in* §. *teſtamentum, q.* 27.

CLERICVS nullum habens beneficium,
137 vel coniugatus, & non † beneficiatus, ad ſui libitum de bonis ipſorum in vita, & tempore mortis teſtari poſſunt, ſicut cæteri laici. vt habetur *in cap. Nos quidem & cap. quia nos de teſtament. Philipp. Francus in Rubric. de teſtament. numero* 54. 55. 56.

DE BONIS ECCLESIÆ Teſtari cleri-
138 cum non poſſe regulare eſt, † *c.* 1. *c. quia nos, c. relatum de Teſtament. Archidiacon. in c. teſtamentum* 12. *quæſt.* 5. *Philipp. Franc. in Rub. de teſtament. numero* 54. *& ſeq. Card. de Turrecremat. in c. Nulli dubium* 12. *q.* 5. *Marian. Senior in conſ.* 89. *nu.* 2. *volum.* 1. *Iulius Clar. de teſtament. quæſt.* 27. *Didacus Spino in Speculo teſtamentor. Gloſſa Rubr.* 14. *num.* 22. 23. *& per totum.*

HAERETICI Teſtamentũ facere nequeunt,
139 nec teſtamentum factionem † habent, *l. credentes, ſiue authentica, credentes, C. de Hæreticis*, quæ eſt Federici ſecundi Imperatoris, ſumpta ex *c.* 1. §. *credentes, tit. de ſtatutis, & conſuetud. contra liber. eccleſ. Bal. in l. fin. col.* 1. *verſ. ſecunda concluſio, C. ſi à non. compet. indic.*

iudic. Abb. Panor. in Rubr. extr. de testam. & in c. parochiano, de hæret. Paul. Grillandus de Hæreticis, q. 9. nu. 2. Ludouic. Carrerius in tract. de hæreticis, §. nunc de Pœnis, num. 11. Iacob. Siman. In Institutionum Catholicar. cap. 45. nu. 16.

PAPAM posse testamentum facere dubitandũ
140 non videtur quandoquidẽ id fatetur † vno verbo *Accursius post Ioannem glossatorem in l. cum hæredes, C. qui testam. facere poss.* non tamen disponere potest de papatu, vt voluit *Gloss. in Apostolica 8. q. 1. in verb. Beatus, arg. c. quæ ad perpetuam 25. q. 1.* quod, & voluit *Philipp. Franc. in Rubr. de testamentis*, quia ipsi etiam Cardinalibus, & alijs testandi fa
141 cultatem † tribuunt.

IMPERATOR, & AVGVSTA simi-
142 liter possunt testamentum facere, † *vt est textus in dicta l. cum hæredes, C. qui testament. facer. poss.* quem allegat *Nicolaus Vigellius in Methodo iuris ciuilis lib. 9. cap. 3.*

EQVITES Hierosolimitani, an testari va-
143 leant tradidit nouiter, † *ex Aluaro Perez, & ex deplorate, Clem septima, Regnatus Choppin. de Demanio Regis Franciæ, lib. 1. titul. 14. sub num. 4. Ludouic. Charond. Responsor. libro 7. capitulo 96. Gerardus Maynard. decision. Tholosan. 17. numero tertio, libro 1.*

144 TESTAMENTI, & † LEGIS eadem est vis, vt dicit Imperator *in §. disponat. Authentic. de nupt. l. is, qui suis, §. in illis, l. seruus hac lege, ff. de Manumissionib. l. si ita fuerit seruis duobus, vbi Bartol. ff. de Manumiss. testam. l. cum quædam, §. quem admodum, C. de verb. significat.* multa apud *Andr. Tiraquellum de Primogenitura, cap. 40. nu. 95. Cæsar Lambertin. de iur. patr. lib. 1. part. 1. q. 9. num. 48.* sequitur *D. Regens Valenzuel. in consil. 18. num. 124. Nicol. Boerius in consuet. Bituricens. tit. de consuetud. iur. stat. §. 10. Gloss. fin.* Ea autem ratio est, quia non solum per
145 legem † duodecim Tabularum, qua dictum fuerat, vti quisque legasset rei suæ ita ius esset, *vt apud Aymarum Rivallium, Vdalrichum Zasium, Ludouicum Charondam, Pardulphum Prætium, Francisc. Hotomanum & alios, legum 12. Tabularum relatores,* sed etiam per Imperatorem Constantinum ad Volutianum Præfectum Prætorio scriptũ fuit, vnum-
146 quemque de bonis, & rebus suis posse disponere † ad sui libitum, & volũtatem. *vt in l. in re mandata, C. Mandati.* Propterea optimè dixit. *Bartol. in l. demonstratio, §. quod autem, nu. 18. ff. de conditionib. &*
147 *demonstr.* quòd ratio legis, & † legati testamentarij similis est. *Vndè Iodocus Damhouderius in Enchiridio Parium, aut similium in verb. legatum,* lex,
148 inquit, legati ratio, & † legis ratio paria sunt. Idcirco damnãdum non est, dum diximus, Testamen-
149 ti, & legis eandem vim esse, † quia lex quantumuis aspera, & dura seruanda est, *l. prospexit, ff. qui, & à quib. cum adductis per Andr. Tiraquell. in Rep. l. si vnquam, in verb. libertis, nu. 69. C. de Reuoc. donat.* Testamenti itaque magna potestas est, cum sit simi-
150 lis potestati † legis, quam cum esse nihil aliud dicatur, nisi rectam, & à numine Deorum tractam
151 rationem, vt dicebat † *Cicero Philippica 11.* & optimè *Aristoteles in Proœmio Rhetoricorum ad Ale-*
152 *xandrum,* quòd lex sit ratio † quædam, quæ communi ciuitatum consensu definita sit. & vtilius dixit *D. Thomas de Aquino, lib. 2. qu. 90.* quòd lex sit
153 quædam † ordinatio rationis ad bonum commune. Sic Testamentorum factio, bonum commune respicit.

VLTIMARVM voluntatum factionem ego
154 loco generis, † cuius plures constituo species, & inter alias est TESTAMENTVM, à quo nascuntur species sub alternæ, quæ sunt TESTAMENTVM in scriptis, & TESTAMENTVM Nuncupatiuum; & omitto enumerare alias species, quia in discursu huius tituli de illis summatim agam.

TESTAMENTVM in scriptis, multas so-
155 lemnitates exigit, vt valeat, scilicet † vt sit scriptum à testatore, si sciat scribere, sin autem ab alio, & clausum detur à testatore, notario ab illo rogato, & dicente illam esse suam vltimam voluntatem, quæ scriptura subscribatur ab eodem testatore, vt supra, & à septem testibus, vel si sciat, ab octo, testibus, qui se subscribant, & anulis, siue sigillis firment, ac testamentum signent, hæc omnia habentur, *in l. ad testium, §. si quis ex testibus, ff. de testam. l. Hac consultissima, C. eod. tit. Bartol. in l. Tabularum, ff. quemedmod. testament. aperiant Corne. in cons. 47. nu. 1. vol. 1. in cons. 161. nu. 3. vol. 2. Francisc. Viui. commun. opin. in verb. testes septem, nu. 1. Cardinal. Paris. in cons. 19. nu. 3. vol. 3. Didac. Couar. in c. Raynutius, §. 1. nu. 6. de testam. Matth. de Afflict. in decis. Neap. 143. & in decis. 144. Anton. Capycius in decis. Neap. 1. nu. 3. Thom. Grammatic. in decision. Neapol. 62. Cardinal. Mantica de coniectur. vltimar. voluntatum, lib. 1. titul. 7. sub nu. 2. 7. Ludouicus Lana, in tract. de testament. formul. in cons. 1. num. 2. Ferdinaud. Vasquius de success. creation. §. 2. nu. 2. Michael Crassus, de successione, titul. de Testamentis, quæst. 54. nu. 1. Ioan. Dilectus Durant. de arte testandi, titul. 2. Cautela 1. per totam Ioan. Baptista Thorus in Compendio Decisionum Neapol. in verbo testamentum continens institutionem & in verb. testamentum in scriptis. Didacus Spino in Speculo testamentorum in Glossa Rubricæ, parte 2. nu. 28. 29. Rubeus in decis. Nouissim. Roman. 434. num. 1. 2. vol. 1. Emanuel Suarez Receptar. Sententiar. §. testamentum, n. 13. 14. 15.* & si deficiat vna ex solemni-
156 tatibus, nullum erit † *Iason in cons. 67. volum. 3. Roland. à Valle in cons. 36. vol. 1. Menoch. de Præsumpt. lib. 4. Præsumption. 2. nu. 3. Matth. de Afflict. in dicta decis. 143. Thom. Gram. in decis. Neap. 62. num. 8.* & ità consului pro Domino Ioanne Felice Ferrono. V. I. D. *in cons.... incip. A scribendi onere cent. 2.*

TESTAMENTVM NVNCVPATIVVM
157 illud est, quod coram septem † testibus, sine scriptura, vno, & eodem tempore collectis, & adultis suum testamentum, & voluntatem nuncupauerit, & declarauerit, de quo habetur *in l. hac consultissima, §. per nuncupationem, C. de testamentis, Gloss. in l. 1. in verb. tabulas testamenti ff. Quem ad test. aper.* quod perfectissimum testamen-

tum

158 tum † iuris ciuilis appellauit Imperator *in §. fin. inſtit. de teſtamen. ordin.* de quo ſcripſere *Iul. Clar. de teſtamentis, q. 4. Alexand. in conſ. 47. incip. Abundè, col. 2 in conſ. 84. incip. viſo, vol. 2.* ante ipſos *Bartol. in l. 2. ff. de iure codicill. Emanuel Suarez receptarum ſententiarum, §. teſtamentum, nu. 13. cum duobus ſeqq. Hieronym. Treutleras diſputationum ſelectarum parte 2. diſputat. 10. Theſi. 1. Gerard. Maynar. deciſ. Tholoſ. 4. nu. 1. lib. 5.*

NOTARIVS ROGATVS an fuerit in teſtamento, vt exigitur, & ad tollendam quæſtio-
159 nem, † an præſumatur rogatus? melius eſt, quòd notarius dicat verbum rogatus, quia ei crederetur, aliàs ſi hoc non diceret, cum ſit ſolemnitas ex-
160 trinſeca, non † præſumeretur, vt voluerunt *Bartol. Angel. Imol. Alexan. Iaſ. & alij in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. Innoc. Panor. Anton. de Butr. in c. 1. de ſid. inſtr. Andr. Barbat. in conſ. 32. col. ... vol. 1. Matth. de Aſflict. in deciſ. Neap. 143. ſub num. 2. Boer. in deciſ. Burdeg. 35. nu. 7.*

NVNCVPATIVVM teſtamentum regu
161 lariter non venit appellatione teſtamẽti, ſed † tantum in ſcriptis, *l. quæ nuper, in fin. C. de inof. teſtam.*

TESTES tam in teſtamento in ſcriptis, quã
162 nuncupatiuo debent eſſe adhibiti, & † rogati, *l. hæredes palam, §. in teſtamentis, ff. de teſtamentis, l. hac conſultiſſima, in princ. C. eod. tit. Gloſſ. in §. fin. in verb. adhibitis, inſt. eod. tit. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 34. in princ. Franc. Marcus in deciſ. Delphinal. 840. nu. 6. vol. 1. Thomas Grammat. in deciſ. Neapol. 106. num. 26. Ioſephus Ludouic. in deciſ. Lucenſ. 53. num. 37. Vicecom. in Deciſ. Roman. nouiſs. 620. nu. 1. Hieron. Magon. in deciſ. Lucenſ. 32. nu. 6. Anto. Gamma in deciſ. Luſitan. 45. num. 1. in deciſ. 81. nu. 1. Iul. Clar. de teſtam. q. 6. verſ. ſecundo infertur,* & dixi *in hac Summa deciſ. tit. 6. nu. 1. 10. 2.*

MASCVLI debent eſſe teſtes in teſtamento,
163 non † autem mulieres, *l. qui teſtamento, §. mulier, ff. de teſtamentis, §. teſtes autem. inſt. de teſtam. ordi. Andr. Tiraquellus de legib. connubialib. l. 9. num. 44. 56. dixi in conſ. 37. nu. 2. centur. 1.* quod meum Conſilium retulit, ac ſequitur *Alexander Raudenſis in deciſ. Piſan. 45. num. 27. Didac. Couar. in c. cum eſſes, num. 14. de teſtam. Ioan. Dilect. Duran. de arte teſtandi, titul. 2. cautel. 2. num. 7. Didacus Spino in Speculo teſtamentor. Gloſ. 31. num. 10.* & multi alij, quos refert *Petrus Cenedo Collectan. iuris canonici, parte 2. cap. 159. ſub nume. 3. Iulius Clarus de teſtamentis, q. 55. verſicul. ſcias tamen, poſt Nicol. Bellon. in conſ. 14. num. 8. Hieron. Treutler. diſputationum ſelectar. parte 2. diſputat. 10. Theſi. 4. Thomas Grammat. in deciſ. Neap. 62. nu. 16.* de muliere dicam inferius, *nu. 202.*

IN TESTAMENTIS omnibus requiri
164 regulariter ſeptem teſtes dixi *poſt* † *Placentinum, Accurſium, Bartolum, Baldum, Salycetum, Caſtrenſem, Alexandrum, Goffredum, Hoſtienſem, Speculatorem, Butrigarium, Nepotem de Monte Albano, Schench, Nellum, Capram, Socinum, Nattam, Crauettam, Nonium, Rolandum, Portium, Bottam, Petrum Gregorium Treutlerum, & Clarum,* vt videri poſ-

ſunt, *in hac Summa deciſionum vniuerſarum totius Chriſtiani orbis, tit. 5. nu. 61. tomo 2.*

INSTITVTIONE hæredis ſi careat teſtamentum, nullum erit, nam ſine hæredis inſti-
165 tutione, † nihil in teſtamento ſcriptum valet, inquit *Modeſtinus in l. 1. in fine. ff. de vulgar. & pupillari ſubſtitutione*, quæ intelligenda ſunt, *iuxta notata in l. proxime, ff. de his, quæ in teſtamen. delen.* vbi coram Antonino Imperatore, fuit pulchra diſceptatio inter Aduocatum legatarij, & Aduoca-
166 tum † fiſci, Antonino decidente, facit etiam *text. in l. Patuleius, quæ eſt fin. ff. de hæredib. inſtit. ſed videndus eſt Bart. in l. coheredis, §. fin. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Ideo hæredis inſtitutio caput, & ſun-
167 damentum teſtamenti dicitur † ab Imperatore *in §. ante hæredis inſtitutionem, inſtit. de legatis, l. 1. ff. de hæred. inſt.* quod fuit prius dictum à Calphur-
168 nio † fiſci Aduocato *in dicta l. proxime*, voluit *Paulus in l. fin. ff. de iure codicillor. Iuſtinianus Imperator in §. in primis inſtit. de fideicommiſſ. hæreditatib.* voluit *Iul. Clar. in §. teſtamentum, q. 35. Paulus de Caſtro, & Ioan. de Imol. in l. 1. ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. hac conſultiſſima, C. de teſtament. Emanuel à Coſta in repet. c. ſi pater, parte 2. nu. 104. de teſtam. in 6.* & alios referens, *Didacus Spino in Speculo teſtamentorum, Gloſſ. 17. num. 12. 13. Ioan. Dilect. Durant. de arte teſtandi, titul. 3. cautela 1. num. 1. & titul. 4. cautel. 1. num. 1.* Et ideo ad perfectionem te-
169 ſtamenti inſtitutio † dicitur neceſſaria, vt ſcribit *Bened. Capra in conſ. 65. nume. 10. Hierony. Treutler. diſput. ſelectar. parte 2. diſputat. 10. Theſi. 4.* Hinc ſi error ſit in denominatione hæredis, teſtamentum
170 † vitiabitur, vt deducit *Dominus Seraphinus Cardinalis Oliuarius in deciſ. nouiſſima Romana 194. num. 1. vol. 2.*

INSTITVTIO eorum, qui inſtitui debẽt adeo neceſſaria eſt, vt imperfectũ quodãmodo di-
171 ceretur † puta ſi teſtamentum à patre factum ſit, filio, quem in poteſtate habeat, præterito, nullum ſit. *Vulgata l. 1. ff. de iniuſto, rupto, & irrito teſtamen.* Sed inſtitutio hæredis facta ad interrogationem
172 † alicuius perſonæ ſuſpectæ, fortè per coniunctum, vel affinem perſonæ inſtitutæ inualidam illam dixit, & teſtamentum nullum dixit *Iacobus Menoch. in conſ. 45. num. 19. 21. vol. 1.* quia tum ob affectionem quando fieret ad interrogationẽ perſonæ præfatæ ob ſuſpicionem falſitatis, tum etiam, quia eſſet à perſona priuata, quia poſſet falſitas fabricari, ideo eſſet nulla, vt dicit *Paul. de Caſtro in conſ. mihi 364. incip. viſo puncto. Rodericus Suarez in allegation. prima, num. 27. Baptiſta Villalob. opin. communi. §. teſtator, num. 67.* qui mouentur auctoritate *Gloſſ. in l. iubemus, in verb. quemadmodum, C. de teſtamen.* quam ibi ſequitur *Bald. ſub num. 6. Iul. Cla. in §. teſtamentum, q. 37. verſ. licèt Bald. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. 35. num. 5.* alios allegans *Cardin. Mantic. de coniecturis vltim. volun. lib. 2. tit. 6. nu. 10.* Quinimmo non valere omninò teſtamentum fa-
173 ctum † ad interrogationem alterius, maxime ſi eſſet ſcriptum, & legeretur coram teſtatore, & in-

terrogaretur, an hæc esset sua voluntas & diceret,
174 quod sic, nõ valere † dixit *Castrensis in l. hac consultissima, §. cum humana, num. 2. C. qui testa. facer. pos.* sequitur *Alexand. Raud. in decis. Pisan. 45. nume. 2.*
18.31. quinimmo etiam si fieret ad interrogationẽ
175 Notarij, dicit esse suspectum *Gerard.* † *Maynard. in decis. Tholos. 6. lib. 5.*

DECLARATVR tamen, ea conclusio, quòd ad interrogationem notarij, institutio hæredis valeat, procedere tantummodo in testamento nuncupatiuo, non tamen in testamento in scriptis
176 †, *vt post Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titul. de testamentis. §. imprimis,* voluit *Matth. eus de Afflict. in decis. Neapol. 143. nu. 3. Camill. Salern. in consuetud. Neap. incip. si moriatur, in addit. incip. vltra dictum, Cardinal. Mantica. de coniectur. vltimar. voluntatum, lib. 1. titul. 7. sub. num. 2. Nicol. Boer. in decis. Burdegalens. 240. nume. 5. Anton. Gabriel. commun. opin. lib. 4. titul. de testamentis, conclusion. 2. num. 6.*
Ex quo in testamento in scriptis, si interrogaretur
177 testator, si illud vellet esse suum † testamentum, & respondeat, quòd sic, illud non valebit. *Afflict. in dicta decis. Neap. 143. num. 3.* vbi dicit ità per Sacrum Consilium fuisse iudicatum, *Thorus in Compendio decis. Neap. §. testamentum in scriptis conditũ.*

TESTAMENTVM in scriptis conditum,
178 in quo non se subscripserat † testator, cum nesciret scribere, & nullus testium septem, qui se subscripserant in testamento, dixerant illud subscripsisse testatoris nomine in Audientia Regia Prouinciali Aprutij fuit iudicatum nullum, *per text. in dicta, l. hac consultissima. C. de testament. vt infra.*

DECLARATVM fuit tamen in Sacro Consilio dictum testamentum validum esse, quia testator dixerat, quòd valebat, quòd dictum testa-
179 mentum valeret † omni meliori via, ac modo, & forma, quibus valeret, ac valere posset, quia videtur illo casu testatorem non se astrinxisse, quòd vellet testari solemniter, & in scriptis, sed per testamentum nuncupatiuum, vt *ex Hostiense in Summa titul. de testam. §. qualiter conficiatur, & ex Alex. in cons. 176. vol. 5.* voluit *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 144. sub num. 2.* quibus adde *Dec. in cons. 4.* & alia allegantem *Ludou. Lanam de testamentor.*
180 *formul. cons. 1. nu. 4.* quòd dicitur ex virtute † clausulæ omni meliori modo, de qua plenè *Marius Giurba in decis. Siciliæ. 1. sub. num. 49. Ioan. Francisc. de Ponte in cons. 46. num. 24. Thorus in Compend. decis. Neap. in verb. testamentum, in scriptis, in quo nullus.*

TESTAMENTVM in scriptis, in quo iuris solemnitates deficiunt à iure statutę, an sit nul-
181 lum in totum, vel in parte † deficiente, vel valeat, vt testamentum nuncupatiuum, & an sustineatur per clausulam codicillarem, responderi, potest, quòd in totum est nullum, vt decreuisse Sacrum Consilium dicit *Cæsar Vrsillus in decis. 1. Neapol. 142. num. 4.*

BVLLA Pij Quinti Summi Pontificis prohibens facultatem testandi in illegitimos, nõ com-
182 prehendit † laicos disponentes in laicos de bonis patrimonialibus, nec etiam prohibet disponendi de feudis, & emphyteoticis bonis laicalibus facultatem, sed tantum de bonis, feudis, & emphyteusi dependentibus ab Ecclesijs, vt fuit prouisum per *Rotam die 29. octobris. 1594. vt per D. Aldobrandinum in dec. nouissima Romana. 214. per totam. vol. 2.*

PESTIS Tempore, an idem numerus septẽ testium in testamento requiratur ? controuersia hæc diuersimodè à nostris amplexa, ac prosequu-
183 ta fuit, nam Nicolaus de Matarellis † iurisconsultus antiquus Mutinensis, quem semper, aut saltim, vt plurimum sequi *solitus est Bal. in, l. fin. num. 1. C. de testament.* similiter post illum dixit, testamẽtum pestis tempore factum coram quinq; testi-
184 bus sufficere, † quam communem opinionem esse censuit *Dec. in cons. 283. num. 5. Cardinal. Paris. in cons. 32. num. 6. in cons. 33. num. 26. vol. 2. Corn. in dicta l. fin.* dicit esse magis æquam, *& Iason* dicit ibidem esse veriorem, & quòd si casus occurreret,
185 pro † illa iudicaret, quam veriorem, & receptiorem dixit *Ferdinand. Vasquius de successionum creatione, §. 22. num. 35. Francisc. Viuius commun. opin. in verb. testes septem. Andr. Barbat. in cons. 87. vol. 4. Roland. à Valle in cons. 81. num. 47. vol. 1. Iulius Clarus, in §. testamentum, q. 56. vers. & hæc quidem conclusio. Ioan. Dilect. Durant. de arte testandi titul. 2. cautel. 2. num. 2. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 25. sub num. 2. Marian. Senior in cons. 129. nume. 14. vol. 1. Nicol. Boerius in decis. Burdegal. 228. numero 11.* qui
186 dicit tanto plus procedere, vbi sæuiret † magna pestis *Marcus Anton. Peregrin. in decis. Patauin. 70. nume. 1. Francisc. Turzan. in communi opin. 45.* & secundum istam opinionem videtur loqui *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 25. sub num. 2. & in decis. 134. in princ. Francisc. Hotoman. in cons. 20. & in cons. 59.*
187 qui dicit valere testamentum tempore pestis † coram quatuor testibus, & notario, facit ad hanc opinionem *Guido Papæ in decis. Delphinal. 543. sub nu. 14.* vbi plura inducit *Iacobus Ferrerius* Doctissimus
188 Iurisconsultus, referẽs plures Decisiones pro hac opinione latas, & hanc opinionem seruatam fuisse
189 in Camera Imperiali, voluit † *Ioachim. Minsingerus in obseruatione 96. centuria prima,* & testatur *Andreas Gailus practicar. obseruationum, libro secundo obseruat. 118. numero decimo octauo,* & corroboratur ex his, quę dicit *Petrus Cened. collectaneorum iuris canonici, par. 2. collectan. 159. num. 7. & per totum,* quòd, & voluit, *Emanuel Suarez. in Thesaur. receptar. sententiarum, §. testamentum, num. 34. Anton. Gabriel. commun. opinionum, lib. 4. titul. de testamentis, conclus. 8. Michael. Crass. in tract. succes. titul. de testamentis q. 50. nu. 5. Nicolaus Reusnerus in decis. Ienens. 8. nu. 1. lib. 1. Gerard. Maynard. in decis. Tholos. 16. lib. 5.*

Contrariam verò sententiam, quod nec testamentum, quod fieret tempore pestis valeat cum testibus quinque, sed quòd etiam illud cum numero
190 septem † testium requiratur, & hanc opinionem tenuisse *Angel & Ias. in l. fin. nu. 4. C. de testament.*

quam

quam ſequitur *Alexand. in conſ.70. nu.16. in conſ. 177. num.8. vol.2.* quem ſequitur *Ripa in tract.de Peſte,de Priuilegijs vltimarum voluntatum, num.7. Corn.in conſ.68. vol.1. Rubeus Alexandrin. in conſ. 165.nu.1.Bartholom.Socin.in conſ.85.num.6.vol.4. Stepha.Bertrand.in conſ.212.nu.3.vol.1.in conſ.233. n.8.vol.2.* & videtur de mente *Afflict. in deciſ.Neapolit.25. nu.2. & in deciſ.134. in princip. Nicol.Boer. in deciſ.Burdegal.228. ſub num.10.* ex ſupradictis in-
191 ducens exemplum Dominæ Aquiliæ † vxoris Domini Signoroli de Homodeis iuriſconſulti Præclari Mediolanenſis, quæ tempore peſtis vt faceret teſtamentum validum cum ſeptem teſtibus, fecit ſe portari in via, vt poſſet illud adimplere. *Cardin.Puteus in deciſ.372.lib.2.Iul.Clarus in §.teſtamentum, q.56.Andr.Barbat.in conſ.58.vol.1. Carol.Ruinus in conſ.120.colum.3. vol.5. Nicol.Bellon. in conſ.1 verſ. quarto quæri poteſt. Michael Cifuentes in l.Tauri 3. nu.4.ibidem Anton.Gomez,nu.48.* ſequitur *Hieron. Ceuallos commun. opin. commun. contra commun. qu. 390.*

TESTAMENTVM Nuncupatiuum ſine
192 Notario factum coram teſtibus tempore peſtis, † & ſi teſtes probauerint teſtatricis intentionem, nullum tamen habitum fuit, & idcirco hæreditas ad ſucceſſores ab inteſtato delata fuit. *Annæus Robertos rerum iudicatarum, libr.2. cap.20. in Ampliſſimo Pariſienſi Senatu.*

HÆC vltima opinio ſuſtentabilior in iure videtur, tamen prima eſt & humanior, & peſtis tempore, & cõſideratione æquior, maximè ex eo, quod nunc referam.

RVRI Teſtamentum à Ruſticano fieri poteſt
193 coram quinque teſtibus ex cauſis à Iuſtiniano † traditis *in l.fin.C.de Teſtam.Bartol.in l.conficiuntur, ff.de iure codicillor. Guillelm. Benedict. in Repetit. c. Raynutius, in verb.teſtamentum, il 1. num.12. extr. de teſtament. idem Bartol. in dicta l.fin. numero 1. Alexand. ſub numero 8. Iulius Clarus, in dicto §. teſtamentum, quæſt.56. verſic. ſed quid in teſtamentis conditis. Iaſon in dicta l.fin. ſub numero 2. verſicul.quarto extende. Ferdinand.Vaſqui. de ſucceſſion. creation. §.22. numero 29. Tellius Ferdinandez in l. Tauri 3.num.5. Benedict. Capra in conſ.75.num.5.* ante omnes iſtos *Placentinus in Summa Codicis, lib. 6.titul.23.col.2.verſ.excipitur teſtamentum ruſtici,* ſequitur *Azo in ſumma Codicis,lib.6. titul.24. col.3. verſ.eſt autem Regulare.* ſequuntur *Matth.Afflict.in deciſ.Neapol.25.ſub nu.2. Nicol.Boer.in deciſ.Burdegal.228.nu.5.7.10. Gomeſius Leo in deciſ.55. Petrus Royzius in deciſ.Lituanica 2.num.30. Nicolaus Reuſnerus in deciſ Ienenſi 8. nu.26.lib.1. Anton.Faber,in Codice Fabrian. lib.6. titul.5. definition.26. num.1. vol.2.* Hos, & aliquos alios commemoraui de quo nõ recordatus. *in hac Summa Deciſionum Vniuerſar. titul.5.nu.60.vol.2. Hieronym.Treutlerus Diſputationum Selectar. parte 2. diſputat.10. Theſi 6. Michael Craſſus in tract.at. ſucceſſ. §. teſtamentum, quæſt.54. numero 6. Didacus Spino in Specul. Teſtamentum in Gloſſa Rubr. parte 3. numero 4. Ioan. Dilect. Durant. de arte Teſtandi, titul.2.cautel.5.nu.1. Polydorus Ripa de actis in Articulo mortis, cap.62. nu.14. Renatus Choppinus, de Priuilegijs Ruſticorum lib.1. parte 2. cap.2.in princip. Marc.Mantua in conſ.25. vol.1. & in Dialog.de narrat. Claſſe 15.cap.19.nu.1.5.*

DECLARA dictam concluſionem procedere, vt dictum priuilegium conceſſum intelligatur
194 duobus currentibus ratione perſonæ † quòd ſit ruſticus, & ratione loci, quòd teſtamentum ſit factum ruri, & non in ciuitate, quia ideo Ruri teſtanti hoc conceditur, quum ibi non habeatur literatorum virorum copia, *vt poſt Petrum de Anchar.in c.canonum ſtatuta, q.13.verſ.ſed iuxta prædicta quæro de conſtit.* voluit *Nicol.Boer. in dicta deciſ.Burdeg.228. ſub nu. 10. & Iulius Clarus, in dicto §.teſtamentum, quæſt.56. verſ.ſed quid in teſtamentis conditis & Michael Craſſus in dicta, q.54.nu.6.*

DECLARA Secundò ſupradictam concluſionem non ſolum procedere in teſtamento nuncupatiuo, ſed etiam in teſtamento in ſcriptis, vt ſuffi-
195 ciant quinque, vt dicit † *Didacus Spino in dicto Specul.Teſtamentorum in gloſſ.Rubric.parte 3. nu.4.* dicit, tamen hos teſtes eſſe debere omni exceptio-
196 ne † maiores, ſcilicet non fœminas, † non impu-
197 beres, non fortuitos, ſed vicinos eiuſdem loci, non filios, nõ hæredes, ſed quòd reliqua de iure requiſita ſeruentur, quia ſi diſpenſantur in numero, & ſic
198 in teſtium numero, non diſpenſantur in reliquis † à iure requiſitis. Hæc dicit allegans *Alex.in conſ.70. vol.2. & Iaſonem in dicta l.fin.*

Ego hanc declarationem amplector, quia credo, & arbitror Iuſtinianum conceſſiſſe priuilegium
199 iſtud quinque teſtium † perſonis Ruſticis quoad teſtamentum nuncupatiuum tantum, non autem teſtamentum in ſcriptis, cum conſiderari debeat, quòd Imperator in *dicta l.fin.* conceſſit hoc priuilegium quinque teſtium, ob deficientiam virorum literatorum, quaſi velit concedere, vt poſſint adhiberi teſtes literis carentes, ob loci ruralis defectum, & tamen in teſtamento in ſcriptis adhibetur ſolemnitas vt ſcribant per ſeipſos, & ſigillent teſtes, quòd vix fieri poſſet, & videtur contra mentem Imperatoris in *dicta l.fin.* Bonum eſſet quod dicit idem
200 *Spino*, ſi poſsẽt haberi teſtes omni exceptione † maiores, quando in loco rurali cum difficultate ruſticani procurari, & inueniri valent.

TESTAMENTVM Patris inter liberos, in quo ipſi liberi inſtituti ſunt, & ſi imperfectum ſit, ſuſtinetur, puta, quòd in eo interuenerint ſolemni-
201 tates † de iure ciuili requiſitæ, vt ſeptem teſtes, & alia requiſita de iure, & ſufficerent duo teſtes *vt in l.hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto, C.de Teſtam. Gloſſ.in auct. Quod ſine, C.eod.titul.* & hoc procedit in teſtamento imperfecto ratione ſolemnitatis, non autem imperfecto ratione voluntatis, *arg.l.Filij patris 16. C.Famil.herciſcund. & Alexand. in conſ.76. num.14. & in conſ.105. vol.3. Marian. Socin. Iunior in conſ.142.nu.30.31.vol.2.Iul.Clar.in §.teſtamentum, qu.8. verſ.Hinc infertur. Franciſc. Vivius opin. communium lib.1. opin.410. Ioan.Cephal. in conſ 99. nu.1.*

num.1. vol.1. Ias.in cons.17. & in cons.155. incip.in causa,& lite,volum.2. Hierony.Grat.in cons.90. num.3. volum.2. Emanuel Suarez Receptarum Sententiar. §.testamentum, num.47. Angel. Alex. Iason Curt.& alij in dicto §.ex imperfecto Andr.Tiraquell. in tract. de Priuilegijs pia causa.Priuileg.7.Carol.Ruin.in cõs.157.nu.1.vol.5. Nicol.Boer.in decis.Burdegal.93.nu.10. Anton.Gabriel, commun.opin. lib.4. titul.de testam.conclus.9. Ioan.Dilect.Durant. de arte testandi, titul.2. Cautela 11. num.6. Marcus Mantua Dialogo De narrat.Class.19.cap.35.num.6.7. Andr.Gail Practic.obseruat.lib.2.obseruat.112. num.10. Hieronym. Treutler. disputat.Selectar. par.2. disput.10. Thesi 6. Michael Crass. de succes. §. testamentum, q.12.nu.1. Stephan.Gratian.in decision.March.decis.112.

AMPLIA ideirco etiam fœminam testem ef-
202 se posse in testamento patris inter liberos † *Gloss. in Auct. Quòd sine C.de testament.vt post Decium in l.2.n.31.ff.de Regul.iur.Natta in dicto, §.ex imperfecto,nu.166.Ripa in tract.de Peste, de priuileg. vltim. volunt.num.24.Gratus in cons.90.nu.3.* voluit *Iulius Clarus in dicto,§. testamentum, q.8. vers.secundo infertur.Ioan. Dilect. Durant. de Arte testandi titul.2. cautel.2.num.9.Andr.Tiraquell.de legibus connubialibus,l...Gloss...num.59.Francisc.Niconit.in Rubr.de testam.sub num.24.Michael.Crass.de successionibus,§. testam.q.11.nu.5.*

LIMITA dispositionem dicti,§.*ex imperfecto*, non procedere in testamento inter liberos,in quo fi-
203 lius est præteritus, quia non valebit, † vt voluit *Gloss.in l si filius 7.in verb.Rumpitur.& ibi Doctores, ff.de lib.& posthum.*etiam si in testamento essent aliqui filij, & aliquis præteritus, aut saltim inæquali-
204 ter institutus,quia licèt sit inter † liberos erit inualidum,*arg.l.vt liberis C.de collat.*& voluit in specie *Decius in cons.105.incip.diligenter consideratis,nu.6. & in cons.361.incipien.Omissa col.2.Ioan.Dilect.Durant.de Arte testandi tit.3.cautel.1.num.8.* & fuit opinio *Specul.in tit.de Instrumentor.edit.§.compendiosà,col.11. vers.Quid si pater habens tres filios,*quem sequitur *Ludou.Roman.in cons.179.incip. Amplissime Doctor.col.5.vers.secundo,quòd,& posito,& in consil.385.col.1.vers.secundo principaliter.Barthol.Socin.in cons.5.num.10.vers.primo quia,vol.3.Nicol.Boerius in decis.Burdegal.240.num.7. vsq; ad num.10.* qui re-
205 fert opiniones † discordantes, & conatur illas concordare.

LIMITA conclusionem, quoad numerum testium requisitorum in testamentis de iure ciuili, non procedere de iure canonico, quia illo iure testamentum cum duobus testibns, & parrocho fir-
206 matum † validum est, *vt in text. vulgato,cap.cum esses,de Testam.c.relatum, eod.titul. Federicus de Senis in cons.207. Abb.Panor.in dicto c.cum esset,in lectura,& in Repetit.Alex.in consil.131. num.2.vol.7. Corn.in cons.55.num.1.vol.4.Dec.in cons.283.num.6. Andr.Tiraquell.de priuileg.piæ causæ,in princ. Dominic.de Soto de Iust.& iure,lib.4.q.5. Articul.3.col. penult. Iul.Clar. de Testam.q.57.nu.1, Guido Papæ in decis.Delphinal.543.nu.11. Nicol.Boer.in decis. Burdegal.93.nu.2.Benedict.Capra in cons.43.nu.3.& in cons.75.num.4.in cons.144. nu.9.* & hoc in pleriſq;
207 testamentis in locis Galliæ obseruari † præsertim Tholosæ,scribit *Gerardus Maynardus in decis.Tholosæ.5.nu.1.2.lib.5.Matthias Colerus in decis. German.35.num.3.Francisc.Turzan.in commun. opinion.44. Cardinal.Puteus in decis.97.in fin.lib.2.*

SVBLIMITA Primò, dummodo non sit a-
208 lius presbiter, sed proprius † Parrochus, vt dicit *Petrus Magdalen. in tractatu de numero testium, par.2.cap.8.nu.5.Renatus Choppin.de Sacra Forensi Politia,lib.3.tit.1.num-13.*sic etiam si non sit parrochus;
209 sed sit sacerdos, cui loco parrochi, fuisset † commissa generalis omnium sacramentorum cura, vt voluit *Corn.in cons.18.Incip. Principale dubium,col. fin.vers.ponderandum,vol.2.arg.l.si prætor.ff.de offic. eius cui mandat. est iurisdict.* & sequitur *Ioan.Dilect. Durant.in tract.de Arte testand.titul.2. Cautel.2. sub nume. 2.* de proprio Parocho loquitur *Guido Papæ in decis.Delphin.543.nu.11.*

PAROCHO non existente,sufficientes erunt
210 duo alij testes loco parochiani, & sic erunt † quatuor, & validum erit testamẽtum, ac si esset factum coram parocchiano, & duobus testibus, pro qua opinione fuit *Specul. in titul.de Instrumentorum editione,§.compendiosè,sub numero 12. Alexand. in consil.105.nume.15.vol.4. Deci.in cons.284.nume.8.* vbi dicit esse communem opinionem *Stephan.Bertran. in cons.45.num.6.vol.3.part.2.Cardin.Paris.in cons. 31.num.15.vol.3. Nic. Bellon.in cons.14. sub nume.3.* quos sequitur *Iul.Clar.in §. Testamentum, q.57.nu. 3. vers.sed pone aliquis. Ioan. Dilect.Durant.de Arte testand.tit.2.Cautel.2.num.3.Nic.Boer.in decis.Burdegal.93.num.4.in fin.* & plures allegans *Petrus Cenedo Collectan.iuris canonici par.2.collect.159.nu.2. vers. Et quando.*

INTELLIGE, vt testamentum factum secundum dispositionem dicti, *c. cum esses* cum Parrocho, & duobus testibus non procedat, nisi infirmus, qui eo modo testamentum condiderit, fuisset
211 adeo grauatus † infirmitate,quòd esset in extremis vitæ terminis, ità dicit, & concludit *Guido Papæ in dicta decis.Delphil.543.nu.11.*

INTELLIGE secundò dispositionem *dicti c.cum esses*, procedere in terris summo Pontifici, &
212 Ecclesiæ † Romanæ subditis, in alijs secus; quia seruabuntur in testamentis solemnitates à Iure ciuili traditæ *in dicta,l.Hac consultissima,* in terris Ec-
213 clesiæ, & summi Pontificis † tenuerunt *Ioan. Andreas, & omnes Canonistæ in dicto c. cum esses. Alex. in cons.47.num.2.in cons.146.num.6.vol.2. Corn.in cons.18.vol.2.Cardinal.Parisius in cons.51.num.13. vol.3.Nicol. Bellonus in cons.14.num.3.Francisc.Turzan. in commun.opin.44. Ioan. Dilect. Durant.de arte testandi,titul.2. cautel.2. nu.2. Iulius Clarus in §.testamentum, q.57. vers.quæ quidem conclusio Carolus Ruin.in cons.51.nu.11.vol.1.Benedict.Capra in tract. Regularum,cap.104.num.3.* magis communem opinionem tenuit *Roland.à Valle in cons.31.nu.41. vol. 3.Ioan.Cephal. in cons.32.nu.4. vol.1. Michael Crass.*

in

de ſucceſſione, §. *teſtamentum*, *q.* 56. *num.* 2. *Matthias Colerus in deciſ. German.* 35. *nu.* 3. *Benedict. Cephal. in conſ.* 43. *nume.* 3. *in conſ.* 75. *nume.* 4. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 93. *nu.* 2.

SVBINTELLIGE in terris imperij, & in pa-
214 gis obſeruari ſimiliter, vt admittatur † teſtamenti; qualitas, vt in ſtatu pontificio ſecundum diſpoſitionem, & formam *d. cap. cum* vt ſcribit *Matthias Colerus in deciſ. Germaniæ* 35. *nu.* 4. 5. 6. 7.

SVBINTELLIGE ſecundò in terris Ec-
215 cleſiæ locum habere in cauſis † Eccleſiaſticis, & & profanis, vt dicit *Carolus Ruinus in conſ.* 14. *nu.* 4. *vol.* 2. quem refert, & ſequitur *Iulius Clarus, in* §. *te-*
216 *ſtamentum*, *q.* 57. *in princip.* † & ſi non eſſet ad pias cauſas *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 93. *nu.* 2.

EBRIO TESTAMENTVM condere
217 vix permittendum eſſe voluit *Didacus Spino* † *in ſpeculo teſtamentorum in Gloſſ. Rubricæ* 11. *nu.* 12. 13. iſtud tamen ebrioſis, & vino nimis deditis, ac Temulentis locum ſibi vendicare dixit, illos furioſis
218 † æquiparare non dubitauit. Noe autem ſecun-
219 dus pater noſter, † qui primus vineam plantauit, vinum bibit, & inebriatus eſt, & cum in tabernaculo ſuo eſſet nudatus, & verenda patris vidiſſet Cham filius, & fratribus ea reuelaſſet, ma-
220 ledictione † affectus, vt eſſet ille ſeruus ſeruorum fratris, vt dictum eſt *Geneſis*, *cap.* 9. Loth à filia-
221 bus inebriatus, cum eoſdem ſe miſcuerunt † vt habetur *Geneſ. cap.* 19. vnde *Apoſtolus Paulus cap.* 5.
222 dixit, Nolite inebriari vino, in quo eſt † luxuria, *& 1. Timoth. cap.* 3. *& ad totum, cap.* 1. deſiderat, E-
223 piſcopum † non vinolentum, *& idem Paulus* 1. *Corinth. cap.* 10. ſedit (inquit) populus, manducare,
224 & libere, † & ſurrexerũt ludere. Hinc illud *Terentij. ſine Cerere, & Baccho, friget venus & illud Poetæ Vina parant animos Veneri.*

PRO parte validum eſſe poſſe teſtamentum,
225 & pro parte inualidum, nulli dubium, † ſed iſtud ſanè intelligẽdum erit, vt id non per Tabellionem, & notariũm fieri valeat, ſed interueniente iudicis ſententia, & ideo à principio id fieri nequit, *l. Nam & ſi parentibus*, § *fin. ff. de inofficioſ. teſtament.* voluit *Bald. in l.* 1. *C. de ſacroſ. eccleſ.* vnde ex poſt facto per
226 ſententiam † permittitur, *idem Bald. in dicta, l. Nam, & ſi parentibus, & in l. cum duobus C. de Inofficioſ. teſtam.* & ità decreuit ordo ampliſſimus Senatus Neapolitani, vt eſt *apud Matth. de Afflictis in deciſ. Neapol.* 69. *nu.* 8. 9. quia probauit teſtamentũ
227 † illius Dominæ, quæ inſtituerat hæredem patre, quo verò ad legatum domus Scipioni marito factum, blanditijs, & dolo dicti viri, fuit nullum declaratum, cum cætera legata facta fuiſſent monaſterio Sancti Dominici, & valida declarata. *Thorus in compendio deciſ. Neapol* §. *teſtamentum an pro parte. Vince. Carrot. in caſu* 39. *Carol. de Graſſis. in tract. exceptionum, except.* 22. *num.* 26.

228 EXECVTIO Teſtamenti à teſtatore † ordinata, ſeruanda eſt, *c. iuxta nos, de teſtamentis, ibi, ſecundum voluntatem defuncti, omnia peragantur, c. nos quidem eod. titul.* vbi dicitur, cuncta ſecundum voluntatem defuncti ſine altercatione conſtituere *vnde D. Gregorius in c. admonere* 16. *q.* 1. Admonere te volumus, ne pię defunctorum voluntates tua, quod abſit, remiſſione cauſentur. Sic Imperator *l. Nulli, C. de Epiſcop. & Cleric. & in l. ambiguitates, in fin. C. de Teſtament.* inquit, nulli licentiam concedimus
229 per eam occaſionem teſtatoris † voluntatem ſubuertere, vel minuere, quæ latius proſequuntur *per Specul. in titul. de inſtrumen. edit.* §. *nunc verò aliqua*, §. *notandum quoque Ioan. Iacob. de Canibus in tract. de exeq. teſtament. parte* 2. §. *conſentaneum, Gulielm. Benedict. in Rep. c. Raynutius, in verbo ſi abſque liberis, num.* 219. *extr. de teſtament. Ferd. Vaſqu. de ſucceſſ. creation.* §. 21. *nu.* 170. *Martinus Nauar. in ſumma confeſſarior. cap.* 25. *n.* 65. *Michael Cifuentes in l. tauri* 31. *Franciſc. Sarmientus, l.* 8. *Burgos de Paz in l. tauri* 3. *num.* 953. *concluſ.* 7. Notandum tamen eſt peccare hos executores teſtamentorum, qui voluntatem
230 † teſtatorum exequi dilatant, & vocantur necatores gentium. *Angel. de Clauaſio in verb. executor, num.* 23. *Ioan. Lopez de Palatios Rubios in Rep. c. per veſtras, de Donat. inter vir. & vxor.* §. 65. *num.* 28. vbi dicit, ob moram, quam facit executor, retardando excutionem teſtamenti, in purgatorio puniri teſtatorem.

CONTRARIVM *D. Thomas de Aquino,*
231 *Quolibeto*, 3. *artitul.* 13. quod † & tenuit *Syluester de Prierio in ſumma.* §. *teſtamentum. il.* 2. *q.* 9. *Soto* 4. *ſent. diſtinction.* 45. *articul.* 2. *artic.* 3.

EXECVTORES Si plures ſint in teſta-
232 mento dati, vnus abſq; alio, exequi non † poterit, niſi altero mortuo, aut ſi habitet in loco longinquo in remotis partibus à loco patriæ teſtatoris, vel deputato ad exequendum, vel ſe intromittere nolit, *cap. religioſus.* §. *fin. de teſtam. in* 6. quia eo caſu procedet ſocius ſine illo, vt voluit *Gloſſ. in dicto* §. *fin. in verb. In remotis, &* voluit *Deci. in c. prudentiam, in princip. num.* 16. *de offic. deleg. Iaſon. in conſ.* 110. *in fin. vol.* 1. Sed huic malo poſſet teſtator
233 obuiare † declarando executores in ſolidum, vt ſic procedere poſſit vnus illorum, vt poſt *Specul. & alios* voluit *Ioan. Dilectus Durant. de arte teſtandi titul.* 7. *cautel* 8. *num.* 2. vide *Curti. Iun. in conſ.* 66. *nu.* 7. *Emanuel Suarez in Theſaur. receptarũ ſenten.* §. *executio. num.* 702.

EXECVTORIBVS Teſtamenti negligentibus diſpoſita à teſtatore exequi intra annum
234 poſt monitionem à † iudice factam deuoluitur ad ſubſtitutos, & alios, vt habetur *in Auct. de hæred. & falcid.* §. *ſi quis autem non implens, & in Auth. hoc amplius C. de fideicommiſſ. & in* §. *ſi quis ædificatione, Auct. de Eccleſ. titul.* voluit *Petrus de Anchar. in conſ.* 45. verum tamen poteſtatem exequendi, in caſu
235 negligentiæ † executoris teſtamentarij deuolui ad Epiſcopum, notatur *in cap. nos quidem ext. de teſtam.* quam ob rem (inquit) te hortamur, vt eam commoneas, quatenus intra annum, monaſterium, quod iuſſum eſt, debeat ordinare, & cuncta ſecundum voluntatem defuncti, ſine altercatione conſtituere; ſequitur Pontifex, ſic enim ſecundum

puriſ-

236 pijssimas leges, dilatas, defunctorum † pias voluntates, decens est studio adimplere, *& in c. si hæredes, eod. titul.* dicitur, si hæredes iusta testatorum, non adimpleuerint, ab Episcopo loci illius, omnis
237 res, quæ eis relicta est, † canonicè interdicatur, cũ fructibus, & cæteris emolumentis, vt vota defunctorum adimpleantur, eodem modo habetur *in c. tua nobis, & in c. Ioannes, eod. titul. de testam.* & no-
238 uissimè habetur *ex Consilio Tridẽtino sess. 22.* † *de reformat. c. Episcopi, Capell. Tholosan. in decis. 78. incip. item fuit quæsitum, an potestas*, adde *Renatum Choppin. de Sacra Politia Forensi. lib. secundo titul. 5. numero 18.*

NOTANDA sunt plura ad materiam exe-
239 cutorum testamentariorum, nam † regulariter executores testamentorum agere non possunt contra hęreditarios debitores, nec contra hęredes cum sint tamquam ministri, *l. Lucius Titius*, 78. §. *Mæuia. ff. ad senat. consult. Trebell.* & vbi agere potest, procuratorem constituere non potest ante litem contestatam, *l. neq. C. de Procur. Gloss. notab. in dicto §. Mæuia, in verbo posse.*

DECLARA, ET NOTA secus esse in
240 exequntoribus testamentarijs relictis ad pias † causas, qui sunt à testatore designati, quia ipsi agere poterunt, vel ipsis à testatore non designatis, aget Episcopus, vt statuit Leo Imperator *in l. nulli, in §. & si quidem testator. §. sin autem. C. de Episcop. & cler. Gloss. ibi. & in dicta l. Lucius. §. Mæuia in verb. non posse. ff. Ad Trebell. per Bald. in l. id quod pauperibus q. 4. q. 6. de Episcop. & cleric. Alex. in cõs. 99. incip. viso in fin. vol. 2.* quas sequitur *Ioan. Dilectus de Arte testan. titul. 7. caut. 9. num. 1.*

DECLARA, ET NOTA secundò, quòd
241 poterit executor agere, & procuratorem † constituere, si constitutione executoria sibi à testatore facta, aliquod commodi sibi in hæreditate statutam fuerit, & habiturus sit, non vt minister, *l. si quis Titio 17. in princip. ff. de legat. 2. vbi optima gloss. & text. notab. in l. pater filium 36. §. Tusculanus, ff. de leg. 3. l. codicillis 91. in princip. ff. legat. 2. Gloss. in l. Lucius Titius, §. Mœuia, ff. de leg. 3.*

DECLARA, & Nota tertiò, quod executor
242 testamentarius, non transfert dominium † rei, quã vendit nisi præsenti pecunia vendat, *vt ex Iasone in l. A Diuo Pio, §. sed si emptor, nume. 8. ff. de re iudicat.* quem sequitur *Emanuel, Suarez in Thesauro receptar. §. Executio, nu. 202. Baptista Villalob. commun. opin. §. executio, num. 129.*

DECLARA QVARTO executorem te-
243 stamenti, cogi non posse ad cauendum de † exequendo, *vt ex Pyrro Anglebermeo in consuetudin. Aurelian. tit. de execution. instrum. cap. 17. Baptist. Villalob. opin. commun. §. executio, nu. 131. Suarez in Thesaur. Receptar. sent. §. executio, num. 200.*

DECLARA QVINTO, neminem cogi
244 posse suscipere executionis testamentariæ officium, *vt in c. Ioannes, ibi post susceptum mandatum extr. de testam.* quod intelligitur, ante susceptum onus,
245 quia † onere suscepto, saltim si non vti executor, tenebitur tamen, vt delegatus, & commissarius, *vt per Specul. in tit. de Instrument. editio, §. nunc verò aliqua*, quem refert, & sequitur *Renatus Choppin. De Sacra Forensi Politia, lib. 2. titul. 5. sub numero 18. in margin.*

DISPONENDI ad vsus pios pater poterit
246 filio licentiã dare, † vt voluit *Rota, in Antiquis, in decis. 246.*

SCRIPTVRA manu testatoris sine testibus
247 inter liberos facta † valet *auct. Quod sine C. de testam.* vt dicit *Iacob. Tomingus in decis. Germaniæ 4. num. 1. 6.* Quod ampliat procedere etiam in legatis
248 † pijs, *nu. 3.* valebit tamen quoad legata pia cum duobus testibus, *vt ibi, num. 4.* qui dicant per com-
249 parationem literarum esse scriptam † manu testatoris, *vt per Alex. in cons. 114. vol. 7. Marc. Anton. Peregrin. in cons. 66. n. 3. vol. 1.* sed vide quod dicam infra *vers. sed cautius erit, nu. 253.*

LIMITA non procedere in legatis factis ex-
250 traneis, vt dicit † *idem Tomingus, in dicta decis. 4.*
251 *numero secundo 7. 10. in fin.* quia testamentum † etiam ad pias causas desiderat saltim duos testes, vt ibi.

TESTAMENTVM factũ, & subscriptum
252 manu testatoris ad pias † causas, validum esse dicit *Franciscus Cantuccius in decis. Roman. 74. per totam, in Romana nouissima, vol. 2.*

SED cautius erit ad illud, quod supra dixi,
253 quod si est scriptura, vel cedula scripta manu † testatoris, vt duo testes deponant, eam scriptam fuisse ipsis præsentibus, vt dicit *Alex. in cons. 123. nu. 3. vol. 1. & in cons. 76. num. 3. vol. 3. Marc. Ant. Peregri. in dicto cons. 61. num. 2. vol. 1. Gerard. Maynard. in decis. Tholosan. 15. num. 9. lib. 5.*

REGVLARITER enim in testamento in-
254 ter liberos † omittuntur solemnitates, vt voluit *Ias. in auct. Nouissima, nu. 16. C. de Inoffic. testam. Ioan. de Amicis in cons. 39. nume. 1. Ant. Gabriel. commun. opin. tit. de Testam. concl. 6. Cardin. Puteus in decis. 97. lib. 3. Ioan. Cephal. in cons. 172. nu. 10. vol. 1. Menoch. de presumpt. lib. 4. præsumpt. 7.*

DECREPITA quædam, multa fecit testa-
menta, & dispositiones diuerso modo factas, ex quibus potius delirium, & inconstãtia arguebatur;
255 ex integro † nulla declarata fuerunt, & dictum, quòd succederetur ab intestato per Amplissimum
256 Ordinem † Senatus Tholosani, de quo per *Gerardum Maynardum, in dec. Tholos. 7. in fin. lib. 3.*

TESTAMENTVM cum clausula codi-
257 cillari sustineri in vim codicilli, voluit † *Iulius Oradinus in decis. nouissima Roman. 4. nu. 1. vol. 1.*

TESTAMENTI, & scripturæ publicatio,
258 ex temporis antiquitate facta præsumitur † *Rubeus in decis. nouiss. Romana 30. num. 7. vol. 1.* maxime post annos octoginta, vt dicit *Iul. Oradinus in decis. 4. vol. 1.*

TESTAMENTVM primum reuocatur
259 † per secundum, maxime si est testamentum in scriptis vel nuncupatiuum, cum eorum solemnitatibus, & requisitis. *§. posteriore, Inst. quibus mod. testa-*

260 *Ita menta infirmentur*, voluntas teſtatori † ambulatoria eſt vſq; ad mortem, *l. cum hic ſtatus. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. quod ſi iterum. ff. de adimen. leg. l. 1. C. de Sacros, Eccleſ.* mutatione enim vo
261 luntatis à primo ad aliud mutatum † dicitur teſtamentum, *l. hæredes palam. §. ſiquid poſt factum. ff. de teſtament. l. ſi quis poſthumos. 9. in princip. ff. de lib. & poſthum l. 1. in fin. ff. de iniuſt. rupt. & irrito teſta. l. 2. l. 3. §. ſed, & ſi ſtante, l. ſi bene, & l. poſthumus. 12. §. fin ff. eod. titul.* & proximis diebus in hac Magna Curia Vicariæ fuit agitata cauſa ſolemnis, cuius ego fui Iudex, quæ ita narratur.

STEPHANVS Scarpatus die vltimo Octobris præſentis annis 1626. candidit ſuum teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit Eccleſiam omnium Sanctorum huius Vrbis Neapolis, die vero ſequenti, qui erat primus menſis Nouembris, idem teſtator condidit aliud teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit Altauillam Roſam eius materteram, quam ziam vulgariter dicunt, quæ in hac Magna Curia, & coram me, inſtabat ipſam informatione præambula præcedente declarari ex teſtamento hæredem vniuerſalem dicti Stephani, cui ſe oppoſuerunt gubernatores, & procuratores dictæ eccleſia, prętendentes, quòd dicta hæreditas ex dicto primo teſtamento debeatur eidem Eccleſiæ in dicto primo teſtamẽto inſtitutæ, cum ſimus in eccleſiæ, & ſic ex cauſa pia
262 primo loco inſtituta & non ſufficere generalem † reuocationem, ex dictis *Guidonis Papæ, in deciſ. Delphinal. 400. num. 5. Cæſaris Vrſilli ad Matth. de Afflict. in deciſ. 11. nu. 11. Andr. Tiraquell. in tract. de priuileg. præcauſæ priuilegio. 19. Cardinalis Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 12. tit. 2. nu. 24.* quia ſpecialiter teſtamentum ad pias cauſas debet ſpe-
263 cialiter † reuocari. Hinc ſequitur teſtamentũ inter liberos factum per generalem reuocationem in ſecundo teſtamento factam, in quo inſtituti ſint extranei, non cenſetur reuocatum, *iuxta text. in Auth. hoc inter liberos, C. de teſtam.* latè *Nicol. Boer. in deciſ. Burdeg. 240. Mantica, de coniectur. vltimar. voluntatum, lib. 6. tit. 2. n. 25. Iul. Clarus, in §. teſtamentum, q. 5. q. 8. Borgnin. Caualcan. in deciſ. Fiuizan. 27 n. 66. p. 1.* plures allegãs *Frãciſc. Viuius in deciſ. 290. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 66. n. 62.*

Et iſtud priuilegium teſtamenti inter liberos, nõ cenſeri reuocatum per clauſulam generalem, ſed requiri ſpecialem, aliàs primum non cenſeri reuo-
264 catum, fuiſſe communicatum teſtamento † in cauſam piam, primo loco factum per clauſulam generalem, voluit *Oldrad. in conſil. 117. Barthol. Socin. in conſ. 229. nu. 11. vol. 2. Alexand. in conſ. 105. nu. 2. vol. 4. Aym. Crauett. in conſ. 23.* alios allegans *Laurẽtius de Pinu, in conſ. 24. & Ioſephus Maſcard. de probationib. concluſione 1176. nu. 30. Gerardus Maynard. in deciſ. Tholoſ. 21. lib. 5.*

De dicto inſuper ſecundo teſtamento nullã haberi debere rationem, ex quo factum fuit Blanditijs, & ſuggeſtionibus eiuſdem Altauillæ, ac per doloſas, & fraudolẽtas inſtigationes ipſius dictum Stephanum ad domum ſuam aſportari faciendo, & ibidem fieri faciendo dictum vltimum teſtamẽtum, per ea, quæ ſcribit *Iaſon in conſil. 141. volum. 4.*
265 quod primum non cenſeatur ſublatum, † quem ſequitur *Ioan. Baptiſta Plotus in volumine primo conſiliorum vltimæ voluntatis, conſ. 168. incip. Ieſus Rex æternæ gloriæ, nu. 52. 53.* Tanto plus, quia dicta Altauilla matertera eiuſdem Stephani erant inimici inuicem eo tempore. Vndè eſt conſiderãdum quod non debet præſumi, quòd idem teſtator cum odio haberet eãdem ſuam materteram, tam breui tempore, voluiſſet à teſtamento facto ad eccleſiæ fauorem, per aliud ſic ſuggeſtum, & per dolum ſuccedere, in qua opinione in ſcriptis pro primo teſtamento erant ſolemnes Aduocati Neapolitani, & & videtur quod coactè teſtamentum vltimum ſa-
266 ctum fuerit, & contra ipſius teſtatoris † voluntatem, & nullum ſit, vt dixit *Paulus de Caſtro, in l. ex facto, ff. de vulgari, & pupillar. ſubſt. Dominic. de Soto lib. 4. diſtinct. 15. ex dicto Ariſtotelis lib. 3. Ethicorũ.*
267 Ignorantia, & aliqualis † coactio excludit voluntatem, tenuit *Ioann. Lopez de Palatios Rubios de donat. inter virum, & vxorem, in rubr. §. 8. nu. 14.*

Contraria ſententia videtur verior iſto caſo, nẽ-
268 pe vltimum teſtamentum † validum eſſe, in quo dicta Altauilla fuit vniuerſalis hęres inſtituta, maximè quia vltimum in ſcriptis fuit cum omnibus ſolemnitatibus optimè conditnm, præſertim cum habeat clauſulam caſſan, & irritãs, & cęt. quo ſtan-
269 te ſublatum intelligitur † primum, vt voluit *Oldrad. in conſ. 119. incip. Titius condidit. Bald. in l. fin. q. 5. C. de Edicto Diu. Adrian. Toll.* per contrariam enim teſtatoris pęnitentiam, vel voluntatem, qui facit teſtamentum ritè, & rectè factum, infirmatum
270 dicitur † primum, quia voluntas vltima, præcedentem tollit, & hanc Regulam nunquam fallere inquit *Raphael Comenſ. in l. ſi quis in principio, ff. de legat. 3. Didacus Couar. in Rubr. de teſtamentis, parte 2. num. 21.* & voluit *Michael. Craſſ. in tractatu ſucceſſ. §. teſtamentum, q. 82. num. 1.* Et quando de primo teſtamento non eſt facta mentio in ſecundo, ſi-
271 militer ſecundum † præualet, *l. Sancimus C. de teſtam. §. poſteriore inſt. Quib. mod. teſt. infirment.* quia
272 non obſtante prima voluntate, ſecunda † eſt ambulatoria, & eſt regula trita, vt dicit *Franciſc. Turlan. in communi opin. 33.* quam firmiſſimam opinionem dixit *Lud. Zuntus in Reſponſo pro vxore, nu. 589. 591. Ferdinand. Vaſqui, de ſucceſſ. Reſolut. §. 1. num. 6. Craſſus in q. 86. num. 1. Menoch. de præſumptionibns, lib. 4. præſumption. 165. num. 28.* ſequitur *Don Garſias Maſtrillus in deciſ. Siciliæ 132. num. 5.*

Nec obſtat, quòd nõnulli Doctores velint, quòd non tollatur primum teſtamentum, per † ſecũdum, niſi ex ſecundo poſſit adiri hæreditas, tum quia in
273 caſu iſto ex ſecundo adiri poteſt hæreditas, vt † clarum eſt, voluit *Bart. in l. ſi quis eum, §. fin. ff. de vulg. & pup.* & dicta opinio vera non eſt, cum viuat hares inſtituta, quæ omni diſpoſitione iuris ciuilis admittitur, *arg. l. cum in ſecundo, in princip. ff. de Iniuſt. rupto, & irrito teſtam. l. pater filio 54. ff. de Hæred inſtit.*

ſtit. Alexand. in conſ. 87. incip. in cauſa mota, col. 1. vol. 3. Andr. Barbat. in conſ. 60. incip. Illud, volum. 2. quos ſequitur Ioan. Dilect. Durant. de Arte teſtand. tit. 10. caut. 3. ſub nu. 4. pro qua Michael Craſſ. in dicto, §. teſtamentum, q. 84. ſub nu. 2.

Nec obſtant, quæ dicebantur in cõtrarium, cum non poſſint militare in caſu iſto, quia, & ſi ponamus pro conſtanti, quòd teſtamentum primum, in quo inſtituti ſint liberi, non intelligatur reuocatum per clauſulam, & reuocationem generalem poſitam in teſtamento ſecundo, in quo ſunt inſtituti extranei, tamen eo caſu eſt priuilegium liberorum, ne ſint
274 melioris conditionis † extranei, quàm liberi, & hi, qui ſanguinis vinculo ſunt coniuncti, l. cum acutiſſimi C. de fideicom. l. cum auus vbi Doctor. ff. de cond. & demonſtrat. Bald. Angel. Salycet. & alij, in dicta, l. cum acutiſſimi. Iacob. Philip. Portius, in conſ. 92. n. 52. Nec verum firmiter eſt, quod priuilegium teſtamentorum inter liberos ſit communicatum piæ cauſæ nam, & ſi verum eſſet, nihilominus quòd ex teſtamento ſolemniter condito, vt dictum eſt, etiam diſpoſita, & legata ad piam cauſam cenſentur reuo-
275 cata, † quod voluit Iacob. Menoch. in conſ. 1280. vol. 11. Antonius Faber in Codice Fabriano, lib. 5. tit. 2. definition. 39. vol. 1. ante eos Iaſon, in conſ. 524. volu. 1. & nouiſſimè Dominus Conſiliarius Rouitus in conſil. 93. qui alios allegat, & in ſpecie Vincent. Carrocium in deciſ. ſiue caſu 85.

Quinimmo Ludou. Roman. in Repet. auct. ſimiliter 18. ſpeciali vltimarum voluntatum C. ad leg. falcid. & Panor. in conſ. 105. vol. 2. dicit, quòd teſtamentum patris imperfectum inter liberos imperfectione vo-
276 luntatis † eſt nullum. Corn. in conſ. 308. col. 3. lib. 3. ergo multo magis teſtamentum factum piæ cau-
277 ſæ, † cui vrinus cauetur quàm liberis, arg. c. quicunq; 17. q. 6. quod eſt notabile.

Quod melius confirmatur ex eo quòd fauor liberorum, vt dum reſpectu legitimæ, ſed ſimpliciter, ſunt fauorabiliores, quam pia cauſa, vt voluerũt. Bald. Anch. Roman. Capra, Barth. Socin. Sen. Barba. Corn. Iaſ. Dec. & Alciat. quos refert, & ſequitur Marian. Socin. Iun. in conſ. 189. num. 76. vſq; ad 84. vol. 2. quos ſequitur Franciſ. Cantuccius in deciſ. nouiſ. Roman. 74. num. 9. vol. 2.

Et quamuis dicant, quod relicta ſit dicta hæreditas in primo teſtamento eidem Eccleſiæ omnium
278 ſanctorum, & dicatur in piam cauſam † authoritate Andr. Tiraquelli in tract. de priuilegijs piæ cauſæ, priuilegio, 22. & priuilegio, 137. quibus locis æquiparare nititur priuilegia piæ cauſæ ipſi Eccleſiæ. Tamen pia cauſa dicitur omnis cauſa, & om-
279 nis actus vergens principaliter † ad animæ ſalutem, & pro anima defuncti, in alijs verò caſibus dicuntur largo modo piæ, Bald. in l. ab eo. C. de Fideic. plenè Deci. in conſ. 71. col. 2. piæ enim cauſæ dicuntur factæ pro conſtruendo hoſpitali, quia in illo ali
280 menta, & pietatis opera exercentur † non autem, quòd ſit Sacrum, Religioſum, vel Eccleſiaſticum, Bald. in conſ. 465. vol. 1. Ang. in conſ. 384. Lud. Rom. in conſ. 457. verſ. vnum eſſe, quod refragatur Petr. de Anchar. in conſ. 337. incip. de efficacia, ſimiliter lega-
281 tum † pro ſtudio, quia in eo exhibetur victus, l. ita ſtipulatus, la grande. col. 10. ff. de verb. obligation.
282 Et legatum pauperibus relictum † ſeruit enim pro illorum ſubſidio, & alimentis. Baldus, & Paulus de Caſtr. in l. illud C. de Sacroſ. Eccleſ. largo enim modo dicuntur multa alia in cauſam piam, propriè autem pium dicitur, quando teſtator pro anima ſua
283 † bona relinquit, vt poſt alios dicit Petrus Peralta in l. ſi quis Titio, vbi etiam Franciſc. Sarmientis ff. de leg. 2. pro Eccleſia autem, cum rara ſit eccleſia,
284 quæ egeat, legata illi facta, laudabilia † ſunt, non autem pia; ſi autem vellemus intelligere pro Eccleſia, ſcilicet congregatione fidelium, Reſponderi
285 his † poterit illud Domini noſtri noſtri IESV CHRISTI, quod dixit Apoſtolis. Lucæ, cap. 22. Quando (inquit) reliqui vos ſine ſacculo, pera, &
286 calciamentis, nunquid † aliquid defuit vobis? reſponderunt, Nihil; de iſta congregatione fidelium
287 eſt illud. Eccleſiaſtici, cap. 3. Filij ſapientiæ † eccleſia iuſtorum.

Minus in caſu iſto ſubſiſtit, quod vltimo loco opponitur contra vltimum teſtamentum, quòd dolo, & ſuggeſtionibus, factum fuerit, tum quia de
288 iſto dolo, ſeu actu nihil conſtat, ideo † dolum non præſumi, vt per Gloſſ. in l. 1. vbi Hippol. de Marſil. C. de ſicar. vbi Saly. ante eum, & ideo difficilis eſſe proba-
289 tionis dolum † cenſuit Nicol. Boer. in deciſ. Burdeg. 101. num. 3. 4. ſequitur Menoch. de Arbitrar, iudic. quæſt. lib. 2. caſu. 116. num. 21. Centur. 2. cum oppoſi-
290 tę ex ad verſo ſuggeſtiones, & doloſæ † probandæ fuiſſent, vt ex dicto Iaſone in dicto conſ. 141. vol. 4. & Cepoll. in cautel. 36. incip. licet cum verbis blandis, Decius in conſ. 189. incip. in caſu occurrenti, num. 2. 6. qui dicunt omninò probari oportere, & ideo cum non ſint probata in vanum proponunt.

Quinimmo totũ oppoſitum, ex quo cum teſtator eſſet iuuenis, & ſtaret infirmus in domo meretricis ſuæ amaſiæ, dicta Altauilla ſua matertera, odio habebat, & meretricem, & hos actus Stephani ſui Nepotis, & intelligens, q infirmitas illũ grauabat dubitans de eius morte, miſit ad illum, ſi vellet reuerti ad ſuam domum, qui letitia affectus, quòd vocaretur à mater tera, ſe velle ibi portari dixit, quæ ſtatim miſit homines, vt cum ſella commodè illum conducerent in ſuam domum, ad quam cum peruenisſet Deum laudabat, quod ibi peruenisſet, & ſtatim ex ſe ipſo venire fecit Notarium, cum quo incluſus, teſtamentum ſecundum condidit à nullo prouocatus, coactus, aut rogatus, in ſcriptis, & ſolemne, in quo poſt illius mortem, apertis tabulis illam vniuerſalem hæredem inſtituit, nullis, nec etiam blanditijs vſa, de quorum permiſſione Papinianus
291 inquit, virum, qui † non per vim, nec dolum quo minus vxor contra eum, mutata voluntate codicillos faceret, interceſſerat, ſed (vt fieri aſſolet) offenſam ægræ mulieris, maritali ſermone placauerat, in crimen non incidiſſe reſpondi, nec ei, quod teſtamento fuerat datum, auferendum, vt in l. fin. ff. ſi quis aliquem teſtari perhibuerit quo in loco Bartol.

in-

inquit, licere teſtatorem blando ſermone placare. Inde Imperatores *in l. fin. C. eod. titul.* dixerunt, iudicium vxoris poſtremum in ſe prouocare, marita-
293 li ſermone, non † eſt criminoſum, *vbi Salycetus*, ſummando breuiter inquit, inſtitutio facta, blando
294 ſermone, non eſt vitioſa. † Iſta enim traductio teſtatoris ad domum ſuam, quam procurauit Altauilla, fuit non coactio, nec blanditio, fuit enim officium ſanguine iunctorum, de quo loquitur *Eccleſiaſticus cap.* 25. dum ait, in tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram DEO, & homi-
295 nibus, cõcordia fratrum, & amor † proximorum, & vir, & mulier bene conſentientes. *Vnde Ioannes Lopez de Palatios Rubios de donationibus inter virum & vxorem, in Rubr.* §. 81. *num.* 10. 11. inquit, quòd ſi vxor importunitate mariti potius quam eius vo-
296 lũtate eum heredem inſtituit, probata † importunitate, talis inſtitutio non valet, ſecus ſi blanditijs
297 eam induxit, vt eum hæredem inſtitueret, quia † valebit inſtitutio, quem ſequitur *Didacus Spino in Speculo teſtamentorum in Gloſſa Rubricæ parte* 2. *ſub num.* 9.

Plures aliæ conſideratæ fuerunt coniecturæ ad clarificandam voluntatem dicti teſtatoris in ſecun-
298 do teſtamẽto † memoria enim tenebat per diem ante feciſſe teſtamentum, & inſtituiſſe eccleſiam, dum in ſecundo inſtituit Altauillam, quæ, ſi ab in-
299 teſtato † mortuus fuiſset, ipſa dicto nepoti ſucce-
300 debat, in primo dixerat † quod ſepelliretur in eadem Eccleſia, in ſecundo elegit ſepulturã in alia; in primo reliquerat Eccleſiam heredem, in ſecundo Altauillam, & eidem Eccleſiæ reliquit legatum Tri-
301 ginta † ducatorum, vndè apparet meram ſuam voluntatem fuiſſe, quod recedebat à primo teſtamento, quia legatum ei, qui eſt hæres eſset inutile. Quibus omnibus; atque alijs conſideratis Magna Curia Vicarię me iudice, & cauſæ commiſſario referẽte decreta eſt hæreditas eidem Altauillæ ex ſecundo teſtamento die.....& probata à Sacro Conſ.

Teſtamentum nuncupatiuum factum in Regno à Notario, iudice ad contractus, cum ſeptem teſtibus, cui ſe ſubſcripſerunt tantum tres ex dictis teſtibus, an probabitur eſse validum, fuiſse Deciſum
302 per Sacrum, † Conſilium, quòd ſufficiat eſse ſubſcriptum à tribus ex teſtibus, voluit *Cæſar Vrſillus in deciſ. Neapolit.* 166. *Franciſc. Viu. in commun. opin.* 940. *in verb. Teſtes in inſtrumento, num.* 5. *Matth. de Afflict. in Regni Conſt. incip. Inſtrumentorum robur,*
303 *nu.* 10. quæ teſtium ſubſcriptio † figillatim requiritur in hoc Regno Neapolitano, vt inter alios ſcribit. *Matth. de Afflict. in Conſtit. Regni incip. Baiulos omnes, nu.* 20. *& per totum, Marinus Freccia, ſiue Bernardinus Siriphilus in tract. de Præſentation. inſtrumentorum, parte* 1. *nu.* 16. *Bernardin. Pandus, de præſentat. & liquid. inſtru. parte* 1. *declarat.* 10. *num.* 71. notiſſimè *Ioan. Dominicus Gaitus eruditiſſimus Doctor in tract. de credito, cap.* 3. *titulo* 1. *numer.* 371. *& ſeqq.*

Teſtamentum ſuſpectum de falſo non eſse in formam publicam reaſsumendum, ſed obſeruanda
304 eſt Sacri Conſilij Practica, quòd videantur † teſtes in teſtamento nominati, qui ſi ad teſtamenti fauorem deponerent, poterit notario iniungi, quod illud in publicam formam redigat, Sin autem contra teſtificarentur, publicatis teſtibus, detur copia partibus, petentibus reaſsumptionem, aut petentibus hæreditatem ab inteſtato, ex quorum defenſionibus expectetur exitus, & interim non proceditur ad reaſsumptionem, de qua practica teſtatur *Matt. de Afflict. in deciſ. Neap.* 113. ſequitur *Thorus in Compendio deciſ. Neapol.* §. *Teſtamentum de falſo.*

ARGVMENTVM.

Codicilli cum ſint pars teſtamenti, fieri nequeunt ab his, qui teſtari non poſſunt, quinque teſtes requirunt, hæreditas nec adimi, nec dari in illis poteſt directo, nec ſubſtitutio fieri pupillaris: Infirmantur teſtamento infirmato, ſuſtinentur iure clauſulæ codicillaris: primi codicilli per vltimos reuocantur, quando contraria continerent. Præſumitur regulariter hęres eorum ignorantiam habere, ex pluribus tamen præſumitur ſcientia; non rumpuntur poſthumi agnatione codicilli, qui nutu, & noctis tempore cum luminaribus fieri poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Codicillus teſtamẽti pars appellatur, & teſtatio mentis dicitur, nu.* 2. *&* 5.
3 *In codicillis relicta, in teſtamentis relicta videntur.*
4 *Codicillus continens requiſita teſtamenti, potius teſtamentum, quàm codicillus appellabitur. Declara, nume.* 5.
6 *Codicillum facere non poteſt, qui teſtamenti factionem non habet.*
7 *Mutus, & impubes, an teſtamenti factionem habeãt?*
8 *Teſtes quinque in codicillo faciendo requiruntur.*
Teſtes in codicillis, an omni exceptione maiores eſſe debeant?
9 *Teſtes in codicillis, num rogatos illos eſse oporteat? num.* 10.
10 *An teſtes fortuitò aduenientes ſint optimi teſtes in codicillis.*
11 *Mulieres, an teſtes admittantur in codicillis?*
12 *Hæreditas in codicillis, nec dari, nec adimi poteſt, numero* 16.
13 *Inſtitutio caput eſt, & principium cuiuslibet teſtamenti.*
14 *Teſtamentum cauſa eſt codicillorum, non debent cõdicilli cauſa eſſe ſuæ cauſæ?*
15 *Ius teſtamentorum, & codicillorum, non debent inſimul confundi.*
16 *Per verba directa licèt dari hæreditas in codicillis non poſſit, ſecus autem per verba obliqua, nu.* 18.

19 *Hæreditas dari per fideicommissum per verba obliqua posset, rationem vide, nu.* 20.
17 *Hæredes si in codicillis reputentur, vt indigni, hæreditas applicabitur Fisco.*
19 *Verba obliqua inter alia sunt Rogo, volo, mando, fideicommitto.*
21 *Institutio in codicillis conuertitur in fideicommissum.*
22 *Institutio in codicillis facta in fauorem liberorum, valebit. Declara, nu.* 23. 24.
25 *Substitutio pupillaris an fiat in codicillis? Declara nu.* 26. 27. 28.
29 *Testamentum si ex aliqua causa infirmabitur, an & codicilli infirmabuntur? nu.* 30. 31. 32.
33 *Testamentum, si quis solemne condiderit, & dixerit quod non valeat iure testamenti, sed iure codicillorum, an iure codicillorum sustineatur?*
34 *Pater coram quinque testibus inter liberos condidit testamentum, & in eo extraneis legata reliquit, ac fideicommissa, nunquid ea dispositio, quoad extraneos etiam iure codicillorum valebit? num.* 35. *Declara, numero* 36.
35 *Legata coram quinque testibus possunt reliqui.*
37 *Codicillus primus, nunquid reuocetur per secundum prout in testamentis? Declara, numero* 38. & 39.
40 *Testes, an esse debeant in conspectu facientis codicillum? Declara nu.* 41. 42. 43.
41 *Si codicillus fieret in scriptis, exigitur testium subscriptio.*
44 *An præsumatur hæredem habere notitiam codicilli? Declara nu.* 45. 48.
45 *Scientia non probatur, ignorantia præsumitur.*
46 *Transactio facta super dependentibus à testamento, non extenditur ad codicillos.*
47 *Ignorantia eorum, quæ sunt in codicillis, probabilis est.*
48 *Licèt hæres notitiam habere præsumatur eorum, quæ sunt in testamentis, secus eorum, quæ sunt in codicillis.*
49 *Hæres probabiliter præsumitur ignorantiam habere eorum, quæ sunt in codicillis, nu.* 50.
50 *Hodiernis temporibus fiunt maiori ex parte testamenta nuncupatiua, nu.* 52. 53. 54. 57.
51 *In his, quæ vt plurimum fieri solent, scientia præsumitur, nu.* 55.
56 *Hæres etiam extraneus præsumitur habere scientiam contentorum in testamento.*
58 *Quando contenta in codicillis continentur in testamento, proceduntetiam in codicillis. Declara, num.* 59. 60.
61 *Obseruantia eadem, & scientia, an sit testamentorum nuncupatiuorum, & codicillorum?*
62 *Qui tractat de commodo codicilli, illius scientiam habere præsumitur.*
63 *Confitens adimplementum aliquod codicillorum, præsumitur illius notitiam habere.*
64 *Diuersa traditur scientia, & ignorantia testamentorum, & codicillorum in hæredibus suis, vel extraneis. Declara, num.* 65.
66 *Posthumi agnatione rumpitur testamentum. Declara, nu.* 67.
67 *Codicilli, an rumpantur natiuitate posthumi?*
68 *Quæ actio competat ex codicillis?*
69 *Quæ actio ex legato?*
70 *Codicilli continentes verba, quæ conuertuntur in obliqua, vel contineatur in eis fideicommissum, & pro fideicommisso geri debent.*
71 *Nutu, an fieri possit codicillus? Declara, numero* 72. & 73.
74 *Codicillus, an valeat, si interrogetur codicillator an fuerit ab eo compositas ipso interrogante, ad cuius vtilitatem factum fuit.*
75 *Infirmi de facili applaudent consanguineis dicentes quod sic.*
76 *Infirmi de facili, solent applaudere codicillorum compositioni quando sunt literarum ignari.*
77 *Nocturno tempore, an fiant codicilli? & an luminaria in illorum confectione contineantur, & interuenire debeant? Declara, numero* 78. 79. & 80.
81 *Codicilli si nocturno tempore absque luminaribus fierent, maxima suspicio insurgeret.*
82 *Statutum disponens, quòd testamentum absque homine factum valeat, nullum esset, & iniquum, quæ omnia etiam in codicillis procederent.*

TITVLVS VIGESIMVS PRIMVS.

De Codicillis.

Dicenda sunt aliqua de codicillis, post materiam testamentariam, cum codicilli species sub vltima volũtate contineantur, videtur enim codicillus testamentum, seu pars testamenti, cum
1 dicatur † etiam codicillus testatio mentis. *vt in princ. inst. de testament.* & ideo largo modo codicillus testamentum appellatur *secundum Accursium in l.* 2. *in verb. personales, C. de iure codicillorum*, &
2 codicillum dici partem testamenti † voluit *Franciscus Aretinus in l. moribus, §. primo, colum.* 1. *versicul. sicut, ff. de vulgar. & pupill. substit.* vnde relicta
3 in codicillis, in testamento † relicta videntur. vt dicit *text. in l.* 2. *§. codicillorum, ff. de iure codicill.* & voluit *Benedi. Capra in cons.* 3. *numero* 20. si autem scriptura contineret requisita ad testamentum, & non ad codicillum, diceretur potius testamentum,
4 † quàm codicillus, *l. Non codicillum, vbi Bald. Salycet. & alij, C. de testament. Simon de Pretis, de interpret. Vltim. Volant. libro* 2. *solution.* 1. *numero* 232.
5 dummodo † ex illius scriptura colligi possit mens contraria ad testamentum. Pars testamenti dicitur codicillus vt *ex Iasone Crauetta, & alijs* dicit *Surdus in cons.* 150. *num.* 134. *volum.* 1. *in cons.* 258. *num.* 6. *volum.* 2. *Marc. Anton. Natta in cons.* 483. *nu.* 18. 19. *vol.* 3. *Ioan. Baptista Costa in tract. de Retrotract. cap.* 8. *casu* 20. *nu.* 7.

FA-

FACERE codicillum non potest, qui testa-
6 menti factionem non habet, † *l. quædam, §. idem est, l. conficiuntur, §. codicilli, ff. de iure codicillor.* vt de Furioso notatur *in l. 2. furiosus, ff. eodem titul. l. Nec codicillos, C. de codicill.* & de muto habetur *in l. conficiuntur, §. nec similis est, titul. eod.* sic de † Impubere, & alijs ex alia causa, vt dicit *Rolandin. in tract. Vltimarum Voluntatum, titul. de Codicillis, nume. 6.* quem refert, & sequitur *Michael Crassus, in tractatu de successionibus, titul. de codicillis, numero 2. Nicol. Vigellius in Methodo iuris ciuilis, libro 9. capitulo 17.*

8 QVINQVE testes in codicillo † requiruntur, *l. fin. C. de testament.* quod amplexati sunt nostræ professionis Magistri primi *Placentinus in summa Codicis, libro 6. titul. 36. colum. fin. Azo eius æmulus in sua summa Codicis in titul. de testibus, colum. 5. versicul. sunt autem necessarij, & in titul. de codicillis, colum. fin. Specul. in titul. de teste, §. restat, numero 1. versicul. item in codicillis. Ioan. Berbery in viatorio iuris, parte 3. titul. de success. ex testamento, sub numero 39. Benedict. Capra in consil. 65. numero 11. Angel. in consil. 128. incip. in fasto proponitur, Corn. in consil. 58. numero 9. volum. 1. in consil. 18. in consil. 168. numero 9. volum. 2. Barthol. Socin. in consil. 85. numero 6. volum. 4. Deci. in cons. 105. numero 5. Riminald. Senior. in cons. 324. numero 4. volum. 2. Cardinal. Parisius in cons. 51. numero 9. volum. 3. Marc. Anton. Eugenius in cons. 7. numero 3. Gulielm. Benedict. in Rep. cap. Raynutius, de testamentis, in verb. testamentum, il primo, num. 67. Surdus in cons. 129. num. 5. volum. 1. in cons. 356. num. 1. vol. 3. Fab. Turrett. in cons. 22. num. 36. volu. 1. Nicol. Boer. in decis. 34. num. 9. Aluarus Vallascus consultation. siue decis. Lusitan. 183. numero 11.* quos *Angel. in dicto cons. 125.* dicit esse debere omni exceptione maiores, quem sequitur *Raudensis vbi supra, nu. 51.* quod ab alijs dictum non inuenio,

9 ROGATI esse debent testes † in codicillis, vt voluit *Glossa in cap. testes 3. quæst. 9. in verb. Audierunt.* vt retulit, *Nicolaus Boerius in decisione Burdegalensi 34. sub nu. 9.*

CONTRARIVM tamen quòd in codicil-
10 lis testes non debent † esse rogati, sed sufficiat, si fortuitò, & casu ibidem reperiantur. *vt in dicta l. fin. §. fin. C. de codicillis,* vt ibidem patet, ibi (vel Rogati, vel qui fortuito venerint in vno, eodemque tempore debent adhiberi, & voluerunt *Cyn. Bartol. Bald. Salycet. & Ias. in dicta l. fin. §. fin. & Cardin. Paris. in cons. 32. numero 39. volum. 2. & in cons. 51. numero 10. volum. 3. Ioan. Berbery in viator. iuris parte 3. titul. 2. sub numero 39. Federicus Scench in tract. de testibus, numero 58. Ferdinand. Vasquius de success. progressu, §. 30. numero 14. Nicol. Boer. in decision. Burdegalens. 34. sub numero 9. Ioan. Petrus Surdus in cons. 129. numero quinto, volumine primo.*

11 MVLIERES in codicillis testes † esse poterunt, voluit *Accurs. in §. testes autem, institut. de test. & in l. qui testamento, §. mulier, in verb. non potest, ff. eod. titul. & in dicta l. fin. §. final. C. de Codicill. Bald. in cons. 8. incipien. licet, volum. 5. Nepos de Monte Alban. in tract. de testibus, numero 65. Ioan. Berber. in viator. iuris parte 3. titul. 2. sub numero 39. Christophor. Portius in §. fin. numero 11. volu. 3. Ioan. Dilect. Durant. de arte testandi, titul. 2. Cautel. 2. sub numero 7. Guido Pape in decis. Delphinal. 138. Emanuel Suarez in Thesauro Recep. Sent. §. mulier, numer. 259. Didacus Spino in Speculo testamentor. Gloss. 32. numero 37.* vbi dicit esse verissimam sententiam, *post Vasquium de Succession. Creation. §. 12. numero 12. & Burgos de Paz in l. 3. Tauri, numero 97. post Angel. de Aretio in §. possunt, instit. de testam.* voluit *Polydor. Ripa de Nocturno tempor. capit. 142. num. 4. 5.*

HÆREDITATEM codicillis dari, vel adi-
12 mi non posse notum † est, *l. quod per manus, ff. de iure codicill. §. codicilli, inst. de codicillis.* Rationem affert *Papinianus in dicta l. quod per manus* 10. quòd
13 † cum institutio caput sit, & principium testamenti, & ab illa valorem capiat, confirmari ex codicillo videat, & sic caput à membro, quod absurdum foret. *Accursius in gloss. pro institutione* confirmat idem, & post modum supplet subiungens, quia
14 cum † testamentum sit causa codicillorum, non debent codicilli esse causa suæ causæ. Hoc breuius *in summario Bartol.* inquit, principale non potest confirmari ab accessorio. *Imperator in dicto §. co-*
15 *dicilli,* ne confundatur (inquit) ius † testamentorum, & codicillorum, facit ad conclusionem *text. in l. Hæreditatem, C. de codicill. Benedict. Capra in consilio tertio, numero vigesimonono, Hippoly. de Marsilijs in singul. 49. incip. Hæreditas. Ioan. Dilect. Durant. de arte test and. titulo secundo, cautela decima, numero primo, & titulo decimo, cautel. 8. numero primo, Cardinal. Parisius in cons. 35. volumine 2. Ioan. Petr. Surdus, in cons. 232. numero decimooctauo, volumine secundo, Costa in tract. de Retrotract. capitulo octauo, casu 20. sub numero decimosecundo, Michel Crassus in tractatu successionum, §. codicillus, numero decimotertio, Hieronymus Ceuallos in Practicarum quæstionum communium contra communem, quæst. 264. numero quarto, Fabius Turrett. in cons. 22. numero 11. volumine primo, Didacus Spino in Speculo testamentor. Gloss. 8. num. 13. Gloss. 32. num. 9. Guido Pape, in decis. Delphinal. 323. num.... Hierony. Magon. in decis. Lucens. 32. nu. 38.*

DECLARA Tamen quòd per verba directa
16 in codicillis, nec dari, nec † adimi possit hæreditas, secus autem per verba obliqua, & precaria, & ideo per dicta verba obliqua posse hæreditatem dari, manifestum est, *l. Hæreditatem, C. de Codicill. l. Hæreditas, C. de his quib. vt indign.* vbi hęredes si in codicillis reputentur, vt indigni, illis aufertur hære-
17 ditas, & † applicatur Fisco, per quæ verba obliqua, & præcaria per fideicommissum hæreditas in co-
18 dicillis dari posse esse cõmunem † doctorum opinionem voluit *Iason in l. ex tribus, C. de codicil. Ioan. Dilect. Durant. de arte testandi, tit. 2. cautela 10. nu. 1.*
19 vbi declarat † q̃ sunt verba obliqua, vt rogo, volo,

mando, fideicommitto *arg. §. fin. instit. de singulis, Reb. per fideicommiss. relict.* & eandem declarationem probat *idem Durant. titul. 5. cautel. 34. num. 1. & titul. 16. cautel. 8. num. 1. 2. 3. Michael Crass. de succession. §. codicillus, nu. 16. Didac. Spino in dicta Gloss.*
20 32. *numer. 10. 19.* vbi declarationem † facit, quare per fideicommissum id fieri possit. *Guido Pap. in decision. Delphin. 323. sub num. 4.* verba enim directa in codicillis obliquantur. *Gloss. inst. de vulgar. subst. in princ. & in l. fin. C. de codicill. Didac. Couar in c. Raynutius. §. 5. n. 2. de test. Cardin. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 6. titul. ... nu. 14.* docuit quòd institutio
21 in codicillis † conuertitur in fideicommissum. sequitur *Surd. in consil. 234. nu. 22. vol. 2.*

DECLARA Secundò, quando fauore filio-
22 rum, siue liberorum esset institutus filius hæres † in Codicillo id fieri potest, & factum valebit, vt fuit originalis opinio *Bartoli in l militis, nu. 2. ff. de militar. testament. & in l. Hac consultissima, §. si quis autem. C. de testament.* quem sequuntur *Paul. de Castro Fulgos. Corn. Alexand. & Zasius ibidem, Raphael Comens. in l. 1. & in l. 2. ff de iniust. rupt. & irrito testam. Alexand. in cons. 146. num. 10. volum. 2. Francisc. Aretin. in Auth. Hoc inter liberos, in fin. C. de testament. Bartholo. Socin. in Regul. 196. Bernard. Diaz, Regul. 309. Fall. 2. Paul. de Castr. in cons. 91. in fin. vol. 1.* dicens, hanc esse communem opinionem, & magis communem censuit *Gulielm. Benedict. in Repetit. c. Raynutius, in verb. testamentum ille tertio, nu. 57. ext. de testam.*

CONTRARIAM sententiam, quòd nec
23 fauore liberorũ, ac filiorum, si aliquis † ipsorum in codicillis institueretur, fieri posset, quia in his hæreditas directò dari nequit. vt tenet *Bald. in dicto §. siquis autem vbi etiam Angelus, idem Bald. in l. filij, numero 7. versicul. vltimo quæritur, C. Famil. hercisc. Ioan. de Imola in l. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. test. Salycet. in l. filiæ allegans gloss. C. Famil. herciscund. & in l. non codicillum, numero 4. C. de testam. Francisc. Aretin. in dicta Auctor. Hoc inter liberos, Ludouic. Roman. in consil. 179. numero 12.* vbi inquit hanc esse communem opinionem, nec esse recedendum à Baldi opinione. *Curtius Iunior, in consil. 73. numero*
24 11. dicens opinionem † Bartoli iure non probari *Cardinalis Parisius in consil. 35. numero 6. volum. 2. Ioan. Cephal. in consil. 733. numero 42. volum. 7.* quos sequitur *Fabius Turrettus, in consil. 23. numero 13. Corneus in consil. 324. numero 5. 12. volum. 1.* vbi dicit communem opinionem esse contra Bartolum. *Ferdinand. Vasquius de successionum creation. lib. 3. §. 25. num. 7. Ludouic. de Molin. de Hispanor. primogenijs, lib. 2. cap. 8. num. 32.* quam opinionem veriorem, & tutiorem dicit. *Hieronymus Ceual. Practicar. opin. commun. contra commun. q. 730. num. 2. Iason in dicta l. hac consultissima §. quis, nu. 4. Michael Crass. in dicto, §. codicillus, nu. 14.*

25 DECLARA Tertiò, nec substitutionem † pupillarem fieri posse in codicillis, puta, quia pater in testamento impuberem instituit, & in codicillo substitutionem pupillarem fecerit, quia, vt dicit Imperator *in l. si idem, C. de codicill.* quòd specialiter
26 codicillis instituendi, † ac substituendi potestas lata non est. vt *post Iasonem in l. ex tribus, C. de inofficioso testamento, Baptista Villalob. opin. commun. §. Pater, num. 39. Ioan. Dilectus Durant. de arte testandi, titul. 5. cautel. 34. nu. 1. Michael Crassus in dicto §. codicillus, sub num. 15.* sed intelligenda sunt, vt substitutio directa trahatur ad fideicommissum, vt dixi *supra hoc eodem titul. numero 21.* & voluit *Iason in consil. 69. volum. 1.* quem sequitur *Villalobos, in dicto §. pater, numero 39.* Quo casu quando fuisset
27 filius rogatus hæreditarem restituere, † poterunt hæredes eius ab intestato venientes legitimam deducere. *arg. dicta l. ex tribus, C. de inofficios. testam.*

SVBINTELLIGE quòd si velit, vt legiti-
28 ma non deducatur remedium erit, quod † successores ab intestato rogentur hæreditatem restituere, & non filius, *arg. l. si fundum, §. fin. ff. de legat. 1.* vt post multos, quos allegat, voluit *Ioan. in dicto titul. 5. cautel. 34. in fin.*

TESTAMENTVM si ex aliqua causa in-
29 firmaretur, an & codicillus † infirmabitur? Papinianus, dicit ante tabulas testamenti codicilli facti non valent, quàm si testamento, quod postea factum est, confirmentur, *vt in l. ante tabulas, ff. de iure codicill.* cuius Papiniani dictum refert Imperator. *in §. sed cum ante, inst. de codicill.* & valere, si codicilli testamentum præcedunt, & posse ex eis per fideicommissum peti, si appareat testamen-
30 tum postea factum à codicillis † non recessisse, & hoc casu dicuntur per testamentum confirmati, quod dicit, ex rescripto Diuorum Seueri, & Antonini statutum fuisse. Sed distinctio est, aut nul-
31 lo facto testamento codicilli facti sunt. Aut † post testamentum facti sunt, Primo casu reuocato testamento, non reuocantur codicilli, secundo casu, si post testamentum codicilli facti sunt, infirmato
32 † testamento, & codicilli infirmati intelliguntur, *l. ab intestato 16. ff. de iure codicillor.* Quod probauit *Didacus in Specul. testamentorum, Gloss. 32. numero tertio,* ad quæ videndus est *Corn. in consilio 254. in fin. volumine tertio, Papiens. in forma libelli super legato rei singularis, in verb. non valet, vel valebit, numero 4. 5.* diffusè *Surdus in consil. 230. num. 6. 18. volum. 2.*

TESTAMENTVM si quis solemne condi-
33 derit, ac in ipso dixerit, quòd non valeat † iure testamenti, sed codicillorum, nunquid illius voluntas rata sit, vt valeat iure codicillorum? Dicendum, quòd sic, dicit *Speculator. in titul. de instrumentor. editione, §. compendiosè,* quam opinionem communem dicit *Marian. Socin. Senior in consil. 142. incip. Reuerende pater, numero quarto, volumine prime. Ferdinand. Vasqui. de successionum creatione, lib. primo, §. decimo, numero 91. & de successions. progress. lib. 3. §. 30. nume. 34. Crass. in §. Codicillus, numero 27.*

PATER coram quinque testibus inter liberos
34 cõdidit testñ, & in illo † extraneis reliquit legata, &

tidei-

& fideicommiſſa, nũquid quoad eoſdem extraneos valebit diſpoſitio iure codicillorum ? *Paulus de Caſtro in conſil. 93. incip. viſo teſtamento*, tenet quòd ſic, *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegalen. 23.* quod coram
35 quinque teſtibus † poſſunt legata reliqui. quem allegat *Michael Craſſus in dicto §. codicillus, num. 28.* ſed per ea, quæ vidi nihil de hoc dicit *Boerius*. Sed credo fuiſſe impreſſorum errore. voluit fortè dicere *in deciſ. 33. nu. 9.*

CONTRARIVM tamen tenuit *Bald. in l.*
36 *1. ff. de iure* † *codicillor. Ferd. Vaſq. de ſucceſſ. reſol. libro 1. §. 1. numero 43. Craſſ. in dicto §. codicillus, numero 28. ſed de his dicam latius in titul. de legatis, ſi DEO placuerit.*

37 CODICILLVS primus, an reuocetur † per ſecũdum, ſicut in teſtamentis ? codicillos plures, quis facere poteſt, *l. Diuus, § codicillos, ff. de iure codicillor. §. fin. inſtitut. de codicill.* Si tamen eſſent inuicem contrarij, puta quod eſt diſpoſitum, & legatum in primo, in ſecundo eſſet dictum contrarium, quia
38 data contrarietate non † attenduntur primi, & per vltimum cenſetur reuocatum. *l. cum proponas, C. de codicill.* vbi optimè *Accurſius, & poſt eum Bald. & Salycet.* cenſuerunt, per ſequentes codicillos non
39 derogari præcedentibus, niſi quatenus inuicem † ſint contrarij. *Benedict. Capra in conſ. 3. numero 27. 30. Didacus Spino in Speculo teſtamentor. Gloſſ. 32. numero 28. Michael Craſſus de ſucceſſ. §. codicillus, numero 30. 31. Ferdinand. Vaſq. de ſucceſſion. creat. §. 30. numero 51. Surd. in conſ. 230. num. 14. vol. 2. in conſ. 256. nu. 8. vol. 3.*

40 TESTES an debeant † eſſe in conſpectu facientis codicillum, *Matth. Matteſilan. in Notabili 125.* tenuit, quòd ſufficit quòd non ſint præſentes, quia non requirunt eorum præſentiam, ſicut in teſtamento, in quo exigitur maior ſolemnitas. & idẽ voluit *Alexand. in l. ſi non ſpeciali, numero 7. & ibi Iaſon, numero 8. C. de teſtam.* quos ſequitur *Ferdi. Vaſqui. de ſucceſſ. progreſſ. §. 30. numero 12. Craſſ. in §. codicillus, numero 9.* Si autem codicilli fierent in
41 ſcriptis exigeretur † teſtium ſubſcriptio *vt poſt Gloſ. Alexand. Iaſon, & Corn. & Vaſquium* voluit *Craſſ. in dicto §. Codicillus, numero 10.* & ideo licet authoritas Matheſilani magna ſit, & iure illius opinionem videatur *Ioan. de Imol. in l. 2. §. idem labeo. ff. de Aqua*
42 *plu. arc.* dum inquit quòd excepto † teſtamento, non reperitur iure cautum, quòd teſtes debeant eſſe in conſpectu contrahentium. *Vaſquez de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 13. regul. 9. nu. 6. 8. 10.* quibus videtur adhærere *Surd. in conſ. 158. nu. 14. volum. 2.* ideo ſequor *opin. Decij in conſ. 354. num. 3.* qui reprehendit
43 *Matthefil.* maximè quia ego dico quòd poſſent † fieri mille falſitates, & eſſet tollere omnia requiſita codicillorum, vt cuiq; intuenti patet.

44 PRÆSVMATVR ne Hæres † notitiam habere codicilli ? reſolutio iſta deſeruit ad multa, Regulare eſt enim quòd præſumitur ignorantia, vbi
45 † ſcientia non probatur. *c. præſumitur de Regul. Iur. in 6. & notatur in l. verius 21. ff. de Probat. Hinc in l. non eſt ferendus, ff. de tranſact.* dicitur, quòd tranſa-
46 ctio facta ſuper † dependentibus à teſtamento, non extenditur ad codicillos poſtea repertos. quo in loco *Iaſon in 2. notabili* inquit, quòd probabilis eſt i-
47 gnorantia eorum, † quæ continentur in codicillis, qui ſeparati reperiuntur à teſtamento, *vt per Bartol. in l. cætera §. fin. ff. de legat. 1. Robert. Maranta in l. is poteſt, numero 244. ff. de Acquir. hæred. Nam Bartol. in dicta l. cætera, §. fin. verſicul. oppono* dicit; qui con-
48 cludit, quòd licet hæres ſcire præſumatur † ea, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, *arg. l. cum hæres, ff. de liber. legat.* tamen ſecus eſt in Codicillis, quia eorum ignorantia præſumitur, quod roborat *Bart. in dicta l. cum hæres*, dicens, quòd hæres probabiliter igno-
49 rat † contenta in codicillis.

50 DECLARANDA Tamen venit iſta † præſertim hodie, iuxta dictum *Pauli de Caſtro in conſil. 10. in antiquis*, qui dicit, quòd cum hodie, & præſertim ijs noſtris temporibus, quòd cũ maiori ex parte fieri ſoleant teſtamenta nuncupatiua, quibus ordinariè vtimur, & ſtatim poſt mortem conſueuerunt manifeſtari, illorum præſumitur ſcientia, quia ex his, quæ communiter fieri ſolent ſcientia præſu-
51 mitur † *arg. l. ſi tutor petitus, C. de Pericul. Tutor.* voluit *Deci. in conſil. 303. colum. 2. Cardinal. Pariſ. in conſ. 92. numero 92. num. 27. 28. volum. 2. Iacobus Menoch. in conſ. 87. numero 57. vol. 1.* dicens, quod de communi notariorum ſtilo deſumitur; quòd teſta-
52 tore vita functo, ſtatim teſtamentũ † ab eo factum publicant. vt dicit *ex Alexandro in l. qui Romæ, §. duo fratres, nume. 53. Cardinal. Pariſio in conſil. 72. num. 27. volum. 2. Ludouico Gozadin. in conſ. 98. numero 2. Aymone Crauetta in conſil. 193. numero 6.* quod facere ſolent, vt ego dicere audeo, vt hæredes, & legatarij videntes ſibi ipſis diſpoſita per teſtatorem prodeſſe, per teſtamenti diſpoſitionem, ob
53 copias, † & exempla ab ipſis facienda, pecuniam, & ſalarium habeant. Hoc idem roborat *Marian. Socin. Iunior conſil. 75. numero 16. verſic. Reſpondetur,*
54 *volum. 1.* dicens quòd cum hodie † de conſuetudine non fiant teſtamenta in ſcriptis, in quorum aperitione magna ſolemnitas requirebatur, & ideo antequam fierent præſumebatur ignorantia, ſed cum fiant nuncupatiua in aperto, & tam teſtes, quàm notarius ſciant omnia in teſtamento contenta, & ſtatim poſt mortem conſueuerunt manifeſta-
55 ri, ex quibus, cum fieri ſoleant, præſumitur † ſcientia. Vnde *Cardinal. Pariſ. in conſilio 92. numero 27. volumine 2.* dicit, etiam in extraneo hærede
56 præſumi ſcientiam contentorum † in teſtamento conſiderato communi ſtilo, & obſeruantia notariorum rogatorum de teſtamento nuncupatiuo, qui poſt mortem teſtatoris, ſoliti & conſueti ſunt, publicare, & notificare omnia in teſtamentis contenta, allegando *Caſtrenſem, & Dec. in locis ſupra allegatis idem Crauetta in conſ. 135. num. 5. in conſ. 193. numero 6. in fin. Gozadin. in conſil. 98. numero 21. Nicol. Berous in conſ. 130. num. 15. vol. 2. Andr. Barbat. in conſ. 8. col. 6. vol. 1.* ſequitur, *Nicol. Boer. in Deciſ. Burdegal. 39. num. 13.* vbi dicit, & maximè
57 hodiernis † temporibus, in quibus teſtamenta

fiunt nuncupatiua, & aperta, quorum mortuo testatore, habetur notitia, quo in casu præsumitur scientia, & allegat. *Paul. de Castro in dicto consil.* 10. & *Bald. in cons.* 97. *incip. super primo, vol.* 5.

58 SVBDECLARA quòd quando † continentur codicilli in testamento, tunc ea, quæ dicta sunt in testamento procedunt etiam in codicillis, sic etiam in codicillis, qui scripti fuissent ab eodem notario, qui confecerit testamentum, nam si separati à testamento essent, vel ab alio notario, quia
59 tunc præsumeretur †ignorantia, quia sunt separati à toto iuxta tradita *per Ioan. Petrum Surdum in consil.* 150. *num.* 133. 134. *vol.* 1. vt de eodem notario,
60 vel diuerso † dicit *Ripa in dicta l. qui Romæ*, §. *duo fratres, nu.* 59. notandum tamen est, quod secundum ea, quæ diximus, à communiter accidentibus, quòd mortuo testatore statim à notarijs manifestari soleant testamenta, & codicilli, sicut, & testamentorum nuncupatiuorum eadem obseruantia, &
61 scientia † præsumetur in codicillis, vt expressim tenuit *Cardinal. Parisius in cons.* 91. *num.* 47. 48. *vol.* 2. *quod latissimè prosequitur Roland. à Valle in cons.* 67. *num.* 23. 24. 25. 26. *vol.* 4. quem in aliquibus sequitur *Surdus in cons.* 7. *num.* 6. 36. *vol.* 1. *dum hæc traderentur Typis, reperi D. Cardinalem Paleotum in decis. nouiss. Romana,* 556. *lib.* 3. *parte* 3. *nu.* 9. *post Boer. in decis. Burdegal.* 33. *nume.* 12. dicit *quod qui*
62 *tractat de commodo* † *codicilli censetur scientiam de illo habuisse.*

SVBDECLARA Secundò, quod, & testamenti, & codicillorum præsumitur hæredem, vel
63 alium scientiam habere, & id arguitur ex † implemento aliquarum conditionum in illis contentarum, & appositarum, vt voluit *Aymo Crauet. in cõs.* 994. *nu.* 10. *vol.* 6. *quem refert, & sequitur alios etiam inducens. Ioan. Baptist. Costa de Facti scientia, & ignorantia, inspection.* 69. *nu.* 3. *& seqq.*

SVBDECLARA Tertiò, quòd supra tetigimus, quòd diuerso modo modo præsumatur
64 scientia, vel ignorantia testamenti, & codicilli † in hærede suo, vel extraneo, concludendo cum *Bart. in dicto* §. *duo fratres, num.* 13. 16. *& Ioan. Croto ibidem. nu.* 106. qui dicit in hoc non esse differentiam
65 inter hæredem † suum, & extraneum, quos refert *idem Ioan. Petrus Surdus. in dicto cons.* 7. *nu.* 36. *vol.* 1.
66 POSTHVMI agnatione, licèt † rumpatur testamentum, *l. posthumi. ff. de iniust. rupt. & irrito testam. Benedict. Capra in cons.* 95. *nu.* 1. *in cons.* 106. *num.* 7. 10. *in cons.* 157. *num.* 16. *Iulius Clarus in.* §. *testamentum. q.* 45.

CODICILLI tamen non rumpuntur post-
67 humi natiuitate, † vt concludit *Practica Papiens. in forma libelli pro legato rei singularis. in verb. Nec vasub num.* 3. declara tamen, vt ibidem, *num.* 5.
68 QVAE ACTIO competat † ex codicillis? tractauit *Specul. in titul. de testamentis.* §. *Imprimis,*
69 *vers. ex codicillis.* de legato † facto in codicillis, qua actione peratur, remissiue tamen *Nicol. Vigellius in methodo iuris ciuilis, lib.* 10. *cap.* 17. *in fin.* si codicilli contineant verba directa, quę conuertuntur in obli
70 qua, vel contineatur in eis fideicommissum † pro fideicommisso ageretur, & ad hoc videntur propensa verba *D. Cardinalis Paleotti in decis. nouiss. Roman.* 556. *num.* 3. *in decis.* 605. *nu.* 4. *in decis.* 627. *num.* 1. *& per totam, lib.* 3.
71 NVTV fieri posse † codicillum voluit *tex. in l. nutu.* 21. *ff. de legatis.* 3. dum tamen codicillans sit in recto sensu, *vt ex Alberico de Rosat.* dum tamen
72 id per prius dixisset, mentem † suam interroganti, quia tunc ad interrogationem illius dixisset, & fuisset cum eo collocutus, vt scribit *Bartol. in l. Pam-*
73 *philo.* §. *propositum. ff. deleg.* 3. oportet quod illã † nutus dispositionem præcedat articulata loquutio, vt ex dicto *Ioan. Andr. in addit. Speculat. in titul. de testam.* §. *imprimis, vers. quid si is,* & voluit *Gulielm. Benedict. in repet. c. Raynutius in verb. in extremis positus, num.* 80. *de testament.* refert, & sequitur *Thomas Grammat, in decis. Neapol.* 73. *num.* 6. 7.
74 CODICILLVS compositus † ab aliquo, & interrogatus codicillator, an fuerit ab eo compositus dixerit, quòd sic, ipso, ad cuius vtilitatem factum, interrogante, quòd non valeat, ad euitandam falsi materiam *ex Paulo de Castro in l. hac consultissima,* §. *At cum humana. nu.* 2. *C. de testam.* voluit *D. Alexand. Raudens, in decis. Pisana.* 45. *num.* 31. 32. *post Corn. in cons.* 319. *num.* 13. 14. *vol.* 1. mouetur *Raudensis, num.* 32. quòd infirmi de facili so-
75 lent † applaudere consanguineis, dicentes, quod sic, vt ipsis complaceant. Maximè quando codicil-
76 lantes sunt literarum ignari, † qui ex scriptis, nesciant hos codicillos componere. *Borgnin. Cauale. in decis. Fiuizan.* 20. *num.* 58. *Gerardus Mazzoll. in cons.* 17. *num.* 20. 21. *Hierony. Gabriel. in cons.* 114. *nu.* 7. *vol.* 2. quos refert, & sequitur *idem Rauden. in dicta decis.* 45. *num.* 49.
77 NOCTVRNO tempore fieri posse † codicillum ex quibusdam non sic apparentibus voluit nouissimè *Polydorus Ripa de Nocturno tempore, capit.* 124. *nu.* 1. 2. sed ex sequentibus statim clarius istud confirmabitur.

AN LVMINARIA in conficiendis codicillis requirantur? cum tamen manifestum sit, posse
78 testamentum fieri de nocte, & signari, nulla † dubitatio sit *l. Ad testium,* §. *signa, ff. de testam.* in eoq; tria luminaria accendi debere, notorium est, *arg. l.* 1. §.
79 *tria luminaria, ff. de ventre inspiciendo,* & cum † codicillus pars testamenti sit, vt diximus *supra hoc eodem titul. num.* 1. *vsq; ad num.* 6. Et quoad tria luminaria in testamento requisita scripsit *Cardinal. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, libr.* 2. *tit.* 8. *nu.* 3. *Simon de Prætis in tractatu de interpretation. vltim. volunt. lib.* 2. *interpr.* 2. *dubitat.* 1. *solut. num.* 9. ante eos *Decius in cons.* 354. *incip. In casu proposito, num.* 1. *Tiber. Decian. in cons.* 65. *num.* 20. *vol.* 2. *Ioseph Ludouic. in decis. Perusin.* 116. *num.* 4. nouissimè plures alios allegans *Polydor. Ripa de tẽpore Noctur-*
80 *no, cap.* 141. *num.* 2. Eodem † modo, & in codicillis idem seruandum videtur, vt si nocturno tempore fierent, tribus luminibus interuenientibus cõpleantur, aliàs minimè valeant, quam opinionem firma-

uit *Corn. in conſ.* 18. *Incip. principale, vol.* 2. *& eandem* tenuit *Decius in dicto conſ.* 354. *incip. In caſu propoſito, Menochius in conſ.* 288. *num.* 29. conſiderari oportet in hac quæſtione, rationem eſſe illam, quia ma-
81 gna falſitatis † ſuſpicio inſurgeret, ſi ſine luminibus codicilli fierent, quas enumerare nolo. Vnde illud ego annotatione dignum arbitror, quòd ſcripſit *Iaſon, in conſ.* 50. *incip. Placet conſultatio, num.* 9. *vol.* 3. dum concludit, quòd ſtatutum diſponẽs, teſtamen-
82 tum de nocte factum † abſq; luminibus valeat, eſſe iniquum, & nullius momenti, tamquam præbens anſam falſitatibus, vt poſt alios voluit *Polydor. Ripa in tract. de Nocturno tempore, cap.* 142. quæ omnia etiam in codicillis procederent.

ARGVMENTVM.

Legatarius de manu hæredis capere debet legatum, pro quo non competit via executiua, ſed ordinaria, nec competit beneficium l. fin. C. de edit. Diu. Adrian. tollen. legare poſſunt omnes, qui habent factionem teſtamenti, mendicantibus S. Franciſci non legatur, nec incertæ perſonæ olim valebant, ſed pauperibus incertis fieri poſſunt legata, & pro maritandis puellis incertis. Ciuitati rectè legatum fieri poteſt, & collegio licito, & ſeruo alieno. In legatis non habet locum ius accreſcendi, quando ſuccedunt diuerſo iure. Res præſentes, & futuræ legari poſſunt, & fundus inſtructus, ſupellectilis, aurum, argentum, & alimenta, & liberatio, propriæ rei teſtatoris legatum valet, quæ ſine mora tradi debet, aliàs debentur vſuræ, & res aliena legatur, ſi ſciat eſſe alienam. Non adita vero hereditate legata non debentur, feudum legari non poteſt regulariter, quod non procedit in feudo fran- & hæreditario.

SVMMARIVM.

1 *Legatorum materia cum ſit ampliſſima rectè à iuris conſultis diuerſis Rubricis, ac Titulis diſtributa, breuibus tractanda proponitur ab authore, nu.* 2.

3 *Legati deſcriptiones plures & nu.* 4. 5. 6.

7 *Legatum ab hæredis manu accipiendum, & de ratione, ibid.*

8 *Pro legato an via executiua agi poſſit? & num.* 9. 10. 11. *& 12.*

9 *Pro legato competit rei vendicatio actio ex teſtamento, & hypothecaria, & nu. ſeq.*

11 *Contra hæredem pro legato ordinario iure, non autem exequutiuo agendum eſt, & occupans priuatur re legata, nu.* 12.

13 *Legatario non competit beneficium, l. fin. C. de edicto Diui Adr. toll.*

14 *Executio pro teſtamento ſicut non competit, ita etiam pro legato.*

15 *Legatarius, vel fideicommiſſarius non poteſt capere poſſeſſionem legati, vel fideicommiſſi propria authoritate, & tenetur reſtituere hæredi quando illam cepiſſet nu.* 16. *declara nu.* 17. 18. 19.

20 *Legatorum omnium vna eſt natura, ac fideicommiſſorum, & nu.* 21.

22 *Legatum faciunt omnes qui teſtari poſſunt.*

23 *Filius familias legatum facere non poteſt, declara, numero* 24.

25 *Capaces legatorum qui ſint, & num.* 26. *& ſequentibus.*

26. *Mendicantibus S. Franciſci legari non poteſt etiam quoad æſtimationẽ, vt vendantur, & in communem vſum conuertantur contra num.* 27. *& quid in hoc ſtatutum fuerit remiſſiuè nu.* 28. 29. *&* 30.

31 *Incertæ perſonæ olim legari prohibitum erat. Ad pias cauſas eſt permiſſum, nu.* 32. *& pauperibus ciuitatis nu.* 33. 34.

35 *Præſumptio quoad legata incertis perſonis facta, quæ & quando currat & nu.* 36. 37. 38. 39. 40.

41 *Legatum pro maritandis incertis de incertis habetur pro non ſcripto, declara nu.* 42. 43. 44.

45 *Legatum ciuitati fieri poteſt, ad honorem, & ornatum ciuitatis, nu.* 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53.

54 *Legatum factum pauperibus intelligi debet de pauperibus, & infirmis, aut alijs incertis perſonis de ciuitate patria & loco domicilij teſtatoris & nu.* 55. *limitatnd.* 59. 57. 58.

59 *Legatum ſi factum fuerit pauperibus poſt mortem hæredis, quando fieri debeat diſtributio, & nu.* 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68.

69 *Collegio fieri poteſt legatum, dum tamen licitum ſit collegium.*

70 *Collegiorum approbatorum, & reprobatorum qualitates remiſſiuè.*

71 *Legatum ſeruo alieno valet, declara nu.* 72.

73 *Bannitus, deportatus damnatus ad metallum, vel ad mortem, an legata capiant remiſſiuè.*

74 *In legatis, & fideicommiſſis an ſit locus iuri accreſcendi? & nu* 75. *declara nu.* 76. 77. 78.

79 *Legari poſſunt res omnes præſentes, & exiſtentes, & futuræ, & nu.* 80. 81. 82. 83. 84.

85 *Fundus inſtructus legatus quid contineat? & num.* 86. 87.

86 *Pedagogia dicitur a Pedagogis, qui pedibus comitantur pueros.*

88 *Suppellectilis legatæ appellatione quid contineatur, & nu.* 89. 90.

91 *Legatum auri, & argenti quid contineat remiſſiuè.*

92 *Alimenta legata quid comprehendant, & nume.* 93. *&* 94.

95 *Legatum alimentorum non declarato die, & tempore quo debeatur, debetur à die interpellationis, & numero* 96.

97 *Mora abſque interpellatione non committitur, & quomodo quis conſtituatur in mora, nu.* 98.

99 *Legatum alimentorum præſtandum eſt in loco habitationis alimentarij, & nu.* 100. 101. 102. 103.

Ali-

104 *Alimenta relicta præſtanda in domo hæredis extra eam præſtari non debent num.*105. *& ſimiliter ſi dictum ſit præſtanda donec ſteterit cum hæredibus, num.*106. *&* 107. *declara nu.*108.

109 *Mater relicta alimentaria, ſi moraretur cum filijs verificatur conditio, & legatum debetur, ſi cum vno ex filijs remanſerit & nu.*110.

111 *Legatum annum pro primo anno parum eſt, pro alijs legatum eſt conditionale* 112. 113.

114 *Legatum annuum alimentorum comprehendit veſtimenta, & lectus, quæ debentur ſingulo anno in principio cuiuslibet anni.*

115 *Alimenta perpetua relicta annua præſtanda ſunt, cibaria debentur menſtrua num.* 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. *vbi de ratione.*

126 *Legatum annum an debeatur à morte teſtatoris, & num.*127.

128 *Liberationis legatum omnibus fieri poteſt & ſi opponatur teſtatorem non eſſe ſanæ mentis cui incumbat onus probandi* 129. 130. 131. 132. 133.

134 *Spuriæ legatum pro dotibus attenta qualitas patris an cenſeatur ſubrogatum loco alimentorum, & numero* 135.

136 *Legatum propriæ rei teſtatoris poſt moram præſtatur ab hærede cum vſuris, & fructibus; vſuræ debentur, ſi legatum ſit in pecunia, nu.*137. *declara num.*138. 139. 140.

141 *Aditio hæreditatis requiritur vt legatum debeatur, ſed contra in legatis pijs, quæ debentur hæreditate non adita nu.*142. *declara nu.*143. 144.

145 *Res aliena legari poteſt dummodo relinquens ſciat eſſe alienam declara num.* 146. 147. 148. 149. 150. 152. *præſtare tamen poteſt æſtimationem nu.*151.

153 *Cautela pro teſtatore, ſi velit quod legatarius habeat legatum hæreditate non adita num.* 154. 155. 156. 157. *vbi declaratur, & nu.* 158. 159. 160.

161 *Feudum, an legari poſſit? & nu.*162. 163. 164. 165. *vſque ad nu.*173.

173 *Fructus rei legatæ quando debeantur & an à die mortis, vel aditæ hæreditatis.*

174 *Legato cenſu annuo cui debeantur penſiones non exactæ, hæredi an legatario? diſtingue plures caſus, vt nu.* 175. 176. *& ſequent. vſque ad nu.*181.

TITVLVS VIGESIMVS SECVNDVS.

De Legatis.

IVRISCONSVLTI ab Imperatore Iuſtiniano ſelecti ad complendum legalium pandectarum opus, videntes legatorum materiam ampliſſimam eſ-
1 ſe, ſapienter † fecerunt, illam in pluribus Rubricis, ac Titulis diuidentes, non ſolum in tractatu de legatis primo, ſed de legatis ſecundo, & de legatis tertio, ac quod plus eſt, de alimentis, & cibarijs legatis. Auro, & argento legatis; Annuis, ac menſtruis legatis; dote prælegata; Fundo inſtructo, & inſtrumento legato; legatis præſtandis; liberatione legata; optione legata; Peculio legato; penu legata; ſeruitute legata; ſupellectili legata; tritico, vino, & olco legato; vſu, & vſufructu legato. Alijſq; in locis, & idem factum eſt Codice, Nouellans, & Authenticis, & libris inſtitutionum: Nos autem Deciſionum, & rerum iudicatarum ſummam proſe-
2 quentes, prout ſe obtulerit occaſio, quam † breuius poterimus, illam extricare, *Sanctiſſima Trinitate adiuuante, conabimur.*

3 LEGATI deſcriptiones †plures traditæ ſunt, Primam tradidit *Florentinus Iuriſconſultus in l. legatum* 119. *ff. de legat.* 1. dicens, legatum eſt, † delibatio hæreditatis, qua teſtator, ex eo, quod vniuerſum
4 hæredis foret, alicui, quid collatum velit. Secunda *à Modeſtino Iuriſconſulto, in l. legatum* 37. *ff. de legat. ſecundo*, quæ dicit, legatum eſt † quædã donatio, teſtamẽto relicta. Tertia ab Imperatore, *in §. legatum. Inſtit. de legatis*, quam ita tradidit, legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta, & ab hærede præſtanda. Quarum omnium traditio loco Diffinitionis ſuſtineri minimè poteſt. Vt tamen aliquam ipſarum ſequamur, illam Imperatoris ſequi cogimur
6 vti nouiſſimam, & magis amplam.

AB HAEREDIS itaque manu capiendum
7 eſſe à legatario legatum, notatur † in dicta Imperatoris Iuſtiniani traditione, quia non poteſt legatarius, adita ab hærede hæreditate, authoritate propria illud capere, quia imminet illi legati priuatio, *l.* 1. *§. ff. Quor. legator. l. non dubium C. de legat.* cum alijs, quæ allegantur *per Marian. Socin. Iun. in conſ.* 124. *num.* 63. 64. *vol.* 1. *Iacob. Menoch. in conſil.* 124. *num.* 31. 32. *vol.* 2. *Benedict. Capra in conſ.* 3. *nu.* 33. *Angel. Gambilion. in conſ.* 77. *nu.* 12. *poſt Olan. Didac. Spino in ſpecul. teſtament. Gloſſ.* 8. *num.* 9. 10.

8 VIA EXECVTIVA an † competat prolegato; Videtur quòd ſic *per text. in §. Illud quoque Auct. de Hæredib. & Falcidia*, vbi hoc voluit *Accurſius, in verbo de octo. vt ibidem Angel. num.* 57. *Alexand. in l. fin. n.* 3. *C. de Edicto. Diui Adrian. Tollend. Marcus Antonius Natta in conſil.* 206. *numero quarto volumine primo Decius, & Cagnol. in l. In teſtamentis, ff. de Regul. Iuris. Flamin. Chartar. in deciſ. Genuenſ.* 73. *num.* 12.

9 CONTRARIVM Tamen, quia cum † prolegati conſequutione competant, Rei vendicatio, actio ex teſtamento, & hypothecaria, *l. cum filius, §. varijs, ff. de legat.* 2. *l.* 2. *C. commun. de legat.* voluit *Iacob. Menoch. de Acquirenda poſſeſſione. Remedio* 4. *num.* 696. ſi via executiua locum haberet, vanæ eſ-
10 ſent dictæ actiones, † Rei vendicationis, ex teſtamento, & hypothecaria, & ideo contraria ſententia qđ pro habendo legato ordinario iure cõtra hæ-
11 redẽ, non autem exequutiuo † agendum eſt, vt voluit *Alexand. in l. ait prætor. §.* 1. *n.* 5. *ff. de Reg. iurisdict. & in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, ſol. num.* 6. *verſ. Hoc autem dictum, ff. ſol. matr. Hubertus Zuccardus in l. fin. nume.* 136. *C. de edicto Diui Adriani. Tollendo. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal. ſub num.*
12 12. Vnde legatarius occupans, vel partem, aut totam rem legatam pro ea portione, vel tota priua-

tur, *l. Non eſt dubium C. de legat. Oldrad. in conſ.* 107. *Corn. in conſ.* 140. *in fin. vol.* 1. *& in conſil.* 119. *litera z, volu.* 2. *Didac. Spino in ſpecul. teſtam. Gloſſ.* 8. *num.* 9. 10. tractauit alias hanc ambiguitatem *in conſ.* 8. *per totum centur.* 1.

13 HINC dicitur, non competere † legatario Beneficium, *l. fin. C. de edict. Diui Adrian. Tollenda*, vt voluit *Bald. in l.* 1. *col.* 4. *C. commun. de legat. Angel. in dicta, l. ait prætor. §. ſi Iudex, ff. de re Iudicat. Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 295. *num.* 12. *Anton. Gomez. l. Tauri* 43. *nume.* 137. *cum alijs allegatis per. Didac. Spino in ſpecul. teſtam. Gloſ.* 34. *nu.* 39. Quia à maioritate rationis, quemadmodum aſſerunt, teſtamen-

14 to paratam exequutionem non competere, † ita etiam legato, quia ſemper adeſt contradictor, ſcilicet hæres, vt voluerunt *Cyn. in dicta, l. fin. num.* 12. *& ibi Zuccard. num.* 136. *& ſeqq. Raph. Fulgoſ. in conſ.* 230. *incip. In quæſtione. Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſin.* 23. *num.* 29. Vnde non poteſt legatarius, vel fideicommiſſarius, hærede, vel hærede heredis poſſidente,

15 authoritate † propria poſſeſſionem Capere legati, vel fideicommiſſi, etiam ſi à teſtatore licentiam habuiſſet, propria authoritate illam capiendi, *vt per Bartol. in l.* 3. *in prima lectura, nu.* 4. *& in Repet. nu.* 8. *C. de pignor. Petr. Anton. Anguſol. in conſ.* 61. *num.* 7. *libr.* 6. Quinimmo etiam ſi poſſeſſio fuerit vacans,

16 adhuc † legatarius, vel fideicommiſſarius, qui poſſeſſionem occuparet, reſtituere illam heredi tenebitar. vt voluerunt. *Marc. Ant. Natta in conſ.* 395. *nu.* 11. 12. *vol.* 2. *Cardinalis Pariſius in conſ.* 53. *nume.* 54. *volumine tertio Rolandus à Valle in conſil.* 78. *nume.* 19. *volum.* 3.

DECLARANDA ſunt omnia, quæ dicta ſunt, quoad ordinem conſequendi, & habendi legatum, quòd etiam ſi legatarius habeat licentiam

17 à teſtatore, vt propria authoritate capere poſſit † legatum. Quod facere poteſt. *Gloſſ. in l. Titia cum teſtamento, §. Lucius, ff. de leg.* 2. *Bart. in l. Nemo poteſt, num.* 32. *ff. de leg.* 1. *Menoch. de Adipiſ. poſſ. Remed.* 2. *num.* 31. *Vaſq. de ſucceſſ. creat. §.* 9. *num.* 16. quod hoc tamen non obſtante, requiritur iudicis ſuperioris authoritas, fuit originale dictum *Accurſij in Glo. in dicto, §. Illud, in verb. Decreto, in dicta Auct. de Hered. & Falcid.* dum inquit, per quandam interlocu-

18 toriam, iudex præcipiat, quòd † ſoluat. ſequitur *Signorol. de Homod. in conſ.* 4. *num.* 16. *Bald. in conſil.* 234. *incip. veritas, vol.* 3. *Ludouic. Roman. in conſ.* 312. *ſub num.* 1. *Marian. Socin Senior, in conſ.* 11. *col.* 2. *verſicul. Eccleſia, vol.* 1. *Simon de Prætis de Interpretat. vltimar. volunt. lib.* 5. *dubitation.* 3. *num.* 162. *Andr. Tiraquell. in tract. Le Mort Saiſit le Vif. Parte* 2. *Declarat.* 10. *num.* 4. *Nicol. Boer. in deciſ. Burdegal.* 156. *num.* 16. *in dicta deciſ.* 295. *nume.* 12. *Menoch. de Acquirend. poſſeſſ. Remed.* 2. *num.* 45. 53. *Michal Craſſus de ſucceſſionibus, §. legatum, q.* 77. *verſ. ſed contra.*

DECLARANDA inſuper, quòd quando hæreditas eſt adita, & poſſeſſio non eſt vacans, debet hæres citari, ſed ſi poſſeſſio eſt vacans, & heredi-

19 tas † eſt iacens, tunc poteſtas capiendi authoritate propria adiuuat legatarium, & fideicommiſſarium, vt poſſit propria authoritate, quia nullus adeſt legitimus contradictor. *Bald. in l.* 1. *nu.* 18. *C. commun. de legat. Auguſt. Berous, in conſ.* 91. *nu.* 19. *vol.* 2. *Hippolyt. Riminald. in conſ.* 336. *nu.* 14. 15. *Flamin. Chartar. in deciſ. Genuenſ.* 73. *ſub nu.* 12.

20 NATVRA vna eſt omnium † legatorum, ac fideicommiſſorum, §. *noſtra autem conſtitutio. Inſt. de legatis*, diſpoſuit, vt in omnibus legatis vna ſit natura, vnde bene Vlpianus, per omnia exæquata

21 ſunt legata † fideicommiſſis, *l.* 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. *C. commun de legat.* ſuper quibus ſcripſere *Ripa in dicta l.* 1. *num.* 10. *vbi præceptor Bolognettus, num.* 164. *Gomez Variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 12. *Anton. Gouean. Variarum lectionum lib.* 1. *lection.* 29. *Anton. Faber. lib.* 6. *coniect.* 3. *Vaconius à Vacuna declarat. iuris ciuilis lib.* 3. *declarat.* 53. alios allegans *Hierony. Treutler. diſputat. Selectarum par.* 2. *diſput.* 13. *Theſi.* 1.

22 LEGATVM facere poſſunt, qui habent † teſtamenti factionem, *vt in l.* 2. *ff. de legat.* 1. *Vlpianus in Fragmentis, tit.* 21. §. 3. *Carolus Ruinus in dicta l.* 2. *Alexand. in conſ.* 53. *num.* 8. *Iaſ. l Senium C. de teſtam.* & alios referens *Michael. Craſſ. de ſucceſſ. §. legatum q.* 4. *num.* 1. & docet *Imperator in, §. legari autem illis, inſt. de legatis.*

FILIVSFAMILIAS legatum facere non

23 † poteſt, vt voluit *Gloſſ. in dicta, l.* 2. *ff. de legat.* 1. *vbi Ruinus* dicit eſſe communiter receptam, quod, & dicit *Iaſon in dicta, l. Senium. nu.* 8. *C. de teſtam. Plotus in addit. ad Martin. Laudenſ in conſ.* 59. *Hippolyt. Riminald. inſtit. de donation. in princip. num.* 469. *verſ. ſexto ſuccedit differentia.*

DECLARA filiumfamilias legare cum pa-

24 tris conſenſu poſſe, adiecta clauſula, in vim † donationis cauſa mortis, *arg. l. Tamis, §. fin. ff. de donat. cauſa mortis, Vueſembec. in princip. inſt. quib. non eſt permiſſ. facere teſta.* Sed ibidem contrarium tenuit *Viglius. num.* 12. de quo, & de ſeruo, muto, Surdo, deportato bannito, damnato in metallum, & alijs, *vide Hieronym. Treutler. diſputat. Selectar. par.* 2. *diſputat.* 13. *Theſi.* 2. Sed ego remitto hanc tractationem ad ea, quæ ſcripſi ſupra *in titul. de teſtam. hoc tomo* 3.

SED dicamus de perſonis capacibus legatorum, & quibus relinqui, vel non reliqui † legata

25 poſſunt.

MONACHIS ſcilicet mendicantibus præſertim Sancti Franciſci, legata relinqui, etiam quoad æſtimationem, vt vendantur, & in communem

26 illorum vſum † conuertantur, fieri non poſſe cenſuit *Bald. in Auct. ſi qua mulier, C. de Sacros, Eccl.* quos, & tenuit *Signorol. Homod. in conſ.* 4. & alij allegati *ab Anton. Gabriel. commun. Opin. lib.* 4. *titul. de hæred. inſtit. conc.* 1. quos refert, & ſequitur *Michael Craßus de ſucceſſion. §. legatum. q.* 7. Sed ego pro hac opinione adducam *Gloſſ. in c.* 1. *in verb. domum, de religioſis domibus, in* 6. *Specul. in titul de ſtatu Monachor, §.* 1. *verſ. quarto Felin. in c. in præſentia, num.* 91. *extr. de Probat. Auguſtin. Berous in conſ.* 21. *num.* 20. *vol.* 2.

CONTRARIVM tenuit *Curtius Iunior in*

conſ.

27 *conſ.* 30. *num.* 7. quam dixit † communem eſse opinionē *idem Felin. in dicto c. in præſentia, verſ. quam, Franciſc. Aretin. in l.* 1. *ff. de Teſtam.*

VERVMTAMEN quantum attinet ad Franciſcanos, & religioſos ipſos mendicantes, nos
28 † in facto habuimus, & quid à Beatiſſimo FRAN-
29 CISCO pauperum † Religioſorum Patriarcha ſtatutum fuerit, quid à Martino Quarto Pontifice ſui temporis, à Ioanne 22. Martino Quinto. Eugenio. 4. Paulo. 3. Sixto. 4. Leone. 10. Paulo 4. Pio. 4. Gregorio. 13. & Sixto. 5. Summis Pontificibus prouiſum fuerit, quid per Concilium Tridentinum,
30 quòd per ſcriptores noſtros † ſcriptum fuerit ampliſſimè enucleauimus, *in conſ.* 17. *per totum, Centuria,* 1. de quo noſtro Conſilio meminerunt, *Ioan. Baptiſta Coſta in tract. de retrotractionib. cap.* 2. *num.* 17. *& Anton. Heringius in tract. de fideiuſſor. cap.* 7. *num.* 247. ad ea ſcripta lectores remitto.

31 INCERTÆ perſonæ † olim legari prohibitum erat, vt dicit Imperator, *in* §. *incertis vero perſonis, inſt. de legatis,* vbi dicit, nec militi id permiſiſse Adrianum, ad pias autem cauſas fuit permiſsum
32 † notatur *in l. id quod pauperibus,* 24. *in l. Nulli.* 28. *in l. ſi quis ad declinandam* 37. *per totam. C. de Epiſcop. & Clericis, Ioan. Autparchius Epiſtol. legal. lib.* 4. *Epiſtol.* 3. Puta pauperibus ciuitatis intelli-
33 gitur de illa ciuitate patria teſtatoris in qua † domicilium habebat, *gloſ. notabilis, in c. ſi pater. in verb. pauperes, de teſtam. in* 6. *Abb. Panormit. in c. indicante, num.* 4. *extr. eod. tit. & in conſ.* 99. *num.* 5. *vol.* 2. *Card. Pariſ. in conſ.* 38. *num.* 28. *vol.* 2. dicam infra, *verſ. dixi. ſupra, num.* 54. Nunc autem incertis perſonis legata fieri poſſunt, per conſtitutionem Iuſti-
34 niani, quam non habemus, ſed ipſe Iuſtinianus † allegat *in* §. *ſed nec huiuſmodi. inſt. de legatis,* erat illa cōſtitutio in Codice primo Iuſtiniani, eius ordine abolito, de quo ipſe loquitur *in l. vnica, quæ incipit. cordi nobis, C. de Emendatione Codicis Domini Iuſtiniani. Hugo Donellus, l.* 5. *titul. de Rebus dubijs. Iacobus Cuiacius ad Africanum tract.* 2. *in l. ſi à pluribus* 2. *diſputation.* 13. *Thaſi.* 2. *propè finem.*

35 Quoad legata † incertis facta, quæ præſcriptio currat, quando facta ſunt captiuis, pauperibus,
36 vel infirmis incertis, ſuper iſta queſtione † legatorum non petitorum, an obſtet petitio reſtitutionis in integrum poſt præſcriptionem decem, vel viginti annorum, ſed ex capite ignorantiæ poſt præſcripſionem longiſſimam triginta, vel quadraginta annorum, ſuper qua ſcripſit. *Nicolaus Boerius in deciſ. Burdegalens.* 39. *num.* 56. cum dixiſſet prius ab ado-
37 leſcentia vſq; ad illam ætatem non vidiſſe † quæſtionem difficiliorem, & tandem *dicto num.* 5. 6. 7. concludit, nec ex capite ignorantiæ concedi debere
38 reſtitutionem in † integrum aduerſus præſcriptionem longiſſimam triginta, & quadraginta annorum, quam quoddam intricatè ſequitur *Bertrandus Argentreus in conſuetudine Bretanniæ art.* 273. §. 5.

CONTRARIAM Tamen ſententiā, quòd
39 ſi ſit factum legatum incertis † tamquam habentibus iuſtam ignorantiæ cauſam aduerſus præſcriptionem longiſſimam triginta, & quadraginta annorum, habēt in integrum reſtitutionem, & ità fuit in ſacro Regio conſilio Neapolitano determinatum, vt teſtatur *Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol.* 37. *ſub num.* 1. *verſ. fuit ergo viſum, & in deciſ.* 329. *num.* 5. 6. 7. *qui ex Paulo de Leazar. Zenzelin. Alfano, & Cardinal. Zabarell. in cle.* 5. *de Reſtitut. in integr. &*
40 *alijs* dixit, quòd ex † capite iuſtæ ignorantiæ conceditur reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum ipſi de iure ſuo ignoranti. Fuit originalis opinio *Bartol. in l.* 1. §. *ſi quis autem propter, ff. de itinere, actuq; priuat. Alexand. in l. cum filius,* §. *in hac vbi Barthol. Socin. ff. de verb. obligat.* & eſſe magis communem opinionem concludit *Ioan. de Imol. in Rep. cap. fin. col.* 30. *verſicu. ſed aduertendum, extr. de præſcript. Ludou. Roman. in conſ.* 149. *incip. concluſionem primam. Alex. in conſil.* 169. *incip. viſo themate, col. fin. verſ. non obſtat, vol.* 2. *& in conſ.* 116. *incip. Perſpectis, ponderatisq; omnibus vol.* 5. *Hieronym. Cagnol. in l.* 2. *nume.* 84. *C. de Pact. inter empt. & vendit. Franciſcus Viuius commu. opin. in verb. Hereditatem, opinion.* 632. *num.* 6. ſequuntur alij *Deciſionantes Cæſar Vrſil. in deciſ.* 329. *D. Fabius Accorambonus in deciſ. Nouiſſima Roman.* 39. *parte* 3. *lib.* 2. *& in deciſ.* 43. *eadem parte Petr. de Benintendis in deciſ. Bononienſ.* 69. *& in deciſ.* 71. *Ioan. Baptiſta Bouius de Statutar. Vrbis præſcriptione, gloſſ.* 19. quem refert *Hieronym. Magon. in deciſ. Lucenſi* 31. *nume.* 21. 22. *Petr. Rebuff. ad conſtit. Galliæ, tomo* 2. *titul. de Reſtitut. in integr. Articul.* 1. *num.* 26. plenè *Panorm. & Felyn. in c. vigilanti, vbi Cardinal. Pariſ. num.* 5. *de præſcript. Sigiſmund. Loffred. in conſ.* 16. *in fin. Carol. Ruin. in conſ.* 26. *vol.* 1. *Vincent. Maxilla in conſuetud. Bari, tit. de Iure Prothomis,* §. *poſt venditionem, nu.* 4. *Ioan. Baptiſta Thorus in compendio deciſio. Neapol. in verb. reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem. Sforția Oddus de Reſtitut. in integrum, q.* 90. *num.* 15. 18. *Ioan. Franciſc. Balbus de præſcriptionibus* 4. *parte* 4. *partis princip. q.* 29. *num.* 1. 7. *& per totum. Ioan. Dilect. Durant. de Arte teſtan. tit.* 11. *cautel.* 1. *numero* 7. *Simon de Prætis, de interpret. Vltim. Volu. lib.* 3. *Interpret.* 1. *Dubit.* 5. *ſolut.* 4. *nu.* 38. *Surdus in conſ.* 232. *numero* 44.

41 LEGATVM pro maritandis † puellis incertis de incertis, habetur pro non ſcripto, *vt in dicto,* §. *Incertis. Inſtit. de legatis,* vbi hoc voluerunt *Chriſtophorus Porcus, Angel. de Aretio, & Ioachim. Minſingerus,* & habetur *in l.* 2. *ff. de hijs, quæ pro non ſcriptis habent.* voluit *Cardinal. Mantica de coniect. vltimar. Voluntat. lib.* 8. *tit.* 4. *nu.* 20.

Tamen hoc non procedit, quando relinquitur le-
42 gatum dotis perſonæ † incertæ, cauſa matrimonij contrahendi cum perſona incerta, dum dicitur pro puellis incertis maritandis pauperibus, cum iſto caſu legatum ſit purum, non conditionale, vt voluit *Paul. de Caſtro in l. Titio centum,* §. *Titio genero nu.* 8. *poſt Bartol. in l. quibus diebus,* §. *fin. ff. de cond. & demonſtrat.* quo in loco *Bartol.* dicit, iſtud legatum ex
43 futuro aliquo euentu † non pendere, puellę namq; pauperes maritandæ ſemper exiſtant. Idem ſequi-

tur

quitur *Aretin. in dicto*, §. *Incertis*, quod, & voluit *Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin.* 858. *nu.* 9. 10. *vol.* 1. Nec ſimile legatum ob perſonarum incertitudinē,
44 poterit † incertum appellari, vt voluerunt *Aretin. & alij in dicto*, §. *incertis*, faciunt *dicta per Cardinal. Mantic. in dicto lib.* 8. *tit.* 4. *num.* 21. *& Rota Roman. in deciſ. Nouiſſim. Roman.* 149. *nu.* 4. *lib.* 1.

45 CIVITATI legatum † fieri poteſt, *l. ſi cognatis*, *l. cum Senatus*, *ff. de Rebus dubijs*, vndè inquit Paulus, Ciuitatibus legari poteſt, etiam quod ad
46 honorem, ornatumq; Ciuitatis pertinet. † Ad ornatum puta, quòd ad inſtruendum forum, Theatrum, ſtadium, legatum fuerit. Ad honorem puta,
47 quòd † ad munus edendum, venationem, ludos
48 ſcenicos, ludos circenſes, aut † quod ad diuiſionem ſingulorum Cinium, vel Epulum, relictum fuerit.
49 Hoc amplius, quod in alimenta † ętatis infirmæ, (puta ſenioribus, vel pueris, puelliſq;) relictum fuerit, ad honorem ciuitatis pertinere videtur. Hæc dicit *Iuriſconſultus Paulus in l. ciuitatibus* 125. *ff. de leg.* 1. Sed rectiſſimè, & eleganter *Modeſtinus in l. legatum*, *ff. de vſufruct. legat.* dicit, quòd legatum ci-
50 uitati relictum † vt conſeruandæ conſuetudinis defuncti memoria ſpectaculum celebretur, quod illis celebrari non licet, dicit iniquum eſſe hanc quantitatem, quam in ſpectaculū defunctus deſtinauerit,
51 lucro hæredum ‡ cędere. Vndè concludendum docuit, quod adhibitis hæredibus, & ciuitatis primo-
52 ribus, deſpiciendum eſſet, in quam rem † conuerti debeat fideicōmiſſum, vt memoria teſtatoris alio, & licito genere celebretur, quem textum elegantem aſſerit, is, & Elegantiſſimus, & Doctiſſimus Iuriſconſultus *Didacus Couarruuias in c. Nos quidem*, *num.* 9. *extr. de teſtam.* Sic relictum Ciuibus Ciuitatum legatum, vel fideicommiſſum datum, ciui-
53 tati relictum † videtur, *l. ciuibus*, *ff. de Rebus dub. Barthol. Cepoll. poſt Bartol. in l. vrbis*, *ff. de verb. ſignificat.* ſed nouiſſimè videndus *eſt Nicol. Loſæus de Iure vniuerſitatis*, *par.* 5. *cap.* 1. *per totum.*

DIXI *ſupra hoc eodem titulo*, *verſ. incertæ perſonæ*, *num.* 31. quòd legatum factum pauperibus, vel
54 infirmis, aut alijs incertis, intelligi debeant de † ciuitate, loco, vel patria teſtatoris, in qua domicilium habebat, *ex gloſ. in c. ſi pater*, *in verb. Pauperes*, *de teſtament. in* 6. & ex alijs ibi allegatis, quibus nunc addo *Petrum de Anchar. in conſ.* 214. *incip. Franciſc. col. penult. verſ. octaua ratio*, quem refert, & ſequitur *Andr. Tiraquell. in tract. de Priuilegijs piæ cauſæ. priuileg.* 56. *verſ. Quòd intelligitur. Cardinalis Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib.* 8 *tit.* 5. *num.* 2. *Didacus Couarru. in c. cum tibi*, *num.* 14. *de teſtam.* quos refert, & ſequitur *Petrus Cenedo in Collectan. Iuris Canonici. par.* 2. *cap.* 91. *nu.* 4. facit *text. in l. fin. ibi*, *ciuibus noſtris C. de Annon. ciuil. lib.* 11. quo in loco *Bart.*
55 dicit, quòd ciues poſiti ſuper † elemoſinis, illas extraneis pauperibus dare non debent. Vnde ex his ſeruari quòd elemoſinæ deputatæ in redēptionem captiuorum dātur pro captiuis hominibus Regni, dicit *Vincentius de Franchis in deciſ. Neap.* 190. *Benedictus Capra in conſ.* 160. *nu.* 2.

LIMITA tamen, ſecus eſſe, quando teſtator legata fecerit pauperibus, vel alijs perſonis incertis, quorum electionem commiſerit alicui executo-
56 ri, vel perſonæ, quia, eo caſu ipſe commiſſarius eligere † poſſet pauperes, vel alios ex alijs locis, & ciuitatibus, non ſolum de ciuitate, vel domicilio teſtatoris, *arg. l. cum quidam* 24. *ff. de legat.* 3. *vt poſt Collectarium in c. Ioannes. q.* 9. *n.* 10. *de teſtam. & Ioan. Andr. in c. ſi pater*, *de teſtam. in* 6. voluit *Capell. Tholoſan. in deciſ.* 128. *Incip. Item fuit quæſtum ſi teſtator*, *& poſt Dominicum in dicto c. ſi pater*, & ſupradictos, quos allegat, voluit *Idem Couarruuias*, *in dicto c. cum ſibi*, *numero* 14. Quinimmo ſi ageretur de eligendo
57 pauperes poterit eligere pauperes † filios ſuos, dūmodo ſint pauperes, nec probetur fraus, quia eſſet contrarium, ſecundum *Bald. in l.* 1. *verſ. ſeptimo C. de Sacroſ. Eccleſ.* vt voluit *Stephan. Aufrer. in Poſt illis ad dictam Deciſ. Capellæ Tholoſan.* 128. *num.* 2. Qui-
58 nimmo etiam † ſibi ipſi, ſi pauper eſt, legatum dare poteſt, vt dicit *Iaſied. Lanfranc. in deciſ.* 97.

INTELLIGE quòd ſi poſt mortem hæredis, legatum factum fuerit pauperibus, non poteſt diſtributio fieri illis pauperibus, qui reperiuntur vi ui ante mortem hæredis, ſed expectari tempus de-
59 bet poſt illius mortem, † ita ſentit *Bartol. in l. cum pater*, §. *à filia. ff. de legat.* 1. *Bald. in l. poſt mortem*, *col.* 4. *verſ. ſed pone teſtator. C. de fideicom.* dicit, opinio-
60 nem Bartoli eſſe dubiam, verum pauperes † eſſe ſubſtitutos, & ideo expectanda hæredis mors; Tamen *Vincentius de Franchis in deciſ. Neapol.* 706. dicit, hanc quæſtionem non fuiſſe deciſam, ſed retulit *ad Anton. de Padilla in l. Vnum ex familia*, *in princip. ad Peraltam*, *in dicta*, *l. poſt mortem.* Ego ſic di-
61 cerem † breuiter, omiſſis alijs, q; cum in caſu propoſito eſſet incertum caſu præfato cum dicat in caſu mortis, iſte caſus eſt, vt dico, incertus, & verba ipſa
62 conditionem faciunt, *vt poſt Cyn. in l. ex ijs verbis*, *C. quād. dies legat. ced. & Angel. in l. Seius Saturninus*, *ff. ad Trebell. Benedict. Capra in conſil.* 79. *nu.* 2. Vnde, & ſi incertum ſit tempus ipſius mortis, ſcilicet quando veniat, tamen certiſſimum eſt, quòd tem-
63 pus † ſit, tamen quando venturum ſit, ita ignoratur, vt quo tempore impleatur, neſcitur, ſed ſatis ſecu-
64 rum eſt, quod † implendum erit *Azo in ſumma*, *ff. de condit. inſtit. num.* 7. *Bartol. in l. ſi in diem*, *ff. de condit. & dem. cum relatis à Marco Anton. Peregrin. in tract. de fideicom. artic.* 19. *nu.* 8. & lapſo illo tempore
65 litera † inducit diſpoſitionem, *Peregrin. in artic.* 52. *nu.* 3. *Surdus in conſil.* 116. 2. *volum.* 2. Adeo vt aduе-
66 niente morte illius vocati admittantur pauperes † omnes, qui erant tempore mortis, & qui aduenientе caſu reperiuntur. Nec enim cogi poteſt hæres le-
67 gatum ſoluere † ante tempus à teſtatore præfinitum, vt inquit *Gerard. Maynardus in deciſion. Tholoſan.* 5. *lib.* 2. Quamquam poſſe fieri ante mortem di-
68 ſtributionem legati velle videtur *Flaminius † Chartarius in deciſion. Genuen.* 35. *nu.* 4. & 8.

69 COLLEGIO Legatum † fieri poſſe dubium non eſt, dum tñ illa licita ſint, & approbata, *l.* 1. 2. 3. & 4. *& toto tit. ff. de colleg. & corporibus illicit. l. collegium*,

gium, C. de hæred. instit. l. 1. C. de Iudæis, voluit *Iacob. Cuiac. lib. 7. obseruat. 30. Treutler. disputat. selectar. par. 2. disputat. 13. Thesi. 2. Nicolaus Losæus, de iure vniuersitatis, par. 5. c. 1. nu. 46. vsque ad finem.*

70 COLLEGIORVM † approbatorum, & reprobatorum qualitates, & quæ sint optima, & quæ detestanda, pro vt mihi se occasio exhibuit, fortè plusquam alius è nostris scripsi *in commentarijs de Regis Catholici præstantia, cap. 34 cap. 40. per totum, & in commentarijs de Magistratuum Edictis, lib. 3. cap. 8.* in quibus inueniet Lector, quæ probari debeant à Summis Romanis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Principibus sui iuris, rebuspublicis, ac alijs, in eisdem locis tradidi de antiquitate Academiarum, & Studiorum omnium scientiarum, præsertim Studij Romani, Perusini, vbi ego de collegio titulo sapientiæ veteris, & sapientiæ Nouæ, Studij Bononiensis, Maceratensis, & Firmani, quæ studia sunt sub summis Pontificibus. Scholæ, siue Studij Pragensis, Vratislauiensis, Coloniensis Agrippini, Friburgensis, Vuirchembergensis, Thubingensis, Heyldeburgensis, Lypsensis, Viennensis, Ingosthadiensis, Dilingani, Marpurgensis, Helmsthadani, quæ sunt sub Imperatore, Rege Boemo, alijsq; Principibus, & Rebusp̃licis Cazimirensis, Craccouiensis, sub Regẽ Poloniæ. Studij Parisiensis, Tholosani, Aurelianensis, Andegauensis, Caturcensis, Cadomensis, Burdegalensis, Biturigensis, Auenionensis, Aquensis, Viennensis, Montis Pessulani, sub Galliæ Rege, alijsq; Principibus. Oxonienſis, Cantabrigensis sub Angliæ Regibus. Et Studij Sancti Andreæ, Abedornẽsis, Ghasthonienſis, sub Rege Scotiæ, & Vualliæ in Hybernia. Sed, & studij Patauinensis, sub Sereniſſima Republica Veneta. Nec non studij Vercellensis, Taurinensis, & Mõtis Regalis sub Sereniſſimo Duce Sabaudiæ, similiter Studij Pisani, & Senensis, sub Sereniſſimo Magno Hetruriæ Duce. Studij Ferrariensis, olim sub Sereniſſimis Ducibus Ateſtinis, nunc summi Pontificis, Studij & Rhegiensis, & Mutinensis sub Sereniſſimo Duce Don Cæsare Ateſtino. Nec non Studij Parmensis, & Placentini sub Sereniſſimo Raynutio Farneſio Duce. Simili modo Gymnasij, & Studij Neapolitani, & Salernitani, sub Potentiſſimo, & Catholico Rege Philippo Quarto. Præterea studium Messanum, & Catinense in vlteriori Sicilia sub eodem Rege. Ac etiam studium Palentinum, Salamanticense, illiusq; Collegia, Pincianum, Complutense, Sagunthinum, Oxomense, Hispalense, Granatense, Illipulense, Illiberense, Ossunense, Coymbricense, Cæsaraugustanum, Ilerdense, Oscense, Valentinum, Oridanum, Barchinonense, Tarraconense, Perpinianense, Gerundense sub eodem Rege Hispaniarum. In Burgundia Dolanum, Duacense, Louanienſe, Dauentrienſe, sub eodem vti Duce Burgundiæ, Brabantiæ, & Comite Flandriæ. Studium Mediolanense, & Papiense, sub eodem Rege, vti Duce Mediolani, lani, similiter Studium Maiorcanum, & Gaditanum sub eodem Rege. His etiam locis tradita sunt Pythagoræ studia, Hebræorum studia, collegia, Essenorum, Phariseorum, Sadduceorum, illorum sectæ, & Synagogæ, aliaq; in locis prædictis tradita fuere, quæ scitu digna sunt.

71 SERVO alieno legatum fieri, quia † quibus ipsis legare possumus, eorum quoq; seruis legare possumus, *l. si mihi, & tibi, §. Regula, ff. de legatis, 1. Hieronym. Treutler. Disputationum selectar. par. 2. disput. 13. Thesi. 2.*

72 INTELLIGAS tamen Dominum serui, legatum illi delatum repudiare † posse, vt notatur *in l. legatum 12. ff. de leg. 1. Treutlerus in loco allegato.*

73 BANNITVS, Deportatus, damnatus † ad metallum, vel damnatus ad mortem, an legata capiant, sunt de raro accidentibus, dum casus occurrerit, adeas *Iulium Clarum in §. testament. q. 20. Michael. Craßum in tractat. successionum, §. legatum, q. 8. Treutlerus in dicta disput. 13. Thesi. 2. par. 2.*

74 IVRI ACCRESCENDI regulariter in legatis, & fideicommissis † locùm non esse *text. in l. Et Proculo 20. ff. de legat. 2. l. 1. §. Interdum, ff. de vsufruct. accrescend. l. Aquam, §. fin. ff. Quem admod. seruit. amitt. Bald. in Auct. si quas ruinas, col. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Gulielmus Benedictus in rep. c. Raynutius, in verb. vxorem nomine Adelasiam, nume. 131. de testament. Pract. Papiens. in forma libelli, quo agitur ex substitutionibus in verb. breuiloca, num. 20. 21. Petrus Anto. Angussoll. in cons. 24. nu. 5. lib. 6.* In collegatarijs enim, & rei, & personæ coniunctio interuenire

75 debet, vt possit iuri accrescendi † locus esse, nec sufficit concursus alterius, *l. si hæredi plures, ff. de conditionibus Instit. l. Interdum 13. in princi. ff. de Hæred. Inst.* & istud optimè declarauit Iustinianus, *in §. si eadem res, §. coniunctim. Instit. de legat. Ferdinand. Vasquius de succes. progress. lib. 3. §. 23. num. 67. Hieronym. Gabriel. in cons. 98. num. 3. vol. 2. Vdalric. Zas. lib. 1. sing. Respons. cap. 18. Francisc. Duaren. lib. 1. de iure accresce. cap. 9. Hieronym. Treutler. disput. Select. par. 2. disput. 13. Thesi 3.*

76 DECLARA primò, quòd inter succedentes diuerso iure, iuri accrescendi locus non est, † puta Martius, & Titius sunt hæredes instituti, & Petro factum est legatum, vel prælegatum, nam inter hęredes, & legatarium ius accrescendi locum non habet, *l. sed cum patrono, in princip. vbi gloss. in verb. cæteri, in fin. ff. de Bonor. poss.* voluit *Ludouic. Roman. in cons. 308. in fin. Ioann. Cephal. in cons. 126. nume. 14. volum. 1.* dixerat antea *Bartol. in l. pater filium, ff. de Inofficios. testam. Ferdinand. Vasq. in dicto, §. 23. nu. 86. Ioan. Bolognett. præceptor. in l. Re coniuncti, nume. 337. ff. de legat. 3. Michael Craſſus de successionibus, §. Ius accrescendi, q. 20. Vincent. de Franchis in decis. Neap. 63. num. 6. Andr. Alciat. in l. re coniuncti, nu. 55. Decius in Rub. C. Quand. non pet. partes, num. 14. Berengar. in rep. l. in quartam, num. 177. ff. ad leg. Falcid. Ioan. Ceph. in cons. 231. nu. 14. vol. 2.*

77 DECLARA secundò, quòd si legatum factum sit separatim certæ quantitatis † Scipioni, vel prælegatum, licèt nomina sint coniuncta in institutione, tamen cohæredes in legato certo Scipionis

non

non ſuccedunt cohęredes per ius accreſcendi, *l. Huiuſmodi* 86. §. *quibus ita, ff. de leg.* 1. vbi hoc voluerunt *Bar. Iaſon, & alij*, ſequitur *Ioan. Dilect. Durant. de arte teſtand. tit. 6. caut.* 15. *nu.* 2. quia in legatis limitatis, vt eſt exemplum prædictum, iuri accreſcen
78 di non eſt locus, † *l. Lutius Titius*, §. *quæ habebat, ff. ad Senat. Conſultum Trebell. vbi Bald. idem Bald. in l.* 1. *col. fin. C. de ſecund. nupt. Hieronym. Cagnol. in l. vnica, n.* 41. *C. quand non petent. part. Ferdinand. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſu, lib.* 3. §. 21. *nu.* 101. *Simon de Prætis de interpret. Vltimar. Voluntatum, lib.* 3 *ſolut.* 1. *n.* 46. 47. *Ioan. Cephal. in conſ.* 60. *nu.* 11. 21. *vol.* 1. *Surdus in conſ.* 123. *nu.* 23. *vol.* 1.

79 RES OMNES PRÆSENTES † legari poſſunt, atque exiſtentes, & etiam futuræ, puta, quicquid illa Ancilla peperiſſe conſtiterit, & vinū quod in fundo meo naſciturum eſt. *vt in l. quod etiã* 24. *in princi. ff. de leg.* 1. ſic etiam ſi fiat legatum eorum, quæ in profundo maris quandocunq; apparuerint, valent
80 † vel ea, quæ futura ſunt, vt inſula vel in mari, vel in Fluminibus nata fuerit, *l. hæres teſtatoris* 15. *& l. etiã* 17. *ff. de leg.* 3. §. *ea quoq; inſt. eod. tit.* vbi res, quæ
81 in rerum natura non eſt, ſi modò † futura eſt, ſic, & fructus, qui ex illo fundo nati erũt, aut, quod ex illa
82 Ancilla † natum erit, *l.* 1. *in fin. ff. de condit. & demonſtrat. l. legatum*, §. *Vini. ff. de Annuis legat. l. inter ſtipulantem*, §. *pro quo, ff. de verb. oblig.* quæ omnia declarat. *Accurſius in dicta l. quod in rerum, in verb. non*
83 *ſit*, dicens poſſe legari rem, quæ non ſit, † ſed ſperatur. Vt illud quod apud hoſtes eſt, legari poſſe ex Octaueno ſcribit *Pomponius in l. id quod* 9. *ff. de leg.* 1. vbi dicit *gloſſ.* id procedere, ſi prius fuiſſet noſtrum,
84 ſecus † ſi ſemper hoſtium fuiſſet, *arg. l. liber homo, ff. de verb. oblig. vbi hoc annotauit Bart. ſequitur Ripa in l. id quod n.* 3. *ff. de leg.* 1. de quibus *Andr. Tiraquell. in tract. de iure conſtituti poſſeſſ. part.* 2. *ampliat.* 32. *n.* 3. *Anton. Auguſtin. emendat. lib.* 1. *cap.* 2.

85 FVNDVS inſtructus † legatus, in ſe continebit ſeruos ſupellecticarios, & ſeruos alios, & miniſteria ibidem conſtituta contineri, & pedagogiam, *vt in l. quæſitum* 12. §. *Celſus quoq*; §. *ſi inſtrumẽtum, ff. de*
86 *Fund. inſtruct.* Pedagogia † dicitur à Pedagogis, qui pedibus comitantur pueros, *vt in l. item apud Labeonem*, §. *ſi quis Virgines, vbi Accurſius in verb. Pedagogi, ff. de iniur. & famoſ. libell. Marcus Mantua locor. comun. lib.* 3. *cap.* 1. quid in fundo legato cum
87 omnibus, quę † in eo ſunt? vel legata ſit proprietas, *l. Prædia in princ.* 27. *&* §. *liberto, ff. de fundo inſtruct. Anton. Faber, lib.* 1. *coniectur. cap.* 6. *Treutler. diſputation. ſelectar. par.* 2. *diſputat.* 13. *Theſi* 4.

88 SVPELLECTILIS legari poteſt, illius † autem appellatione q̃ contineantur. declarat amplè *Paulus in l. ſupellectili* 3. *ff. de ſuppellectili legat.* dum dicit, quòd ſunt Menſę, Trapezophora delphicę, ſubſellia, ſcamna, lecti, etiam inargentati, culcitrę Toralia, Mappa, Villoſa, Vaſa Aquaria, Pelues, Aquiminaria, candelabra, Lucernæ, Trullæ, Vaſa ahænea Vulgaria, ideſt quæ non proprio eſſent loco attributa, capſæ, & Armaria, (dū tamen nō ſint capſę, & armaria pro libris, veſtibus, & armis conſeruandis, quæ in ſupellectili non enumerantur) Vitrea Eſcaria, & potoria in ſupellectili ſunt, ſicut fictilia, non ſolum vulgaria, ſed etiam, quæ in præcio ſunt magno, nam, & Pelues argenteas, & aquiminaria argentea, & menſæ, & lecti inargentati, & inaurati, & gemmati in ſupellectili eſſe non dubitantur,
89 † vſq; adeo, vt idem iuris ſit, & ſi tota argentea, vel aurea ſint, ad hanc materiam dictorum ſupellectilium, *Plinius, lib.* 34. *cap.* 3. *Valerius Maximus, lib.* 4. *titul.* 1. *Cælius Rhodiginus Lectionum Antiquarum, lib.* 4. *cap.* 12. *Andr. Alciatus lib. Prætermiſſor* 1. *in verb. Bauca, Anton. Nebriſſenſis in lexico, in verb. Map*
90 *pa.* Cætera † ſupplectilia, vel non ſupellectilia, declarant iurisconſulti *in eodem titul. de Supellectili legata*, quibus ſe ſubſcribit *Hierony. Treutler. diſput. Selectarum parte* 2. *diſputat.* 13. *Theſi* 4.

AVRVM, ARGENTVM, ET GEMMAE
91 ſi legentur recurrendum † *ad titul. ff. de Auro, & argento legato*. Quia in illo agitur de mundo muliebri, ornamentis, veſtimentis, veſtibus, vnguentis, & ſtatuis. Videndi ſunt, quoad prædicta, & alia *Iacobus Cuiacius, obſeruation. lib.* 10. *cap.* 17. *Anton. Fabrum coniecturar. lib.* 1. *capit.* 11. *Ferrandus Adduenſis Explication. libr.* 1. *capit.* 35. & nos alibi diximus.

92 ALIMENTORVM † legatum, regula attenta, largiſſimum eſt comprehendit enim cibum, & potum, *l. verbo victus, ff. de verb. ſignific. l. Diarijs, vbi Gloſſ. ff. de Aliment. & cibar. legat.* venit etiam a-
93 qua in loco ficco, in quo venundari ſolet, † vt in AEgypto, & in Aphrica, *l.* 1. *l. Mela*, §. *quidam liberà*
94 *tis, ff. eodem titul.* debetur † Sal, Acetum, caro, piſces, olera. *Bartol. in dicta l.* 1. debetur habitatio, lectus, pelles, culcitra, calcearium. *Auguſtin. Berous in conſ.* 24. *num.* 8. *in conſ.* 34. *num.* 12. *vol.* 2. *Menoch. de Arbitr. Iudic. quæſt. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu* 170. *num.* 29. *Mazzolus in conſ.* 13. *num.* 23. *volum.* 1. *Vincent. de Franchis in deciſion. Neapol.* 58. *num.* 2. nos diximus *in conſ.* 2. *num.* 19. *in conſ.* 64. *num.* 46. 47. 48, 49. vbi an veniant medicinę, & plenius *in conſil.* 71. *per totum, centur.* 1. quod meum Conſilium Magnifacit *Ioann. Baptiſta Coſta de Remedijs ſubſidiarijs. Remedio.* 12. *num.* 3. *in fin. Petrus Cenedo Collectan. Iuris Canonic. par.* 3. *c.* 168. *nu.* 3.

DECLARA Tamen legatum alimentorum,
95 non declarato tempore, vel die, † quo inchoari debeat neceſſariam eſſe interpellationem, qua facta præſtari incipiat, vt poſt *Franciſcum Aretin. in l. ità ſtipulatus, col.* 13. *verſ. in alimentis autem, ff. de verb. oblig.* voluit *Simon de Prætis in tractat. de interpret. vltim. voluntatum, lib.* 4. *dubitat.* 11. *nu.* 92. non enim imputatur debitori, ſi non interpelletur
96 † *vt poſt Oldrard. in conſil.* 242. *colum. ſecunda*, voluit *Decius in conſil.* 516. *numero* 21. vbi enim dies
97 non eſt, appoſita, mora abſque interpellatione † non committitur, *vt poſt Iacob. de Aren.* voluerunt *Bartol. Ioan. de Imol. & Alexand. in l. ſi ex legati cauſa, ff. de Verborum ſignificatione*, *Baldus*

& Salycet. in l. magnam C. de contrahend. & commit. ſtipul. Matth. de Afflict. in deciſ. Neapol. 399. num. 12. & in omnibus actis extraiudicialibus ad hoc, vt quis conſtituatur in mora exigitur interpella-
98 tio, † cum appoſitione loci, ac diei, vt voluit *Alexand. in conſ. 90. in fin. volu. 5.* quem refert, & ſequitur *Idem Afflictus in deciſio. Neapol. 316. ſub numero quarto.*

DECLARA ſecundò legatum Alimento-
99 rum præſtandum eſſe in loco † vbi ſtat, & habitat Alimentarius, ac locus habitationis eſt deputatus, *l. libertis, §. fin. ff. de Aliment. & cibar. legat. Barthol. in l. Item illa, num. 9. ff. de conſt. pecun.* Et quamquam,
100 hæres, vel qui præſtare † debet alimenta, & alimentarius renunciaret velle illa recipere, niſi in loco ſui domicilij, & eſſet verbalis oblatio extra lo-
101 cum ſui domicilij facta, ſequitur illam locum † ſibi non vendicare Et adeo dicta exhibitio alimentorum facienda eſt in loco, vbi qui alimenta percipere debet, habitationem facit, ne dum ei offerentur in alio oppido, & terra à loco habitationis diſtan-
102 te, non tenetur illa † recipere, & acceptare, ne in via fame, & inedia deficiat, vt in ſpecie annotauit *Angelus in §. Illud verſicul. ibi in iudicium. Auctent. vt Exact. in ſtant. dot.* Et ſi in alimentis per legatum debitis id procedit, tanto plus proce-
103 deret in alimentis per contractum iuratum † promiſſis, vt illa in loco abſq; interpellatione debeantur, virtute iuramenti, quod interpellationis vim obtinet. *Specul. in tit. de Aduocat. §. 1. verſ. ſed nunquid, qui iurauit. Anton. Cerfect. in tractat. de Priuileg. iuramenti. Priuileg. 4. Andr. Barbat. in conſil. 74. col. 10. vol. 3. Franciſc. de Crema in ſingul. 123. Ripa in Reſponſ. 199. nu. 1.*

DECLARA Tertiò, quòd ſi legatum alimentorum relictum alimentario cum onere cum illo habitandi cum eius hæredibus, tunc enim
104 † legatarius extra domum hæredis alimenta petere non poterit, quia dicitur petere plus debito, & non eſt tantum grauamen dare alimenta
103 domi, quàm extra † domum, ſimili modo, ſi diceret, quòd relinquat alimenta teſtator, donec
106 ſteterit cum filijs meis, vel habitauerit † cum hęredibus meis, vel in domo hæredum meorum *Corduba in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis his, nu. 175. 203. ff. de liber. agnoſcend. Franciſc. Burſat. in conſil. 90. vol. 1. Auguſtin. Berous in conſil. 185. nume. 3. vol. 1. Simon de Prætis de Interpretation. vltimar. voluntat. libro quarto dubitat. 11. num. 9.* Tunc enim † cum
107 hærede morari neceſſe, & pro ſua conditione, & qualitate obſequia aliqua præſtare, *vt per Bartol. in l. Caio, §. Imperator, ff. de Aliment. & cibar. lega. And. Burſat. in conſ. 90. vol. 1. Barbat. in cõſ. 63. vol. 3.*

SVBDECLARATVR autem ſi legatam fuerit factum quòd ſi legatarius, cui alimenta ſunt
108 relicta, vt ſi ſtare non potuerit, vel noluerit, † cum hæredibus, vel in eius domo, tunc ex voluntate teſtatoris dicat dari ſibi alimenta, tunc extra domum peti poterunt, *vt per Raphael, Comenſem in conſilio 38. incip. Maritus. Barth. Socinus in conſil. 22. incip. videbitur, volum. 3.* Quinimmo ſi matri
109 ſint relicta alimenta, ſi moreretur † cum filijs, & illi hæreditatem diuiſerint, & remanſerit cum vno ex illis, conditio diceretur verificata, & alimenta
110 † debentur, vt dicit *Comenſis, in dicto conſ. 38.* quos refert, & ſequitur *Ioã. Dilect. Durant. de Arte teſtandi, tit. 6. cautel. 56. nu. 3.*

DECLARA Quartò, quòd legatum annuum, anno primo purum eſt, pro alijs autem
111 † annuis legatis illud eſt conditionale, vt dicit *Iuriſconſultus in l. ſi in ſingulos, ff. de Annuis legat.*
112 poteſt enim ſuperuenire mors, † & ſic morte ſuperueniente expirat. Quando dicatur purum, vel
113 conditionale † declarat *Franciſc. Marc. in deciſio. Delphinal. 858. num. 2. cum ſeq. vol. 1.*

DECLARA Quintò, quòd ſi legatum annuum alimentorum relinquatur alicui perſonæ
114 † morituræ, tunc veſtimenta, & lectus debentur annua, & ſingulo anno, & in principio anni cuiuſlibet, vt ex mente Labeonis, Sabini, Celſi, Caſsij, & Iuliani, voluit *Vlpianus in l. Nec ſemel, poſt principium, & in l. Firmio, §. fin. ff. Quan. dies, leget. ced. Bart. in l. fin. ff. de liber. leg. & in l. pecuniæ, ff. de Aliment. & cibar. legat. Papienſ. pract. in Form. libell. pro legat. num. 102. verſ. inſuper quæritur.* Quando a-
115 limenta perpetua legata ſunt puta † pauperibus, Hoſpitali, vel Monaſterio, vel monialibus, aut ſimilibus, tunc ſimiliter annua præſtanda ſunt, *l. ſi quis ad declinandam C. de Epiſc. & Cleric.* Quo ve-
116 rò ad cibaria debentur † menſtrua, vt dicit *Bart. in dicta l. pecuniæ, & in dicta, l. fin.* cum cibaria ſint
117 neceſſaria, cum ſine ipſis † viuere homo nequeat, quia dare frumentum, carnes, caſeum, Vinum, &
118 alia ad quotidianũ † vſum deputata, in quibus facienda eſt præſtatio in ſingulis menſibus, *vt arg. dictæ, l. fin. voluit Papienſis in dicto loco allegato, nu. 102. Bald. in l. 1. col. 1. C. de Fideicom. Angel. in l. cum hi, §. Vult igitur, ff. de Tranſact. Soci. in conſ. 161. vnde Bartol. in l. proponebatur, vbi Caſtrenſ. in fin. ff. de Iudicijs* dicit, quòd neceſſarius eſt dicto tempore cibus, &
119 potus, quia fit ad reſtaurationem † deperditi, cum quotidie è corporibus noſtris cadant partes inuiſibiliter, & loco illarum ſubrogantur aliæ per cibũ, & potum, quæ conuertuntur in carnem, & ſanguinem, refert, & ſequitur *Roland. à Valle in conſil. 22. nu. 2. vol. 1. Borgn. Caualc. de vſufruct. mulieri relict.*
120 *nu. 138.* Cibi autẽ virtus illud operatur, † ex quo in nobis ſanguis primum eſt coaleſcens ex prima digeſtione, quæ fit in pectore, calore, & humore prę cæteris amicus vitæ eſt, & plurimus, & reliquos in ſe habet humores. Ex hoc cæteræ partes corporis aluntur, & ſpiritus profilit. ſed aliter ex elementis, quàm membra fieri dicitur, in hoe enim firmè quatuor ad huc elementa cernuntur, in membris verò minimè, abſolutius enim ſunt in his cõmixta. Hæc
121 omnia ſubtiliter, † & eleganter *Marſilius Ficinus in Platonis Timeum, cap. 87.* Cibum eſſe alimentum ſiccum corporis, voluit ipſe *Plato in Hipparco.* Putauit autem Hippocrates per calorem cibũ concoqui. Eraſiſtratus autem in ventre cõcoqui illũ dixit, ſed

atte-

attêri, quod, & pleriſq; placuit. Plistheni putre-
122 ſcere cibum † placuit. Aſclepiadi crudam mate-
riam, vt ſumpta eſt in corpus omne deduci voluit.
123 quorum opinio diſcutit † *Ioannes Franciſcus Picus Mirandulan. in exam. vanit. Doct. Gent. lib. 1. cap. 16.* ex poto itaque, & cibo corpus nutritur, Hinc *Plato*
124 *in Hipparco* inquit, quod alimentum † corporis ſiccum eſt cibus, humidum eſt potus. *Et Secundum Timeum Locrenſem in lib. de Anima Mundi, & natu-*
125 *ra.* in corpore † à fonte ventriculi alimentum in-
